 runt, per Italiam pergentes, occurrebant sibi; et effecti sui, fide promissa
 per sacramentum sibi et filio suo Henrico Regi, mirificè donati recesserunt.

Pag. 439. Ejusdem anni æstate Imperator cum exercitu suo super Odonem Comitem
 in Gallias Francorum venit dicens: Si Odo in Burgundia res alienas injustè
 quæreret, de suo proprio, juvante Deo, aliquid perdere deberet. Tunc in
 regno Henrici Regis Francorum, in prædiis tamen et beneficiis Odonis,
 tantas devastationes et incendia fecit Imperator, ut ipse Odo necessitate
 compulsus humiliter veniens, quæreret veniam, promittens Burgundiam
 dimittere, et secundùm jussionem illius sibi satisfacere. Sic Imperator cum
 suo honore et Odonis damno reversus est.

Anno Domini MXXXIV... æstate dum Odo præfatus promissa non at- E
 tenderet, sed adhuc quamdam partem Burgundiæ, quam injustè invaserat;
 obtineret; Imperator Cunradus... Burgundiam acutè adiit: Teutones ex
 una parte, ex altera Archiepiscopus Mediolanensis et cæteri Italici, ductu
 Hupertii Comitis de Burgundia, usque Rhodanum fluvium convenerunt.
 Augustus veniens ad Genevensis civitatem, Geroldum Principem regio-
 nis illius et Archiepiscopum Lugdunensem atque alios quàm plures subegit;

(a) Wippo in Panegyrico ad Henricum III:

Irradias patriam, si tu modo viseris illam.

Suspicionem ingressit iste versus, Wipponem fuisse è
 Burgundionum gente: agit enim ille de Burgun-
 dia, quæ præsentiam Imperatoris postulabat. Nisi

forsan dicas Burgundiam Henrico fuisse patriam,
 eo quòd Rodulphi Burgundionum Regis fuerit
 nepos; Giseleidam enim habuit matrem, quæ Ro-
 dulphi fuit neptis. Ideò autem de Burgundia solli-
 citus et anxius videtur Wippo, quòd inde ortum
 duxerit. *Jac. Basnagius.*

A et reversus castrum Murat cum fortissimis militibus Odonis munitum obsidens, vi cepit; et quos intus invenerat, captivos duxit. Cæteri fautores Odonis hoc audientes, solo timore Cæsaris fugerunt: quos persecutus Cæsar omninò exterminavit de regno; et acceptis de Principibus Burgundiæ multis obsidibus, rediit per Alsatiam ad Imperatricem. Nam dum ille in Burgundiam pergeret, Imperatrix secuta est eum usque Basileam; inde reversa ad Argentinam civitatem, expectavit reditum Imperatoris. Eodem tempore filia Imperatoris Cunradi et Giselaë Imperatricis Mathilda, nimie formositatis puella, Heinrico Regi Francorum desponsata obiit Wormatiæ, ibique sepulta est. (a)

Anno Domini MXXXVI, Henricus (b) Rex filius Imperatoris, Cnutonis Regis Anglorum filiam, nomine Chunelindem (c) pro Regina consecratam, B regalibus nuptiis in conjugium duxit. Pag. 440.

Anno Domini MXXXVII, Comes Odo de Francia in regno Imperatoris quædam loca invadens, à Gozelone Duce Lotharingorum et filio suo Godefrido et Gerharo Comite atque à militia Episcopi Metensis, pugna commissâ cum illo, fugiendo interfectus est; et vexillum ejus Cæsari in Italiam allatum, hostem interemptum testabatur. Pag. 441.

Anno Dominicæ Incarn. MXXXVIII, Imperator autumnò Burgundiam adiit; et convocatis cunctis Principibus regni, generale colloquium habuit cum eis; et diu desuetam atque penè deletam legem tunc primùm Burgundiam prælibare fecerat. Transactis tribus diebus generalis colloquii, quarta die, Primatibus regni cum universo populo laudantibus atque rogantibus, Imperator filio suo Heinrico Regi regnum Burgundiæ tradidit, C eique fidelitatem denuò jurare fecit: quem Episcopi cum cæteris Principibus in Ecclesiam S. Stephani, quæ pro capella Regis Soloduri habetur, deducentes, etc. Pag. 442.

Anno Dominicæ Incarn. MXXXIX, Imperator (d) Cunradus ex hac vita migravit, II Nonas Junii, feria II, Indictione VII. Pag. 443.

(a) Deinde Wippo duellum seu singulare certamen inter Christianum et Paganum describit, quod permisit Imperator, licet non satis cautè ageret.

(b) Aquisgrani coronatus fuerat Henricus anno Domini MXXXVIII, Indict. XI, ætate XI annorum, ut refert Wippo pag. 436.

(c) Chunelinda Regina XV Cal. Augusti quasi in limine vitæ occubuit, ait idem pag. 442.

(d) Hic ibidem dicitur magnificè cum filio et Imperatrice coronatus processisse ad mensam in Pentecoste.

D

EX ENCOMIO EMMÆ ANGLORUM REGINÆ

RICHARDI I DUCIS NORMANNORUM FILLÆ;

Incerto (a) Auctore, sed coætaneo.

Inter Chesnianos Historiæ Normannorum Scriptores, pag. 172.

EX LIBRO SECUNDO.

E REGALIS sponsa perquiritur [Cnutoni Regi Anglorum]: inventa verò est hæc in confinitate Galliæ, et præcipuè in Normandensi regione, stirpe et opibus ditissima: sed tamen pulchritudinis et prudentiæ delectamine omnium ejus temporum mulierum præstantissima, ut potè Regina famosa. Propter hujusmodi insignia multùm appetebatur à Rege; et pro hoc præcipuè quòd erat oriunda ex victrici gente, quæ sibi partem Galliæ vindicaverat, invitis Francigenis et eorum Principe... Abnegat illa se

(a) Auctor Scripti hujus, quod rectius Historiam Canuti Magni et Haraldæ Regum, quàm Encomium Reginæ Emmæ dixeris, Monachus fuit S. Bertini et coætaneus, ut cuilibet patebit legenti. Cùm ultra annum 1042 non perduxerit narrationem suam, sequitur hanc paulò post id temporis scriptam esse. Certè enim constat ex-

ratam fuisse ante annum 1052, ultimum Reginæ Emmæ, quam alloquitur Scriptor, nuncupatoriâque salutem epistolâ. Cæterùm Operis stilius, maxime si ætatem spectes, sat elegans est, floresque et poësim interdum redolet. Classem Sueini Regis in Angliam properantis sic lib. 1, pag. 166 depingit: *Turritas ascendunt puppes, æratis rostris duces*

unquam Cnutonis sponsam fieri, nisi illi jusjurando affirmaret, quòd nunquam alterius conjugis filium post se regnare faceret, nisi ejus, si fortè illi Deus ex eo filium dedisset. Dicebatur enim ab alia quadam Rex filios habuisse. Placuit Regi verbum... Et sic domina Emma mulierum nobilissima fit conjux Regis fortissimi Cnutonis. Lætatur Gallia; lætatur etiam Anglorum patria, dum tantum decus transvehitur per æquora. Lætatur, inquam, Gallia tantam tanto Regi dignam se enixam: Anglorum verò lætatur patria talem se recepisse in oppida... Non multò post filium peperit nobilissima Regina... Alios liberales filios educandos direxerunt Normanniæ, istum hîc retinentes, sibi ut potè futurum heredem regni. Vocatur Hardecnuto.

An. 1017.

Pag. 137.

An. 1027.

* Chesn. im-
merenti.

Quæ Ecclesia adhuc ejus [Cnutonis] non lætatur bonis? Hujus animam quotidie benedicit Italia, bonis perfrui deposcit Gallia, et magis omnibus hanc in cœlo cum Christo gaudere orat Flandria. Has enim provincias transiens Romam petiit, et ut multis liquet, tanta hoc in itinere misericordiarum opera exhibuit... Ut credibilia fiant quæ assero, quid in una urbe S. Audomari fecerit, dicam pro exemplo, quod etiam oculis meis me vidisse recordor. Ingressus Monasteria et susceptus cum magna honorificentia, humiliter incedebat, et mira cum reverentia in terram defixus lumina, et ubertim fundens lacrymarum, ut ita dicam, flumina, tota intentione Sanctorum expetiit suffragia. At ubi ad hoc perventum est, ut oblationibus regiis sacra vellet cumulare altaria; ohe! quotiens primùm pavimento lacrymosa infixit oscula! Quotiens illud pectus venerabile propria puniebant verbera! Qualia dabat suspiria! Quotiens precabatur, ut sibi non indignaretur superna clementia! Tandem à suis ei imminente * sua porrigebatur oblatio non mediocris, nec quæ aliquo clauderetur in marsupio; sed ingens allata est paleali extento in gremio, quam ipse Rex suis manibus altari imposuit largitor hilaris monitu Apostolico. Altari autem cur dico? cùm vidisse me meminerim eum omnes angulos Monasteriorum circuisse, nullumque altare licèt exiguum præterisse, cui non munera daret et dulcia oscula infigeret? Deinde adsunt pauperes; munerantur etiam ipsi protinùs singulatim omnes. Hæc et alia his munificentiora à domino Cnutone gesta vidi ego vester vernula, S. Audomare, S. Bertine, cùm fierent vestris in Cœnobiis.

An. 1035,
aut 1036.

Pag. 174.

Tantus itaque Rex postquam Româ est reversus et in proprio aliquantisper demoratus, omnibus bene dispositis transiit ad Dominum... Mortuo Cnutone, domina Regina Emma sola remansit in regno, dolens de domini sui morte amarâ et sollicita pro filiorum absentia. Namque unus eorum, Hardecnuto scilicet quem pater Regem Danorum constituit, suo morabatur in regno; duo verò alii in Normanniæ finibus ad nutriendum traditi, cum propinquo suo degebant Roberto. Unde factum est ut quidam Anglorum pietatem Regis sui jam defuncti obliti, mallent regnum suum dedecorare quàm ornare; relinquentes nobiles filios insignis Reginæ Emmæ, et eligentes sibi in Regem quemdam Haraldum, qui esse filium falsa æstimatione asseritur cujusdam ejusdem Regis Cnutonis concubinæ. Plurimorum verò assertio eundem Haraldum perhibet fuisse subreptum parturienti ancillæ, impositum autem cameræ languentis concubinæ... Regina Emma tacitè exitum rei expectabat: at ille Reginæ insidias moliebatur... Dolo reperto, fecit Epistolam in persona Reginæ ad filios ejusdem qui in Nordmannia morabantur, componere: cujus etiam exemplar non piget nobis subnectere:

An. 1306.

« Emma tantum nomine Regina filiis Ædwardo et Alfrido materna impertit salutamina. Dum domini nostri Regis obitum separatim plangimus, filii charissimi, dumque diatim magis magisque regno hæreditatis vestræ privamini; miror quid captetis consilii, dum sciatis intermissionis vestræ

singulos videntibus discriminantes. Hinc enim erat cernere leones auro fusiles in puppibus; hinc autem volucres in summis malis venientes austros suis signantes versibus, aut dracones varios minantes incendia de naribus; illinc homines de solido auro argentove rutilos, vivis quodammodo non impares; atque illinc tauros erectis sursùm collis, protensisque cruribus, mugitus cursusque viventium simulantes. Videres quoque delphinos electro fusos, veteremque rememorantes fabulam de eodem

metallo centauros; ejusdem præterea cælaturæ multa insignia, etc. Simile quid de classe Canuti Regis eodem pergenti habet: Ardebat aurum in rostris, inquit, lib. 2, pag. 168, fulgebat quoque argentum in variis navium figuris... Quis leones auri fulgore terribiles; quis metallinos homines aureo fronte minaces; quis dracones obrizo ardentes; quis tauros radiantibus auro cornibus necem intentantes in puppibus aspiceret, etc. Deniq; idem Anonymus testatur p. 163, sibi quàm maximè cordi esse veritatem historiæ.

A » dilatione, inuasoris vestri imperii fieri quotidie soliditatem. Is enim in-
 » cessanter vicos et urbes circuit, et sibi amicos Principes muneribus, mi-
 » nis et precibus facit. Sed unum è vobis super se mallent regnare, quàm
 » istius qui non eis imperat, teneri ditione. Unde, rogo, unus vestrùm ad
 » me velociter et privatè veniat, ut salubre à me consilium accipiat, et
 » sciat quo pacto hoc negotium quod volo, fieri debeat. Per præsentem
 » quoque internuncium quid super his facturi estis remandate. Valetè, cor-
 » dis mei viscera. » Hac fraude jussu Haraldi Tyranni compositâ, regiis
 adolescentulis est directa per pellaces cursores, eisque ex parte matris ig-
 naræ oblata, et honorificè ab eis ut munus genitricis suscepta. Legunt do-
 los ejus nescii; et, prohi dolor! nimis falsitati creduli, inconsultè reman-
 dant genitrici, unum eorum ad eam esse venturum, constituuntque ei diem
 B et tempus et locum.

Pag. 175.

Statuto die Alfridus minor natu, laudante fratre, elegit sibi commilitones;
 et arripiens iter, Flandriæ venit in fines: quò paulùm cum Marchione Bal-
 duino moratus, et ab eo rogatus ut aliquam partem suæ militiæ secum du-
 ceret propter insidias hostium; sed tantùm Bononiensium paucos assumpsit,
 et ascensis puppibus mare transfretavit. At ubi littori venit contiguus, mox
 ab adversariis est agnitus: qui occurrentes volebant eum aggredi; sed statim
 ille agnoscens, jussit naves à littore illo repelli. Alia autem ascendens in
 statione, matrem parabat adire, æstimans se omnem insidiarum pestem eva-
 sisse. Verùm ubi jam erat proximus, illi Comes Godvinus est obvius factus,
 et eum in sua suscepit fide, ejusque fit mox miles cum sacramenti affirma-
 tione: et devians eum à (a) Londonia, induxit illum in villa Gildefordia
 C nuncupata; inibique milites ejus vicos et duodenas decenosque singula
 duxit per hospitia, paucis relictis cum juvene, qui ejus servitio deberent in-
 sistere: et largitus est eis abundanter cibaria et pocula; et ipse ad sua re-
 cessit hospitia, mane rediturus ut domino suo serviret cum debita honorifi-
 centia. Sed postquàm manducaverant et biberant, et lectos ut potè fessi
 libenter ascenderant; ecce complices Haraldi infandissimi Tyranni adsunt, et
 singula hospitia invadunt, arma innocentum virorum furtivi tollunt, et eos
 manicis ferreis et compedibus arctant, et ut crucientur in crastinum servant.
 Mane autem facto adducuntur insontes in medio, et non auditi damnantur
 scelerosè. Nam omnium exarmatis vinctisque post tergum manibus,
 atrocissimis traditi sunt carnificibus; quibus etiam jussum est ut nemini par-
 cerent, nisi quem sors decima offerret (b)... Captus est igitur regius ju-
 D venis clam in suo hospitio, eductusque in insula Heli dicta... est ab im-
 piis tentus, effossis etiam luminibus impiissimè est occisus.

Regina tanti sceleris novitate perculsa... pro re atque tempore quàm
 plurimos potest sibi fidos Optimates congregat... à quibus invito Dominæ
 (exteris petere nationes) probato consilio, comineatus classium eorum ap-
 paratur exilio. Itaque prosperis usi flatibus transfretant, et cuidam stationi
 haud longè à castello Bruggensi distanti sese applicant. Hoc castellum Flan-
 drensibus colonis incolitur; quod tum frequentiam negotiatorum, tum affluen-
 tiam omnium, quæ prima mortales ducunt, famosissimum habetur. Hic equi-
 dem à Marchione ejusdem provinciæ Balduino magni et invictissimi Principis
 filio, ejusque conjuge Athala, quæ interpretatur nobilissima, Francorum
 Regis Rodberti et Reginæ Constantiæ filia, honorificè uti se dignum erat
 E recipitur: à quibus etiam in prædicto oppido domus regali sumptui apta
 eidem Reginæ tribuitur: ceterum obsonium benignè offertur... In tanta
 igitur posita securitate legatos filio suo mittit Edvardo postulatum, ne versus
 se pigritaretur venire. Quibus ille obaudiens equum conscendit, et ad ma-
 trem usque pervenit. Sed ubi eis copia data est mutuò loquendi, filius se
 matris fortunas edocet miserari; sed nullo modo posse auxiliari, cùm An-
 glii Optimates nullum ei fecerint jusjurandum; quæ res indicabat à fratre
 auxilium expetendum.

Pag. 176.

An. 1038.

(a) Pag. 169. Londonia civitas metropolis, dicitur esse populosissima; et pag. 168. Sanduich est omnium Anglorum portuum famosissimus.

(b) Quosdam, addit Auctor, perinebant; quosdam verò suæ servituti mancipabant: alios cæca cupi-

dine capti vendebant; nonnullos autem arctatos vinculis majori irrisioni reservabant. Multos ipsi vidimus, quos divina miscratio ex illa derisione eripuit cœlitus, sine adminiculo hominis ruptis manicularum compedumque obicibus.

An. 1039.
Pag. 177.

His ita gestis Edvardus Normanniam revelitur... post cujus reditum nuncios Hardecnutoni Regina filio suo legat, qui tunc temporis regimen Danorum obtinebat, et ut ad se venire quantociùs maturet petit... Ad matrem proficiscitur... ad Brugensem se applicuit portum... rectâ se viâ cum delectis ad hospitium dirigit matris... Nec longò post filio cum matre morante, nuncii læta ferentes nuncia adventant; qui videlicet Haraldum mortuum nunciant: qui etiam referunt Anglicos ei Principes nolle adversari; sed multimodis jubilationibus sibi conlætari... Dum Reginæ filique ejus reditus apparatus, omne littus planctu gemituque confunditur: flebant à se discedere illam, quam toto exilii tempore ut civem videre suam... Cum filio suisque altum petit mare non absque magna lacrymarum utrimque fusa ubertate. Principes Anglici, antequam ab illis transfretaretur, obvii sunt facti... B

An. 1040.

Hardecnuto à cunctis incolis ejusdem terræ gloriosissimè recipitur... Omnibus suis in pacis tranquillitate compositis, fraterno correptus amore nuncios mittit ad Eduardum, rogans ut veniens secum obtineret regnum: qui fratris jussioni obediens, Anglicas partes advehitur; et mater amboque filii regni paratis commodis, nulla lite intercedente, utuntur.

An. 1042.

Hardecnuto à cunctis incolis ejusdem terræ gloriosissimè recipitur... Omnibus suis in pacis tranquillitate compositis, fraterno correptus amore nuncios mittit ad Eduardum, rogans ut veniens secum obtineret regnum: qui fratris jussioni obediens, Anglicas partes advehitur; et mater amboque filii regni paratis commodis, nulla lite intercedente, utuntur.

EX HEPIDANNI MONACHI S. GALLI

BREVIBUS (a) ANNALIBUS.

Apud Chesnium Tom. 3. Scriptorum Franc. pag. 479.

* Odo.

ANNO MXXXII. Rege Ruodolfo defuncto, Voto * filius sororis suæ regnum Burgundionum, tanquam hereditatem patrum suorum, valida manu affectavit, et aliqua municipia capta custodiis suis munivit, Imperatore per idem tempus Pulanis Sclavis bello insistente.

MXXXIII. Idem Imperator secum copiam militum ferè media hieme in Burgundiam adduxit, Castella Murtenam et Nwenburch obsedit: sed nimia vi algoris præpeditus, infecto negotio rediit. Deinde verò proxima æstate Votoni bellum intulit, urbes ejus rapinâ et incendio funditus evertit; ipsumque hac necessitate ad se supplicem venire coëgit, deinceps emendationem, quamvis fictè, promittentem.

* Constant.

* S. Galli.

MXXXIV. Warmannus Episcopus * et venerabilis Abba Thietpaldus D obierunt: quibus successerunt Eberhardus Episcopus et Abba Nortpertus *. Chuonradus Imperator iterum Burgundiam cum exercitu intravit, et omnia municipia cum civibus usque ad Rodanum fluvium suæ ditioni subegit, Genevamque pervenit. Ibi verò ab Heriberto Mediolanensi Archiepiscopo ceterisque Italiæ et Burgundiæ Principibus honorificè susceptus, in festivitate S. Petri ad Vincula coronatus producitur, et in regnum Burgundionum Rex eligitur.

MXXXVII. Bellum inter Gozelinum et Votonem committitur, in quo Voto victus interiit, ejusque exercitus hac illacque diffugit.

MXXXVIII. Uxor Heinrici Regis et frater ejus Herimannus Dux Alamannicus obierunt: cujus Ducatum cum regno Burgundionum idem Rex à patre suo eodem anno percepit, ipsis ejusdem regni Principibus cum juramento sibi fidem dantibus.

MXXXIX. Chuonradus Imperator diem clausit, et filius ejus Heinricus regni gubernacula suscepit.

MXLIII. Notabilis annus nimia imbrium superfluitate, et fructuum terræ paucitate... Ulmæ generale colloquium habuit [Rex Henricus] ac (b) Constantiam tempore Synodi venit; ubi cum Episcopis quàm plurimis

(a) Reliquias hic Lector habet Annalium Hepidanni, qui hos ad annum duntaxat 1044 perduxit, licet floruerit anno 1072.

(b) Alemanniæ civitatem vocat Wippo in vita Conradi Salici. Idem in Panegyrico ad Henricum III ita canit:

*Prætereà tibi, Rex, mandat Burgundia, surge,
Atque veni, propera; noviter subjecta vacillant.
Interdum, domino per tempora multa remoto.
Quamvis nunc pacem teneat Burgundia per te;
Auctorem pacis tamen in te cernere quærit,
Et cupit in Regis sua lumina pascere vulvum.*

ceterisque

A ceterisque regni Optimatibus intrans Conventum resedit, et publicus cognitor omnium illic gerendorum fuit. In quarto autem die, qui vulgò Indulgentia dicitur, ipse gradum cum Pontifice facundus orator ascendit, et luculento sermone populum ad pacem cohortari cœpit. Ad ultimum verò sententiam suam ita conclusit, ut cunctis sibi obnoxiiis ipse dimitteret, omnesque qui illie aderant, tum precibus tum pro potestate idipsum facere cogeret. Hoc igitur salubriter inibi incœptum dilatari præcepit per omne regnum suum; ac non longo post tempore omnibus rebus in pace compositis, uxorem duxit filiam Willelmi Ducis Pictaviensis. Gisela (a) Imperatrix obiit.

MXLIV. Fames valida.

B (a) *Huc ades, et regnum fac te veniente serenum,
Hæc operam dederat, quòd Rex in lege studebat:
Illa sibi libros persuaserat esse legendos,
Ut varios ritus didicerat arte peritus...
Conradus Cæsar, quem maxima causa subivit,
Ut sciret natum studiis ad regna paratum, etc.*

Idem Poëta Wippo ibidem paulò suprâ dixerat de eodem Henrica III:

*Doctus quis Rex est doctior illo?
Quis Cæsar meliùs, si quid rubrica vetavit,
Scrirc valet, primis quam discere cœperat annis!*

EX GESTIS EPISCOPORUM LEODIENSIIUM,

Auctore Anselmo (a) Canonico Leod. S. Lamberti

Apud Martenium, Tom. IV Ampliss. Collectionis, col. 871.

C **S**UCCESSIT [Durando Episcopo] Reginhardus.... Ejus tempore non parva exulum copia ex occidentali * regione in hanc urbem confluit; qui patriam et dulcia arva linquentes, ut ipsi ferebant, prædis et incendio in solitudinem redacta, parvulos suos miserabiliter circumferentes, ab ignotis gentibus stipem mendicare cogebantur.... Inter alia quæ fecit insigni, pontem super Mosam magno sumptu extruxit, Monasterium S. Laurentii renovavit.... Hujus in loco successit Nithardus.... Post hunc domnus Wazo (b).... Capellanus primùm sub Nochero, postea ab eodem donatus est scholarum magisterio.... Ex ignotis et notis regionibus ad virum undique studiosorum confluebant agmina.

* *Al. orientali.*

Col. 872.

D **S**tatim primo Episcopatus sui anno, omni peste crudelior fames incubuit, quæ sex ferè annis continuis Galliæ et Germaniæ populum noscitur oppressisse; cujus fœda ubique fas est adhuc cernere vestigia.... Huic calamitati accessit alia pestis æquè intolerabilis, bellum videlicet quod Godefridus maximè in Viridunensem et nostram exercuit Ecclesiam; quarum Viridunensis dum, prædâ et incendio vastante urbem et domum Sanctæ Dei Genitricis, cum omni suo ornatu penitus eversa fuisset, ille graviter egregiæ urbis casum doluit; et licet in similis periculi metu positus esset, hilaris tamen dator, dirutæ urbi non distulit esse levamini.... Hæc itaque, quam diximus, bellorum tempestas residuum famis consumens, et divites cum pauperibus unâ calamitate conficiens, communem totius patriæ ruinam minabatur: et rueret procul dubio, rueret, inquam, tunc temporis inclyta Lotharingia; aut irrecuperabili excidio, quippè quæ sine defensore esset; aut, quod pejus est, in Regem infidelitatis perjurio; nisi Dominus suum Josue ad resistendum hostibus Ecclesiæ confortaret, et à bonis justitiæ partes contra factiosos defendendas esse insinaret.

Col. 889.
An. 1042.

Col. 890.

E **P**rævia cruce Christi in omnibus periculis pro lancea utitur.... Raro tantùm contentus milite, modò hoc, modò illud castrum fortissimus heros noster cingere pergat obsidione.... Godefrido frustra nitente ad auxilium suis venire, obsessi de vita et membris paciscimur, castellum captum funditùs evertitur: inde aliud atque castellum absque retractatione simili strage conficitur....

Col. 891.
Col. 892.

(a) Anselmus florebat ætate Wazonis, cui valdè charus fuit et familiaris. Conjicit autem Martenius Alexandrum Leod. Canonicum, eidem Præsuli æquè notum, defuncto Wasone anno 1048, calamo statim manum adinvisse ut Leodiensium

Pontificem Gesta conscriberet; eoque paulò post è vivis erepto, Anselmum Alexandri opus contractum Annoni Colon. Archipræsuli obtulisse ann. 1036.

(b) Wazo electus est anno 1041, consecratus verò anno sequenti.

- Col. 894. Vir Dei apud Imperatorem falsi criminis est accusatus, quòd data fide Go- A
defrido, contra Imperatoriam majestatem regnique salutem pactum fecerit;
et quod de tanto viro nefas est opinari, eidem confidentiam dederit belli-
gerandi.
- Col. 895. Quodam tempore Herimannus Montis, qui dicitur Castrorum-locus,
Comes et Marchio pactum cum Balduino Flandrensi jurejurando firmaverat;
cùm uxor illius magis ex muliebris instabilitate animi, quàm justarum par-
tium ducta favore; varium enim est et mutabile animal femina, ut ipsa est mille
fraudum commentatrix versutissima; ut quasi maritum sic à perjurio solve-
ret, seipsam ejusdem mariti sui proditione polluere, Deique Sacerdotis
conscientiam hujus sceleris consensui implicare est machinata; mandans illi
per nuntium ut cum armatis veniat; locum et tempus ubi et quando mari-
tum capiat, ut Imperatori tradat, denuntiat. Ille hujus novitatem facinoris B
abhorrens.... constanter respuit.
- Col. 896. Castella naturâ et arte munita stravit (a); Godefridum cum maxima mi-
litum factiosorum parte, hinc minis perterrendo, hinc donis, inde promissis
sollicitando, exarmavit.
- Col. 897. Longè positus et facie forsitan ignotus, Regis Francorum animos jam
pervasam animo Lotharingiam sibi usurpare deliberantis, more Pauli per
An. 1046. litteras mitigavit, et penè ab ipso incepti impetu revocavit. Quod, vel quo-
modo contigerit, retrò seriem rerum repetentes, disseramus. Rex noster
Heinricus nondum Imperator, in Italiam profectus fuerat, Romam accessu-
rus, à Summo Pontifice benedictionem Apostolicam cum imperii insignibus
percepturus. Rarus apud nos miles, et securus agricola, nullius interim
metuentes incursionis, grata terebant otia; cùm ecce Antistiti nostro signi- C
ficantur ab occidentalis Franciæ partibus, ejusdem gentis maximi motus,
importunè insistentium et Regi suo suggerentium ut Aquisgrani palatium juri
suo, ut aiunt, olim appenditium, cum magnis armorum copiis invadat:
Regem et Principes nostro abesse, raros hîc milites nil contrà moliri posse,
postremò nihil obstare quin possessâ principali sede, in partem regni sui cetera
deinceps cedat Lotharingia. Pavet, audito patriæ periculo, sancti Patris
sollicitudo; cui quia per vim resistendi copia non fuit potentiæ hominis talis
temporis opportunitate abuti volentis, ingenio et ratione obviandum esse
opus intellexit; quod et instanter agere omninò sollicitus fuit. Mittuntur ad
Regem, ut dictum est, efferatum animo, supplices ab eo litteræ, veteres
utrorumque regnorum et eorumdem Rectorum commendantes amicitias;
duo hæc Regna, si invicem ut hactenùs fuerint pacata, cunctis terrarum D
nationibus timori fore, nihil præter Deum formidantia; proinde alterutris
pacem necessariam esse, concordiam crescere res minimas, discordiam verò
dilabi maximas. Ille acceptas et auditas primò negligere, despiciere, Re-
gem nostrum arcessere perfidiæ, injuriarum, ceterorumque criminum quæ
non attinet dicere; sed velle sibi vindicare regnum et palatium, ab ante-
cessoribus hereditario sibi jure debitum. Diem insuper satis procaciter man-
dat, quo hæc facere deliberaverit: cui è contrario noster Cicero inter
alia talia rescriptitat: « Novit, inquit, vestræ Majestatis excellentia,
« quàm turpi poenâ sæcularis Lex condemnet furti admissa; quæ si in po-
« tentes cadere contigerit, licèt apud homines alio nomine videantur ho-
« nestari, tamen in interni arbitrii conspectu cadem, immò in magnis
« eò magis exstant damnabilia, quò minori ut ea admitterent, necessitate E
« fuerant adducti. Pensate igitur, quæso, quàm sit Deo execrabile et in-
« dignum vestræ regiæ liberalitati, longissimè absentis comparis sedem et
« regnum velle furari; et ab istiusmodi, quæso, intentione animum revo-
« cate, quæ manifestè repugnat vestræ dignitati. Quin potiùs si quid fortiter,
« si quid potenter contra nos animo vestro sedet actitandum, expectetur
« reditus Regis nostri, ut quod expediat tunc à vobis fiat decentiùs. Sed (b)

(a) Evertit scilicet castella prædonum, quorum magna pars, ut legitur suprâ cap. LII, seu col. 892, in paludibus sive rupibus firmissima sibi receptacula communiverant; quibus freti aliena per circuitum prædia usurpaverant, incolas possessione privatos intolerabili servituti addixerant, in omnem circa re-

gionem vastitatis mucrone desæviebant.

(b) Pereuntibus cæteris Carolingis, soli adhuc ex ea stirpe Reges Franciæ supererant: hinc ipsi Franciæ Regibusque illius jus erat exortum Lotharingiam legitima hæreditate sibi vindicandi: nec in potestate Regum erat invito populo vel dimit-

- A « esto, sedes regni antecessoribus dolo circumventis sublata, tibi est jure
 « hereditario repetenda: numquid per interjecta tot terrarum spatia solus es
 « aut sine multitudine iturus? Minimè; immò verò infinitâ militiâ miseris parcere
 « nesciâ comitaberis; qui etiam, te nolente et frustrâ prohibente, mille ho-
 « minum millia consumere habebunt incredibili vastitate. Unde certus esto, si
 « manus à clade innocentium quam mente incœpisti, non continueris, tot
 « homicidiorum reus in oculis Altissimi teneberis, quot hominum corpora
 « vitâ carebunt, si hoc perfeceris ». Quâ sententiâ viri Dei auditâ, tyran-
 nica rabies confestim est sedata, et subitò immutatus mente Rex jubet Epis-
 coporum adesse cœtum: Epistolam mandat viri Dei coram se recitari: re-
 citatâ, hunc rectè dici Sacerdotem, hunc verè protestatur esse Episcopum,
 qui extraneus extraneo sibi præ cunctis ex debito fidelibus, sanum dedisset
 B consilium... Ita certè facinus ad quod multa satellitum millia rapinis in-
 hiantium impellebant fluctuantem Regis animum, Deo inspirante, dissua-
 dere potuerunt longè positi unius hominis litteræ; quæ eousque pacis amo-
 rem in ipsius reformaverunt pectore, ut nil tale ultrâ concipiens animo,
 Imperatori mox ex Italia reverso in reliquum dexteram cum sacramento
 dederit et receperit.

Catalaunensium Episcopus (a) pro periculo animarum sibi creditarum, sanctitatem ejus consulere aliquando necessarium habuit; quod hujusmodi esse per litteras fatebatur. Aiebat enim in quadam parte diœcesis suæ quosdam rusticos esse, qui perversum Manichæorum dogma sectantes, furtiva sibi frequentarent conventicula, nescio quæ obscœna et dictu turpia quadam sua solemnitate actitantes, et per sacrilegam manuum impositionem dari Spiritum Sanctum mentientes... quasi nihil aliud sit Manes, nisi Spiritus Sanctus... Hi tales, ut dicebat, cogebant quos possent in suam concedere turbam, nuptias abominantes; esum carniū non modò devitantes, sed et quodcumque animal occidere profanum dicentes... Si quos verò idiotas et infacundos hujus erroris sectatoribus adjungi contingeret, statim eruditissimis etiam Catholicis facundiores fieri asseverabat, ita ut sincera sanè sapientium eloquentia penè eorum loquacitate superari posse videretur. Addidit etiam plus de quotidiana perversione sese aliorum dolere, quàm de ipsorum perditione. Quid de talibus præstet agendum anxius Præsul, certum sapientiæ consuluit secretarium; an terrenæ potestatis gladio in eos sit animadvertendum.

Col. 898.

D « Hæc licèt Christiana abhorreat religio, [respondet Wazo], tamen imi-
 « tata Salvatorem suum, jubetur interim tales quodammodo tolerare...
 « Cesset ergo judicium pulveris, auditâ sententiâ Condemnatoris; nec eos
 « quæramus per sæcularis potentiæ gladium huic vitæ subtrahere... Inte-
 « rim nihilominus meminisse debemus, quòd nos qui Episcopi dicimur, gla-
 « dium in ordinatione, quòd est sæcularis potentiæ, non accipimus »...
 Hæc tantopere viri Dei exemplo B. Martini studebat inculcare, ut præcipitem Francigenarum rabiem cædes anhelare solitam, à crudelitate quodammodo refrænaret. Audierat enim eos solo pallore notare hæreticos (b); quasi quos pallere constaret, hæreticos esse certum esse; sicque per errorem simulque furorem eorum plerosque verè Catholicorum fuisse aliquando interemptos.

Col. 900.

Col. 901.

E Videant quibus vacat, quomodo irreprehensibiliter actum sit, quòd cùm Goslarii quidam hujusmodi erroris sectatores essent deprehensi, post multam superstitionis suæ disquisitionem justamque pro pertinacia erroris excommunicationem, suspudio insuper sint addicti. Cujus discussionis ordinem cùm diligenter seiscitaremur, non aliam condemnationis eorum causam cognoscere potuimus, quàm quia cuilibet Episcoporum jubenti ut pullum

An. 1052.

Col. 902.

tendi illud jus, vel ad exterum etiam quemcumque transferendi; nam Franciæ illud coronæ et imperio illorum adhæserat, imperio non in patrimonium sed in fidei commissum tantum concesso, ex quo vel minimum saltem jus in detrimentum Coronæ vel successorum alienare nefas erat. Lotharius igitur Rex sola sua auctoritate, inconsulto populo et contranitentibus Proceribus,

non potuit antiquum illud Galliæ in Lotharingiam jus ad Othonem II et Germanos transferre. Hinc Capetingis in solium postea sublatis, idem jus merito et fortiter à Francia potuit propugnari.

(a) Rogerius II, qui ab anno 1043 ad 1062 Catalaunensem administravit Episcopatum.

(b) Simile quid nostrâ ætate apud Gallos fieri deprehendimus.

occiderent, inobedientes exstiterant. Verè fatebor enim nec silebo, Wazonem nostrum, si hæc tempora contigisset, huic (a) sententiæ assensum nequaquam præbiturum, exemplo B. Martini... Hæc dicimus, non quia errorem hæreticorum tutari velimus; sed quia hoc in divinis legibus nusquam sancitum, non approbare monstremus.

Col. 903.

Alio quodam tempore dum edictum fuisset, ut gens Fresonum quæ Duce Theoderico, Imperatori repugnabat, navali undique bello peteretur; ille uti erat paterno affectu timens militiæ nullum è navibus præliandi usum assecutæ; simul ne paratas sibi ab hostibus incideret insidias, præsertim cum ad condictum congregandi exercitûs locum per ducenta aut eò amplius milliaria triduo eundo accepisset mandatum; concurrentibus tot rationabilium causarum difficultatibus, ne quòquam discederet, neu fideles Ecclesiæ frustrà vexaret, consilium habuit. Itur ergo in Fresoniam, et reditur ab exercitu navali armis instructo.

Col. 911.
An. 1048.

Sextâ feriâ illucescente, VIII Idus Julii beatam Pastor (b) noster, ut prædixerat, Creatori reddidit animam; postque illum septimo die, sicut à Deo poposcerat, memorati Abbatis [Gemblac. et S. Jacobi Leod. Olberti] anima voti compos Episcopum est secuta... Wazonis damnum nequaquam [Legia] sufficienter valet plangere; quippè cui post Deum hoc noscitur debere, ut singularis nominis prærogativâ inter majores circumquaque urbes sola vocaretur fons sapientiæ.

(a) De Hæreticis nequaquam interficiendis rectè profectò sentiebat Wazo. An verò idem de eo dicendum est, dum de Apostolico ad Imperatorem scribens, cap. LXII. seu col. 902 ait, *Summum Pontificem à nemine unquam judicari oportere*,

imò nullius inferioris gradûs accusationem adversùs superiorem recipi debere, *Summum Pontificem à nemine nisi à solo Deo dijudicari debere?*

(b) Wazo sepultus est cum hac inscriptione: *Antè ruet mundus, quàm surgat Wazo seeundus.*

EX CHRONICO S. BENIGNI DIVIONENSIS (a).

Apud Acherium Tom. 2 Spicilegii in-fol. pag. 392.

An. 1044.

DILIGEBATUR quàm plurimùm à Regibus Francorum Roberto et Henrico [Halynardus (b) Abbas Divionensis]. Sed et Conradus Imperator, et ejus filius Henricus Cæsar, illum nimio venerabatur affectu. Unde factum est, ut Lugdunensis sedis vacante Antistite, ab ipso Henrico Imperatore, eò quòd olim sibi cognitus, et pro religiosa conversatione ac fama sanctitatis erat valdè dilectus, oblatum est ei illius Episcopatûs honor. Ipse verò grave pondus procellosi culminis per custodiam refugit humilitatis, obtendens se Monachum ad tantum onus nequaquam fore idoneum. Erat tunc in Clero Lingonensi quidam Clericus nomine Odelricus, ætate pariter ac sancta conversatione proventus, litteris apprimè eruditus, qui tunc in palatio Regis aderat; sed tamen Principi non plenè cognitus. Hunc domnus Pater noster Halynardus suasit expetendum; quem et sapientiæ ubertas et senectutis commendabat dignitas. His renunciatis Regi verbis, miratus vel quòd oblatum honorem Sacerdotii tam vili penderet, vel quod in se denegabat, pro alio tam sollicitè expetebat; assensit, et Episcopatûs dignitatem memorato domno Odelrico concessit: quem ipse Pater usque ad sedem deduxit: et quæque in obsequio illius competebant, ac si unus ex familia ipsius procuravit. Qui rexit Lugdunensem Ecclesiam per annos quinque, verbo et exemplo bonorum operum instruens animos subditorum. Postmodum à quibusdam malivolis et invidis perpessus insidias, quem ferro non potuerunt, veneno perimere non detrectaverunt. Sicque occisus, cæteris sanctis Pontificibus ibidem quiescentibus est aggregatus.

Tum demùm vox totius Cleri cum consensu populi, ut ad hoc culmen

(a) De Anonymo et coævo Scriptorum hujus Chronici, quod desinit in anno 1052, vide Excerptum nostrum seu potiùs Notam nostram Tomo X pag. 172. Ceterum infra exhibebimus verba quibus docet idem Auctor, se à patre obla-

tum fuisse Monasterio S. Benigni Divion.

(b) Circa finem Chronici, scilicet post reflatam sepulturam Halynardi, de eodem Abbate sic dicitur: *Et quamquam omnibus eruditus esset arti bus, tamen in Geometria et Physica plurimùm studebat.*

suscipiendum colla submittat, hortatur; utque Pastoris curam in eis gereret, deprecatur. Ad Imperatorem legationem mittunt; ut dominus Halynardus Pontifex eis detur, exposcunt. Imperatoris præceptum mittitur; ut dominus Halynardus intronizetur, præcipitur. Sed ejus animus robore firmatus divino, nequaquam ad hæc flectitur, quousque Apostolici Papæ conventus est litteris. Johannes, cognomento Gratianus, tunc residebat in sede Apostolica. Is, ut comperit eum nolle acquiescere deprecantium votis, misit ad eum, præcipiens auctoritate Pontificali ut obediret precibus Cleri et populi. Factus igitur Apostolici compos et compar honoris, duxit Apostolicam factis et nomine vitam... Jurare omninò cavebat, ne fortè perjuraret. Unde quid in palatio Imperatoris egerit, silendum non est.

Henricus tertius Imperator Burgundiæ regnum gubernabat. Rodolphus enim Burgundiæ Rex sine liberis existens, Henricum secundum Cæsarem heredem regni fecit; post quem ad Conradum pervenit Imperium. Hic sororem prædicti Regis, nomine Gislam, habuit conjugem; de qua genuit tertium Henricum: cui ex successione paterna jure provenit regnum Burgundiæ. In cujus regni termino sita est Lugdunum civitas, quam Lotharius Francorum Rex dedit in dotem sorori suæ Mathildæ Reginæ, quam despondit Conrado Burgundiæ Regi, patri supradicti Regis Rodulphi. Igitur propter donum Episcopatus dominus Halynardus ad hoc electus, Henrici Cæsaris Curiam adiit, et cum eo Episcoporum, qui erant Suffraganei, legati Archidiaconi, atque ipsum Pastorem quærentes Lugdunenses Clerici. Imperator, ut moris est, propter datum honorem Episcopii requisivit ab eo fidei sibi debitæ sacramentum. Horum verborum dominus Hugo Archiepiscopus Chrysopolitanus erat sequester ac mediator. Ille his auditis verbis respondit: « Si Regis æterni, et Regulæ quam jurejurando promisi, præcepta postposuero, quæ mihi fides erit, ut Imperatoris juramentum (a) « custodire debeam? Dominus enim dicit in Evangelio, *non jurare omninò*; « et Regula Patris Benedicti præcipit Monacho *non jurare, et à sæculi actibus se facere alienum* ». Hæc renunciata Regi, miratus et amplectens animo ejus constantiam, volens tamen probare perseverantiam, dixit nequaquam se illi dare Pontificatum, si non obediret suis præceptis. At ille ait: « Melius est mihi nunquam accipere Sacerdotium, quàm transgredi Dei « mandatum. » Ad hæc Episcopi illarum partium, et maximè Sigebaudus Episcopus Spiræ ubi hæc gerebantur, insistebant dicentes: « Quis est hic « qui præsumpsit in palatio Principis, mandatis ejus non obedire; quod nos-
D « trum nemo unquam facere ausus fuit? Aut juret fidem Regi, aut abjiciatur. » Verùm Theodericus * Episcopus Metensis et Bruno Leucorum Episcopus ac Richardus Episcopus Verdunensium, ipsius amici existentes, suadebant Principi non debere pro hoc molestiam inferre religioso viro, cujus animum in fide et cæteris virtutibus constantem scirent. Ad hæc Imperator ait: « Suadete illum, si non vult sacramentum facere, vel ad hoc se « proferat, ut videatur fecisse, ne mos patriæ nostræ annulletur ». Respondit ille: « Tantumdem est si simulavero, ac si fecerim: absit hoc à me ». Imperator videns eum sic firmum, noluit ampliùs inquietare illum; solummodò verbo et promissis ipsius fidem assentiens, dedit ei quod petebatur: ac in sua præsentia fecit illum ordinari, dans ei quæcumque fuerunt Sacerdotali benedictioni necessaria. Et non solum ipsi vel cæteris Episcopis, sed etiam Levitis ac Ministris altaris ita præparabat omnia, scilicet vestimenta, libros, E linteamenta ac quæque necessaria, ac si esset non Princeps sed famulus. Erat enim quidem religiosus Rex, et circa divinum cultum devotissimus.

Ordinatus est autem venerandus Pater Halynardus (b) per manus domni

(a) Sic ferè Willelmus Abbas Divion. renuat ordinandum jurare fidelitatem Episcopo Vercellensi, cujus ditioni subiacebat Monasterium Luciaum seu Locediense: *Inoleverat*, ut legitur in vita Willelmi num. 7. pag. 324. part. 1 Sæc. VI Bened. *malæ arreptæ consuetudinis usus, ut nullus Fratrum Levitici ordinis gradum priùs susceperet, quàm sese assertionem jurandi promitteret servaturum fidelitatem Episcopo. Hoc quoque dum suggestum fuisset Willelmo, ut juxta illorum morem faceret,*

respondens dixit se non posse salubriter respondere, ut pro his quæ solius Dei imperio gratis præstari deberent, horum Ministro alienius servandæ fidei assertionem ullo modo exhiberet: quin potiùs, inquit terribilem hujusmodi assentatoribus Salvatoris sententiam imminere.

(b) Jarento hujus Cænobi venerabilis post Halynardum tertius Abbas electus: præfuerant enim Johannes et Adelbero. Ex continuatione Chronici Abbatix S. Benigni ibidem pag. 394.

Matth. 5. 34.
Cap. 4 Inst.
27 et 22.

* Al. Dheodericus.

- An. 1046. Hugonis Archiepiscopi Chrysopolitani in loco qui vocatur Herbreſtine lin- A
guâ Teutonicâ , quod in noſtrâ Bonasmansiones ſignat , anno ab Incarna-
tione Domini MXLVI. Eodem anno perrexit memoratus Princeps Ro-
mam , ibique tunc ſuſcepit coronam Imperii die Natalis Domini per manus
Clementis Papæ , quem ipſe Imperator ordinari jussit ; et fecit deponi Joan-
nem qui tunc Cathedræ præſidebat , et Benedictum atque Sylveſtrum qui ,
in Concilio tunc habito examinatâ eorum culpâ , inventi ſunt non ſolum
ſimoniaci , ſed etiam pervasores Eccleſiæ Chriſti. Huic Concilio interfuit
ipſe domnus Lugduneniſium Archipræſul atque memoratus Hugo Archie-
piſcopus , aliique plures ex diverſis partibus coadunati Epicoſci. Fuerat ei
conſuetudo Romam orationis gratiâ frequenter pergere , ut SS. Apoſtolo-
rum ac Martyrum , qui urbem illam protegunt , patrocinia imploraret. Erat
namque ejus voluntas ut , ſi fieri poſſet , ibidem Deo animam redderet : B
quapropter non eſt fraudatus à deſiderio ſuo ; ſed , ut voluit , ita Dominus
ei conſeſſit. Defuncto memorato Papa Clemente , Romani petierunt eum
ab Imperatore. Hoc namque à Romanis Imperator datâ pecuniâ non par-
vâ exegerat , ut ſine ejus permiſſu Papa non eligeretur. Ille , cognita vo-
luntate Principis ac populi , diſſimulavit ire ad Curiam , donec , tardante
eo , alter eligeretur : diligebant enim eum valdè Romani propter facun-
diam oris ſui et affabilitatem ſermonis ; ita enim proferebat vernaculum
ſonum loquelæ uniſcujuſque gentis , quò uſque Latina penetrat lingua , ac
ſi eâdem patriâ eſſet progenitus.
- An. 1049. Domno igitur Leucorum Epicoſco Brunone , qui appellatus eſt Leo
Papa , ordinato , evocatus eſt ab ipſo Romæ ad Concilium domnus Archie-
piſcopus Halynardus , ſimulque omnes Epicoſci Galliæ , ad pertractandum C
inibi de ſtatu et correctione ſanctæ Eccleſiæ. In ipſo anno (a) ipſe domnus
Papa perrexit Franciam , et Remis habuit Concilium Epicoſcorum , ibique
fuit cum eo prædictus Pater noſter , tuncque fuit tranſlatum corpus S. Re-
migii ab ipſo domno Apoſtolicò et Epicoſcis qui ibi adfuerunt , et ipſa Ec-
cleſia ſacrata. Tertio prædictus Papa habuit Concilium in urbe Roma , quò
affuit præfatus Præſul ; indeque iterum Galliam properanti comes individuus
exſtitit. Veniens verò ad civitatem Lingonas , ordinavit ibi in præſentia
Papæ domnum Arduinum Epicoſcum pro illo qui fuerat ejectus. Rurſum
ſequenti anno Romam pergens cum ipſo domno Apoſtolicò properavit
Beneventum et Capuam , Montem Caſſinum , atque Montem Garganum ad
S. Michaëlem Archangelum. Ideò namque prædictus Papa perrexit illas in
partes , ut habitatores terræ illius , ſi poſſet , aliquo modo relevaret ab op- D
preſſione , qua nimiùm erant gravati à Normanniſ. At quia domnus Præſul
Halynardus præpotens erat in verbis , et ad ſuadendum quodlibet linguâ
ſufficiebat ; propter hoc ut mediator et legatus pacis inter prædictos Nor-
mannos et ipſum eſſet , domnus Apoſtolicus ſecum duxit eum. Inde regres-
ſus , quoniam ad colloquium Imperatoris , qui tum fortè erat in finibus
Ungariæ , properabat ; jussit eum prædictus Papa Romæ reſidere , donec ipſe re-
diret. Erat in ejus comitatu dictus Lingonenſis Epicoſcus Hugo . . . Ven-
ientes ergo Romam domnus Archipræſul Halynardus valefacturus (b) ipſi
et cæteris ſociis , diſcubuit cum eis ad menſam ; ubi oblatus eſt ei piſcis à
quodam falſo amico , veneno infectus : ex quo omnes qui perceperunt ,
tam ipſe quàm cæteri , vel infra octo dies mortui ſunt , vel poſt longam
ægritudinem conſumpti obierunt. Duo Monachi ex hoc loco , qui cum E
eo erant , hoc cibo interfecti ſunt. Obiit IV Kalendas Auguſti , anno ab
An. 1052. Incarnatione Domini MLII , peractis in Pontificio annis ſeptem , in regimine
hujus loci annis XX (c).

(a) Anno ſcilicet Domini MXLIX Papa IX ,
qui et Bruno quondam Tulleniſis Epicoſcus , Remis
benedixit Eccleſiam S. Remigii ; et poſt riduum ibidem
Concilium tenuit LXXVI Epicoſcorum ; inter quos
affuit Everardus Trever. Archiep. cum Guidone Re-
menſi , Halynardo Lugdun. Hugone Biſunt. Archie-
piſcopis ; ubi etiam affuit S. Hugo Abbas Cluniac.
qui interrogatus de ſua promotione fertur reſponſiſſe :
« Caro voluit , ſpiritus repugnavit. » Ex Geſtis Tre-
vireniſium Archiepiſc. apud Martenium.

(b) Hugoni ſcilicet Lingon. Epicoſco , qui à
ſede ejectus et Romam veniens , domnum expetiit
Papam ut de commiſſis modum pœnitentiæ et abſolu-
tionem delictorum imploraret : quibus acceptis , in-
ſuper licentiam recipiendi Epicoſpatûs obtinuit.

(c) Nobiliſ Romani , qui ad viſitandum eum vene-
rant , dum viveret , ad S. Paulum juſſerunt deſerri
corpus ; ibique honorificè traditus eſt ſepulture ad
lævam partem Eccleſiæ , et arcus ſuper tumulum ejus
ædificatus.

- A Hugo Chrysopolitanæ sedis Archiepiscopus, ipsius valdè familiaris amicus, dedit [S. Benigno in diebus Halynardi] Ecclesiam sitam in burgo Salinis dicto, quam sui genitores à fundamentis extruxerant : et est sacrata in honore SS. Symphoriani et Agathæ Martyrum ; Sanctusque Anatolius Confessor inibi quiescit. Cujus loci donationem posuit super altare S. Benigni.... Hæc donatio facta est anno ab Incarnatione Domini MXXXVII, Indictione V, Episcopatus sui anno VI. Concessit per Episcopale privilegium alteram Ecclesiam in eodem burgo sitam, S. Mariæ honori dicatam : quam Ecclesiam Rainaldus Comes dedit S. Benigno pro requie animæ patris sui Ottonis, vocati Willelmi ; proque ejus largitione accepit è domino Halynardo pecuniam non parvam, dum adhu c Prioris gereret officium. Dedit prædictus Comes Rainaldus in supradicto burgo locum ad Ecclesiam
- B construendam ; in quo exstructa fuit capella in honorem S. Andreae Apostoli.... In Evoregio terram quæ fuit Theudeberti.... iterùm jam dictus Comes restituit. Actum est hoc ab Incarnatione Domini MXXVI post mortem Willelmi Comitæ, qui ipso anno obiit (a) Idem Comes Rainaldus juxta castellum, Vesullum dictum, dedit Ecclesiam in honore S. Georgii sacratam, ut ibi construeretur Monasterium, et quatuor Monachi ibidem constituerentur.... Huic donationi præsens fuit memoratus Archiepiscopus Hugo ; deditque per baculum, quem ferre manu solebat, altare prædictæ Ecclesiæ Abbati Halynardo ; et ob memoriam hujus rei commutaverunt virgas suas. Burchardus quoque Comes dedit locum Offonivillam dictum, quondam nobilem Abbatiam et in honore S. Leodegarii consecratam, utque Monasticus ordo ibidem reparetur.... Sed et Rotgerius Dominus castri, quod vocatur Wangionum-rivus, Ecclesiam à patre suo Widone in honorem S. Stephani constructam, ea intentione largitus est, ut expulsis Canonicis Monachi ibi collocarentur. Rainaldus etiam possessor castri, quod Castellion dicitur, ad obitum veniens ac sumens habitum Monachicum, dedit potestatem S. Juliani cum.... Ecclesia ipsius Sancti nomini dicata ; ubi petiit Monachos constitui.... Simili modo Albertus Comes Metensis dedit villam, quam dicunt Vulferei-curtem.... sed eo mortuo Girardus Dux filius ejus adimplevit. Necnon et matrona quædam, Letgardis nomine, soror Lamberti Episcopi *, dedit Ecclesiam
- C sitam in villa Islo super Mosam fluvium, in Comitatu Bassiniacensi.

An. 1037.

An. 1026.

* Lingon

(a) Ibi Auctor de seipso sic loquitur : *De habitatoribus verò ipsius oppidi, aliquanti offerentes filios suos, contulerunt de rebus suis S. Benigno : inter quos pater meus me offerens, exceptis aliis rebus, dedit secus puteum domum et sedem unius caldarie.*

EX CHRONICI FONTANELL. (a)

Appendice secundâ ab anonymo Scriptore, sed coætaneo.

Apud Acherium Tom. 2. Spicil. in-fol. pag. 288.

ROBERTUS [Dux Norm.] acer animo et prudens, priores suos virtute quidem et potentiâ exæquavit ; sed pravorum consultui, ut potè in primævo juventutis flore constitutus, æquo ampliùs attendens, regnum quod florens susceperat, in multis debilitavit. Verùm non multò post cælesti respectus gratiâ, et bonâ quæ inerat illi naturâ et consilio justus (b) respuit ; et eos quorum pravitate à recto deviaverat, à suo consilio atque familiaritate sequestravit, suæque jugo potentiæ versâ vice fortiter oppressit ; ac se in libertatem, quæ se decebat, vindicavit : atque ita propter præteritorum

Cap. 7.

(a) Appendix hæc, quæ ultra annum 1053 non progreditur, et cujus fragmenta quædam Tomo X nostro assumimus pars est historiæ Miraculorum S. Vulframni, editorum à Mabillonio parte I sæculi 3 Bened. pag. 370. Auctor, Monachus S. Wandregisili et inter optimos sui ævi

Scriptores historicos meritò ponendus, ætatem suam pluribus in locis prodit. Sed de his, ubi de Miraculis S. Vulframni, Acherianam editionem contulimus cum Mabillonianâ.

(b) Apud Acherium, *intus*.

- An. 1035. ignorantiam profectus Jerosolymam, profundè pœnituit; sed in redeundo A
malignorum perpressus insidias, qui ejus æquum quod jam experti erant, verebantur imperium, veneficio, ut didicimus, apud urbem Nicæam occubuit; ibique intra sanctam civitatis illius Basilicam, quod nulli alii mortaliū concessum est, honorificâ donari sepulturâ promeruit.... Gerardus Abbas ætate maturus, anno ducaminis illius [Roberti Principis] quarto, nocte subsequentis Sabbati in suo lecto peremptus, martyrio, ut credimus, coronatus est, quia pro veritate occubuit.... Facta sunt autem hæc anno Incarnationis Dominicæ MXXXI, III Kalendas Decembris.
- Cap. 8. Patri [Gerardo] Gradulfus, tunc Decanus; sed in monte (a) S. Trinitatis ad ædificandum eum constitutus.... in regimine successit jussu Rotberti Principis, atque per annos sexdecim quibus supervixit, sagaciter susceptum officium modestè disposuit... Anno suæ ordinationis secundo Ecclesiam principalem, quam Pater Girardus ædificaverat, dedicari in magna gloria et honore ingenti fecit, in honore scilicet S. Petri et omnium Apostolorum Sanctique Wandregisili et Omnium Sanctorum, à magnifico viro Richardi II fratre, Rotberto nomine, Rotomagensis videlicet urbis Pontifice, sed et Huberto Lisiacensis * civitatis doctissimo Præsule, nec non et Rotberto nobilissimo Antistite Constantiæ * urbis, pridie Idus Septembris.... In ipsa autem die inter sacra Missarum solemniam, vir optimus et in omni liberalium disciplinarum experientiâ probatissimus Isembertus, Abbatibus est benedictionem consequutus; cujus postmodum urbs Rotomagensis scientiâ ac bonitate frui meruit; sed pauciori tempore quàm expedierat sibi.... Per
- An. 1034. idem ferè tempus quidam vir, quantum ad sæculi gloriam genere spectabilis, opibus dives et amplissimo pollens honore, Hunfredus nomine, cœnobium in proprio fundo, qui Pratellis (b) nuncupatur, ædificare disposuit... Accersito Gradulfo Abbate, nam ei valdè familiaris erat, ejus consilio Monasterium... ordiri fecit, atque in parvo tempore ad effectum perduxit: sicque demùm eundem locum ad regendum illi contradidit; ubi ille accepta potestate Monachos ex suis constituit; ac post multa quæ narrationis brevitatis refugit, Abbatem Ansfredum nomine ordinari fecit: sub quo prædictus vir [Hunfredus] non multo post sanctæ religionis habitum suscipiens, vitam honestam laudabili fine conclusit... Obiit [Gradulfus]
- An. 1047. (c) anno ab Incarnatione Domini MXLVII, pridie Nonas Martii. Huic successit frater illius pro carnis origine, nomine Rotbertus, anno fermè XIII principatûs Willelmi Comitis, quem genuerat Rotbertus Comes. inelytus. Hic autem à patre valdè tener et parvulus in regno relictus, multa incommoda et adversa pertulit; sed juvante se gratiâ divinâ, cum ipsâ pueritiâ omnia discrimina quibus opprimebatur, exiit; suorumque ultor acerri- D
mus inimicorum, qui sibi fideliter obsequuti fuerant, honoribus extulit, potentiâ sublimavit; finesque sui regni crebris munitionibus adversus finitimas gentes, ne earum paterent incursibus, vehementer firmatas cinxit; atque (d) nunc usque sub cœlestis Regis imperio monarchiam regni pro arbitrio potenter disponit, cunctis per circuitum regnis et nationibus aut fœderatis opportunus, aut infensis formidolosus.
- An. 1035. Sub hujus [Willelmi II Comitis Normanniæ] statim initio regni gravissima fames (e) in universâ terrâ facta est, qualem nemo mortaliū se vidisse vel audisse meminit; quæ per septem annos continuos orbem oppressit,

(a) Monasterium montis S. Trinitatis prop. Rotomagum, postea S. Catharinæ, Carthusiensibus cessit. Isti Cœnobio primus præfuit Isembertus, de quo infra.

(b) Pratellense virorum Monasterium, vulgò *Preaux*, quod veteres alii *Pratellos*, alii *Pratellum* vocant, uno milliari distat à Ponte-Audomari oppido. In eo autem loco antiquitùs jam exstiterat Cœnobium.

(c) Morte præventus, cum Pontifici Rotomag. Coadjutor destinaretur. Nam, scribit ibidem Anonymus noster, cum *Episcopalis honor sanctæ sedis Rotomag. paululùm multis ex causis declinaret, visum est Pontifici Malgerio ut eundem Abbatem Gradulfum sibi substitueret, et Vicarium sub se*

benedictione insigniret Episcopali.

(d) Nota Auctoris ætatem.

(e) *Cum adhuc famulus Dei Symeon vitales carperet auras... fuit fames valida in omni terra [Trevir.] Ista, ita ut multi morerentur inedia. Hiemalium pluviarum emersione inundantia, sed et fluminis secus civitatem decurrentis verno tempore incæstimabili superabundantia, diutina statione et nimia sui limositate, omnes ferè segetes absorberat: cujus mali causam insipientis vulgus Symeoni imputabat Ex Gestis Trevir. Archiepiscoporum apud Martenium Tom. 4 Ampliss. Coll. col. 169. Symeon Reclusus ibidem col. 165, animam reddidit Calendis Junii, anno Dom. Incarn. MXXXV.*

A frequentes urbes et castra multâ populorum constipatione pridem referta, sive villas et burgos ita depopulata est, ut ædificiis passim dirutis, rarus incola inveniretur. Fuerunt etiam nonnulli quos victualium egestas ad vescendum humanas carnes, quod dictu quoque grave est, contra fas impulit, et homicidio miseram vitam crudeliter exigere instigavit. Prætereà clades et pestilentiaë cœlitus super mortalium genus tot talesque exstiterunt, quales nullus retrò actorum temporum relator antehac exstitisse, litterarum indiculo dereliquit. Nam et ignis, iræ cœlestis ultor et humanorum vindex scelerum, humana corpora ita depastus est, totque erant greges eâ peste percuntes, ut terrori esset et maximo horrore, viæque et compita fœtore complerentur ingenti, et maximè cœmeteria sacrorumque locorum peribola, ad quæ miserorum turbæ causâ consequendæ medelæ per Sanctorum

Cap. 9.

B patrociniâ instantissimè confluebant. Eo tempore periit cithara et lyra, et omne genus musicorum interiit: sublatum est enim gaudium; vox lætitiæ nusquam audiebatur; nemo de ludis et voluptatibus, de secundorum successu nullus disputabat: ubique tristitia, dolor et metus malorum ingens erat; luctus et vastitas cuncta latè tenebat. Prætereà discordia Principum inter se conflictantium propter prædicti Principis pueritiam, Normannorum patriam vehementer atterebat; ferro, rapinis et flammis urentibus cuncta longè latèque incurabat, et in ultimam vastitatem optima quæque et electa uberrimi et speciosi quondam regni loca redigebat. At verò Pater misericordiarum et Deus totius consolationis, ubi populum suum dignanter ab alto respexit, et parumper respirare à tot tantisque indignationis suæ flagellis, piâ miseratione voluit; elementorum suorum temperiem serenâ

C dignatione, non nostri merito, in melius ordinavit, influentes amplius quàm expediebat pluvias coercuit, imminentes supernè pestes suspendit, benignitatem suam propitius indulsit, et terra nostra fructum suum solito uberius protulit. Pacis aliquantulam requiem, jam adulto Principe seque sibi in libertatem vendicante, miseratus concessit, seditiones, incendia et rapinas domesticas inhibuit; non tamen manum vindicem usquequaque sustinuit, sed reliquias scelerum populi sui clementius paterno flagello corrigere non destitit. Procurato etiam cœlesti remedio, et in lucem conspicuæ cognitionis prolato, dignanter medicare ea disposuit: nam gloriosa sanctissimi patris Vulfranni merita tali dignatus est occasione mortalibus declarare, et ad patrociniûm fidelium cunctis revelare, quæ paucis eatenus ad notitiam noscuntur pervenisse; adè ut crebra miracula, quæ apud ejus

D sacratissima ossa fieri videbantur, ne illi quidem imputarentur.

Anno siquidem Incarnationis Dominicæ MLIII, diurnâ siccitate tellus exaruit; mortalitatis lues eis Sequanam graviter desæviens, Caletensem (a) pagum occupavit; ita ut viri et mulieres diversæ ætatis pariter occumberent, villæ sive domus, totâ simul obeunte familiâ, vacuæ remanerent. Quo terrore universus populus ad implorandum pietatem divinam toto corde conversus, letanias et processiones cœpit frequenter agere, jejunia certis diebus observare, atque de vicinis locis et villis ad sacratiora quæque loca vel urbes ad impetrandum Sanctorum suffragia devotè convolare. Unde factum est ut et ipsi nos idem agere statueremus, et ad urbem Rotomagensem cum pretiosis Sanctorum reliquiis, populo undecumque ad hoc convocato, unâ pergere deliberarem; non tamen eâ quâ alii necessitate, quippè cùm nullus apud nos sive in toto circa nos miliario (Deo nos suorum meritis Sanctorum protegente) mortalitati succumberet: sed potius ut nostro plebs incitata exemplo, promptius in cœpto supplicandi officio persisteret, et impendentem divinæ animadversionis gladium precibus avertere instaret (b). Constitutâ ergo die, videlicet VIII Kal. Junii, undique coacto populo, pretiosum S. Vulfranni corpus electi quindecim Fratres præcipiente Abbate suscipientes, dispositum iter tandem (c) arripuimus, et mansionem in villa quæ *Escetot* vocatur, in Ecclesia S. Petri nocte illâ fecimus. Cùmque die sequenti imminente aurorâ inde processissemus, et

An. 1053.

(a) Vulgò *le pays de Caux*.(b) Apud Mabillonium, *gestiret*.

(c) Nota iterum Auctoris ætatem.

sylvam quæ interjacet festinanter transissemus, tamque pretiosum thesaurum comitante turba ingenti alacres gestaremus, præmissis legatis, nos adventare civitatis Archidiacono sanctoque Clero innotescere curavimus. At illi comperto tali nuncio, confestim se præparaverunt, plebemque fidelem noto signo ad occurrendum nobis excitare studuerunt. Deinde sumpto S. Romani Pontificis glorioso corpore, occurrentibusque sibi undique civitatis Canonicis cum suorum quoque Sanctorum corporibus et ecclesiastico apparatu, obviam nobis in multa gloria processerunt, atque in ipso suburbii introitu cum ingenti nos lætitia et honore præcipuo exceperunt: sicque elatis in altum vocibus, divinasque laudes nobis atque illis alternatim concinentibus, cives qui convenerant Rotomagenses, S. Patris Vulfranni loculum suis reverenter humeris susceperunt, et usque in sanctam Dei genitricis Mariæ Ecclesiam, nobis comitantibus, ovantes detulerunt (a).

(a) Hucusque Spiellegium Acherii. Quædam ex his in Miraculis S. Vulfranni. quæ sequuntur apud Mabilonium, excerpta exhibebimus.

EX HERMANNI (a) CONTRACTI COMITIS DE VORINGEN

Majoris Augiæ Monachi, Chronico locupletiore.

Inter Antiquas Canisii Lectionnes à Jac. Basnagio auctas,
Tom. III, pag. 265

MXXXII. Rudolfus ignavus Burgundiæ Regulus obiit, et diadema ejus regnique insignia Conrado Imperatori per Seligerum allata sunt: Imperatoreque ipsis diebus contra Misiconem, Selavorum qui Boloni * vocantur Regem, exercitum ductante, Odo sororis ejusdem Rudolphi filius, Princeps Gallicæ Campaniæ, regnum Burgundiæ invasit; captisque Nuenbug et Murtena castris, sua in eis præsidia posuit. Berno Augiæ Abbas, missis Romanam Cœnobia sui privilegiis, à Papa Johanne item privilegium, cum sandaliis ut Episcopalis (b) indumentis Missas ageret, accepit.

MXXXIII. Imperator post Natalem Domini Burgundiam petiit, Murcenam obsedit; sed impediente hyemis algore, nihil inibi se dignum potuit efficere. Idem rursùm æstate ipsam Odonis provinciam Gallicam invadens, Campaniam prædis et incendiis devastavit; donec ipse Odo supplex ad eum veniret, et clementer susceptus satisfactionem licet fictè promitteret... Eclipsis solis III Kal. Julii circa septimam diei horam facta.

MXXXIV. Imperator iterum Burgundiam cum magnis petens copiis, omnia cis Rodanum castella subjecit, Murcenam diruit, Genuensem * urbem intravit; Lugdunensem Archiepiscopum Burghardum, genere nobilem et strenuum, sed per omnia scelestum et sacrilegum, cum multis aliis Principibus in deditionem accepit; subjugatoque Burgundiæ regno, rediit.

MXXXV. Synodus magna apud Tiburiam ab Imperatore collecta est.

MXXXVI. Henricus Rex filius Imperatoris Chunihildem Cnutonis Danorum et Anglorum Regis filiam regalibus sibi apud Noviomagnum * nuptiis copulavit uxorem... Burghardus Luctunensis * Archiepiscopus, imò tyrannus, et sacrilegiis Ecclesiarum deprædator incestuosus, eum Udalricum Selegeri filium bello peteret, ab ipso victus et captus Imperatorique

(a) Hermannus, qui membris juxta nomen suum contractus fuit, Opus suum continuavit ad annum 1054, quo obiit. Mira autem diversitas in variis editionibus Chronici ejusdem, quod Pistorius, Urstisius, Canisius et Basnagius vulgarunt. Hanc diversitatem natam Canisius auctumat ex eo quòd placuerit parenti fœtus, quem lambendo formavit, variavit; et hoc aliquoties, ut proinde accesserint multa. Eadem est conjectura Urstisii. Alia tamen Canisio et Basnagio videtur causa discriminis. Eruditi scilicet

viri, qui his Chronicis utebantur, ad proprium usum plura adjecerunt. Id facillè patet ex eo quòd aliquando eadem repetantur verbis immutatis. Deinde quisquis pro libitu eventus sibi notandos cæteris consuebat, certisque annis assignabat. Inde natæ sunt variæ illæ editiones seu lectiones, quarum Pistorianas et Urstisianas describemus in Fragmentis nostris Histor.

(b) Primum en hujusmodi concessionis privilegii exemplum, ut videtur, occurrit.

A adductus, ferro compeditus et custodiâ mancipatus, multis annis detinetur in vinculis.

MXXXVII. Ipso anno pugna inter Odonem Gallicæ Campaniæ Principem et Gozzilonem Lotringorum * Ducem commissa. Odo victus et cum suis fugatus, in ipsa fuga peremptus interiit. * Lotharing.

MXXXVIII. Mense Julio [in Italia] ingens exercitum [Imperatoris] pestilentia invasit, et plurimos passim extinxit; inter quos Chunihildis Regina, Heinrici Regis uxor, XVII Cal. Augusti defuncta est... Hermannus quoque Dux Alamanniæ suis admodum flebili morte V Cal. Augusti occumbens, Tridenti tumulatus est. Imperator de Italia reversus, Solodori colloquio habito, plurimos Burgundionum Primores tam sibi quàm filio suo subjectionem sacramento firmare coegit.

B MXXXIX. Conradus Imperator apud Trajectum Friesiæ urbem, Pentecosten III Nonas Junii, inopinata morte subito decessit; et Nemetum allatus, ibique sepultus est: et filius ejus Rex Henricus gubernaculum regni suscepit.

MXLII. Henricus Rex hyeme Burgundiam invasit, multosque Principum se illi subjicientes suscepit, nonnullaque legitimè dijudicavit.

MXLIII Gisela Imperatrix apud Goslere, quamvis, à sortilegis nunquam vera sibi prædicentibus decepta, filio Regi se supervicturam crederet, dysenteriae morbo XV Kalend. Maii decessit, et Nemeti juxta maritum Imperatorem sepulta est. Æstas pluviosa frugum et vindemiarum penuriam fecit. Henricus Rex... in Synodo Constantiensi cunctis qui contra se deliquerant, primùm ipse debitum omne dimisit; deinde precibus et

C adhortationibus omnes præsentis Suevigenas, postea in aliis sui regni provinciis idem acturum iri satagens, dimissis debitis et inimicitis, sibi invicem reconciliavit; pacemque multis sæculis inauditam efficiens, per edictum confirmavit. Exin Agnetem Wilhelmi Pictaviensis filiam sponsam suam accipiens, et Mogontiaci Reginam inungi faciens, regales apud Ingelheim nuptias celebravit; et in vano histrionum favore nihili pendendo, utile cunctis exemplum, vacuos eos et moerentes dimittendo, posuit.

MXLIV. Maxima pestis pecudum; et hyems satis dura et nivosa magnam vinearum partem frigore perdidit; et frugum sterilitas famem non modicam effecit. Gozzilo Dux Lotharingorum moriens, Gozzilino filio quamvis ignavo Ducatum suum à Rege Henrico promissum, relinquere disposuit. Filius ejus Godefridus jam dudum Dux, cum Ducatum fratri debitum contra fas à Rege Henrico sibi obtinere nequivisset, jusjurandum fidemque postponens, rebellare pio Regi præsumit... Eodem anno Ludovicus Comes Reginoldum Principem, Reginæ [Agnetis] avunculum, sed Henrico Regi inimicum, dum quoddam castellum ejus, quod Mons Pili-gardæ dicitur, magna cum manu expugnare pararet, cum parva militum suorum copia pugnam iniens vicit, multisque cæsis reliquos fugavit... Beggelinheim castellum Godefridi à Rege destruitur.

MXLV. Reginolt et Gerolt Burgundiones Regi apud Solodurum ad deditionem venerunt... Godefridus Dux rebellionis suæ desperans, Regique ad deditionem veniens, in custodiam mittitur... Regale colloquium apud Triburiam condietum gravis Regis infirmitas præpedit; quo etiam tempore Agnes (a) Regina filiam Regi peperit.

E MXLVI. Magna mortalitas multos passim extinxit... Rex pagum quemdam, quem Theodoricus Marchio sibi usurpaverat, ab eo eripuit; unde idem postea rebellionis causam sumpsit. Sanctam autem Pentecosten Aquis-grani faciens, Godefrido Duci, custodiâ relaxato sibi procedenti terratenus prostrato, Ducatum suum misertus reddidit... Fridericus frater Heinrici Ducis Bajoariæ, Dux Lotharingorum pro Godefridi fratre ignavo Gozzilone constituitur.

MXLVII. In ipsa Natalis (b) die Domini Suidgerus, natione Saxo, Apostolicæ sedi Papa ex more consecratus et nomine auctus, Clemens II vocatus est; qui mox ipsa die Henricum Regem, conjugem ejus Agnetem

(a) Sic et Agnes annis 1047 et 1048 filiam peperisse legitur ibidem.

(b) Anni initium sic semper ducit Hermannus à Nativitate Domini.

imperiali benedictione sublimavit... Circa idem tempus Imperator, Argentinae Herrandum Praepositum pro Wilhelmo autumnali tempore defuncto, A
 Viridunensi [Ecclesiae] Theodericum Basileae Praepositum Capellanum, Pontifices praefecit... Duces Nordmannis qui in illis [Ital.] partibus commorantur, constituit... Adalberonem Ducem, videlicet Heinrici et Friderici fratrem, Metensis Ecclesiae Episcopum, post Theodericum nuper defunctum constituit... Per idem tempus Godefridus Dux cum Balduino de Flandris et aliis nonnullis rebellionem innovasse, bellumque copiis collectis paravisse; Theodericus quoque de Phladringa Marchio rebellavisse, et Episcopatus sibi contiguos ad injuriam Imperatoris populatus esse nunciatur... Cum Godefridus rebellionem suam callidis legationibus dissimularet, [Imperator] autumnali tempore navali expeditione collecta, contra Theodericum in Phladringam arma commovit... Clemens Papa nono mense promotionis B
 suae [obiit]... Ipso tempore Godefridus inter alia quae contra Regem gessit, Viridunensem civitatem dolo captam incendit et evertit, cujus, Ducatum Adalberto cuidam tradit.

MXLVIII. Imperator Ascensionem Domini Turego, Pentecosten autem Solodoro celebravit; habitoque ibi cum Burgundionibus colloquio, per Franciam orientalem in Saxoniam remeavit... Defuncto viro docto Wazone Leodii Pontifice, Dietwinus * successit... Papa Damasus II, paucis diebus exactis, defunctus... Autumnali tempore Henricus Imperator et Henricus Rex Galliarum in Metensi territorio (a) convenientes, pacem pactumque inter se juramento confirmant. Quibus diebus terrae motus magnus factus est nocte III Idus Octob... Eodem tempore Godefridus Adalbertum Ducem se depraedantem persecutus, et dimissa multitudine C
 eum paucis inventum, cum aliis qui repugnare tentabant, occidit: post quem Gerhardus Dux ab Imperatore constituitur. Ipsi Imperator diebus Argenturatum venit.

MXLIX. Glaciali hyeme suppeditante, nonnulli de partibus maritimis milites et Principes cum Leodiensi Episcopo et Trajectensi atque Metensi congregati, Theoderico in Phladringam insidias tendunt, commissaque pugnâ victum occidunt, et provinciam illam Imperatori subjiciunt: quam tamen non multo post Godefridus occupans, ab eisdem pugnâ petitus et victus, vix aufugit. Per idem tempus Bruno Leucorum Episcopus, ab Imperatore electus Romanque missus, summo honore suscipitur, et in Quadragesima Papa CLIII ordinatus, Leonis nomen accipit... Odilo venerabilis Cluniacensis Coenobii et multorum Pater Monasteriorum, IV Nonas D
 Jan. migravit ad Dominum. Secuta aestate cum Imperator expeditionem contra Godefridum et Waldevinum * à domno Papa excommunicatos pararet, Godefridus tam manum Imperatoris quam Papae excommunicationem pertimescens, ad deditionem Aquisgrani venit, et opitulante Papa gratiam Imperatoris promeruit. Waldevinus verò utrumque contemnens, vastatâ ab exercitu magna ex parte provinciâ suâ, tandem obsides dedit, et pactum cum Imperatore fecit. Autumnali tempore dominus Papa Synodum magnam Remis cum Galliarum Episcopis habuit.

ML. Dominus Papa Gallias, et Episcopatum suum Leucorum civitatem revisit: quoque tempore Agnes Imperatrix tandem Imperatori filium peperit [Henricum.]

MLI. Imperator Lantpertum Comitem rebellare molientem, ad deditionem compulit. E

MLII. Imperator Natalem Domini Goslare egit; ibique (b) quosdam haereticos, inter alia pravi erroris dogmata Manichæâ sectâ omnis esum animalis execrantes, consensu cunctorum, ne haeretica scabies latius serpens plures inficeret, in patibulis suspendi jussit... Bonifacius ditissimus

(a) Chronicon Augustense ad annum 1048, concinit his verbis: *Henricus Imperator et Henricus Galliae Rex convenientes pactum inter se confirmant.* Quò autem convenerint, non tradunt Scriptores. Andaginensis Monasterii Historia, ex qua excerptum infra edemus, locum designat, Ivodium diocesis Trevirensis oppidum haud igno-

bile, duabus tantum leucis à Mosomo dissitum.

(b) Apud Canisium: *quosdam ibi haereticos Manichæos, omnis esum animalis execrantes, consensu omnium, ne haeretica scabies serperet in plures, in patibulo suspendi fecit... Beatricis nobilissimae Comitissae maritus, à duobus militibus sagittis toxicatis vulneratus moritur.*

A Italiæ Marchio , imò tyrannus , insidiis à duobus exceptus militibus , sagittisque vulneratus et mortuus , Mantuæ sepelitur. Cùm Imperator circa Letaniarum tempus Solodori colloquium haberet , quidam ex Burgundionibus offensi , inde discedunt ; sed non multò post aliqui ex illis ad gratiam ejus redeunt . . . Imperatrix iterum filium , quem Conradum postea vocaverunt , Imperatori peperit.

MLIII. Cum Papa de Nordmannorum violentiis et injuriis , qui res S. Petri se invito (a) vi tenebant , multa conquestus esset , ad hos etiam inde propulsandos , Imperator ei auxilia delegavit. Ea siquidem gens à temporibus prioris Henrici Imperatoris , in Calabriæ , Samniæ , Campaniæque partes paulatim ex Gallici oris Oceani adventitia confluebat ; et quia bellicosior Italicis gentibus videbatur , primò gratanter accepta , crebrò indigenis contra Græcorum et Sarracenorum incursiones audacter præliando auxiliabatur. Primò gratanter accipitur , postea verò pluribus eorum ad uberem terram accurrentibus , viribus adacti , indigetes bello premere , injustum dominatum invadere , hæredibus legitimis castella , prædia , villas , domus , uxores etiam quibus libuit vi auferre , res Ecclesiarum diripere ; postremò divina et humana omnia , prout viribus plus poterant , jura confundere , nec jam Apostolico Pontifici , nec ipsi Imperatori , nisi tantum verbo tenus cedere. Ad horum igitur nefaria et inextricabilia scelera illis è partibus eliminanda , indigenasque ab eis liberandos , dominus Papa animum intendens , summa cum charitate ab Imperatore , Romam reversurus , digreditur. Sequuti sunt autem eum plurimi Theutonicorum , partim jussu dominorum , partim spe quæstûs adducti ; multi etiam scelerati et protervi , diversasque ob noxas patriâ pulsi . . . Papa , habitâ post Pascha Synodo , contra Nortmannos , ut proposuerat , exercitum movit : cùmque illi pacem petentes , subjectionem servitiumque illi promitterent ; et priùs injustè sibi usurpantes invaserant , ejus beneficio gratiâque retinere se velle dicerent ; idque Papa abnegans , vi et injuriâ raptas res S. Petri reposceret , eosque perperam pervaso cedere loco juberet : illi quia numero longè præstabant , quasi rem impossibilem sibi propositam refutantes , se potius bello obviam ituros , armisque acquisitam patriam armis defensuros , vel morte occubituros denunciant. Sicque XIV Cal. Julii validâ pugnâ confligentes , prima acie à Theutonicis penè victi sunt ; sed succenturiatis copiis ex insidiis nostros circumvenientes , Italis citius terga vertentibus , Theutonicis maxima ex parte sed non inultè occumbentibus , occulto Dei judicio , sive D quia tantum Sacerdotem spiritalis potius quàm pro caducis rebus carnalis pugna decebat , sive quòd nefarios homines quàm multos ad se ob impunitatem scelerum vel quæstum avarum confluentes , contra itidem scelestos expugnandos secum ducebat , sive divinâ justitiâ alias quas ipsa novit ob causas nostros plectente ; quamvis nimis cruentam hostes adepti sunt victoriam : ipseque dominus Papa in quodam ab eis castello obsessus , cùm expugnata jamjamque munitione , necessitate coactus communionem eis priùs interdictam reddidisset , acceptus ab eis Beneventum cum honore reductus est , ibique tempore aliquanto detentus , nec redire permissus.

Et hoc et superiori anno frugum penuria facta est non modica.

Imperator Henricus magno apud Triburiam conventu habito , filium æquivocum Regem à cunctis eligi , eique post obitum suum , si rector justus E futurus esset , subjectionem promitti fecit.

Mogontia Paschale festum celebravit [Imperator] , ubi Theodaldus Othonis ad eum de Galliis veniens , et Miles ejus effectus , auxilium suum illi pollicitus est. Dominus Papa Romam ægrotans reversus . . . XVI Cal. Maias obiit . . . Sepultus miraculis claruisse memoratur. Gotefridus iterum contra Imperatorem tyrannidem invasit , Italiamque latenter adiens , Beatricem Bonifacii quondam Marchionis viduam uxorem accepit (b).

[An. 1054.]

(a) Apulienses verò per occultos Legatos Leonem IX, ut in Apuliam cum exercitu veniret, invitant, dicentes Apuliam sibi jure competere et prædecessorum suorum temporibus juris Ecclesiæ Romanæ fuisse ; se illi auxilium laturos ; Normannos imbelles, viribus enerves, numero paucos. Ille, ut assolet, quamvis

prudentissimus esset, ambitione captus, Alamanorum exercitu ab Imperatore sibi in adjutorio recepto, confidens in auxilio Longobardorum, Apuliam intrat, etc. Gaufridus Malaterra cap. 14 lib. I Historiæ Siculæ.

(b) Hic finem accipit Hermanni Chronicon. Quæ

- Herimannus (a) Wolferadi Comitis filius, ab infantia omnibus membris A contractus, sed omnes tunc temporis viros sapientiâ et virtutibus præcellens, in Aleshusan prædio suo defunctus ac sepultus est.
- An. 1055. Eodem tempore quinquaginta aut eo ampliùs armati milites à Normannia latenter per mare transeuntes, Normannis contra Imperatorem auxilium præbere cupientes, à Picentibus civibus capti atque ad Imperatorem delati... Beatrix Imperatori ad deditionem veniens, causâ mariti sui quanquam data fide tenetur, filiusque ejus puer Bonifacius hac causa venire veretur. Sed non multis interpositis diebus, cùm Imperator ibidem moraretur, idem puer moritur.
- An. 1056. Henricus Imperator tempore autumnali obiit, anno ætatis suæ XXXIX, regni verò XVIII, imperii XV, Indict. X... filius ejus Henricus IV, septimum ætatis annu habens, pro eo regni jura suscipiens, à Primoribus B matri Imperatrici educandus est commendatus.
- An. 1057. Immensitas nivis et pruinae magnam partem vinearum perdidit. Romæ Victor II decessit; in ejus locum Fridericus, frater Gotefridi Ducis, Papa ordinatus, Stephanus IX est nominatus... Hoc anno lapides miræ magnitudinis, mixti grandine, de cœlo ceciderunt, et nonnulli hominum fulmine perierunt.
- An. 1058. Romæ Stephanus Papa obiit... Substitutus Nicolaus II... Eodem tempore nonnullis regni Principibus [Imperatrix] multum displicuit.
- An. 1059. Hoc anno magna mortalitas hominum et pestis pecorum facta est.
- An. 1060. Henricus Galliarum Rex obiit, et filius ejus adhuc puer Regnum cum matre gubernandum suscepit... Et hoc anno, sicut in priori, mortalitas multos extinxit. Hyems satis dura et nivosa et plus solito proluxa, frumenti C viniq̄ue maximum attulit damnum... Magna fames multos consumpsit.
- An. 1061. Agnes Imperatrix, depositis regalibus vestimentis, sacro velamine circumdata.
- An. 1062. Sexto Idus Febr. terræ motus, fulgura et tonitrua facta sunt: pestilentia et mortalitas subsequuta multos extinxit. His diebus Hanno Agrippinæ Colonix Archiepiscopus, adnitentibus quibusdam regni Principibus, Henricum Regem cum lancea et aliis imperii insignibus à matre vi arripuit, secumque Coloniam adduxit.
- An. 1063. Tempore veris, medio mense Aprili, per quatuor dies hyems sæva, ventosa et nivosa, aves et pecora frigore extinxit, arborum et vinearum maximam quoque partem perdidit... Eodem anno quædam mulier juxta D Constantiam infantem, duo capita necnon et cætera membra adusque clunes duplicia habentem, peperit.
- * Germ.
An. 1065. Henricus Rex * accinctus est gladio, anno regni sui IX, ætatis autem suæ XIV, et Dux Gotefridus Scutarius ejus eligebatur... Hoc tempore Sigifridus Mogoniac. Archiepiscopus, Wilhelmus Traject. Episcopus, et Guntharius Babinberg. Episcopus, Otho Ratispon. Episcopus cum magno apparatu et comitatu Hierusalem proficiscentes, in eo itinere à Paganis multa sunt perpessi: nam et bellum cum eis inire sunt coacti.

sequuntur, continuatoris ejus esse videntur. Bertoldi Constantiensis; de cujus alterâ Urstisianâ Appendice ad eundem Hermannum mox infra agemus.

(a) Ex his facilè probatur genuinum Hermannii Chronicon fuisse continuatum aliena manu. *Hermannus Monachus*, inquit Abbas Spanheimensis Trithemius, *vir in divinis Scripturis*

eruditissimus et in sæcularibus litteris, universaliter doctissimus, Philosophus, Poëta, Astronomus, Rhetor et Musicus, nulli suo tempore secundus, trium linguarum, Græcæ, Latinæ et Arabicæ peritissimus, scripsit carmine et prosâ multa præclara volumina... Composuit etiam Cantus et Prosas, è quibus est Salve Regina, et Alma Redemptoris Mater, etc.

EX BERTOLDI ^(a) CONSTANTIENSIS PRESBYTERI

Chronico, seu Appendice ad Chronicon Hermanni Contracti.

Inter Historiæ Germanicæ Scriptores Urstisianos, Tom. 1 pag. 341.

- A** NNO MLIV. Gebehardus, Victor II nominatus, Papa sedit tribus annis... Herimannus Wolferadi Comitis filius, ^(b) etc... Balduinus Imperatori rebellat.
- B** MLV. Imperator Italiam visitat, et Beatricem inde abduxit captivam; quippè multum molestè ferens, Duci Gotefrido esse copulatam.
- MLVI. Victor Papa, misso Hildebrando tunc Archidiacono, sed postea Apostolico, Synodum Turonis generalem collegit; in qua Beringarius Andegavensis Ecclesiæ Canonicus, à quo Beringaria hæresis denominatur, synodaliter et præsentialiter pro eadem hæresi examinatur. Qui cum se defendere non posset, hæresim suam coram omnibus anathematisavit et abjuravit.
- MLVII. Heinricus Imperator, filium suum jam Regem factum Principibus regni commendans, obiit III Nonas Octob. pro quo Heinricus filius ejus admodum puer, cum matre sua Agnete cœpit.
- C** MLX. Romæ Nicolaus Papa generali Synodo præsidens, Beringarium præsentialiter et synodaliter pro hæresi sua iterum examinavit: qui tandem quasi conversus, libros suos hæreseos coram Synodo concremavit, et eandem hæresim ut priùs jurando anathematisavit.
- MLXI. Lucensis Episcopus, nomine Anselmus, Papa ordinatus. Alexander vocatur... Qui satis strenuè simoniacam hæresim destruxit, et Ministris altaris cum conjugibus coire, juxta Canonum statuta, cum excommunicatione interdixit, ipsosque laicos Clericorum incontinentium officia audire per bannum prohibuit; sicque Clericorum incontinentiam satis prudenter refrænavit ^(c). Hujus autem constitutionis maximè fuit auctor Hildebrandus.
- MLXII. His temporibus fames magna fuit. Magna dissentio facta inter Imperatricem Agnetem et Gundbarium Babenbergensem Episcopum.
- D** MLXV. Multi nobiles bello civili perierunt. Cometæ sunt visi in octavâ Paschæ, VIII Cal. Maii, et per triginta dies apparere. Eberhardus Trevir. Archiepiscopus XIII Cal. Maii, Sabbato Sancto Paschæ requievit in pace: cui Cuonradus Colon. Præpositus debuit succedere; sed à civibus ^(d) non est electus. Unde quidam Comes nomine Theodoricus, eundem Cuonradum ad urbem Treverorum tendentem comprehendit, et diu sub custodia maceratum, quatuor militibus necandum commisit. Qui dum eum tunc per quoddam præcipitium dejecissent, et nil sibi nisi brachium collidere possent; unus ex illis poenitentiâ ductus, ab eo veniam impetravit: alius verò volens eum decollare, maxillam ejus tantum abscidit; et sic ipse dignus Deo Martyr ad Dominum migravit. Passus est autem Cal. Junii, anno ab Incarn. Dom. MLXVI, regni verò Heinrici X, sepultus apud Abbatiam nomine Dolejam.
- E** MLXVI. Post interfectum Conradum Udo. Præsul Trever. constituitur.

^(a) Bertoldus, qui inchoatos ab Hermanni Contracti obitu Annales ad annum salutis 1100 usque continuavit, ætatem suam ipse prodit pluribus in locis; maximè verò ubi, descripto prælio cui interfuit anno 1086, addit: *Ego ipse qui hæc Chronica ab anno Dom. Incarn. hucusque perduxit, de prædicto prælio non tam aliorum relata, quam quæ ipse vidi et audivi, fidelibus annuciare curavi.* Henrico IV Scriptor fuit malè affectus; nec mirum, cum Constantiæ anno 1084 non solum Presbyterii honores, sed et Poenitentiarii Apostolici munus contra eundem Regem suscepit.

^(b) Ut supra. Consultò hic omittimus multa jam edita à nobis in Appendice præcedenti, et quam continuatâ serie Hermanno subjecimus.

^(c) Leo IX, Stephanus IX, Nicolaus II, Alexandro præiverant exemplo suo seu zelo contra incontinentes Clericos, ut refert idem Bertoldus.

^(d) In præcedenti Appendice: *Conradus electus à Rege; sed à Clero et civibus Trevir. refutatus est. Unde quidam Comes de militia Trevir. etc. Qui dum cum ter per quoddam, etc.*

Nuptiæ Heinrici Regis. Item cometa visus est... Hugo Bizuntiensis Archi- A
episcopus obiit ; cui ejusdem Ecclesiæ Canonicus à fratribus electus , à Rege
substituatur.

* Germ.

MLXVIII. Heinricus * Rex adolescentiæ suæ errore seductus , legitimæ
conjugis adèò obliviscitur , et tam nefandis criminibus involutus esse diffamatur ,
ut etiam Principes ejus eum regno privare molirentur. Totus ille
annus pluvialis.

MLXIX. Gotefridus Dux inter sæculares excellentissimus , et in recor-
datione peccatorum suorum ad compunctionem lacrymarum facillimus , in
erogatione eleemosynarum largissimus , in vigilia Nativitatis Domini satis
laudabili fine requievit.

MLXX. Francia civili laborat discordia... Hyems ventosa et pluvialis.

MLXXIII. Romæ Alexander Papa decessit , pro quo Hildebrandus... B
Gregorius VII appellatur : cujus prudentiâ non solum in Italia sed etiam in
Teutonicis partibus refrænata est Sacerdotum incontinentia ; scilicet quod
prædecessor ejus in Italia prohibuit , hoc ipse in tota Ecclesia Catholica
prohibere studuit.

MLXXIV. Hermannus Marchio , filius Bertoldi Ducis , Cluniaci... Mo-
nachus , migravit ad Dominum VII. Calend. Maii.

MLXXV. Heinricus Rex Nativitatem Domini Argenterati fecit... De-
duinus Leod. Episcopus decessit : cui Henricus successit.

MLXXVI. His temporibus Heinricus Rex per simoniacam hæresim ,
sanctam Ecclesiam foedare non cessavit , scilicet pro pretio Episcopatus ,
Abbatias et alia hujusmodi investiendo... Papa ad ultimum mandavit ei ,
quòd in Romana Synodo proxima eum excommunicaturus esset , nisi resi- C
pisceret... Unde Rex omnes quos potuit , obedientiam prædicto Papæ
exhibendam abjurare fecit ; et missa legatione ad Romanam Synodum , quæ
in proxima Quadragesima celebrata est , ipsum Apostolicum ab Apostolica
sede contumaciter jussit descendere... Papa ipsum Regem , Synodo judi-
cante , fidelitate hominum , regno (a) et communione privavit , et omnes
ei ad regnum juratos juramento absolvit : omnes Episcopos , qui Regi
spontè contra Papam faverunt , officio et communione privavit... Gode-
fridus Dux , filius Godefridi Ducis , particeps , imò auctor conspirationis
[contra Papam] , à quodam coquo per posteriora , cum ad necessarium se-
deret , vulneratus ante medium noctis expiravit.

MLXXVII. Maxima nix totum regnum ante Calendas Novemb. anni
prioris usque in VII Cal. Apr. anni præsentis obtinuit... Auditis [Papæ le- D
gatis] Principes regni generali colloquio apud Forcheim III Idus Martii
habito , egregium Rudolfum Ducem sibi in Regem sublimarunt , quem VII
Cal. Aprilis , ubi eo anno medium Quadragesimæ occurrit , coronarunt. Ma-
xima autem nix quæ eo anno tamdiu totam terram obtexit , in electione
novi Regis resolvi tandem incœpit... Agnes religiosissima Imperatrix , jam
XX annis in viduitate Deo devotissimè serviens , nec filio suo Henrico
contra Apostolicam sedem in aliquo consentiens , Romæ requievit in pace ,
sepulta Romæ in Ecclesia S. Petronillæ.

MLXXVIII. Facto Concilio Romæ X Cal. Decembris... in Synodo
ista Beringarius Andegavensis Canonicus , ut ab hæresi sua resipisceret , sy-
nodaliter convenitur ; eique induciæ usque ad proximè futuram Synodum
dantur. E

MLXXIX. Gregorius Papa Synodum Romæ , mense Februario collegit ,
in qua Beringarius jam tertio convictus , hæresin suam abjuravit , et ana-
thematisavit ; quæ asserit , corporales res in altari positas , non verè sed figu-
ratè tantum , in corpus et sanguinem Domini transire... In hac Synodo Papa
Presbyteros deinceps in fornicationem lapsos , absque spe recuperationis
deposuit ; et Scriptum quod dicitur S. Udalrici ad Papam Nicolaum de
nuptiis Presbyterorum et Capitulum Paphnutii de eadem re , imò omnia
sacris Canonibus adversa , damnavit... Ad Teutonicas partes destinavit ve-
nerabilem Petrum Albanensem Episcopum ; Petrum , inquam , illum qui jam

(a) Hæc narramus monstra , non ut ea qui- nis verè cordatis , maximè verò Gallis , omni detesta-
dem probemus ; sed ut cum omnibus Christia- tione prosequamur.

A dudum Florentinum Episcopum, nomine Petrum, probavit Simoniacum: quippè per medium ignem (a) transiens absque læsione; unde et Igneus cognomine, Albanensem Episcopatum promeruit obtinere... In hac æstate venerabilis Abbas Massiliensis Bernhardus, vir plenus charitate, requievit in pace XIII Cal. Augusti.

MLXXX. Henricus apud Brixinam legitimum Papam abjuravit, et Guibertum Ravennatem quondam Episcopum, sed jam triennio à Papa Gregorio irrecuperabiliter depositum et anathematizatum, sibi non in Papam, sed in hæresiarchiam elegit. Deinde apud Maguntiam conventu facto, eandem ipsam electionem à quibuscumque potuit, confirmari fecit. Jam autem mediante Octobri, Henricus expeditionem in Saxoniam iterum parans, à militibus Rudolphi itinere unius diei fugatur; quamvis in eadem congressione
B Rudolfus Rex piæ memoriæ occubuerit. Ille, inquam, alter Machabæus, cum inter primos hostium instaret, in servitio S. Petri occumbere promeruit; et postea uno die superstes, omnibus suis ritè ordinatis, ad Dominum (b) migrasse non dubitatur Idibus Octobris. Regnavit autem tres annos et dimidium... His temporibus Henricus totam Italiani adeò conturbavit, ut nullus securè ad limina Apostolorum posset ire, qui non priùs abjuraret, quòd ad Papam Gregorium diversurus non esset.

MLXXXI. Principes regni Teutonicorum, scilicet Archiepiscopi, Episcopi, Duces, Marchiones et Comites, conventu facto, Hermannum nobilem virum sibi in Regem elegerunt... Electus est autem ante festum S. Laurentii.

MLXXXIII. Papa [Gregorius] omnes religiosos Episcopos et Abbates ad Synodum * litteris suis vocavit... Legati Principum Teutonicorum ire
C debuerant; sed ab Henrico in via capti... Multi tamen ex Francigenis ad illam Synodum, tam Episcopi quàm Abbates, pervenerunt. Meliores autem Episcopi et domno Apostolico magis necessarii, id est Hugo Lugdunensis, etc. ad Synodum pervenire prohibiti sunt.

* Rom.

Beringarius, novæ hæresis de Corpore Domini auctor, eo tempore deficiens abiit in locum suum: qui licet eandem hæresin sæpissimè in Synodo abjuravit, ad vomitum tamen suum canino more non expavit redire. Nam et in Romana Synodo canonicè convictus, hæresin suam in libro à se descriptam combussit, et objuratam anathematizavit, nec tamen (c) postea dimisit.

MLXXXIV. Regina Anglorum obiit, uxor Willehelmi Regis, qui totam terram Anglorum Romano Pontifici tributariam fecit, nec aliquem in sua
D potestate aliquid emere aut vendere permisit, quem Apostolicæ sedi inobedientem deprehendit... Suevi ultra Rhenum Burgundiam cum expeditione proficiscuntur, et quoddam castellum Bertoldi Ducis, filii * Regis Ruodolphi, à fautoribus Heinrici obsessum viriliter eripuerunt.

* Generi

MLXXXV. Totam penè Italiani in qua potissimum excommunicati furebant, tam magna fames obtinuit, ut homines non tantum immunda quæque, sed etiam humanam carnem manducarent. Quam famem inaudita mortalitas subsequuta est, ut nec tertia pars hominum remaneret; sed deficiente colono, maxima pars terræ in solitudinem redacta est... Salerni diem clausit extremum [Gregorius Papa]... Indict. VIII, octavo Calend. Jun.

MLXXXVII. [Victor III Papa] consecratus est exeunte Maio mense...
E Post quartum mensem sui Pontificatûs diem clausit.

MLXXXVIII. Hugo Comes de Egensheim, Alsatiam jam dudum ab inimicis occupatam invasit, et sibi recuperare tentavit. Metenses Brunonem illius sedis pervasorem penitus à civitate expellunt, seque nullum deinceps nisi legitimum Pastorem recepturos juramento firmaverunt, qui eo tempore in Tuscia detinebatur in captione... Ante triennium et alius

(a) Migravit ad Dominum anno MLXXXIX. Hic est ille Petrus, inquit ibi Bertoldus, qui Petrum Papiensem Florentini Episcopatus invasorem, per iudicium ignis simoniacum esse probavit. Unde et deinceps illum sancta Ecclesia Igneum cognominavit. Nam magnam pyram fiducialiter ingressus, absque omni læsione pertransiit; ut et flammæ vestes ejus sursum

ventilarent, nec tamen illas, nedum illum, aliquo modo læderent.

(b) Dum cæcus à cæco ductus regnum usurpavit, esto, bona fide egerit; certè ignorantia non poluit eum excusare à peccato.

(c) Solus Bertoldus, Scriptor alienigenus, hæc de Brengario tradit.

Guiberti discipulus, Metensis, inquam, pseudoepiscopus, pœnitentiâ ductus A
Episcopatum dimisit: quem statim Bruno, cujus superius mentionem fecimus, non minus sacrilegè invasit: nam per schismaticos intravit, vivente adhuc legitimo illius sedis Pastore Heremanno; qui potius in captione detineri, quàm in schismate pro Episcopo honorari, catholicè delegit... Heremannus Rex Catholicus ab eis [Saxonibus desertus] in Lotharingiam secessit; ibique non multò post viam universæ terræ arripuit, anno Dom. Incarn. MLXXXVIII, regni verò ejus VII, Indict. XII; et in patria sua Metis honorificè sepelitur.

MLXXXIX. Heremannus (a) Metensis Episcopus atque catholicus, post longam captionem ad Episcopatum suum revertitur, et à multis gratanter recipitur. Bruno autem ejusdem Episcopatus temerarius invasor, ab omnibus despicitur. Nam et ipsi Henrico pro turpissimis moribus suis multum displicuit, licet ei quondam eundem Episcopatum vendiderit. Hac ergo necessitate idem Bruno constrictus, Episcopatum dimittere, et ad patrem suum Adalbertum Comitem, in Catholicorum partem, repedare compellitur... Malum excommunicationis in tantum propagatum est eo tempore, ut Catholici vix se ab eorum contagio possent illæsos custodire... Hugo Comes de Egensheim, indefessus miles S. Petri, sed nimium credulus Strazburgensi pseudoepiscopo, à servientibus ejusdem Episcopi occiditur, in cubiculo ipsius cum ipso ad dormiendum collocatus, II Non. Septembris... In Italia nobilissima Dux Mathildis, filia Bonifacii Marchionis, sed vidua Godefridi Ducis, Welphoni (b) Duci, filio Welphonis, conjugio copulatur... Dominus Papa (c) litteras Philippi Regis Francorum, debitam ei subjectionem promittentis, suscepit.

MXC. Heremannus piæ memoriæ Episcopus Metensis [obiit]... Dominus Papa Urbanus generalem Synodum cum Episcopis diversarum provinciarum per Legatos suos in Tolosana civitate circa Pentecosten collegit, ibique multa in Ecclesiasticis causis quæ corrigenda erant, correxit. In qua Synodo Tolosanus Episcopus de illatis criminibus canonicè expurgatur; et legatio pro restauranda Christianitate in Toletana civitate, Rege Hispanorum supplicante, destinatur... Hoc anno magna fames multas regiones repentè afflixit, quamvis non magna sterilitas præcesserit terræ.

MXCI. Dominus Papa eo tempore ab omnibus Catholicis debitâ reverentiâ colebatur, videlicet à Philippo Francorum Rege, etc... Willehelmus Hirsaugiensis Abbas III Non. Jul. migravit ad Dominum... Hic multa monumenta sui naturalis ingenii nobis reliquit. Nam naturale horologium ad exemplum cœlestis hemisphærii excogitavit: naturalia solstitia sive æquinoctia et statum mundi certis experimentis invenire monstravit... Hic in Musica peritissimus fuit, multaque illius artis subtilia, antiquis doctoribus incognita, elucidavit... His temporibus in regno Teutonicorum communis vita multis in locis floruit etiam in laicis, se suaque ad eandem communem vitam offerentibus... Virorum et fœminarum innumerabilis multitudo se ad hujusmodi vitam (d) contulerunt, ut sub obedientia Clericorum sive Monachorum communiter viverent, eisque more ancillarum quotidiani servitii pensum devotissimè persolverent... In Teutonicis partibus caro cum sanguine pluit, et bufones cum piscibus à cœlo ceciderunt, ut multi probabiles viri se vidisse testati sunt. In Alemannia sanguis de panibus effluere visus est. Quæ (e) singula aliquid novi in regno portendere, à quàm pluribus etiam religiosis credebatur.

MXCII. Beatrix, soror Friderici Marchionis et uxor quondam Bertoldi Ducis, diem clausit extremum VII Kal. Novembris, et in civitate Leucorum ab Episcopi loci honorificè sepelitur.

(a) Paulò post dicitur cum tribus Episcopis in fide Catholica perstitisse in Teutonicis partibus.

(b) Anno MXCV, ut refert Bertoldus, à conjugio Mathildis se penitus sequestravit Welpho, asserens illam à se omninò immunem permansisse... Welpho pater, Dux Bajoariæ, frustrà diu multumque laboravit pro hujusmodi reconciliatione.

(c) Urbanus II, qui ibidem dicitur fuisse ordinatus anno 1088, IV Idus Martii.

(d) Hanc Apostolicam vitam, ut legitur ibidem, Urbanus II approbavit, litteris confirmavit, et ab eadem apostatam mucrone anathematis feriri jussit. Errant igitur, qui Conversorum originem ad Cistercienses referunt.

(e) Ignorantiam et superstitionem suam, seu potius ævi sui, Bertoldus prodit hęc et alibi, maximè infrà ubi eclipsim commentatur.

A MXCIII. Nobilissima Comitissa Sophia, vidua Ludovici Comitis, mater Beatricis Ducis et Friderici Marchionis, diem clausit extremum... Cuonradus filius Heinrici Regis à patre discessit... Metensis Ecclesia et Tullensis et Viridunensis ab obedientia Egilberti Trevir. excommunicati discesserunt, eique non amplius obedituras apertissimè mandaverunt. Quarum Metensis, refutato Episcopo quem Heinricus eis dare voluit, ipsi sibi canonicè catholicum Pastorem elegère, eumque à Gebehardo Constantiensi Episcopo, sedis Apost. Legato, consecrari fecere VI Cal. Apr. in medio Quadragesimæ... Cuonradus coronatur in Regem... Signum in sole factum est VIII Cal. Octob. ante meridiem, ut circulus quidam in illo appareret, et ipse sereno coelo obscurissimè luceret. Sed hoc magis quidam eclipsin quàm signum fuisse putaverunt: præcipuè cum luna esset XXVIII

B ea die. Nam egregius calculator dominus Heremannus Contractus etiam in XXVII luna eclipsin accidisse scribit anno Dom. MXXXIII... Apud Ulmam in conventu firmissimam pacem tam Duces quàm Comites, tam majores quàm minores, se observaturos à VII Cal. Decemb. usque in Pascha, et à Pascha in duos annos juraverunt... His temporibus Rex Hispaniæ Aldefonsus, in conversatione Cluniacensis Abbatis obedientarius... Ipse etiam Cluniaci majorem Ecclesiam à fundamentis ædificavit; ad cujus Ecclesiæ ædificationem infinitam pecuniam Cluniacum direxit: qui etiam jamdudum se ibidem Monachum fecisset, si dominus Abbas eum sub seculari habitu ad tempus retinere non satiùs judicaret.

C MXCIV. Uxor Imperatoris [Henrici] jam diu multis injuriis lacessita, multisque annis ne aufugeret custodita, tandem ad Welphonem Ducem Italiæ aufugit... Francia Teutonica et Alsatia pacem suis partibus se observaturas juramento decreverunt... Querimonia Praxedis Reginæ quæ dudum ad Welphonem Ducem Italiæ à marito discessit, ad Constantiensem Synodum (a) pervenit. Quæ se tantas tamque inauditas fornicationum spurcicias, et à tantis passam fuisse conquesta est, ut etiam apud inimicos fugam suam facillimè excusaret... In Bajoaria magna mortalitas grassata est, adeò ut in Ratisponensi civitate infra XII hebdomadas octo MD illâ mortalitate intercepti numerentur. Sed et alias provincias eadem mortalitas afflixit, non tamen adeò ut Bajoariam. In Teutonicis partibus multa prodigia facta sunt. Nam et homines se ipsos suspenderunt, et lupi multos manducaverunt: et hoc ex divina ultione factum non dubitatur... Hoc tempore Magister Magenoldus de Lutenbach Monasterium Canonicorum apud Marbach instituire cœpit, seque unum eorundem Canonicorum communiter et regulariter viventium esse voluit... Maxima mortalitas usquequaque grassabatur, ut in una villa plusquam mille quinquaginta homines infra sex hebdomadas mortui numerarentur. Sed et in una die et in una villa plus quàm XL alicubi mortui sunt. Ipsa quoque cœmeteria Ecclesiarum adeò sepulturis impleta sunt, ut homines ibi mortuos suos sepelire non potuerint. Unde in pluribus locis factâ prægrandi fossâ extra cœmeterium, omnes suos mortuos in illam conjecerunt. Hæc autem mortalitas non solùm Teutonicos, sed et Franciam, Burgundiam, Italiam usque vexabat... Superstitēs à secularibus vanitatibus, id est à jocis, tabernis et aliis hujusmodi superfluis abstinere studuerunt, et ad Confessionem et pœnitentiam currere, seque Sacerdotibus

D commendare non cessaverunt... In Galliarum civitate quam vulgariter Ostionem * dicunt, congregatum est generale Concilium à venerando Hugone Lugdunensi Archiepiscopo et sedis Apost. Legato, cum Archiepiscopis, Episcopis et Abbatibus diversarum provinciarum, XVII Calend. Nov. in quo Concilio renovata est (b) excommunicatio in Heinricum Regem, et in Guibertum sedis Apost. invasorem, et in omnes eorum complices.

E

* Augusto-dunum.

(a) Hanc Synodum Gebehardus Constant. Episcopus in hebdomada majore ante Pascha celebravit contra incontinentiam Presbyterorum et violentiam Simoniacorum, etc. Anno sequenti in Synodo Placentinâ Praxedis Regina jamdudum ab Henrico separata, super maritum suum domino Apostolico et sanctæ Synodo conquesta est de inauditis fornicationum spurcitiis, quas apud maritum passa est.

(b) Eadem sententia excommunicationis sæpiùs promulgata est cum ardentibus candelis in variis Synodis. Iugeas istud iater Pontifices Romanos et Henricum IV Imperatorem Schisma, de Episcoporum investituris obortum, Christianorum republicam multis adhuc postea annis periculosè exercuit.

Item Rex Galliarum Philippus excommunicatus est, eo quòd vivente uxore A sua, alteram superinduxerit. Item Simoniaca hæresis et incontinentia Sacerdotum sub excommunicatione damnata est. Item, Monachis interdictum est in eodem Concilio, ne parochialium Sacerdotum officia in parochiis usurpent... In Alsatia Magister Magenoldus de Lutenbach mirabiliter Ecclesiasticam religionem, jam dudum in illis partibus extinctam, Deo miserante reaccendit. Nam invalescente apud illos diuturna mortalitate, omnes penè majores et militares illius provinciæ ad ipsum catervatim convenere; et de excommunicatione per potestatem ipsi à domino Papa concessam absoluti, et de reliquis eorum peccatis acceptâ pœnitentiâ per eundem absolvi non cessaverunt.

MXCV. Dominus Papa generalem Synodum condixit, ad quam Episcopos Italiæ, Burgundiæ, Franciæ, Alemanniæ, Bajoariæ, aliarumque provinciarum, canonica et Apostolica auctoritate missis litteris convocavit. Facta est autem hæc Synodus circa mediam Quadragesimam Placentiæ... Ad hanc Synodum Philippus Rex Galliarum legationem suam direxit, seque ad illam iter incœpisse, sed legitimis sociis se impeditum fuisse mandavit: unde inducias sibi usque in Pentecosten apud Dominum Papam, Synodo intercedente, impetravit. Dominus autem Hugo Lugdunensis Archiepiscopus, ad eandem Synodum vocatus, ab officio suspenditur, eo quòd ipse non venerit, nec legatum eum canonica excusatione illuc pro se direxerit... Hæresis Beringeriana jam ab antiquo sæpissimè anathematizata, iterum damnata est, et sententia Catholicæ fidei contra eandem firmata; videlicet, quòd panis et vinum, cùm in altari consecrantur, non solum figuratè, sed etiam verè et essentialiter in corpus et sanguinem Domini convertantur.

Dominus Papa rebus in Longobardia bene dispositis, in Gallias marino itinere cœpit divertere, et ad S. Mariam ad Podium, in Assumptione ipsius pervenit, Synodumque ad Montem Clarum, in octavam S. Martini, Apostolica auctoritate condixit; ad quam diversarum provinciarum Episcopos, missis litteris, canonica vocatione invitavit.

Lutolfus sanctissimi Leonis Papæ filius sanctæque Tullensis Ecclesiæ Decanus, Monasterium Clericorum, quod Canonicum Romani cognominant, prope eandem civitatem construxit, in quo Clericos secundum regulam S. Augustini vivere professos congregavit, quibus et Præpositum ejusdem professionis præfecit; quem Episcopus loci in Abbatem eidem congregationi solemniter consecravat. Est enim consuetudo in illis partibus, ut Præpositi congregationum hujusmodi, Abbates nominentur, et in Abbates conse- D erentur, hoc tantum excepto, quòd baculos non portant, Dominus quoque Papa Urbanus eidem loco privilegium fecit, in quo firmissimè decrevit, ut Clerici illius loci regulam S. Augustini in perpetuum custodiant, et deinceps libertatem eligendi Abbatis semper obtineant. Est autem illud Monasterium in honorem S. Leonis Papæ specialiter constructum, et Ecclesia in ejusdem Apostolici honorem dedicata.

In Galliis ad Clarum-montem generalis Synodus à domino Papa, in octava S. Martini congregata est, in qua XIII Archiepiscopi cum Suffraganeis fuerunt, et CCV Pastorales virgæ numeratæ sunt. In hac Synodo dominus Papa eadem statuta, quæ et in præterita Synodo Placentina confirmavit; insuper et Philipppum Regem Galliarum excommunicavit, eo quòd propria uxore dimissa, militis sui uxorem sibi in conjugium sociavit. Ibi E etiam aliam Synodum in tertiam subsequentis Quadragesimæ hebdomadam Turonis celebrandam denunciavit (a).

(a) Cùm liqueat Bertoldum in isto tam ferali orbis dissidio propugnatorem Pontificiæ causæ acerrimum egisse, juvat ex Historia de vita Henrici IV Imper, à quodam ejus temporis conscriptâ, inter Urstisianos Germ. Scriptores, huc ad calcem adducere verba hæc: Rebelles ut Henrici vires in bellis extenuarent, conscriptis super eo criminibus, quæ pessima et unmundissima potuit odium et livor excogitare, vera falsis miscentes, apud Rom. Pontif. Gregorium VII cum deferebant; non decere tam flagitiosum, plus notum crimine quàm nomine, regnare; maxime cùm sibi regiam dignitatem Roma non contulerit: oportere Romæ suum jus in constituendis Regibus reddi: pro-

viderent Apostolicus et Roma ex consilio Principum, cujus vita et sapientia tanto congrueret honori. Qua surreptione delusus Apostolicus, simul et honore creandi Regis quem sibi fallaciter obtulerant impulsus, Regem banno innodavit, et Episcopis aliisque regni Principibus ut à communionem excommunicati Regis se retraherent denunciavit... Absolvit omnes à juramento, qui fidem Regi juraverant, ut contra eum impelleret absolutio, quos fidei tenuit obligatio. Quod factum multis displicuit, (si cui displicere licet quod Apostolicus fecit) et asserebant tam inefficaciter quàm illicitè factum quod factum est. Sed non ausim assertiones eorum ponere, ne videar cum eis Apostolici factum refellere.

A

EX CHRONICO ^(a) S. MICHAELIS IN PERICULO MARIS*Apud Labbeum Tom. I Novæ Biblioth. Libr. Mss. pag. 350.*

A NNO MXXXIII. Gaufridus Martellus cepit Willelmum Comitem Pictavensem, cujus uxorem Agnetem antè duxerat.

MXL. Obiit Alanus Dux Britanniae filius Gaufredi Kal. Octobris, et successit ei Conanus filius ejus, quem genuit ex Berta sorore Theobaldi Comitis Turonensis.

B MXLIV. Cepit Gaufridus Martellus Comitem Theobaldum Turonensem, et extorsit ab eo urbem Turonicam.

MLVI. Conanus Dux Britanniae cepit Eudonem patrum suum. Hic Endo multos habuit filios.

(a) Hoc Chronicon, quod jure Armoricum patitur, quia ex veteribus chartis ejusdem Monasterii fuit erutum, ut monemus Tom. X pag. 175.

EX CHRONICO ANDEGAVENSI ^(a).

C

Apud Labbeum Tom. I Novæ Bibl. Libr. Mss. pag. 287.

A NNO MXXXVII. Dedicatio sanctae matris Ecclesiae Carnotensis facta est XVI Kalendas Novembres. Et eodem ipso anno exortum est bellum plusquam civile inter Fulconem Comitem Hierosolymitanum, et filium suum Goffredum qui cognominatus est Martellus; et ferè per annos quinque protractum est.

MXL. Dedicatio S. Trinitatis Monasterii Vindocinensis facta est pridie Kalendas Junii. Hoc ipsò anno obiit Fulco Comes XI Kal. Julii.

MXLIII. Hoc anno fames fuit miserabilis per totam Galliam; quae maximam plebis partem inaudito mortium genere consumpsit.

D MXLIV. Teobaldus filius Odonis Comitis, à Goffredo Comite Andecavorum captus XII Kal. Septembris: postridie civitatem Turonum reddidit.

MXLVI. Obiit domna Hildegardis religiosa Comitissa.

MXLVII. Obiit domnus Hubertus dulcis memoriae Andecavorum Præsul, VI Nonas Martii: cui successit domnus Eusebius Bruno VIII Idus Decembris, domni Clementis Papae anno primo.

ML. Henrico Imperatori filius natus est, et à domno Papa Leone IX baptizatus.

MLI. Henricus Francorum Rex uxorem duxit Scythicam et Rufam ^(b). Comes quoque Willelmus Pictavorum uxorem ducit.

MLIII. Leo ^(c) Papa Normannos Apuliam per tyrannidem tenentes bello aggressus, superatus est.

MLIV. Domnus Leo Papa obiit XIII Kal. Maii.

E MLV. Domnus Victor successit, et Synodus facta est Turonus.

MLVII. Civitas Nannetica Comiti Goffrido ab Hoel Comite reddita est; qui non bonâ usus fide, auferre eam illi tentavit: sed vix XL dies tentam turpiter amisit. Ipso eodem anno Rex Henricus Andecavam urbem advenit ^(d).

(a) Chronici Andegavensis, ex Ms. Codice Vindocin. S. Trinitatis à Labbeo descripti, et cujus partem edidimus Tom. X pag. 176, rectè colligit Rivetus noster Auctorem fuisse ejusdem Cœnobii Monachum. Hic scilicet Anonymus Carnotensem Ecclesiam vocat matrem, quia Vindocinum tunc pertinebat ad diœcesim Carnot. etc. Quanquam in Chronico Abbatiae S. Albini Andegav. dedicatio Ecclesiae Carnot. exprimitur iisdem verbis.

(b) Corrig. *Russam*; erat enim filia Jerolai Russiae Ducis, Anna nomine.

(c) Eadem leguntur in Chronico Abbatiae laudatæ, sicut et id quod de civitate Nannetica refertur ad annum MLVII.

(d) Huicque primus Auctor, cujus laboris seu scripti meta fuit annus 1057. Quae sequitur Appendix, ad annum 1251 deducitur.

EX APPENDICE AB UNO VEL PLURIBUS SCRIPTORIBUS ADDITA. A

MLX. Obiit Henricus Francorum Rex anno ordinationis suæ XXIX: et eodem ipso anno obiit Gauffredus Comes Fulconis filius, XVIII Kal. Decembris, feriâ tertiâ, horâ diei primâ, Monachali habitu prius suscepto à domno Adraldo Abbate S. Nicolai.

MLXII. Hoc anno pridie Nonas Apriles, apud civitatem Andecavam dedicatum est Monasterium novum in honorem et nomen summi Salvatoris mundi Filii Dei et Domini Nostri Jesu Christi, per venerabiles Episcopos domnum Hugonem Archiepiscopum Vesonciensium, domnum quoque Eusebium Præsulem Andecavorum, domnum etiam Wlgrinum Pontificem Cenomanorum, atque Quiriacum Episcopum Nannetensium. B

MLXIV. Obiit Albertus Abba Majoris Monasterii.

MLXVI. Hoc anno obiit Fulco Vindocini Comes, XI Kal. Decembris, natali S. Columbani, meridie.

An. 1066.

MLXVII. In hoc anno apparuit Cometa terribilis, multarum calamitatum in sequentibus annis subsecutarum, ut post patuit, portentrix (a). Nam in ipso anno Comes Normannorum Guillelmus Anglorum regnum magno periculo aggressus impugnare, bello publico magna ac miserabili cæde cruento expugnavit; atque in Regem levatus, coronari se fecit. Illo item anno Comes Britannorum Conanus juvenis et malitiosus Andecavorum terram superbè pervasus est, pervasioni suæ ac superbiæ in ipsa Andecavorum terra subita morte præreptus est. Ipso iterum anno Gaufridus Comes junior, quem Barbatum cognominarunt, traditus est à suis Fulconi fratri suo, et civitas Andecavis pridie Nonas Apriles feriâ IV hebdomadæ, quæ dicitur *pœnosa*, scilicet inter duo Pascha. Quam traditionem ultio divina terribilis celeriter subsecuta est. Nam die crastina, Dominicæ scilicet Cœnæ anniversariâ, ab Andecavina turba maligno spiritu turbata, miserabili modo peremptis tribus maximis auctoribus illius traditionis, Gaufrido videlicet de Prulliaco, Rainaldo de Castro-Gunterii, Giraldo de Monasteriolo, quartoque capto, ac non multò post simili morte mortuo, Rotherto scilicet ipsius Andecavis Præposito; pluribus in locis plures, proinde ut existimatio dedit, tribulati sunt ac mortui. Insequenti anno captus est item supradictus Comes Gaufridus à Fulcone fratre suo in bello publico: ac Fulco in Comitatum ab Andecavinis, vellent nolent,, receptus est.

An. 1072.

MLXXV. Hoc anno V Kal. Novembris, XIII luna nocte Dominicâ antequàm disceret, vidimus tertiam lunæ partem ab austro nigriorem sacco ciliicino: quæ nigredo paulatim in spatio duarum defecit horarum. D

MLXXVII. Hoc anno combustum est Cœnobium S. Petri Carnutensis IX Kal. Septembris, antequam Fratres ad Nocturnos surgerent, manente illæsâ S. Hilarii Basilicâ.

An. 1082.

MLXXXI. Obiit domnus Eusebius, cognomento Bruno, Andecavorum Præsul, VI Kal. Septembris: cui successit domnus Goffridus anno (b) eodem, VIII Idus Maii Dominica die cathedrâ sublimatus Episcopali. Eodem quoque anno defunctus est dulcis memoriæ Arnaldus Cenomannorum Episcopus III Kal. Decembris, feriâ II.

MLXXXII. Obiit Odericus hujus loci Abba, vir famosus suis diebus in ordine Monastico et disciplina, IV Nonas Octobris: vixit autem in Abbatia XXXVII * annos, tres menses ac dies quatuor; cui successit sequente anno domnus David Abba pridie Nonas Junii, non vivens in Abbatia ampliùs quàm duos annos, duosque menses. E

* *Alibi*
XXXVIII.

MLXXXV. In hoc anno obiit supradictus venerabilis bonæ memoriæ Pater David VIII Idus Augusti, feriâ IV; cui successit domnus Abbas Ber- no, non in eodem anno, sed in anno subsequenti, IX Kal. Maii. Eodem anno, quo Abbas David, obiit Burchardus Comes bonæ indolis adolescens, filius Fulconis Comitis, Anseruli cognominati, pridie Kalendas Martii.

(a) Nota ætatis superstitionem, et confusio- nem seu errorem in annis assignandis.

(b) Corrig. anno sequenti; vel anno eodem Gof-

fridus electus est, sed nonnisi anno sequenti est consecratus.

A MLXXXVII. Hoc anno obiit Guillelmus Rex Anglorum, qui priùs quidem Normanniæ Comes fuerat, quique etiam cum multo exercitu mari transitu Regem Anglorum [Haroldum] nomine, in publico bello devicit, seque creavit Regem totius Angliæ.

MXCII. Hoc anno combustum est Monasterium Novum S. Trinitatis in Santonico, IV Nonas Junii, et in crastinum castrum Subiense, quo plures igne perierunt.

MXCIII. Abba Berno baculum pastorem ætate fessus, ægritudine pressus, ultra non valens ferre, coram cunctis Fratribus in Capitulo reliquit: atque in ipso Capitulo electus est dominus Abba Goffredus, juvenis ætate, moribus maturus, forma modesta, corpore formosus, litteris maximè instructus, et cæteris bonis adornatus, XII Kal. Septembris, et

B ab Ivone Episcopo IX Kal. earundem honorabiliter consecratus.

MXCV. (a) Hoc anno pridie Nonas Aprilis, intempesta nocte ceciderunt ignitæ stellæ longo tractu per universum orbem. Eodem anno IV Kal. Martias consecravit Urbanus Papa Crucifixum S. Trinitatis Vindocinensis Cœnobii, atque perdonavit septimam partem peccatorum suorum omnibus, qui unoquoque anno anniversarium ejusdem consecrationis diem ibidem celebrarent.

(a) MXCV, Indict. III, pridie Nonas Apr. Lund XXXV, feriâ IV post octavam Paschæ, nocte visæ sunt stellæ in modum pluvie de cælo in terram missæ; sol quoque octavo ab hinc die toto cæruleus exstans, sed et luna sequenti nocte similiter lucens, cuncto orbi prodigio fuerunt. Eodem anno Urbanus Papa Rom.

devenit in Gallias: qui Concilium Claromonte egit XVI Cal. Decembris, in quo Philippum Fr. Regem pro incesti adulterii crimine excommunicavit, etc. Ex Chronico Abbatiae S. Albini Andegavensis apud Labbeum, Tom. I, Biblioth. Manuscriptor. pag. 281.

C

ORIGO COMITUM VINDOCINENSIVM.

Apud Labbeum, Tom. I Novæ Bibl. Libr. Mss. pag. 661, ex vet. Notitia (a).

D **R**AINALDUS Episcopus Parisiensis, filius Burcardi Vtuli. Post ejus mortem Fulco Nerra Andecavorum Comes honorem Vindocinensem tenuit. Hæres Burchardus cum Adela matre sua de manu Fulconis Comitis honorem recepit. Mortuo (b) Burchardo, tenuit mater ipsius (c) honorem, sociavitque sibi Fulconem filium suum ad honorem deservendum; sed cum iste Fulco erga matrem suam insidiosè agens, honore illam conaretur privare, ipsa sibi præcavens ad fratrem suum Goffredum Andecavorum Comitem accessit, eique honorem Vindocini totum ex integro vendidit. Goffridus, honore comparato, Regem Franciæ Henricum (d) adiit, eique humo deveniens, de manu ipsius dono suscepit prædictum honorem. [(e) Hoc igitur temporis intervallo, cum eundem honorem, sicut diximus, teneret dominicum, placuit ei in ipso Vindocino Abbatiam fundare, donavitque illi de terris Vindocinensis honoris, quantum sibi competens visum fuit. Nepos autem ipsius Fulco dictus, etc.] Nepos ipsius Fulco cum exhæredatus fuisset, in Regis clientelam abiens sese misit; mansitque ibi tandiu, donec ipse Rex Goffredum Comitem pro eo interpellaret. Cujus precibus aliquantum acquiescens, reddidit Fulconi dimidium honoris. Procedente tempore, Gaufrido Comiti tantum exhibuit servitii, quod ei totum honorem ex integro reddiderit, [Fulco verò universa, quæ de Vindocinensi honore donata fuerant Abbatiae, cum auctoramento etiam juramento firmaverat,] authorizatis ab eo priùs illis omnibus, quæ Abbatiae S. Trinitatis de eo honore antè donaverat.

(a) Exstat in Chartario Vindocinensi hæc Notitia de Villa-Episcopi, quam Rainaldus Paris. in silva Wastiniensi extruxit.

(b) Adela scilicet Rainaldi neptis primogenito.

(c) Id est Comitatum Vindocinensem.

(d) Vix ante annum 1032 Martellus integrum Vindocin. Comitatum obtinuit, iudice Mabilonio.

(e) Ansulis clausa adducimus huc ex Tom. 4 Annal. Benedict. pag. 378, ad annum 1032.

CORONATIO PHILIPPI I,

SEU ORDO (a) QUALITER IS IN REGEM CORONATUS EST.

Apud Chesnium Tom. IV Scriptorum Franc. pag. 161.

* Ed. Pentecosten.
B

* Steph. Acardo.
C

* Id. Wecero.
D

* Id. Clevisi.
* Id. Avesgrando.
E

* Chesn. Ormisda.

ANNO Incarnationis Dominicæ MLIX, Indictione XII, regnante Henrico Rege anno XXXII, eadem die completo X Kal. Junii, Episcopatus autem domni Gervasii anno IV, in die sancto Pentecoste *, Philippus Rex hoc ordine in majore Ecclesia ante altare S. Mariæ à Gervasio Archiepiscopo consecratus est. Inchoatâ Missâ, antequam Epistola legeretur, domnus Archiepiscopus vertit se ad eum, et exposuit ei fidem Catholicam; sciscitans ab eo utrum hanc crederet (b), et defendere vellet. Quo annuente, delata est ejus professio: quam accipiens, ipse legit, dum adhuc septennis esset; eique subscripsit. Erat autem professio hæc: « Ego Philippus Deo propitiante mox futurus Rex Francorum, in die ordinationis meæ promitto coram Deo et Sanctis ejus, quòd unicuique de vobis et de Ecclesiis vobis commissis canonicum privilegium, et debitam legem, atque justitiam conservabo; et defensionem quantumpotuero, adjuvante Domino, exhibebo, sicut Rex in suo regno unicuique Episcopo et Ecclesiæ sibi commissæ nem rectum exhibere debet; populo quoque nobis credito, me dispensatio per legum in suo jure consistentem nostra auctoritate concessurum ». Quâ completâ, posuit eam in manus Archiepiscopi, astante Hugone (c) Bisonticensi Nicolai Papæ Legato, et cum eo Ermenfredo Sedunensi; Archiepiscopis quoque, Mainardo Senonensi, et Bartholomeo Turonensi; nec non Episcopis, Heidone Suessionensi, Rogero Cathalaunensi, Elinanno Laudunensi, Balduino Noviomensi, Frollando (d) Silvanectensi, Letberto Cameracensi, Guidone Ambianensi, Aganone Eduensi, Harduino Lingonensi, Achardo * Cabillonensi, Isembardo Aurelianensi, Imberto Parisiacensi, Galtero Meldensi, Hugone Nevernensi, Gaufrido Autissiodorensi, Hugone Trecassino, Itero Lemovicensi, Guillelmo Ecolesmensi, Arnulfo Sanctonensi, Wereco * Nannetensi: et de Abbatibus, Herimaro S. Remigii, Rainero S. Benedicti, Hugone S. Dionysii, Adroldo S. Germani, Gervino S. Richarii, Guathone S. Walerici,.... S. Wingaloei, Warino S. Judoci (e), Fulcone de Foresti-Monasterio, Gerardo S. Medardi, Heinrico Humolariensi, Gonzzone Florinensi (f), Fulcone S. Michaëlis Laudunensi, Archenveo (g) Laudunensi, Guidone Marcianensi, Rodulfo Mosomensis, Alberto S. Theoderici, Warino Altovilarensi, Wenrico S. Basoli, Hugone Orbacensi, Odilardo Cathalaunensi, Wandelgero Clervensi *, Waleranno Viridunensi, Adalberone Divionensi, Arnaldo Pultariensi, Guillelmo Trenorcensi, Hugone Carrocensi, Avesgaudo * Cenomanensi, Hugone Crispinensi. Accipiens baculum S. Remigii, disseruit quietè et pacificè, quomodo ad eum pertineat maximè electio Regis, et consecratio Regis; ex quo S. Remigius Hludovicum Regem baptisavit et consecravit. Disseruit etiam quomodo per illum baculum hanc consecrandi potestatem, et totius Galliæ Primatum Hormisda * Papa sancto dederit Remigio, et quomodo Papa Victor sibi et Ecclesiæ suæ. Tunc annuente patre ejus Henrico, elegit eum in Regem (h). Post eum, Legati Romanæ

(a) Ordinem hunc, in quo tertiæ stirpis Regum Fr. inauguratio occurrit prima et consignata authenticè seu certæ fidei auctoritate, Rivetus meritò tribuit Gervasio Archiep. Remensi, præcipuo actori. Exemplum enim Hincmari, qui plures Regum et Reginarum coronationes posteris mandavit, sat probat morem fuisse Archiepiscoporum Rem. ut hujusmodi relationes dirigerent. Editionem Chesn. contulimus cum exemplari Mss. Cantoënnensi, ut exscripsit Stephanotus Tom. III Antiq. Aquitan. Mss. pag. 307.

(b) Stephan. *credere, vel*

(c) Stephan. *Hugone Bisuntinensi.*

(d) Stephan. *Ferrolando*, et mox *Letberto*. Vide infra Excerptum ex Vita Lietherti Episc. scriptâ à Rodulfo Monacho, et ab Acherio editâ Tom. IX Spicil. pag. 716.

(e) Chesn. *Judocii, Fulchone... Fulchone.*

(f) Stephan. *de Foresti-Monasterio.*

(g) Stephan. *Archemico... Marchianensi.*

(h) Deest in apud Stephanotum. Quæ sequitur de Legatis Romanæ sedis observatio Scriptoris, sua laude apud nos carere non debet.

A Sedis, cùm id sine Papæ nutu fieri licitum esse disertum ibi sit, honoris tamen et amoris gratiâ tum ejus ibi affuerunt Legati. Post hos, Archiepiscopi, et Episcopi, Abbates et Clerici. Post, (a) Widdo Dux Aquitaniæ. Post, Hugo filius et Legatus Ducis Burgundiæ. Post, Legati Balduini Marchionis, et Legati Gaufridi Andecavensis Comitis. Deinde Comites, Rodulfus scilicet Vadensis, Herbertus Vermandensis, Widdo Ponticensis, Willelmus Suessionicus, Rainaldus, Rogerus, Manasses, Hilduinus, Willelmus Arvernensis, Heldebertus * de illa Marchia, Folco Ecolesmensis, Vicecomes Lemovicensis. Post, milites et populi tam majores quàm minores uno ore consentientes, laudaverunt, ter proclamantes: « Laudamus, Volumus, Fiat ». Tunc fecit ipse PHILIPPUS Præceptum, sicut antecessores sui fecerunt, de rebus S. Mariæ et Remensi Comitatu, et de rebus S. Remigii, et de cæteris Abbatibus: quod firmavit, eique subscripsit. Subscripsit etiam Archiepiscopus. Nam ibi constituit eum summum Cancellarium, sicut antecessores sui antecessores suos fecerant; et ita consecravit eum in Regem. Revertente autem Archiepiscopo ad sedem suam, et sedente, delatum est Privilegium quod Papa Victor ei dederat; lectumque est circumstantibus et audientibus Episcopis. Facta sunt hæc omnia cum omni devotione, et alacritate quàm maxima; sine omni disturbance, et nullatenus alicujus contradictione, vel * aliquo reipublicæ damno. Hos omnes Gervasius Archiepiscopus libenter excepit, et de sumptibus suis eis plenissimè erogavit; nulli tamen ex debito, præter Regem; sed honoris causâ Ecclesiæ et liberalitatis suæ.

* Steph. Helmedbertus.

* Steph. licet.

C (a) Acta hæc Coronationis licet forma et exemplar fuerint subsequentium Regum inaugurationis, non tamen probant jam tunc obtinuisse institutionem XII Parium, seu numeri definiti Procerum Fr. cum munere proprio et suæ dignitati annexo. Parium enim ibi nulla fit mentio, neque Belvacensis Episcopi, neque Ducis Normanniæ, neque Comitis Campaniæ.

EADEM CORONATIO (a).

Apud Chesnium Tom. IV Scriptorum Franc. pag. 162.

D ANNO Incarnati Verbi MLIX, indictione XII, regnante Henrico Rege, et regni ejus anno XXXII eodem die completo, Episcopatus verò Gervasii Archiepiscopi anno IV, X Kal. Junii, die sancto Pentecostes, dum adhuc septennis esset Philippus, in Regem à Gervasio consecratus est, assistentibus sibi tribus Archiepiscopis, XVIII Episcopis, XXVI (b) Abbatibus, Legatis Sedis Apostolicæ, et Legatis Balduini Marchionis, Wadone * Duce Aquitaniæ, Hugone Legato et filio Ducis Burgundiæ. His et ceteris astantibus Gervasius verbum habuit coram Rege, quia esse deberet, sicut sui antecessores fuerant, summus Regis Cancellarius. Quod eodem Rege gratissimè annuente, et ceteris conniventibus, prædictus Pontifex sibi et Ecclesiæ suæ obtinuit. Scilicet quia verum sit quòd ab antiquo ita fuerit, legitur in præceptione præcepti, quod Karolus Rex de rebus S. Walburgis fecerat hoc modo: « Goslenus Cancellarius scripsit et sub » scripsit ad vicem Herivei Archiepiscopi summique Cancellarii ». Gervasius verò octavus fuit Archiepiscopus post Heriveum.

* Widone

(a) Ex Ms. Libro Monasterii S. Theoderici prope Remos, cui titulus est, *De Ratione Temporum*.

(b) XXIX recensentur suprâ: ubi corrig.

[Rilla] S. Wingualoëi seu Landevenecensis, Archenreo Laudun, S. Vincentii, Wandelgero Dervensi, Avesgaudo Cenoman, S. Petri de Cultura.

EX WILLELMI CALCULI,

Gemeticensis Monachi, Historia Normannorum (a).

Apud Chesnium, Tomo Scriptorum Normannicæ Historiæ, pag. 260.

EX LIBRO SEXTO.

Cap. 7. **R**EX Henricus patre Roberto vivente Francorum regno potitus, tanto postmodum à matre Constantia novercali odio est affectus, ut conspirantibus adversus eum Comitibus, à regali fastigio eum deponere satageret, et Robertum fratrem ejus Burgundionum Ducem illius loco subrogare disponeret. Consultu itaque suorum (b) ad Robertum Normannorum Ducem cum duodecim clientulis confugium fecit*, ac apud Fiscannum per fidei debitum sibi ab eo subveniri petiit. Dux eum honorificè recepit, multis donis honoravit; et non multò post decenter equis et armis instructum, patruo suo Malgerio Comiti Corbuliensi destinavit; mandans ut suis in partibus omnes incendiis ac tormentis affligeret, quos ab* ejus fidelitate desipere videret. Ipse verò per cuncta suæ dictionis castella, Franciæ termina, militum validissimam manum posuit: et conflictibus crebris tandem rebelles violenter oppugnavit, donec cervicibus plexis, et suis omnibus consumptis, coacti suo Regi reconciliarentur, et infelicissimæ matris conatus omninò exinanirentur (c). Tunc Robertus, Willelmi Belesmensis potestatis hæres et crudelitatis, per aliquot annos infestus erat vicinis sibi Cenomanensibus et Normannis. Expeditionem itaque ultra Sartam agens, à Cenomanensibus capitur, ac apud Balaum castrum duobus annis in carcere custoditur. Post biennium verò Willelmus Geroii filius, alique Roberti Proceres exercitum congregant, et Cenomannis Comitem ad pugnam provocant, et viriliter præliantes è bello effugant. Ibi Walterium de Sordenia egregium militem, cum duobus filiis militibus eximiis, comprehendunt; inter quos, contradicente Willelmo, nequiter eum in patibulo suspendunt. Alii verò tres filii Walterio apud Balaum erant: qui ut atrocem patris et fratrum mortem cognoverunt, vehementer irati carcerem violenter irrumpunt, et Robertum de Belesmo securibus, capite ejus ibidem contrito, miserabiliter occidunt. Quo defuncto, Willelmus Talvacius frater ejus successit in honore paterno. Ipse cunctis fratribus suis in omnibus flagitiis deterior fuit, et in ejus seminis heredibus immoderata nequitia usque hodie viguit.

Cap. 8. Britannorum quoque Comes Alannus proterviæ fastu elatus, à Roberti Ducis servitio se surripere pertinaciter est aggressus. Dux igitur adversus eum innumerabilem exercitum movit, et non longè à fluvio Coisnon castrum, quod vocavit Carrucas*, stabilivit; ad munimen videlicet Normannici limitis, ac domandam tumidi arrogantiam præsumptoris. Indè

(a) Opus hoc, prudentissime Rex et serenissime, inquit Calculus in Epistola ad Willelmum Anglorum domitorem, de diversis excerptum codicibus, juxta meæ exiguitatem industriæ contexui, vestræ dicans idem Celsitudini... Quod non Rhetorum venusta exornatum gravitate, non politici sermonis venali lepore seu nitore; sed inelimato stilo, tenui oratione per plana deductum cuilibet Lectori ad liquidum elaboravi. Vestræ quidem Majestatis latera ambiunt præclari viri, literarum peritiâ admodum eruditi... Reliqua verò quæ partim relatu plurimorum, ad corroborandum fidem æquè idoneorum annis et rerum experimentis, partim certissimo judice proprio visu didici; privatim mea dono. Ibidem addit: En habetis vestram, sapientissimè regnorum domitor, pacem: et cap. 42 Libr. 7 de eodem Rege sic tradit: Tandem

bellorum ac seditionem tempestate parumper conquiescente, jam totius Anglicæ Monarchiæ et habenas potentiùs temperat, et gloriâ prosperiùs potitur: quæ verba cum Orderico Vitali sat clarè innuunt Willelmum Gemet. scripsisse circa annum 1070 aut 1071; ita ut, quæ excedunt hunc circiter terminum et caput 42 Libri 7, addita fuerint à Monachis Beccensibus. Vide Monitum nostrum de Calculo Tom. X pag. 184. Interpolationes et additamenta notabimus, quoties se dabit occasio. Ceterùm Chesnianam editionem contulimus cum Ms. Codice Uticensi et aliis Scriptis.

(b) Ms. Cod. Utic. Ob cujus infesti animi insectationem consultu suorum, etc.

(c) Capitis reliquum omne deest in Ms. Utic.

A Britanniam invasit, totumque Doli Comitatum voracibus flammis tradidit. Quibus luculenter peractis, cum præda ingenti Normanniam repetiit. Alannus autem post ejus abscessum cupiens ulisei illatum sibi improperium, ad demoliendum Abrincatensem Comitatum cum magno exercitu eò è vestigio persequitur illum. Nigellus verò et Alvredus cognomento Gigas, prætitulati castelli eustodes, cum suis ei occurrunt, et cum eo certantes illic tanta strage Britones depopulati sunt, ut per camporum plana, sive prædicti fluminis littora, prostrati viderentur quasi bidentes. Alannus itaque sua tristis repetens, cum dedecore Redonis venit.

Circa hæc tempora (a), anno videlicet ab Incarnatione Domini MXXXIV, domnus Abbas Herluinus quadragesimo ætatis suæ anno deserens sæcularem vitam, sacræ Religionis habitum suscepit ab Episcopo Luxoviensi Herberto: et postea ab eodem Præsule Sacerdos ordinatus, atque Abbas constitutus est. Inde Beccense Cœnobium cœpit habere initium. Sed quia tanti Patris fecimus mentionem, libet ad memoriam posteritatis his Annalium paginis aliqua de eo et Ecclesiâ ab eo constructâ paulò latiùs inserere. A Danis igitur, qui Normanniam primi obtinere, pater ejus originem duxit, mater proximam Dueum Morinorum, quos moderni Flandros cognominant, consanguinitatem attigit. Ansgotus ille, ista Helois nomen habebat. Gislebertus Brionensis Comes, primi Richardi Normanniæ Ducis nepos ex filio Consule Godefrido, illum enutritum penes se inter omnes curiæ suæ Primates habuit acceptissimè. Habilis ille ad arma plurimum erat, nec minori ea animositate gestabat... Apud Robertum Ducem et exterarum dominos regionum pepererat sibi nomen plurimum accessumque familiarem...

C In villa quæ dicitur Burnevilla *, extruendum servitio Dei opus arripuit non parvum, brevi peractum... Prima litterarum elementa didicit, cum jam existeret annorum prope XL... Sacratâ verò quam construxit Ecclesiâ ab Episcopo Luxoviensi Herberto, comam totundit... Ab eodem postmodum Sacerdos consecratus, pluribus ducatu illius jam additis Fratribus (b) Abbas præficitur... Simili se inibi propter Deum servituti nobilis mater ejus addixit... Aneillæ fungebatur officio... Dein post aliquantum temporis per visum commonitus est, ut dimissa solitudine campestri quæ competenti opportunitate omninò carebat, eum ad locum sui juris mansionem transferret, qui à rivo illic mananti Beccus appellatur, ad milliarium à castro quod vocatur Brionnum *. Est hic locus in ipso saltu Brionnensi, valle imâ montibus saltuosus hinc inde conclusâ, omni oppor-

D tunitate humano usui commodus. Propter densitatem ac rivi recreationem, ferarum illic multus erat accursus. Trium tantum molendinorum tres domus illic erant, et solum habitabile permodicum. Consecrata paucis extructa annis non parva Ecclesia... Ortus Italiâ quidam vir erat, quem Latinitas in antiquum ab eo restituta scientiæ statum, tota supremum debito cum amore et honore agnoscit, nomine Lanfrancus. Ipsa quoque in liberalibus studiis gentium magistra Græcia discipulos illius libenter audiebat et admirabatur. Is patriâ egressus, quàmplures multi nominis scholares secum habens, in Normanniam devenit. Beccum itaque adiit... Monachus ibi efficitur... Fama viri præclarissima Beccum et Abbatem Herluinum brevi per orbem terrarum extulit. Accurrunt Clerici, Dueum filii, nominatissimi scholarum latinitatis magistri, laici potentes, alta nobilitate viri... Non multò post propter inhabitantium multitudinem... in salubriori multum situ nova inchoavit, Monasterium et officinas, opus prægrande, dignum, cujus dignitati ditiores multæ non accedunt Abbatia... Post triennii verò completionem solâ needum completâ Basilicâ, venerabilis Lanfrancus cœpti

Cap. 9.

* Bonneville.

An. 1040.

* Brionne.

An. 1040.

An. 1042.

(a) Longissimum hoc de Becco Caput, quod Epitaphia B. Herluini continet, quodque extra Calculi scopam excurrit; integrum deest in Ms. Uticensi. Monachum profectò Beccensem habet auctorem, qui scribebat, cum B. Anselmi, anno 1109 defuncti, vita jam publici juris esset.

(b) Qualis fuerit dotatio, patet ex ipsius Herluini litteris, quæ sic habent: *Notum sit quòd ego Abbas Herluinus, filius Angosti, astantibus et laudantibus fratribus meis Odone et Rogero, jubente*

Gilleberto Comite et Alberto et Ranulfo, consentiente Roberto Comite et Roberto Archiepiscopo, donavi S. Mariæ tertiam partem terræ de Burnevilla et Tavilleio et Surceio, et terram de Sernaio; quæ Ansgotus pater meus in vita sua habuit; dotem quoque matris meæ, jubente patre meo ex integro mihi datam. Date sunt hæc litteræ anno 1034; cum Robertus Comes seu Dux Norm. qui his consensisse dicitur, anno 1036 incunte Jerosolymitanum aggressus sit iter in quo decessit.

- An. 1063. operis institutor... Ecclesiae Cadomensis Abbas praeficitur. Interea Norman- A
 norum Dux Willelmus haereditarium sibi Angliae regnum pervadens, impe-
 rium rebelle, armis ad quae voluit jura composuit... Cantuariensis Ecclesiae
 An. 1070. [Lanfrancus] suscepit Praesulatum... Igitur X Kal. Novembris anno ab
 Incarnatione Domini MLXXVII... advenit, consecrando consummaturus
 Ecclesiam... Convenerunt universi Normanniae Episcopi, Abbates et
 alii quique religiosi viri: affuerunt Proceres regni. Rex aliis intentus nego-
 tiis adesse non potuit. Regina Mathildis libens affuisset, nisi regis detenta
 occupationibus fuisset... Affuerunt et regni Franciae clarissimi Consules, et
 ex aliis Regni ejusdem primatibus complures, Clerici, Monachi, ex uni-
 versis adjacentibus provinciis... Herluinus proximo subsecuto mense Au-
 An. 1078. gusto... decessit VII Kal. Septembris, LXXXIV aetatis suae anno, mona- B
 chatu verò XLIV; paucisque interpositis diebus, electus est Abbas An-
 selmus pro eo, qui tunc erat Prior ejusdem loci... Ortus ex generosis pa-
 * *Août.* rentibus in civitate Augusta *, quae contigua est Burgundiae et Italiae, per
 diversa loca studiis literarum operam dando pervenit Normanniam; et in
 Monasterio Becci, ubi tunc temporis magnus ille supradictus Lanfrancus
 Priorisungebatur officio, cum aliis conscholasticis ab eodem tam divinis
 An. 1059. quam secularibus literis instructis, ipsius hortatu et consilio factus est Mo-
 nachus Becci, anno aetatis suae XXVII; ubi vixit claustralis sine praelatione
 tribus annis, XV Prior... Deinde XV annis Abbas exstitit... Inde as-
 sumptus est ad Archiepiscopatum Cantuariensem... Transiit è mundo XI
 An. 1109. Kal. Maii, ferià IV ante Coenam Domini. Ipso anno fuit ultimum Pascha,
 hoc est VII Kal. Maii.
- Cap. 10.* Tempore, quo Edelredus Rex Anglorum, ut supra recitavimus, à Sueno C
 Danorum Rege regno pulsus, et Normanniam profugus venit; duos filios
 Edwardum et Alvredum, non longò post patriam repetens, Richardo
 eorum avunculo nutriendos reliquit. Hi enim intra Normannorum Ducum
 aulam educati, tanto honore à Duce sunt habiti, ut summi nexu amoris
 tanquam fratres eos adoptaret sibi. Quorum diuturno compassus exulatu,
 missis legatis mandavit Chunuto Regi, ut jam jamque satiatus eorum exter-
 minio, illis parceret, et sua eis vel serò pro sui amoris obtentu redderet.
 At ille salubribus monitis ejus non adquevit; sed Legatos infectis rebus
 nihil laetum portantés remisit. Tunc Dux vehementissimi furoris rubore
 succensus, convocatis Ducatùs sui Principibus, jussit magnam navium
 classem festinatò fabricari. Quam ex omnibus Normannici maris partibus D
 coactam, et infra exigui temporis spatium in anchoris, armis, hominibus-
 que robustissimis diligenter instructam, stare apud Fiscannum in littore ponti
 fecit. Inde quoque signo dato, et velis in sublime pansis, nimia tempestate
 acti ad insulam, quae Gersus vocatur, cum magno periculo pelagi domum
 sunt devoluti. Quod puto ita factum esse, Deo auctore, pro Edwardo Rege,
 quem disponebat in futuro regnare sine sanguinis effusione. Ubi dum longo
 detinerentur tempore, vento adverso diutiùs flante, Dux efferatis animis
 incredibili cruciabatur mœrore. Novissimè autem videns, se nullo modo
 posse transfretare, giratis navium proris, apud S. Michaëlis Montem re-
 meato limbo maris quantociùs sunt appulsi.
- Cap. 11.* Dux autem Robertus quandam partem classis Rabello fortissimo Militi
 tradidit, ac ad affligendam incendiis et praedis Britanniam direxit. Ipse verò
 contracto exercitu equestri, parabat ex altera parte eam aggredi. Alannus E
 itaque considerans grave sibi ab utrisque partibus discrimen imminere, missa
 An. 1034. legatione, Robertum utriusque avunculum, Normannorum videlicet Ar-
 chipraesulem, ad se mandavit festinanter venire. Cui cum exitialem Britan-
 niae exterminationem, et concitati Ducis atrocem super se enarrasset expe-
 ditionem, Praesul sua interposita fide eum sumpsit, ac ad montem Tumbam,
 S. Michaëlis domum adduxit, et clementiam siquidem Ducis illum invadere
 disponentis. Mox nimum rigida eorum praecordia propitiante Christo eam
 ad quietem composuit, ut omni dissensionum motu sedato, serena concordia
 eos uniret, et Alannum in servitio Ducis pacta fidelitate supplicem omninò
 complicaret. Post haec legatos Dux misit, et nautas à Britannica vexatione
 recedere jussit.

A Quibus ad liquidum sopitis, en adsunt legati Roberto Duci à Chunuto Rege directi, nunciantes illum medietatem Anglici regni velle reddere filiis Edelredi Regis, pace rata in diebus suis, eò quòd valida gravaretur incommoditate corporali. Iecirè Dux, intermissa navali expeditione, distulit inceptum, prius cupiens ab Hierosolymis redire, quod diu optaverat devotissimo animo... Robertum ergo Archiepiscopum cum Optimatibus sui Ducatus accersivit, et illis velle se appetere Hierosolymitanam peregrinationem manifestavit. Quibus verbis omnes vehementer attoniti, propter ejus absentiam formidabant patriam multimodè perturbari. Exponens autem eis Willelmum filium suum, quem unicum apud Falesiam genuerat, ab eis attentissimè exigebat, ut nunc sibi loco sui dominum eligerent, et militiae suæ Principem præficerent. Qui licèt sub tenerrima detineretur ætate puerili, tamen de ejus consolatione omnes oppidò exhilarati, juxta decretum Ducis protinus eum prompta (a) vivacitate suum collaudavere Principem ac dominum, pangentes illi fidelitatem non violandis sacramentis. Dux itaque Robertus postquàm hæc ad votum explevit, filium suum fidelibus: et sensatis tutoribus et auctoribus (b) usque ad legitimam ætatem subegit et dispositis competenter rebus ad patriæ moderamina congruentibus, pium vale dicens omnibus, cum suo nobilissimo comitatu illam sanctissimam peregrinationem est aggressus... Tandem confecto itinere ad venerabile pervenit sepulchrum.

Cap. 12.

Porrò invictus Dux, pius et Deo amabilis, adorato Christo cum internorum singultuum suspiriis, et peragratis Sanctorum locis, felicissimum convertens iter, ad Nicenam regressus est urbem: in qua correptus ægrimoniâ corporis, C MXXXV ab Incarnatione Domini anno viam petens universi generis humani, gaudentibus Angelis, divinæ vocationis jussu in fine occubuit VI Nonas Julii... Sepultus est in Basilica S. Mariæ à suis intra mœnia Nicenæ civitatis.

Cap. 13.

An. 1035.

EX LIBRO SEPTIMO.

Dux [Willelmus] (c) in puerilibus annis patre orbatus, sagaci tutorum providentiâ, liberalium morum instituebatur ad incrementa. Sub ejus ineunte ætate, Normannorum plurimi aberrantes ab ejus fidelitate, plura per loca aggeres erexerunt, et tutissimas sibi munitiones construxerunt. Quarum dum auderent fisci munimine, protinus inter eos diversi motus exoriantur, seditiones concitantur, ac sæva patriæ incendia ubique perpetrantur. In tanto quippe dissensionum turbine Mars atrociter grassatur, et non modicus bellatorum cuneus frustrâ consumitur.

Cap. 1.

Nam Hugo de Monteforti filius Tustini cum Walchelino de Ferrariis certavit, et in eo conflictu uterque occisus occubuit. Porrò immanis quorundam rabies eruetuat, ac ad patriæ detrimentum nimis regnat. Siquidem Gislebertus Comes Ocensis, filius Godefridi Comitis, callidus et fortis tutor Willelmi pueri, sed domini, quodam mane dum equitans loqueretur cum compatre suo Wascelino de Ponte Erchenfredi, nil mali suspicans, occiditur cum Fulcoio filio Geroyi. Hoc verò malum dolosis hortatibus Rodulphi de Waceio filii Roberti Archiepiscopi factum est, per manus crudeles Odonis Grossi, et audacis Roberti filii Geroyi. Deinde Tuoldus teneri Ducis Pædagogus perimitur à perfidis patriæ desertoribus. Osbernus quoque Procurator principalis domûs, Herfasti Gunnoris Comitissæ fratris filius, quadam nocte, dum in cubiculo Ducis cum ipso in valle Rodoili securus soporatur, repente in stratu suo à Willelmo Rogerii de Monte-Gumeri filio jugulatur. Rogerius enim pro perfidia sua tunc exulabat apud Parisios, et quinque filii ejus Hugo et Robertus, Rogerius et Willelmus atque Gislebertus in Normannia summoperè inserviebant diris facinoribus. Sed Willelmus pro scelere præscripto, quod operatus est, non multò post condignam mercedem retribuente Deo nactus est. Barno quippe de Glotis Præpositus

Cap. 2.

(a) In Ms. Cod. Ulic. unanimitate.

(b) Corrig. actoribus.

(c) Jam describit Calculus, ut monuit ibidem ipse, quo sudore laboris, inimicorum laqueos evaserit,

et suis eorum serina colla vestigiis viriliter substraverit Willelmus Dux, quem Christus, profligatis inimicis, throno regali postmodum prorexit.

Osberni injustam necem domini sui cupiens ulcisci, nocte quadam expeditos A pugiles congregavit, et domum ubi Willelmus et complices sui dormiebant, adiit, ac omnes simul, sicut meruerant, statim trucidavit.

Cap. 3.

Rogerus Toënites de stirpe mala Hulcii (a) qui Rollonis Ducis patruus fuerat, et cum eo Francos atterens Normanniam fortiter adquisierat, vir potens et superbus, ac totius Normanniæ Signifer erat. Hic verò, dum Robertus Dux peregrè perrexerat, in Hispaniam ubi per eum multæ probitates super Paganos factæ sunt, profectus fuerat. Sed post aliquantum temporis in sua regressus est. Comperiens autem quòd Willelmus puer in Ducatu patri successerit, vehementer indignatus est, et tumidè despexit illi servire; dicens, quòd nothus non deberet sibi aliisque Normannis imperare. Willelmus enim ex concubina Roberti Ducis nomine Herleva *, Fulberti Cubicularii Ducis filia natus, nobilibus indigenis, et maximè ex Richardorum B prosapia natis, despectui erat ut potè nothus. Verùm, postquam Hierosolymitanus Dux obiit, Herluinus quidam probus Miles Herlevam uxorem duxit, ex qua duos filios, Odonem et Robertum qui postmodum præclaræ sublimitatis fuerunt, procreavit. Rogerus itaque fretus auxiliatorum multitudine, contra tenerum Ducem ausus est rebellare. Omnes vicinos suos palam despiciebat, et terras eorum, maximè Humfridi de Vetulis, rapinis et incendiis devastabat. At ille diutiùs hoc ferre nolens, Rogerium de Bellomonte filium suum cum familia sua contra eum misit. Quem Rogerus Toëniensis temerè sprexit, et nil metuens cum eo audacter confligit; sed ibidem cum duobus filiis Helberto et Elinantio peremptus, victoriam hostibus reliquit. Ibi Robertus de Grentemaisnil lethale vulnus accepit, quo post tres hebdomadas, XIV Kal. Julii obiit. Porro, ante mortem suam C duobus filiis suis Hugoni et Roberto terram suam æqualiter distribuit; cisque Ernaldum minimum filium suum, ut ipsum dum ad ætatem veniret, sicut fratrem benè tractarent, commendavit.

Cap. 4.

Rogerus verò de Bellomonte, superatis adversariis, victori Deo gratiam retulit, et in omni vita sua bonis operibus insudare studuit. Inter quæ Monachile Cœnobium in fundo suo Pratellis construxit, et Willelmo Duci contra omnes fidelis semper extitit. Quapropter omnibus avis proavisque suis sublimior effectus est. Nam Adelinam, Waleranni Comitis Mellenti filiam, uxorem duxit: ex qua duos filios Robertum et Henricum, magnæ potentiæ postea Comites procreavit. Robertus quippe post Hugonem avunculum suum Comes Mellentis plusquam XXVII annis vixit; et Henricus Willelmi Regis in Anglia Comitatum Warwik promeruit. Post præfatam D cædem, in qua Rogerus * et Robertus de Grentemaisnil et alii quamplures ceciderunt, Richardus Ebroicensis Comes, filius Roberti Archiepiscopi, uxorem Rogerii de Toënia sibi in matrimonio assumpsit; ex qua Willelmum, qui nunc Ebroicensibus principatur, genuit. Willelmus verò frater ejus Hadevisam filiam Geroii, relictam Roberti de Grentemaisnil sibi junxit. Interea Willelmus Dux, favente Deo, crescit ætate et viribus, ac sensu morumque valentia proficit. Animadvertens itaque quanta suorum rabies Normanniam proculcaverit, in puerili pectore virile robur colligit, Proceresque patris sui ascitos ad amorem sui trahere satagit; et ne quid indisciplinatè agant, precibus et jussis erudit. Rodulphum de Wacceio * ex consultu majorum sibi tutorem eligit, et Principem militiæ Normannorum constituit. Quidam Optimatum, qui Deum et justitiam amant, libenter Duci ut domino obtemperant, fidemque servant, et rebelles ei subdere fideliter anhelant. Porro, filii discordiæ, qui dissensionibus gaudent, et innocenter vivere volentes affligere student, dum per se tantum nocere simplicibus, quantum vellent, se non posse vident, commentantur qualiter improba fronte subversionem patriæ procurent. Henricum igitur Regem Francorum adeunt, et titiones (b) ejus per Normannicos limites hac illacque spargunt. E

* Al. Herlotta.

* Toëniensis.

* Al. de Gaucio.

(a) Malè in edito, *Malahulcii*; in Chronicis enim S. Dionysii legitur, *de mauvese racine*.

(b) In Fragmento Historiæ Ms. Auctoris Incerti ex Bibliotheca viri Cl. Alex. Petavii Senatoris Paris. apud Chesnium Tom. IV Script. Fr. pag. 149, *titiones suos per Normannicos milites*.

Cùm autem reliquum omne usque ad an. 1059, seu continuatio hujus Fragmenti ibidem pag. 149 et 150, nihil contineat quod non habeatur apud Willelmum Gemet, cap. 4, 5, 17, 24 et 28 Libri 7, aut apud eundem Chesnium ibidem pag. 98 in Chronici Veteris Excerpto; conti-

A Quos nominatim literis exprimerem, si inexorabilia eorum odia (a) declinare nollem. Attamen non alii extiterunt, vobis in aure loquor circumstantibus, quàm hi, qui fideliores se profitentur, et quos nunc (b) majoribus Dux cumulavit honoribus.

Vesana igitur proditorum provocatione Rex Henricus vehementer per-
motus, et beneficii à Roberto Duce sibi quondam impensi immemor effectus, dixit (c) se placabilem ei nullo modo fore, quamdiu Tegulense castrum videret in pristino statu persistere (d). Cujus fraudes animi ob salutem pueri vitare cupientes in fide stantes Normanni, decreverunt fieri, quod egisse postmodum pœnituit. Gislebertus autem cognomento Crispinus, cui illud commiserat olim Dux Robertus, mox ut molestissimum agnovit decretum, conatus eorum sprexit, et cum valida manu armatorum ad resis-

Cap. 5.

B tendum illicò se intra ipsum conclusit. Rex quoque munitionis aditum sibi denegari considerans, exercitibus tam Francorum quàm Normannorum contractis, festinus eam obsidione cinxit. Quid plura? Gislebertus tandem precibus Ducis victus, mœrens castrum reddidit, quod sub oculis omnium cum maximo dolore cordis confestim igne concremari perspexit. Quibus Rex ad votum peractis, à loco recessit. Sed non multò post Oximensem Comitatum (e) adivit, et Argentomum (f) Ducis vicum flammis voracibus combussit: sicque onustus prædâ, partes illas deseruit. Deinde itinere quo venerat, regressus, ad castellum Tegulense venit; atque sacramenta, quæ Duci juraverat, ne à quodam suo in quatuor annis reficerentur (g), irrita fecit. Nam illud cum festinatione restauravit, militibus et alimoniis abundantissimè munivit; et hinc, quia votis suis jam satisfecerat, lætus recessit.

C Turstenus cognomento Guz, Ausfridi Dani filius, qui tunc Præses Oximensis erat, perspicuens Ducem puerum Regi aliquantum cecisise, et quasi victum regiæ manûs oppressionem jam aliquantam utcumque perpeti; zelo succensus infidelitatis, regales milites stipendiis conduxit, quos complices ad muniendum Falesiæ castellum, ne indè Duci serviret, sibi ascivit. Cujus malivoli animi conatus Dux ut comperit, legionibus Normannorum undequaque coactis, festinanter illud obsedit. Tunc Rodulphus Waceiensis Magister militum erat, Ducemque suum totis nisibus adjuvabat. Concitatis autem militibus, tanta illicò magnanimitate pugnatum est, ut partem muri sub momento dejicerent. Et nisi nox prælium diremisset, procul dubio rem quam summè volebant, totam confecissent. Perpendens Turstinus se tantas hostium copias non posse diutiùs tolerare, locum secedendi à Duce petiit,
D et sic profugus à patria extorris aufugit. Post hæc Richardus Turstini filius optimè Duci servivit, et sic patrem suum Duci reconciliavit; et ipse multò majora, quàm pater perdiderat, acquisivit.

Cap. 6.

Mortuo Roberto Rothomagensi Archiepiscopo successit Malgerius frater Roberti Ducis. Nam Richardus Gunnorides, mortuâ Judith, aliam uxorem nomine Papiam * duxit; ex qua duos filios genuit, Malgerium scilicet Archiepiscopum et Willelmum Archacensem. Hic enim Willelmus à Duce jam in adolescentia pollente Comitatum Talogi percepit, obtentu beneficii, ut indè illi existeret fidelis. Nobilitate verò generis elatus, castrum Archarum in cacumine ipsius montis condidit. Deindè assumptâ tyrannide, regioque fultus juvamine, contra Ducem ausus est calcaneum extollere. Quem Dux à suâ vesaniâ nitens avellere, ad exhibendum sibi obsequium per legatos jussit
E eum venire. Sed ille hujusmodi legationem habens contemptui, magna cum fiducia ad resistendum se munivit et armavit. Dux verò, viribus Normannorum ascitis, ejus supercilium domiturus, quantociùs super eum venit; et erectis aggeribus ad radicem montis castrum stabilivit, quod fortium virorum robore inexpugnabile reddidit; et sic indè abiens, vallatum alimoniis reliquit. Quod

Cap. 7.

* Al. Papiam.

nuationem laudati Fragmenti amandabimus à nostra editione. Sed et Auctor Incertus pag. 148, caput 7 Libri 6 Willelmi Gemet. exscribit à vocibus *consultu suorum* usque ad verba *omniñò exinanirentur*.

(a) Clarè hinc ætatem suam prodit Willelmus Gemetic.

(b) Ex his pariter verbis facilè colligi potest

tempus quo scribebat Auctor.

(c) Malè in Editio. *duxit*.

(d) Al. *consistere*. *Cujus motum animi*.

(e) Sic in Ms. Uticensi: Chesnius verò habet, *Comitem*.

(f) Al. *Argentonium*.

(g) *Corrig. reficeretur*.

factum protinus Henricum Regem minimè latuit. Rex ergò Francorum co-
 pias sumpsit, et superioris oppidi causâ muniendi properantissimè advenit,
 et exercitum castra metari apud S. Albinum jussit. Cujus adventum milites
 Ducis comperientes, de suis miserunt; si quos fortè hostium à regio [coetu
 abstraherent, quos illi in latibus degentes incautos exciperent. Quò dum
 venissent, non minimam exercitûs partem indè protraxerunt, et fugientes
 in insidias induxerunt. Statim verò qui videbantur fugere, versa facie cœpe-
 runt eos acriter cedere; adeò ut in hoc conflictu cum pluribus Ingelrannus
 Abbatisvillæ Comes confossus perimeretur, ac Hugo cognomento Bardul-
 fus cum multis aliis caperetur. Quod ut Rex agnovit, alimoniam castello,
 pro quo venerat, intronisit; et mœstus propter milites amissos cum dede-
 core recessit. Willelmus quoque non longò pòst inediâ affectus cum suis
 invitus castellum reddidit, et ipse à nativo solo in exilium discessit. Denique
 cum uxore sua, sorore scilicet Widonis Comitis Pontivi, Eustachium Bo-
 loniæ Comitem expetiit; et in ejus familia victum et vestitum percipiens,
 usque ad mortem suam extorris remansit.

Cap. 8. Eadem tempestate (a) Anglorum Rex Chunutus obiit, cui successit He-
An. 1035. raldus filius ejus, ex concubina nomine Elfgiva natus. Cujus diu cupitam
 mortem Edwardus audiens, adhuc cum Duce degens, quantociùs cum XL
 navibus milite plenis superato mari Hantunam appulit; ubi innumerabilem
 Anglorum multitudinem ad sui perniciem se opperientem offendit. Qui pro-
An. 1036. tinus congressus cum eis, non minimam partem ex illis ociùs orco trans-
 misit. Ipse verò victor existens, ad naves regressus est cum suis. Videns au-
 tem non absque plurimo militum numero se posse regnum obtinere Anglo-
 rum, regiratis navium proris Normanniam cum maxima præda repetiit.

Cap. 9. Intereà frater ejus Alvedus milites non parvi numeri assumpsit, portum-
 que Wisanti petiit, et hac transfretans Doroberniam venit. Inde siquidem
 interiora penetrans regni, Godvinum Comitem obvium habuit. Quem idem
 Comes in sua fide suscepit; sed in illo sub eadem nocte traditoris Judæ vicem
 implevit. Nam libato pacis osculo, et cum eo percepto cibo, medio intem-
 pestæ noctis, manibus post tergum ligatis, illum Heraldus Regi apud Lundo-
 niam cum suorum nonnullis destinavit. Milites autem suos partim per An-
 glorum regionem distraxit, partim cum dedecore peremit. Heraldus ut Al-
 vredum vidit, statim ejus socios truncari capitibus jussit, et ipsum ad Hely
 duci, ibique oculis privari. Sic nobilissimus et optimus vir Alvedus occu-
An. 1039. buit, injustè peremptus. Heraldus verò non multò pòst superstes obiit mor-
 tem; cui successit frater ejus Hardechunntus à Dacia egressus, ex Emma

An. 1040. Edwardi matre natus. Qui post paululum confirmatus in culmine regni, fra-
 trem suum Edwardum à Normannia revocavit, ac secum cohabitare fecit.
An. 1042. Ipse autem non plenis duobus annis existens, exivit hominem, et Edwardum
 totius regni reliquit hæredem (b).

Cap. 10. Willelmus cognomento Talavatus, postquam Roberti fratris sui caput in
 carcere securibus comminutum est, auxilio suorum, et maximè Willelmi
 filii Gerouii, omnem patris sui fundum adeptus est. Hic verò à parentum suo-
 rum perfidiâ nequaquam sua retorsit vestigia. Hildeburgem quippe filiam Ar-
 nulphi cujusdam nobilissimi viri in conjugio habuit; ex qua Arnulfum, et Ma-
 biliam crudelissimæ sobolis postea matrem genuit. Sed quoniam mulier præ-
 dicta benè morigerata erat, et Deum ferventer amabat, diris mariti factioni-
 bus non consentiebat. Quapropter ipse eam abominatus est vehementer.
 Denique quodam manè, dum ipsa Ecclesiam adiret Deum deprecari, à duo-
 bus parasitis suis in via fecit eam subito strangulari. Deinde filiam Ro-
 dulphi Vicecomitis de Bellomonte sibi desponsavit, et plures sibi vicinos
 Optimates ad nuptias invitavit; inter quos Willelmum Gerouii filium eximia
 strenuitatis virum accersivit. Rodulfus autem frater ejus cognomento Cle-
 ricus, quia copiosè literatus erat; et Mala-corona, quia militaribus

(a) Cùm hoc et insequentia sex Capita non legantur in Ms. Cod. Uticensi, ea à Monacho Beccensi intercalata dici nil vetat. Et certè, vel stilus, vel materia, vel tempus, Scriptorem alium à Willelmo Gemetic. indicant.

(b) Edwardus, ut ibidem additur, metuens

tanti viri [Godvini] potentia lædi dolore solito, Normannorum consultu quorum fido vigeat solatio, indignam Alvedo fratris sui perniciem ei benigniter induxit: ac ut inter eos firmus amor jugiter maneret, Editham filiam ejus uxorem nomine tenuit duxit .. Regnum Anglorum ferè XXIII annis feliciter rexit.

A exercitiis inserviens, Clericatûs gravitatem malè servabat; ex augurio grave infortunium sibi imminere prænosens, fratri suo prohibet ne fœdas feralis bigami nuptias ullatenus adiret. Willelmus autem, spretis Rodulfi dissuasio- nibus, inermis Alencium venit cum duodecim militibus. Porrò Talavatius eum illic nil mali suspicantem, sed potiùs, ut moris est, ad nuptias amici sui gaudentem, sine reatu, quasi nequam proditorem, mox comprehendit, et cautè custodiri suis clientibus præcepit. Postea cum convivis suis venatum perrexit. Satellites verò ejus, quibus clam jusserat hoc, Willelmum foras eduxerunt; et cunctis qui hoc videbant lugentibus, heu proh dolor! oculis privarunt, nariumque summitatibus et aurium abscissis deturparunt. Hoc au- dito scelere multi doluerunt, et contra Talavatium in ira exarserunt, et tale nefas ulcisci conati sunt. Geroianus autem Willelmus post tres annos

B venerabilem Herluinum Abbatem adiit, et in Beccensi Cœnobio, quod in honore sanctæ Dei genitricis Mariæ tunc à præfato Patre construebatur, Monachus factus est.

Geroius iste, de cujus prole loquimur, ex nobili Francorum et Britonum prosapia originem traxisse dicitur. Hic autem cum Belesmensi Willelmo ad Curiam Richardi Ducis venit, cujus dono in Normannia duo municipia, Monasteriolum et Escalfoum obtinuit. Hospitium verò, dum Ducem expe- teret, in domo Turstini de Monteforti habuit; cujus filiam nomine Gislam ad prandium fortè videns, adamavit, et à præclaris parentibus eam requi- rens impetravit. Quæ succedenti tempore septem filios et quatuor filias ei peperit, quorum nomina hæc sunt: Ernaldus, et Fulcoius qui cum Gisleberto Comite periit, Willelmus, et Rodulfus Mala-Corona, Ro- bertus, Hugo et Geroius; Heremburgis et Emma, Adelais et Hadvisa. Ex his filiorum et nepotum militaris turma propagata est, quæ Barbaris in Anglia vel Apulia, seu Trachia, vel Syria nimio terrori visa est. Igitur post- quam Willelmus Talavatius Willelmum, qui ætate et sensu in Geroiana pro- genie sublimior erat, ex invidia, ut suprâ diximus, tam truculenter deho- nestaverat; Robertus et Rodolphus egregii Milites cum fratribus et cogna- tis viriliter insurgunt, et damnosam fratris sui injuriam vindicare moliti sunt. Omnem itaque terram Talavatii prædis et incendiis devastabant; usque ad portas munitionum ejus, nullo resistente, armati veniebant; ipsumque ut exiret, et cominùs certaret, audacter provocabant. At ille, quia timidus, et in militia nullarum virium erat, cum lacessentibus inimicis in campo con- fligere non audebat. Sic à Geroicis sæpè deludebatur.

D Arnulfus tandem filius ejus ut hæc animadvertit, Optimatum suorum con- sensu contra patrem, qui omnibus odibilis erat, rebellavit, et eum de mu- nitionibus suis turpiter ejecit, et usque ad mortem miserabiliter exulare compulit. Paternam quidem possessionem invasit, sed nequitiam non de- vitavit. Unde triste fine perire meruit... in lecto suo strangulatus est. Porrò quorundam relatio asserit quòd ab Olivaro germano suo peremptus sit. Nos verò de tali viro tantum nefas non solum non astruimus, verùm etiam credere penitus recusamus. Præfatus siquidem Olivarus longo pòst tempore in militia honorificè deguit, senexque factus seculum dereliquit (a).

Denique Arnulfo nequiter perempto, sicut suprâ retulimus, venerabilis Ivo patruus ejus, Sagiensis Episcopus, Belesmiæ castrum, et quæque ad ipsum jure pertinebant, accepit; et legitimè, quamdiu vixit, pace cum Geroianis aliisque vicinis facta, tenuit. Sagax enim idem erat ac decorus et affabilis, multumque jocosus, ac serenæ pacis cupidus. Sed perfidia malorum non cessat perturbare quietem honorum. Itaque temporibus Ivonis Episcopi, Ri- cardus atque Robertus et Avesgotus, filii Willelmi cognomine Sorengi, euneum sceleratorum sibi asciverunt, et omnem circa Sagiium patriam sine reverentia depopulati sunt. Postremò Ecclesiam S. Gervasio invaserunt, ibi- que turmam prædonum posuerunt... flabulumque fecerunt equorum. Reli- giosus Azo vetulus Præsul ejusdem urbis muros destruxerat, et ex lapidibus dejecti muri Ecclesiam S. Gervasio Martyri construxerat, ubi sedes Episco- palis longo pòst tempore fuerat. Venerandus autem Ivo, dum vidit Sorengos

(a) Olivarus, ut ibidem additur, factus est Mona- chus Beccensis sub Abbate Anselmo, et multis annis laudabiliter vixit sub Willelmo Abbate.

in diebus suis ita insanire, ut in Templo Dei non dubitarent foveam furum A et lupanar meretricum facere; nobili tactus irâ vehementer doluit, ac ad liberationem Ecclesiæ Dei toto nisu animum convertit. Quondam igitur, dum de curia Willelmi Ducis rediret, ac per Oximensem pagum transiret, Hugonem de Grantemaisnil aliosque Barones cum turmis suis secum adduxit, et Sorengos in turre Monasterii (a) fortiter expugnari fecit. At illi audacter restiterunt, et pro se pugnantes projectis telis plures læserunt. Quod Pontifex dum perspexit, vicinis domibus ignem imponi jussit. Mox parrochiani jussis parent Episcopi: ignis verò inmissus flante vento ad Ecclesiâ currit, ipsamque invadens consumit, et impios in ea furentes acriter angit. Sorengi tandem, dum se vident flammæ sævitiem pati non posse, arreptis armis inde fugiunt cum dedecore.

Cap. 14. Tres germani qui Principes extiterant prædictæ invasionis, non multò B pòst, dum latrocinii summopere vacarent et rapinis, justo Dei judicio perempti sunt. . . Richardus nempè, qui primogenitus erat, noctu in vili casa juxta quoddam stagnum securus dormiebat: protinus quidam Miles potens, nomine Richardus de S. Scholastica, cujus terram devastaverat, domunculam circumdedit cum sua familia. Sorengus verò expergefactus de bordello exiit, et fugiens in vivarium exilire voluit. Verùm quidam rusticus, quem ipse pridem in vinculis cruciaverat, eum prævenit; et securi caput ejus conterens, mox eum exanimavit ibidem. Deinde Robertus frater ejus cum suis quadam die circa Seuceum prædam rapuit; et dum rediret, à persequentibus villanis vulneratus statim interiit. Ad ultimum Avesgotus Cambeiam super Albertum Girardi Fleitelli filium intravit, ibique militari rabie debacchari cœpit; sed pilo desuper emisso, in capite ictus mox periit. . . In C pace circa Sagium licuit aliquantulum respirare. Nobilis Ivo Præsul Ecclesiâ cooperire satigit, et IV Nonas Januarii iterùm dedicavit. Sed quia maceriæ virtute flammaram læsæ fuerant, ipso anno ante Quadragesimam corruerunt.

Cap. 15. In illo tempore S. Leo Papa Gallias expetiit, Ecclesiâ S. Remigii Remensis Archiepiscopi consecravit, ejusque corpus in Ecclesiâ nuper dedicatam transtulit. Tunc Remis idem Papa grande Concilium tenuit, et desides Episcopos vel Abbates acriter redarguit; inter quos, ut dicunt, propter combustionem Ecclesiæ Ivoni dixit: « Quid fecisti, perfide? Qua lege dam- » nari debes, qui matrem tuam cremare ausus es? » Eloquentes Ivo palam confessus est, se quidem malum fecisse; sed ad hoc scelus agendum se graviter coactum fuisse, ne deteriora fierent à scelerosis super filios Eccle- D siæ. Deinde pœnitentiam secundum sagacis Papæ jussum recepit, ac de restituenda S. Gervasii Ecclesia operam adhibuit. Igitur Apuliam, et inde Constantinopolim perrexit; et à divitibus cognatis et amicis suis simul multum pecuniæ congegessit, donoque Imperatoris de ligno Dominicæ Crucis charum munus deportavit. Reversus autem Sagium, Ecclesiâ cœpit tam magnam ædificare, ut successores ejus Robertus, Girardus ac Serlo nequiverint eam per XL annos consummare.

Cap. 16. Intereâ Willelmus Talavatus, postquam à filio suo, ut suprâ retulimus, de terra sua expulsus est; miser et despicibilis omnibus per aliorum domos diu pervagatus est. Ad extremum Rogerium de Monte-Gummeri expetiit, eique filiam suam nomine Mabiliam spontè obtulit; et omnem, quem ipse pro nequitia segnitiaque sua perdidit, honorem concessit. At ille qui fortis E erat et probus, consilioque maturus, hoc placitum sibi Profuturum cernens, ei adquevit in omnibus. Ipsum namque errabundum in domo sua suscepit, ejusque natam sibi legitimè copulavit. Præfata verò mulier erat corpore parva, multùmque loquax, ad malum satis prompta, et sagax atque faceta, nimiumque crudelis et audax. Quæ succedenti tempore quinque filios et quatuor filias peperit, quorum nomina hæc sunt: Robertus et Hugo, Rogerius Pictavinus, Philippus et Arnulfus; Emma, Mathildis, Mabilia et Sibylla. Hæc siquidem fratres suos moribus præcesserunt. Nam dapsiles et honestæ, ac attabiles pauperibus et Monachis aliisque servis Dei fuerunt.

(a) Nota Cathedrallem Ecclesiâ vocari Monasterium • cujus quidem locutionis haud rara sunt exempla.

A Illi verò ferales et cupidi, ac inopum rabidi oppressores extiterunt. Quàm callidi, vel militares seu perfidi fuerint, aut quantum super vicinos paresque suos excreverint, iterumque sub eis pro facinoribus suis deciderint, non est nostrum in hoc loco enarrare (a); qui decrevimus Willelmi Ducis magni gesta propalare. Quapropter, illis relictis, nunc stylus figatur in præfixa serie narrationis.

Cap. 17.

Igitur Dux jam flore vernans gratissimæ juventutis, cultum Dei cœpit ultroneo corde amplecti, imperitorum quoque contubernia à se eliminare, et sapientum consiliis uti, bellicis rebus pollere, et prudentiâ seculari vigere. Circa hæc tempora Hugo filius Rodulphi Comitis, Baiocensis Episcopus, obiit; et Dux prædictum Episcopatum Odoni fratri suo commendavit. Præfatus autem Odo ut Præsul consecratus fuit, Pontificalem Ecclesiam in

B honorem sanctæ Dei genitricis Mariæ novam auxit, auctoque Clericorum numero peritorum, et multis ornaumentis mirabiliter ditavit. Ipse verò fere quinquaginta annis in Episcopatu vixit. Dux autem (b), dum multis probitatum commodis quotidie augmentaretur, quendam crudelem convivam expertus est, Widonem * scilicet filium Rainaldi Burgundionum Comitis; qui cum eo à puerilibus annis educatus fuerat, et cui olim contulerat castrum Brioci quasi munere firmitus astringendæ fidelitatis. Is etenim fastu(c) innectus superbix, plurimos Proceres velut Absalon ab ejus fidelitate cœpit avertere, et in suæ perfidiæ voragine complicare: in tantum ut Nigellum Constantiniensem Præsidem in hac conspiratione annecteret; et à servitio, quod electissimo Principi sacramentorum obligatione debebat, cum multis aliis funditus exturbaret. Considerans itaque prudentissimus Dux se tantopere

* Al. Guidonem

C à suis destitui, et eos suorum municipiorum præsiis jugiter robustius vallari; verens ne à Comitatus fastigio abigeretur (d), locoque suo æmulus ejus subrogaretur, necessitate coactus Henricum Francorum Regem expetiit pro subveniendi obtentu. Tunc tandem Rex memor beneficii, quod à patre ejus sibi quondam impensum fuerat, vires Francorum simul coegit; et Oximensis Comitatum aggressus, Valedunas venit, ubi innumerabilium infestissimo armatorum animo exercitum strictis gladiis prælium sibi intentantem offendit. Quorum efferos impetus Rex cum Duce minimè (e) perhorrescens, facto alternatim militum concursu, bellum commisit; tantaque eos illicò strage delevit, ut quos gladius non extinxit, Deo formidinem inferente, fugientes fluvius Olnæ absorberet. Felix namque pugna, in qua die sub una corruerunt protervorum castella, et facinorosorum domicilia, Wido autem D è prælio lapsus, Briocum expetiit; in quo obseratis portarum repagulis, cupiens liberari, se aliquandiù obstruxit. Quem Dux, Rege Franciam repente, properè insecutus, intra ambitum sepsit obsidione, stabilitis munitionibus in utraque parte fluminis vocabulo Risle. Videns profecto Wido se nullo pacto à loco effugere posse, astrictus famis calamitate, per amicos compulsus est supplex, et commissi pœnitens, ejus clementiam expetere. Cujus Dux, suorum consultu, miseriæ misertus, clementer illi pepercit; et recepto castello Brioci, eum suis domesticis eum manere in domo sua jussit. Conspicientes itaque cuncti Optimates, qui deviarant à Ducis fidelitate, illum omne præsidium fugæ partim destruxisse, partim interclusisse, datis obsidibus rigida colla ei ut domino suo subdidere. Sic castellis ubique eversis, nullus ultra ausus est contra eum rebellem animum detegere. Prædictum itaque bellum anno ab Incarnatione Domini MXLVII factum est.

An. 1047.

E Andegavorum quoque Comes Goiffredus agnomine Martellus, vir per omnia versutus, quosdam cladibus diversis et intolerabilibus pressuris in vicino degentes frequenter afflixit. Ex quibus Comitem Tetbaldum à se fraudulenter captum tamdiu custodiæ mancipavit, donec urbem Turonicam ab illo violenter extorqueret, cum nonnullis castellis. Hic ergò, obortis litium quibusdam fomentis, contra Willelmum Ducem cœpit atrociter

Cap. 18.
An. 1044.

(a) Dum scopum suum Willelmus Gemet. haud obscurè sic aperit, sat ostendit, multa quæ præcedunt et sequuntur, alienis manibus fuisse scripto suo adjecta.

(b) Apud Chesnium, pag. 199, Tom. 4 Script. Franc. Interea dum Dux Willelmus.

(c) Ibid. *invectus... Nigellum Constant. Principem.*

(d) Sic in Ms. Cod. Utic. S. Ebrulfi: in Edit. Chesn. *abjiceretur*: apud eundem autem Chesnium Tom. 4 Script. Fr. pag. 149, *abjiceretur*.

(e) Apud Chesnium Tom. 4 *ibid. nimè.*

moveri, Normanniamque rapinis vehementer demoliri, intra Danfrontis **A** castrum seditiosis custodibus immissis. Quod Dux, militari vallatus manu, visendi obtentu aggressus, ut ipsum vidit scopulis asperrimus et eminentibus in gyro circumdatum, et inaccessibile ad oppugnandum, vires Normannorum accivit, et firmissimis castellis illud strinxit, ac aditus egrediendi obstruxit. In cuius procinctu dum aliquandiu moraretur, ecce adsunt exploratores, Alencium castrum absque suorum detrimento eum capere posse nuntiantes. Qui confestim custodes intra castra disposuit; et cum exercitu tota nocte equitans, diluculo Alencium venit, ubi in quodam municipio trans flumen posito, quosdam se convitiis subsannantes reperit. Quod acerrimè, concitatis militum animis, expugnans, festinanter cepit, igneque injecto exitialibus flammis cremavit. Illusores verò coram omnibus infra Alencium **B** consistentibus, manibus privari jussit et pedibus. Nec mora, sicut jusserat, triginta duo debilitati sunt. Pelles enim et renones ad injuriam Ducis verberaverant, ipsumque Pelliciarium despectivè vocitaverant, eò quòd parentes matris ejus pelliciarium exstiterant. Custodes autem castelli tam severam austeritatem Ducis cognoscentes, timuerunt; et ne similia paterentur, illicò portas aperuerunt, Ducique castellum reddiderunt; malentes illud reddere, quàm cum suorum periculo membrorum tam gravia tormenta tolerare. Dux autem viriliter his peractis militibusque suis intromissis, celerrimè Danfrontem repetiit. Audientes itaque Danfrontani qualia Dux suis commilitonibus intulerit, et considerantes se à nullo posse juvari, se et castellum ejus traderunt dominatui. Inde verò custodibus positus egrediens, et prolixius tendens ad confutandum Comitem Goiffredum, Amberras * venit; ibique super **C** ora fluminis castellum condidit, quod alimoniis et militibus sufficienter munivit. Quibus decenter expletis rebus, Rotomagum metropolim Normanniæ regressus est.

* Al. pol-
linetores

* Al. Am-
berras

Cap. 19.

(a) Eadem tempestate Willelmus cognomento Werlencus, de stirpe Richardi magni, Comes erat Moritolii. Ad eum aliquando quidam tyro de familia sua, nomine Robertus Bigot accedens, ait: « Paupertate premor, » domine mi, et in hac patria nequeo quæstum mihi necessarium lucrari. » Quapropter ibo nunc in Apuliam, ut ibidem honorabilius vivam ». Cui Willelmus ait: « Quis tibi hoc persuasit? » At ille respondit: « Penuria, quam » patior ». Comes verò dixit: « Si mihi credere vis, hic nobiscum remane- » bis. Nam tale tempus ante octoginta dies in Normannia habebis, ut quæ- » que tibi necessaria oculis videris, impunè manibus rapere poteris ». Ille **D** verò domini monitis adquiescens, remoratus est, et non multò post per Richardum Abrincatensem cognatum suum familiaritatem Ducis consecutus est. Qui dum quadam die privatim loqueretur cum Duce, inter alia præscriptum Willelmi Comitis verbum ei retulit. Dux autem Willelmum ad se vocavit, et cur ejusmodi sermonem protulisset, interrogavit. At ille nec negare potuit, neque intentionem dicti declarare præsumpsit. Ob hoc iratus Dux, ait: « Seditiosis tumultibus Normanniam perturbare decrevisti, et contra me » rebellans me nequiter exhæredare disposuisti; ideòque rapacitatis tempus » egeno militi promisisti. Sed nobiscum dono Creatoris, ut indigemus, ma- » neat pax perennis. Tu autem è Normannia discede quantociùs, et huc » dum vixero ne redas ulterius ». Willelmo itaque expulso, et Apuliam miserabiliter petente cum uno tantum armigero, Dux confestim Robertum fratrem suum sublimavit, eique Moritoniensem Comitatum tribuit. Sic tu- **E** midos sui patris parentes asperè prostravit, humilesque matris suæ propinquos honorabiliter exaltavit. Ceterum, sicut in vulgari proverbio dicitur: Stultus non verbis, non exemplis, sed plagis vix corrigitur; nec pertimescit, donec diros ictus accipit. Quod in subsequenti luce clariùs apparebit exemplo.

Cap. 20.

Siquidem ut in superioribus manifestamus, Dux Normannorum Richardus filius primi Richardi, cuidam fratri uterino nomine Willelmo dedit Comitatum Aucensem. Hic ex Lescelina Comitissa habuit tres filios, Robertum, Willelmum, Hugonem postea Episcopum Luxoviensem. Horum

(a) Codex Ms. Utic. seu S. Ebrulfi non fert hoc caput, neque etiam subsequens.

A medius Willelmus cognomento Bufacius Ducatum sibi volens vindicare, cœpit contra Ducem minis et infestationibus cervicem erigere. Verùm fortis Princeps nolens ei cedere, exercitum congregavit, et castrum Oucis *, donec illud caperet, obsedit, atque Willelmum rebellem cognatum suum exulare coegit. At ille Henricum Regem Francorum expetiit, cui quid sibi contigisset flebiliter retexit. Rex verò ipsum, ut pote nobilem genere et formâ militem, benignè suscepit; et infortunio ejus condolens, Comitatum Suesionis ei cum quadam nobili conjuge tribuit. Ex qua postmodum egregiam regit. Tandem ejectis vel prostratis dissentionum famulis, omnis Normannia quievit sub alis commodæ pacis.

* Augum

Jam Duce juvenili robore vigente, transcensis annis adolescentiæ, cœperunt Optimates ejus de successione prolis cum eo attentius tractare. Audiens

Cap. 21.

B autem Balduinum, Flandriæ Comitem, quandam habere filiam regali ex genere descendantem, nomine Mathildem, corpore valdè elegantem, animoque liberalem; hanc suorum consultu missis legatis, à patre petiit uxorem. Ex cujus * proposito animi Balduinus Satrapa admodum gavisus, non modò petitam dari decrevit, verùm etiam cum muneribus innumeris eam ad usque Oucense * castrum adduxit. Ubi Dux militum stipatus catervis advenit, illamque sibi jure conjugali despondit; et cum maximo tripudio ac honore Rotomagi mœnibus intulit. Genuit autem ex ea procedenti tempore filios quatuor: Robertum (a), qui post eum Ducatum Normanniæ aliquandiù tenuit; et Willelmum, qui regno Angliæ tredecim annis præfuit, et Richardum, qui juvenis decessit; et Henricum, qui fratribus, tam Regi quàm Duci, successit; et filias quatuor. De quibus omnibus, tam viris quàm

C feminis, Liber subsequens, qui de gestis nobilissimi Regis Henrici inscribetur, pro modulo nostro, Deo juvante, pertractabit.

* Al. ejus

* Augense

(b) In diebus illis maxima pacis tranquillitas fovebat habitantes in Normannia... Unusquisque Optimatum certabat in prædio suo Ecclesias fabricare et... Monasteria... Primum ponam Willelmum Ducem patrem patriæ, qui Monasterium S. Vigoris Ceracii à Duce Roberto (c) patre suo, antequam Hierusalem pergeret, inceptum cœpit et propagavit: usquequo ipse Monasterium S. Stephani et uxor ejus Mathildis Monasterium S. Trinitatis ædificaverunt Cadomi. Willelmus verò filius Osberni, propinquus Ducis Willelmi, vir potens et virtute tam animi quàm corporis laudabilis, duo Monasteria in honorem beatæ Dei genitricis Mariæ, unum apud Liram in quo Adelinam filiam Rogerii de Toënio uxorem suam postmodum sepeli-

Cap. 22.

D vit, alterum apud Cormelias in quo ipse mortuus conditus est, fecit. Rogerius etiam de Bellomonte filius Humfridi de Vetulis in fundo suo Prætellis duo Cœnobia ædificavit, unum Monachorum, alterum Sanctimonialium. Rogerius de Monte-Gumerii pater Roberti de Belesmo... in honorem S. Martini Ecclesias duas, unam in Sagiensis urbis suburbio, alteram in vico suo Troardo nobiliter construens, greges Monachorum ibidem Deo militaturos posuit: tertiam etiam fecit apud Almanachias ad opus Sanctimonialium. Lescelina verò Comitissa Aucensis, adjuncta à filiis suis Roberto Comite Auci et Hugone Episcopo Luxoviensi, Cœnobium Monachorum S. Petri super Divam et Monasterium Sanctimonialium ante urbem Luxoviensem virili animo construxit. Filius verò illius prædictus Comes Aucensis Monasterium S. Michaëlis Ulteris-portûs ædificavit. At Rogerius de Mortuo-mari

E filius (d) primi Willelmi de Warena, Monasterium S. Victoris in proprio solo fundavit. Richardus verò Comes Ebroïcensis in eadem urbe Monasterium S. Salvatoris ad opus Sanctimonialium fabricavit. Idem Vicecomes apud Rotomagum in monte urbi imminente Cœnobium summæ Trinitati ex sumptu proprio consummans, Monachos ibidem Deo servituros constituit.

(a) Quæ sequuntur in hoc Capite, addita videntur Scripto Calculi.

(b) Hoc Caput cum sequenti 23 deest in Ms. Utcensi. Utrumque igitur interrelationem sapit.

(c) Sic in Capitis fine, quem de veteribus Monasteriis Norm. omisimus, legitur: *Robertus antequam Hierusalem pergeret, Monasterium S. Vigoris Ceracii ædificare cœpit. Eodem tempore venera-*

bilis Abbas Herluinus Monasterium Beccense in honorem S. Mariæ cœpit ædificare, de quo in superiori libro pauca perstrinximus. Vitæ autem B. Herluini à Gisleberto Crispino postea Abbate scriptæ mentio, quæ ibidem fit superiorem Notam confirmat.

(d) In editione Chesniam præcedente, filius Walteri de S. Martino, frater primi Willelmi de Warena.

Monasterium Gresteni Robertus Comes Moritolii fecit: Hugo verò postea A Comes Cestrensis, Abbatiam S. Severi: at Ecclesiam S. Trinitatis Exaquei Eudo cum Capello fecit: Balduinus etiam de Revers aliam apud Montisburgum: Nigellus Vicecomes Constantiniensis Cœnobium S. Salvatoris. Monasterium verò S. Mariæ Lonleii Willelmus Talavatus I, qui exciso nemore in monte quodam castrum nomine Danfrontem construxerat, à fundamentis ædificavit. Ecclesiam S. Stephani Fontaneti Rodulfus Taisson et Erneisus frater ejus construxerunt: Monasterium autem S. Petri Castellionis Rodulfus de Toënio.

Cap. 23. In illo tempore Robertus de Gretemaisnil cum fratre suo Hugone disposuit Abbatiam Monachorum construere. Hic verò in infantia litterarum scientiam perceperat; sed postea literis aliquantum intermissis, quinque annis armiger Ducis fuerat: à quo postmodum militari ense accinctus in B gentia dona receperat. Sed non multò post instinctu Dei omnia sprevit, Cœnobiumque (a) facere Monachusque fieri firmiter decrevit. Quod audiens Willelmus Geroii filius valdè lætatus est, ac ad Robertum et Hugonem accedens, sic loquutus est: « Audio vos, ô charissimi mei nepotes, etc.... » Apud Uticum, S. Ebrulfi Cœnobium restauremus... Et ne aliquandò ali- » quo modo infestare possimus, præfatum Cœnobium totius Normanniæ » Duci ad tutandum contra (b) nos et posteros nostros omnesque mortales » ultrò commendemus » Domnus, Theodoricus Gemmeticensis Monachus electus est; eique Uticensis Abbatiae cura commissa est. Anno igitur An. 1050. Dominicæ Incarnationis ML, Indictione IV, Leone Papa in sede Apostolica residente, necnon Henrico II Christianissimo Augusto, Cononis Saxonum Ducis filio, imperante; Monasterium S. Ebrulfi à sæpè dictis Opti- C matibus Willelmo Geroiano et nepotibus suis Roberto et Hugone de Gretemaisnilio apud Uticum restauratum est. Ibi venerabilis Theodoricus magnæ religionis Monachus, Non. Octobris die Dominico, à domino Hugone Luxovii Pontifice ante altare S. Petri solemniter consecratus est. Sequenti quoque anno nobilis Robertus Cœnobii fundator, ibidem Monachus factus est. . . . Non multò post Geroianus Willelmus pro quibusdam rationalibus causis in Apuliam missus est; ibique dum redire cœperat, apud Caietam Nonis Februarii defunctus est. Willelmus de Monasteriolo filius ejus, in Apulia magnæ sublimitatis eques erat, Græcos et Longobardos armis premebat, et Vicario S. Petri Apostoli subdebat.

Cap. 24. Eo tempore Malgerius Archipræsul Rotomagensis desipere cœpit, et insipientiâ ductus Archipræsulatum Duci reddidit. Dux autem Malgerium in D insula, quæ dicitur Gernervia *, retrusit; et Synodi decreto Metropolitanam sedem Maurilio Fiscannensi Monacho, multis virtutibus excellenti, tradidit. Tunc etiam Normannos discordia turbavit, eosque vicinorum, qui bella paci præponebant, cruores effundere compulit. Enimverò, ex quo Normanni arva Neustriæ cœperunt incolere, mos fuit Francis semper eis invidere. Concitabant ergo Reges adversus illos insurgere; asserentes terras, quas possident, suis majoribus violenter eos surripuisse. Quibus Rex Henricus vehementer irritatus, ambagibus, imò malignissimis æmulum suggestionibus, ob Ducis imperium (c), duobus hostium agminibus Normanniam est aggressus. Unum quidem electæ nobilitatis virorum fortium, ad Cal- * Al. Caltivum * subvertendum territorium, direxit; cui fratrem suum nomine Odonem præfecit. Alteri verò cum Goiffredo Martello, ad demoliendum E Comitatum Ebroicensem, ipse præfuit. Dux ergo ut se, suosque taliter opprimi * vidit, magno et nobili tactus dolore, milites protinùs elegit, quos ad comprimendos Calceii subversores celerrimè direxit. Ipse autem cum suorum nonnullis circa Regem se contulit; quatenus pœnas lueret, si quem satellitum à Regis latere abstrahere aliquatenus valeret. Venientes verò Normanni ad Francos, repererunt eos apud Mortuum-mare in incendiis et

(a) Apud Nuceretum, ut dicitur infra.

(b) Non enim, ut idem supra intulerat, debemus illis [Monachis] dominari, sed famulari... Inde chirographum suæ auctoritatis [Dux] in Salutu-Leonis sanxit... Subscripserunt Malgerius Archiep. Rotom. Præsules Hugo Luxov. et Odo Baiocensis;

Willelmus Ebroic. atque Gislebertus Abbas Castellionis.

(c) Apud Chesnium Tom. IV Script. Fr. pag. 149, inproperium. Sic et apud Robertum de Monte.

A mulierum ludibriis occupatos. Cum quibus ilicò * mane commissum bellum, in continua cæde occumbentium ad usque nonam ab utrisque est protractum *. Novissimè autem Francigenæ (a) victi fugerunt; et Normanni eventum Duci mox per nuncios intimaverunt. At ille nimis lætus super hac re, Henricum Regem volens effugare, terruit eum hujusmodi * legatione. Nuncius Ducis regalibus castris appropriavit; et in quodam proximo monte noctu stans, fortiter clamare cœpit. Cùmque regii vigiles seiscitarentur, quis esset, vel quare tali hõra sic vociferaretur, respondisse fertur: « Rodulfus de Toënia » nominatus sum, vobisque defero lugubre nuncium. Ad Mortuum-mare » carrus vestros cum carris ducite, et indè cadavera charorum vestrorum re- » portate *. Franci quippè Normannorum militiam experiri super nos vene- » runt; eamque multò majorem quàm voluissent, invenerunt. Odo signi- » fer (b) eorum turpiter fugatus est, et Wido * Pontivi Comes captus est. » Reliqui omnes aut capti, aut perempti sunt, aut obnixè fugientes vix * » evaserunt. Hoc ex parte Ducis Normannorum confestim renunciate Regi » Francorum ». Rex igitur ut infortunium suorum agnovit, à Normannica infestatione concito gradu, quantociùs valuit, mœstus de interitu Gallorum retrò pedem retraxit. Hæc pugna anno Dominicæ Incarnationis MLIV facta est.

* Al. illo
* Al. pro-
tratum

* Al. hac

* Al. aspor-
tate

* Al. Guido
* Al. deest
vix.

Cap. 25.

(c) Postèa Dux contra Tegulense castrum, quod Rex illi dudum abstulerat, aliud oppidum non deterius, quod Bretolium usque hodie vocatur, instaurat; et Willelmo Osberni filio ad custodiendum contra cunctos sibi adversantes commendat. Hic legitimus et liberalis vir Adelizam Rogerii Toënitæ filiam in conjugio habuit; ex qua duos filios, Willelmum et Roge-
C rium Contumacem, procreavit; et unam filiam, quæ postèa Rodolpho Comiti genere Britoni nupsit, atque cum eodem in diebus Urbani Papæ Hierusalem perrexit. Præfatus heros duo Cœnobia Monachorum S. Mariæ cœli Reginæ condidit. Unum apud Liram, ubi Adelizam conjugem suam sepelivit: et alterum apud Cormelias, ubi ipse quiescit, et Rodulfus filius ejus à pueritia Monachus Deo diu militavit. Ipse quoque cum Willelmo Duce Anglos maximè perdomuit; et Comitatum Herfordiæ cum magna parte regni, sensu et viribus obtinuit. Denique anno ab Incarnatione Domini MLXX (d) cum Philippo Rege Francorum Flandriam perrexit, volens Balduino Mathildis Reginæ nepoti subvenire. Robertus autem Frisio cum exercitu Henrici Imperatoris sociato cuneis suis, X Kal. Martii, Dominico Septuagesimæ, im-
D nepotem suum, et Willelmum Comitem telis suorum occidit. Postèa Flandriæ Ducatum diu tenuit, moriensque filiis suis, Roberto Hierosolymitano et Philippo dereliquit. Nunc ad ordinem historiæ redeamus.

An. 1072.

Cap. 26.

Willelmus Dux, dum à quibusdam religiosis sæpiùs redargueretur, cò quòd cognatam suam sibi in matrimonio copulasset; missis Legatis, Romanum Papam super hac re consuluit. At ille sagaciter considerans, quòd si divortium fieri juberet, fortè inter Flandrenses et Normannos grave bellum exurgeret; maritum et conjugem à reatu absolvit; eisque pœnitentiam injunxit. Mandavit enim ut ab eis duo Cœnobia conderentur, in quibus pro ipsis ab utroque sexu Deo sedulò preces offerrentur. Quod illi gratanter opere compleverunt. Nam apud Cadomum una constructa est Abbatia in honore S. Trinitatis, altera verò in honore S. Stephani Protomartyris. Cœ-
E nobio S. Trinitatis... Mathildis Abbatissa ferè XLVIII annis præfuit. Ibi Mathildis Regina MLXXXI Dominicæ Incarnationis anno, III Non. Novembris sepulta est: ibi quoque Cecilia virgo filia ejus Deo consecrata est, et in servitio Dei diu commorata est. Porrò in Cœnobio S. Stephani... primus Abbas, Lanfrancus Beccensis Monachus exstitit. Hic verò genere fuit Langobardus, moribus mitis et religiosus, et tam secularis quàm spiri- tualis scientiæ peritissimus: qui post aliquot annos, annitente Alexandro

(a) In Ms. Cod. Utic. Franci victi terga dederunt Normannis, cum Signifero, eorum Oddone, fratre videlicet Regis: in quo nimirum certamine, peremptæ nobilitatis Francorum pars maxima concidit; reliquam verò per vicos Normannicos oppressit captivitas. Normanni eventum certaminis Duci Willelmo mox, etc.

(b) Apud Robertum de Monte, Odo frater Regis.

(c) Capita 25 et 26 non habet Codex Ms. S. Ebrulfi Utic.

(d) Corrig. MLXXII, quo anno Septuagesima incidebat in X Kal. Martii, seu in diem 20 Febr.

An. 1089. Papa, Cantuariorum Archiepiscopatum suscepit; et post multum temporis, A
anno ab Incarnatione Domini MC, VI Kal. Junii obiit. Post ipsum Willel-
mus Monachus, Radbodi Sigiensis Episcopi filius, Cadomensis Ecclesiæ
regimen tenuit; qui et ipse post Johannem Metropolitam Rothomagensem
Archiepiscopatum suscepit. Deinde Gislebertus Constantinensis callidus Ca-
domi Rector factus est: cujus tempore Willelmus Dux Normannorum et
Rex Anglorum, MLXXXVII, Rotomagi, V Idus Septembris mortuus
est, et in Ecclesia S. Stephani honorificè Cadomi sepultus est. . . Theode-
ricus postquam Cœnobium S. Ebrulfi ferè VIII annis rexit, pro quibusdam
tumultibus sibi excitatis à domno Rodberto de Grentemaisnilio qui tunc
Prior erat, Maurilio Archiepiscopo et Hugoni Episcopo curam animarum
reddidit. Absolutus itaque ab eis, ut potè filius pacis, ire Hierusalem de-
crevit: qui dum in Cyprum insulam cum quodam venerabilis vitæ peregrino B
Episcopo ad quendam Ecclesiã S. Nicolai venisset, humi prostratus coram
altari diutiùs oravit, ibique in oratione Kal. Augusti beatum Deo reddidit
spiritum. Insulani verò, comperta sanctitate talis peregrini, corpus ejus in
Ecclesia sepelierunt. Cujus meritis in ægrotis multa sanitatum miracula divi-
nitùs ostensa sunt.

Cap. 27. Magnificus Dux Willelmus, Francorum catervis competenter devictis,
memor opprobrii à Goiffredo Comite sibi illati, ad urbem Cenomannicam
per aliquot annos arma convertit. Quis igitur explicare poterit, quot mili-
tum incuribus, quot legionum expeditionibus illam afflixerit? Ad postremum
victi Cenomanni, jam castellis per cunctum Comitatum subactis, dextras
Duci dederunt, fidem pangentes illi artissimis sacramentis. In quorum me-
dio ad domandam eorum insolentiam, duo municipia in Monte-Barbato (a), C
seu Barbello, stabilivit, suisque militibus custodienda commisit. Meduanum
verò castellum cujusdam opulenti Militis, nomine Goiffredi, adhuc restite-
rat; quod Dux exercitibus applicitis aliquandiu oppugnans cepit, igneque
injecto per duos pueros, qui clam ad ludendum cum oppidanis infantibus
intraverant, combussit. Quod iterum restauravit, et custodibus suis mancipavit.

Cap. 28. Rex autem Henricus injuriam sibi à Duce illatam toto annisu cupiens ul-
cisci, sumpto Goiffredo Comite Andegavensi, copiosissimo cum exercitu
iterata expeditione Normanniam aggreditur. Qui Comitatum pertransiens
Oximensem, et penetrans Baiocacensem, tandem reflexo calle redeundi,
vadum Divæ appetiit. Quod Rege transeunte, media exercitùs pars substitit,
mari eructuante, ob redundancyem fluminis non valens transmeare (b). D
Cum quibus Dux acriter superveniens, sub Regis oculis ilicò congressus,
tanta illos cæde prostravit, ut quos gladius non extinxit, hos per Norman-
nica compita dispergeret violentia diræ captivitatis. Videns autem Rex suo-
rum interitum, quantociùs* valuit à Normannis recessit, et ad eos ultrà ve-
nire non apposuit. Amicitiam quoque Ducis, considerata ejus probitate, re-
quisivit; et Tegulense castrum, quod dudum abstulerat, illi tradidit. Sæpe-
dictus Rex valdè fuit militaris, magnæque fortitudinis et pietatis: Mathil-
dem (c) Julisclozii Regis Rugorum filiam in matrimonio habuit, ex (d)
qua duos filios, Philippum et Hugonem, unamque filiam genuit. Qui postquam
Regnum Galliæ ferè XXV (e) annis rexit, causâ corporeæ salutis à Joanne
Medicorum peritissimo potionem accepit: sed veneno nimiam sitim infe-
rente, jussum Archiatri sprexit; et à Cubiculario potum accipiens, dum E
Medicus abesset, ante purgationem bibit. Unde nimis infirmatus, eodem
die post perceptionem sacræ Eucharistiæ obiit. Philippum verò filium suum
(f) in regimine Francorum heredem constituit, et tutelæ Balduini Flan-
drensis Satrapæ commendavit.

(a) Malè in Edit. in Ponte-barbato.

(b) Apud Chesn. Tom. IV Script. Fr. pag. 150, transire. Cum quibus Dux alaaiter.

(c) Alii Annam vocant filiam Jerolai Ducis Russorum. Anna fuit secunda uxor Henrici Regis; Mathildis verò prima.

(d) Apud Chesn. Tom. IV. pag. 150, ex qua filios tres, Philippum, Robertum atque Hugonem, Emmamque (lege unamque) filiam genuit. Hugo autem factus juvenis, uxorem duxit filiam Herberti

Vermandorum Comitit, per quam obtinuit Comitatus duos Vermandensem et Vadensem; de qua genuit Radulfum, qui ei successit in regnum. Anno ab Incarn. Dom. MLIX præfatus Rex Henricus senio se gravari conspiciens, etc. ut in Chronici Veteris Excerpto.

(e) Rectiùs apud Chesnium ibidem, ferè XXX.

(f) Ibid. Sub tutela Balduini Flandrensis Comitit constituit; qui eum nobiliter et fideliter educavit, et Regnum ejus strenuè rexit ac defendit.

A Tunc quibusdam maledicis vicinos comparesque suos accusantibus ex invidia, Dux Willelmus exasperatus ingenti furia Barones suos, scilicet Rodulfum de Toënia, Hugonem de Grentemaisnilio, et Ernaldum Willelmi Geroiani filium, eiecit de Normannia. Abbatem quoque Rodbertum, qui jam tribus annis Cœnobium S. Ebrulfi rexerat, quia de audaci Geroicorum prosapia prodierat, sine reatu et iudicio Synodi de Normannia expulit; et quendam Monachum nomine Osbernum ei subrogavit. Rodbertus Romam petiit, et Nicolao Papæ causam suam intimavit. Sed quoniam prædictus Præsul paulò post defunctus est, nil rectitudinis per eum consecutus est. Denique venerabilis Rodbertus cum xj Monachis Alexandrum Papam adiit, et ejus jussu Rodbertum Calabriæ Ducem compatriotam suum expetiit. A quo honorificè susceptus est, eique locus ad construendam Abbatiam in urbe Brixam nomine datus est. Britones, ut fertur, antiquitus jussu Romanorum, qui tunc per totum orbem imperabant, de finibus suis egressi sunt. Deinde, Romanis jubentibus, supra lictus Calabrici maris Brixam urbem condiderunt; sed eam post plures annos diversi bellorum tumultus destruxerunt. Singulis enim annis Agareni navigio in Italiam veniebant; et Græcis ac Langobardis, qui terram incolebant, ignaviâ torpentibus, crudelitatem suam nimis exercebant. Nam urbes et oppida concremabant, Ecclesias destruebant, virosque cum mulieribus captivabant. Hoc per multa sæcula frequenter fecerunt.

Cap. 29.

Deinde temporibus Henrici Imperatoris filii Cononis, et Roberti Normannorum Ducis, Osmundus Drengotus, audax Miles, Apuliam adiit cum quibusdam aliis Normannis. Nam Willelmum cognomento Repostellum, Militem clarissimum, in venatione in præsentia Roberti Ducis occiderat; metuensque animositatem Ducis, et insignis Equitis nobilium parentum ras, in Apuliam secessit; et propter magnam probitatem ejus à Beneventanis honorificè detentus est. Deinde præfati Drengoti exemplo agiles Normannorum seu Britonum tyrones incitati, Italiam diversis temporibus expetierunt; et primò juvare Langobardos contra Saracenos sive Græcos viriliter cœperunt, Barbaros bello sæpiùs protriverunt. Unde cunctis eorum vires expertis formidabiles facti sunt. Langobardi verò adepta securitate, cœperunt Normannos despiciere, eisque debita stipendia subtrahere. At illi, ut hoc animadverterunt, quendam ex suis super se Principem constituerunt, et contra Langobardos arma verterunt. Deinde munitiones ceperunt, et incolas terræ sibi fortiter subegerunt. Primus Apuliensibus Normannis, dum adhuc ut advenæ Waimalehi Ducis Salernii stipendiarii erant, præfuit Turstinus cognomento Scitellus, vir in multis probitatibus admodum expertus... Defuncto Turstino, Normanni Principes sibi Ranulfum et Richardum elegerunt; quibus ductoribus mortem Turstini ulciscentes, contra Langobardos asperè rebellaverunt. Post aliquod tempus Constantiniensis Drogo, filius Tancredi de Altavilla, Princeps Normannorum in Apulia factus est, etc. (a).

Cap. 30.

Edwardus Anglorum Rex successione prolis carens, olim miserat Willelmo Duci Rodbertum Cantuariorum Archipræsulem, ex regno à Deo sibi attributo illum statuens heredem. Deinde Heraldum cunctorum suæ dominationis Comitem divitiis et honore ac potentia maximum Duci destinavit, ut ei de corona sua fidelitatem faceret, ac Christiano more sacramentis firmaret. Qui dum ob hoc negotium venire contenderet, velificato freto ponti Pontivum appulit, ubi in manus Widonis Abbatis-villæ Comitis incidit; quem idem Comes captum cum suis confestim in custodia trusit. Dux autem ut hoc comperit, missis legatis violenter illum extorsit: quem aliquandiu secum demorari fecit, et in expeditione contra Britones adduxit. Deinde Dux, postquam Heraldus fidelitatem sibi de regno pluribus sacramentis firmavit, Adelizam filiam suam cum medietate regni Anglici se daturum eidem sponndit. Postremò ipsum cum multis muneribus Regi remisit, et pulchrum

Cap. 31.

(a) Drogoni, ut ibidem narratur, Irucidato à Wazone Neapolitano Comite, successit Umfridus frater ejus, qui totam Apuliam Normannis subegit. Is moriens Abailardum filium suum cum Ducatu Apuliæ commendavit fratri suo Roberto, quem pro versutiùs W'ischardum cognomina-

verat. Robertus autem fratres suos, qui omnes Duces vel Comites fuerunt, virtute et sensu ac sublimitate transcendit. Nam totam Apuliam, Calabriam ac Siciliam sibi subjugavit, etc. Quæ omnia non à Willelmo Gemetic. sed à Continuatore ejus scripta esse credimus.

An. 1066. adolescentem Vulnotum fratrem ejus obsidem retinuit. Denique Edwardus A Rex, completo felicis vitæ termino, sub anno MLXV Dominicæ Incarnationis migravit è seculo: ejus regnum Heraldus continuò invasit, ex fidelitate pejeratus quam juraverat Duci. Ad quem Dux protinus legatos direxit, hortans ut ab hac insania resipisceret, et fidem quam juramento sponderat, condigna subjectione servaret. At ille non solùm hoc audire contempsit, verùm omnem Anglorum gentem ab illo infideliter avertit... In diebus illis in parte circii cometes apparuit, quæ tribus radiis longiùs protensis maximam partem austri per spatium quindecim noctium illustravit; et mutationem, ut plurimi asseruerunt alicujus regni designavit.

Cap. 32. Porrò Dux Tosticum * Comitem in Angliam misit; sed militia Heraldum mare servans, eum armis abegit. At ille non valens salubriter Angliam introire, neque Normanniam, quia ventus obstabat, redire; Heraldum Herfagam B Northwegæ Regem adiit, ipsumque supplex ut se juvaret rogavit. Ipse verò precanti Tostico libenter acquievit. Eodem anno domnus Osbernus Abbas, postquàm Cœnobia S. Ebrulfi quinque annis et duobus mensibus præfuit, vir bonus, VI Kal. Junii obiit: cui sagax Mainnerius (a) ejusdem Cœnobia Monachus successit... Qui postquàm XXII annis Monasterium rexit tempore Roberti ignavi Ducis et Gisleberti Mamnoti Luxoviensis Episcopi, II Non. Martii obiit. Uticensis verò Abbatia regimen elegantissimo Serloni, peritiâ Scripturarum et eloquentiâ pollenti, reliquit; qui post duos annos et tres menses Præsulatum Sagiorum Dei gratiâ suscepit.

Cap. 33. Tempore quo Willelmus Dux disponebat Angliam adire, et armis eam sibi vindicare, audax Chunanus Comes Britannia nisus est eum, missâ legatione hujusmodi, terrere: « Audio te, inquit, nunc velle trans mare proficisci, et Angliæ tibi regnum nancisci. Inde multum gaudeo; sed ut mihi » Normanniam reddas, obsecro. Robertus autem Dux Normannorum, quem » tu fingis esse patrem tuum, iturus in Hierusalem, Alanno patri meo » consobrino scilicet suo commendavit omnem suam hereditatem. Tu autem, cum complicibus tuis, Alannum patrem meum apud Winnusterium * » in Normannia veneno peremisti; et terram ejus, quam ego, quia puer » eram, possidere nequibam, invasisti; et contra fas, cum sis nothus, hucusque tenuisti. Nunc igitur aut mihi debitam redde Normanniam, aut ego » tibi totis viribus bellum inferam ». His auditis, Willelmus Dux aliquantulum territus est. Sed mox eum Deus, frustratis inimici minis, eripere dignatus est. Unus enim ex Proceribus Britonum, qui utrique Comiti juraverat fidelitatem, et hujusmodi legationem inter eos ferebat, lituum Chuningi * et habenas atque chirotecas intrinsecus livit veneno. Erat quippe Cubicularius Chuningi. Tunc idem Comes Britonum in Andegavensi Comitatu Castellum-Guntherii obsederat; et oppidanis militibus sese illi deditibus, suos intromittebat. Interea Chuningus chirotecas suas incautè induit; tactisque habenis, manum ad os levavit. Cujus tactu veneno infectus est; et paulò post, omnibus suis lugentibus, defunctus est. Hic multum sagax fuit et probus, ac amator justitiæ. Qui si diu vixisset, multa bona, ut fertur, fecisset; ac ad regendum honorem utilis fuisset. Proditor autem conscius sui reatus, mox de expeditione aufugit, et mortem Chuningi Willelmo Duci mandavit.

Cap. 34. Willelmus (b) igitur securus effectus, in Anglos omnem vim furoris convertit. Considerans autem Heraldum quotidie viribus roborari, classem ad

(a) Hæc Scripto Calculi addita fuisse merito censet Rivetus.

(b) Cognomina Nobilium qui Guill. Norm. Ducem in Angliam sequuti sunt, apud Chesnium Tom. Script. Norm. pag. 1023, ex Tabula Monasterii de Bello, vulgò *Battail Abbay*, in Anglia: *Aumerle, Audeley, Angilliam, Argentoun, Arundell, Avenant, Abel, Awgers, Angenoun, Areher, Asperville, Anonerdvile, Arey, Akeny, Albeny, Asperemound; Bertram, Buttecourt, Bræhus, Byseg, Bardolf, Basset, Bohun, Baylife, Bondevile, Barbason, Beer, Bures, Bonylayne, Barbayon, Berners, Braybuf, Brand, Bonvile, Burgh, Busshy, Blundell, Breton, Belayse, Bowser, Bayons, Bulmere, Broune, Beke, Bowlets, Banestre, Belony,*

Belknap, Beauchamp, Bandy, Broyleby, Burnel, Belot, Beufort, Baudewine, Burdon, Bertevely, Barte, Bussevile, Blunt, Benwpet, Bret, Barret, Barnevale, Barry, Bodyt, Berteville, Bertine, Bellew, Buschell, Beleners, Buffard, Boteler, Botvile, Brasard, Belhelme, Braunche, Bolesur, Blundel, Burdet, Bigot, Beaupount, Bools, Belesfroun, Barchampe; Camos, Chanville, Chawent, Chancy, Couderay, Colvile, Chamberlaine, Chambernounge, Cribet, Corbine, Corbet, Coniers, Chaundos, Coucy, Chaworthe, Claremaus, Clarell, Cammine, Chaunduyt, Clarvays, Chantilowe, Colet, Cressy, Courtenay, Constable, Chaneer, Cholmelay, Corlevile, Champeney, Carew, Chawnos, Clarvaile, Champaine, Carbonell, Charles, Chareberge,

A tria millia navium festinanter et bene construi jussit; et in Pontivo apud S. Walericum in anchoris congruè stare fecit. Ingentem quoque exercitum ex Normannis et Flandrensibus ac Francis et Britonibus aggregavit; atque præparatam classem tam valentibus equis quàm robustissimis hominibus cum loriceis et galeis replevit. Omnibus itaque paratis, vento flante secundo, velis in sublime pansis, trans mare Penuesellum appulit, ubi statim firmissimo vallo castrum condidit, probisque militibus commisit. Deinde festinus Hastings venit, ibique cito opere aliud firmavit. Heraldus autem, dum Normanni intraverunt regnum quod ipse usurpaverat, contra Tosticum fratrem suum bello occupatus erat: in quo conflictu prædictum fratrem suum peremit, ac Heraldum Regem Northwegæ qui Tosticum juvare venerat. Hæc pugna Nonis Octobris in die sabbati facta est, in qua penè totus Northwigenarum

B exercitus ab Anglis cæsus est. Inde Victor Heraldus Lundoniam rediit; sed de fratricidio diu gaudere vel securus esse non potuit, quia legatus ei Normannos adesse mox nunciavit.

Ipse verò audiens acriores adversarios ex alia parte surrexisse, iterum ad agonem viriliter præparavit se. Erat enim multum audax et probus, toto corpore puleherrimus, eloquentiâ lepidus, et affabilis omnibus. Porrò matre sua aliisque amicis fidelibus bellum ei dissuadentibus. . . vehementer est indignatus. . . Germanum * suum qui fideliter ei consiliabatur, convitiis irritavit, matremque suam quæ nimis ipsum retinere secum satagebat, pede procaciter percussit. Deinde per sex dies innumeram multitudinem Anglorum contraxit; Ducem incautum accelerans præoccupare, tota nocte equitans in campo belli apparuit mane.

Cap. 35.

* Worth

C Dux verò nocturnos præcavens excursus hostis, inchoantibus tenebris ad gratissimam usque lucem exercitum jussit esse in armis. Facto autem diluculo sabbati, legiones militum in tribus ordinibus disposuit, et horrendo hosti intrepidus obviam processit. Cum quo sub hora diei tertia bellum commisit, et in cædibus ab utraque parte morientium usque ad noctem protraxit. Heraldus etiam ipse in primo militum progressu vulneribus lethaliter confossus occubuit. Angli verò postquam tota die fortiter in conflictu perstiterunt, Regemque suum morte oppressum compererunt, jam de salute sua diffidere cœperunt; et nocte imminente, versa facie, subsidium fugæ appetierunt. Itaque Normanni, dum Anglos fugere viderunt, tota nocte Dominica eos ad detrimentum sui obnixè persecuti sunt. Nam crescentes herbæ antiquum aggerem tegebant; ubi summopere currentes Normanni, cum equis et armis ruebant; ac sese, dum unus repentè super alterum cadebat, vicissim extinguebant. Ibi nimirum, ut ferunt, fermè XV millia perierunt. Sic

Cap. 36.

Chawnes, Chawmont, Cheyne, Cursen, Conell, Chayters, Cheynes, Cateray, Cherecourt, Chaunvile, Clerency, Curly, Clyfford; Deauvile, Dery, Dine, Dispencer, Daniel, Denyse, Druell, Devaus, Davers, Doningsels, Darrell, Delabere, De la Pole, De la Lind, De la Hill, De la Wate, De la Watche, Dakeny, Dauntre, Desuye, Daveros, De la Vere, De Liele, De la Warde, De la Planch, Danwray, De Hewse, Disard, Durant, Divry; Estrange, Estutaville, Eseriols, Engayne, Evers, Esturney; Folvile, Fitz Water, Fitz Marmaduk, Fibert, Fitz Roger, Fitz Robert, Fancourt, Fitz Philip, Fitz William, Fitz Paine, Fitz Alyne, Fitz Raulse, Fitz Browne, Foke, Frevile, Faconbrige, Frissel, Filioll, Fitz Thomas, Fitz Morrice, Fitz Hughe, Fitz Warren, Faunvile, Formay, Formiband, Frison, Finer, Fitz Urey, Furnivall, Fitz Herbert, Fitz John; Gargrave, Graunson, Graey, Glauvile, Gover, Gascoyne, Gray, Golsfer, Grauns, Gurly, Gurdon, Gamages, Gaunt; Hansard, Hastings, Haulay, Husie, Herne, Hamelyn, Harewell, Haredel, Hecket, Hamound, Harecord; Jarden, Jay, Janvile, Jaspavile; Karre, Karron, Kyriell; Lestrangle, Levony, Latomere, Loveday, Logenton, Level, Leserupe, Lemare, Litteville, Luey, Lislav, or Liele, Longspes, Lonschampe, Lastels, Lindsey, Loterel, Longvaille, Le Wawse, Loy, Lave, Le Dispenser; Marimilon, Morilray, Morvile, Manley, Malebranche, Malemaine, Muschampe, Musgrave, Mesni-le-Villiers,

Mortmaine, Muse, Marteine, Mountbocher, Malevile, Mountney, Malcherbe, Musgros, Musard, Mautravers, Merke, Murres, Montagu, Montalent, Mandute, Manle, Malory, Mery, Mussset, Menpincoy, Mainard, Morell, Morley, Mountmartinyers, Mauley, Mainwaring, Mantell, Mayel, Morton; Nevile, Neumarche, Norton, Norbet, Norece, Newborough, Neele, Normanvile; Otinel, Olibef, Olifaunt, Oysell, Oliford, Oryoll; Pigot, Peey, Perecount, Pershale, Power, Paynel, Peeche, Peverell, Perot, Picard, Pudvey, Pimeray, Pounsey, Punchardon, Pynehard, Placy, Patine, Pampilion, Poterell, Pekeney, Perwinke, Penicord; Quincy, Quintine; Rose, Ridle, Rynel, Rous, Russel, Rond, Richmond, Rocheford, Raymond; Seuehe, Seint Quintine, Seinte Omer, Seint Amand, Seint Leger, Soverville, Sanford, Somery, Seint George, Seint Lés, Savine, Seint Clo, Seint Albine, Seinte Barbe, Sandevile, Seint More, Seint Scudemor; Tows, Toget, Talybos, Tuchet, Truslot, Trusbut, Traynel, Taket, Talbot, Tanny, Tibtote, Trussell, Turbevile, Turvile, Torel, Tavers, Torel, Tirrell, Totels, Taverner; Valence, Vancord, Vavasour, Vender, Verder, Verdon, Aubrie de Vere, Vernoune, Verland, Verlay, Vernois, Ferny, Filan, Umframvile, Unket, Urnall, Wake, Waledger, Warde, Wardebus, Waven, Wate, Wateline, Watevile, Woly, Wryvell. Alios Normannorum, qui in Anglia floruerunt, catalogos alibi exhibebimus.

omnipotens Deus pridie Idus Octobris innumeros peccatores utriusque A phalangis puniit diversis modis. Nam vesania sæviente Normannorum, in die sabbati muletavit multa millia Anglorum. . . sequenti nocte Anglos vindicavit, et furentes Normannos in cæcam voraginem præcipitavit.

Cap. 37.

Post hæc fortis Dux Willelmus ab inimicorum strage reversus, nocte media ad campum belli est regressus. Mane verò Dominicæ diei illucescente, spoliis hostium distractis et corporibus charorum suorum sepultis, iter arripuit quod Landoniam tendit. Deinde ad urbem Warengafort gressum divertit; transmeatoque vado fluvii, legiones ibi castra metari jussit. Inde verò profectus, Landoniam est aggressus; ubi præcursores milites venientes, in platea urbis plurimos invenerunt rebelles, resistere toto conamine decertantes. Cum quibus statim congressi, non minimum luctum intulerunt urbi ob filiorum ac civium suorum plurima funera. Videntes demùm Landonii se B diutiùs contrà stare non posse, datis obsidibus se suaque omnia nobilissimo victori supposuere. Anno itaque ab Incarnatione Domini MLXVI Willelmus Normannorum Dux. . . nobile trophæum ex Anglis confecit. Deinde in die Natalis Domini ab omnibus tam Normannorum quàm Anglorum Proceribus Rex est electus, et sacro oleo ab Episcopis regni delibutus, atque regali diademate coronatus. Locus verò ubi pugnatum est, exinde Bellum usque hodie vocatur. Porrò Willelmus Rex ibi Cœnobium in honore S. Trinitatis constituit, et Monachos ac ordinem Majoris-Monasterii statuit.

An. 1066.

Dehinc verò paulò post in Normanniam regressus, Ecclesiam S. Mariæ in Gemmetico cum honore magno dedicari jussit; ubi. . . interfuit. Quam dedicationem hi Episcopi cum spirituali jucunditate, MLXVII Dominicæ Incarnationis anno, Kal. Julii compleverunt, Maurilius scilicet Archiepiscopus Rotomagensis, * [Johannes Abrincatensis, Goffredus Constantiniensis, Hugo Lexoviensis, nec non] et Balduinus Ebroicensis. Maurilius Archipræsul mense illo vivens, V Idus Augusti. . . decessit: cui successit Johannes Abrincatinæ urbis Præsul, vir ingenuitate plurimum conspicuus, sapientia spirituali feliciter imbutus, prudentia seculari summè præditus; secundum quippe nobilitatem generis, Comitis Rodulphi filius * . . . Richardus I filius Willelmi Longæ-spæ, cum adhuc puer, mortuo patre, à Rege Francorum quasi exul in Francia detineretur, mater ejus Sprota necessitate urgente, contubernio cujusdam prædivitis nomine Asperlengi adhæsit. Hic licet in rebus locuples, tamen molendina vallis Ruelii ad firmam solitus erat tenere. Genuit itaque ex Sprota filium Rodolphum et filias plures, quæ postea per Normanniam Nobilium matrimonio sunt copulatæ. D Cùm autem prædictus Richardus Ducatum Normanniæ esset adeptus, quem Rex Francorum sibi fraudulenter surripuerat, contigit quadam die ut homines ipsius in silvam Weuram nominatam irent venatum. Affuit fortè inter eos idem Rodolphus uterinus frater Ducis. Cùmque venando devia quæque et abdita sylvæ lustrarent, in quadam valle ursum immanissimum reperiunt. Venatores igitur in fugam versi, prædictum juvenem solum relinquentes, occasionem suæ probitatis manifestandæ ei dederunt. Hic namque plus timens opprobrium inertis fugæ quàm ferocitatem bestię, substitit; et licet annis tener, ingenita tamen magnanimitate fortis, furentem in se belluam prostravit. Revertentes verò socii ipsius post fugam, et eventum rei comperientes, pudibundi Duci Richardo probitatem juvenis retulerunt. Unde Dux hilaratus, ipsam silvam Weuram cum appendiciis suis illi dedit. Vocatur autem E usque hodie vallis in qua occidit ursum, Vallis-ursonis. Dedit præterea illi

* *Al.* Vireium

* *Al.* Calcini

* *Al.* Cavevilla

castrum Ivreium *, unde vocatus est Comes. Accepit autem mulierem quandam vocabulo Erembergam, speciosam valdè, natam in quadam villa Calcini * territorii, quæ dicitur Cavilla *. Genuit verò ex ea duos filios, Hugonem postea Episcopum Baiocensem, et Joannem Abrincatensem qui ad ultimum fuit Rotomagensis Archiepiscopus. Filias etiam totidem habuit, quarum una nupsit Osberno de Crepon, de qua natus est Willelmus filius Osberni: alteram duxit Richardus de Bello-fago, de qua genuit Robertum qui ei successit, et filias plures quarum una juncta est Hugoni de Monte-forti matrimonio. Et quia de hoc Hugone incidenter fecimus mentionem, utile duximus de ejus antecessoribus breviter aliquid dicere. Turstinus igitur de

A Bastenbure habuit duos filios, Willelmum-Bertrannum et Hugonem cum Barba de Monteforti. Hic Hugo occisus est, necnon et Henricus de Ferrariis, in quodam conflictu quem inter se cœperant. Filius autem hujus Hugonis fuit secundus Hugo, qui postea fuit Monachus Beccensis. Idem verò Hugo de filia Richardi de Bellofago habuit unam filiam, quam Gislebertus de Ganz duxit; ex qua genuit quartum Hugonem, qui duxit Adelinam filiam Roberti Comitis Mellenti; ex qua genuit filium suum primogenitum Robertum et alios. Ideò autem hunc Hugonem diximus quartum, quia secundus Hugo mortua prima uxore duxit aliam, ex qua genuit Hugonem tertium et Robertum fratrem ejus; sed absque liberis et peregrè defuncti sunt. Robertus autem de Bellofago circa finem suum factus est Monachus Becci, ubi filii ejus Richardus et Willelmus religiosè conversantur. Successit verò ei Robertus Baviel ex filia nepos.

Cùm igitur victoriosus Rex in Normannia... patriam præsentiam suam illustraret; Eustachius Boloniensis Comes quorundam Anglorum intra Cantuariensem Comitatum consistentium versutis depravatus, Doroberniam castellum involare est nisus: qui in noctis conticinio mare transfretans, diluculo cum copioso exercitu eorum illud obsedit, totisque viribus expugnare cœpit. Porrò milites Odonis Baiocasini Præsulis atque Hugonis de Monteforti, quibus custodia Doroberniam credita erat, perspicientes absentibus dominis sic se inopinatò obsessos; liberalibus animis accensi mox portas patefaciunt, unanimiter foras proruant, consertoque certamine cunctos cum dedecore ab obsidione abigunt. Eustachius autem ad mare devertens, cum paucis indecenter navigio aufugit. Ceteri verò ad devexum montis, qui rupibus et scopulis asperrimis mari imminet, fugientes, omnes sese inde dejecere deorsum præcipites.

Rex verò Willelmus, jam ad votum dispositis omnibus pro quibus venerat, Roberto filio suo juvenili fervore vernanti Normannici Ducatus dominium tradidit. Ipse verò in regnum remeans Anglicum, etc... [vicit Anglos qui] sibi puerum Eadgarum ex Edwardi Regis nobilitate genus ducen-
tem, Regem præfecerunt.

Briennus Eudonis Ducis Britanniam minoris filius, eis [duobus filiis Heraldi Regis cum exercitu Regis Hiberniam,] armatus cum suis occurrit, et mox cum eis sub die una duobus præliis manum conseruit. Cæsis verò mille et septingentis bellatorum cum nonnullis regni Proceribus, reliqui è certamine fugientes, navium præsidio necis excidium utcumque [in Anglia] evaserunt.

D Cùm ergo idem Rex victoriosus post plurima bella, post multiplices expeditiones tam in Normannia quàm in Anglia, et in minore Britannia, seu etiam in Cenomania prospero exitu consummatas, oppidum quoddam Medanta nomine, proprium Philippi Regis Francorum, qui tunc partes Roberti Ducis bellum patri inferentis juvabat: [causa autem hujusmodi discordiæ erat, quòd eidem filio suo Rex Willelmus non permittebat facere voluntatem suam de Ducatu Normanniam, licet cum ipse post se fecisset hæredem:] cùm igitur Willelmus Rex oppidum Medanta assiliens flammis ultricibus tradidisset, pondere armorum et labore clamoris quo suos exhortabatur, ut fertur, arvinam intestinorum ejus liquefactam, infirmari non modicè cœpit: et licet aliquandiu postea vixerit, non tamen solita valetudine usus est. Dispositis tandem rebus suis et regno Angliæ concessio Willelmo filio suo, vitam præsentem finivit in Normannia apud Rotomagum IV Idus Septembris. Translatum est corpus ejus, sicuti ordinaverat, Cadomum, et in Ecclesia S. Stephani quam ipse à fundamentis ædificaverat, ante majus altare regaliter tumulatum. Solus autem filiorum suorum Henricus exequias patris persecutus est... Decessit autem idem Rex ferè sexagenarius, anno Ducatus in Normannia LII, porrò regni sui in Anglia (a) XX, Incarnationis autem Domini MLXXXVII.

(a) Magnates superstites anno XX regni Willelmi Conquestoris, ibidem apud Chesnium pag. 1026: Comes Eustachius: Comes Moritonensis: Comes de Ow: Comes Rogerus [Salop]: Comes Alanus [Richmundiæ]: Comes Hugo [Cestriæ]:

Comes Ebroicensis: Comes Albericus: Comes de Melend: Comes Ivo Taylebois: Willelmus filius Osberni, Comes Herefordiæ, mortuus antea: Odo Comes Albemarlæ, mortuus antea: Rodulfus Comes Estangliæ, mortuus antea: Siwardus Comes, mortuus

Cap. 2. Igitur Rege Anglorum Willelmo rebus humanis abstracto, Willelmus filius ejus, quàm citiùs potuit apud Tolcam mari transito, susceptus est ab Anglis et Francis, unctusque est in Regem à Lanfranco Archiepiscopo Cantuariensi ejusque Suffraganeis, Lundoniæ apud Westmonasterium. Robertus namque frater ejus ante mortem patris sui discesserat de Normannia, indignè ferens quòd ipse non permetteret ei pro sua voluntate disponere tam Comitatum Normanniæ quàm Cenomanniæ. Alterius enim dudùm hæres designatus fuerat; alterius verò hac de causa vivente patre regimen quærebat, quòd Margareta filia Herberti quondam Cenomannensis Comitis ipsi fuerat desponsata; licet antequam ad nuptias ejus pertingeret, apud Fiscannum B virgo eadem Christo devota obierit. Cùm igitur in Pontivo apud Abbatisvillam cum sui similibus juvenibus, filiis scilicet Satraparum Normanniæ, qui ei quasi suo domino futuro specietenus obsequabantur, re autem vera novarum rerum cupiditate illecti, moraretur, et Ducatum Normanniæ, maximè in margine, excursionibus et rapinis demoliretur; audito nuncio excessûs patris, confestim veniens Rotomagum, ipsam civitatem et totum Ducatum sine ulla contradictione suscepit. Cùmque sui fideles eum exhortarentur ut regnum Angliæ sibi à fratre præreptum velociùs armis sibi restitueret, respondisse fertur: « Per Angelos Dei, si ego essem in Alexandria, expectarent me Angli, nec ante adventum meum Regem sibi facere » auderent: ipse etiam Willelmus frater meus, quod eum præsumpsisse dicis, pro capite suo sine mea permissione minimè attentaret ». Hæc primò C dicebat; sed postquàm rei gestæ ordinem rescivit, non minima discordia inter se et fratrem suum Willelmum emersit. Interim autem Henricus frater eorum remansit in Normannia cum Duce Roberto. Dederat autem eidem Henrico pater suus moriens quinque mille libras Angliæ monetæ: Robertus etiam frater suus dedit illi Comitatum Constantiniensem, vel, ut alii volunt, invadiavit. Sed non diutiùs inde gavisus est: nam inventis quibusdam vilibus occasionibus, per malorum tamen hominum suggestiones, ipsum nihil tale meditantem apud Rothomagum capiens, quod dederat, indecenter extorsit.

Cap. 3. Post hæc aliquanto temporis emenso, concordiam fecerunt ad invicem Willelmus Rex Anglorum et Robertus Dux Normanniæ, licet regnum Angliæ ipse Robertus facillimè paulò antè potuisset habere, nisi minus cautus D esset. Si quidem Eustachius Comes Boliæ et Episcopus Baiocensis et Comes Moritoli, patris ipsius, et alii Principes Normanniæ, cum magno apparatu militum mare transeuntes, Rovecestriam et alia nonnulla castella in Comitatu Cantuariensi occupantes, et tenentes ad opus illius; dum ipsum Robertum Ducem expectant, qui tunc temporis ultrà quàm virum deceat in Normannia deliciabatur: obsessi diu à Rege Willelmo, dum ille cujus causâ tantum discrimen subierant, non subvenit; cum dedecore ipsas quas tenebant munitiones exeuntes, ad propria sunt reversi. Facta est itaque tandem inter eos apud Cadomum, ut diximus, adminiculante Philippo Rege Francorum qui in auxilium Ducis contra Willelmum Regem apud oppidum Auci ingenti Anglorum et Normannorum exercitu tunc morantem venerat, qualiscumque concordia; et quantum ad Ducem Robertum spectat, E probrosa atque damnosa. Nam quicquid Rex Willelmus in Normannia occupaverat, per infidelitatem hominum Ducis qui eidem Regi suas munitiones tradiderant, quas militibus suis ipse commiserat, ut inde fratrem suum infestarent; impunè permissus est habere. Munitiones illæ quas hoc modo tenebat, fuerunt Fiscannum, oppidum Auci quod Willelmus Comes Aucensis cum reliquis suis firmitatibus illi tradiderat. Similiter Stephanus

antè: Hugo de Montfort: Richardus filius Gisleberti Comitis [Clare]: Hamo Vicecomes Kancie: Willelmus de Wavenne [Surrey]: Willelmus de Braiossa [Brembr.]: Willelmus filius Ansculfi: Walterus filius Otheri: Walterus de Duvay [de Doway]: Gislebertus filius Riccrii de Aigle: Goisfredus de

Manneville [Essex]: Goisfridus Orlatele: Robertus Malet: Hunfridus Camerarius: Radulphus de Felgeres: Alvedus de Merleber: Hugo de Port: Hubertus de Port: Willelmus de Percy. Vide ibidem, quibus in Comitatus hi terras tenuerunt.

A Comes de Albamerla, filius Odonis Comitis de Campania, Willelmi autem Regis Anglorum senioris ex sorore nepos, fecerat; et alii plures ultra Sequanam habitantes. Cùm igitur fratrem suum Henricum debuissent adjuvare eique providere, ut sicut frater eorum et filius Regis honorabiliter posset vivere; de tota terra patris sui eum expellere conati sunt. Unde accidit ut quadam vice ipsum obsidione cingerent in Monte S. Michaelis: sed illis ibidem incassum diu laborantibus, et ad ultimum inter se dissidentibus, Comes Henricus inde liberè exiens, oppidum munitissimum nomine Danfrontem sagacitate cujusdam indigenæ suscepit. Indignabatur enim prædictus indigena, ut potè vir nobilis et dives, oppressiones ampliùs perpeti quas Robertus de Belismo, homo ferox et mentis inhumanæ, sibi et aliis convicaneis inferebat, qui tunc temporis illud castrum possidebat. Quod tantâ
B diligentiam Henricus exinde custodivit, ut usque ad terminum vitæ illius in suo dominio habuerit. Circa hæc tempora, obeunte Joanne Archiepiscopo Rotomagensi, successit Willelmus Abbas S. Stephani Cadomi.

Redeunte autem Willelmo Rege (a) in Angliam, Henricus hand segniter Comitatum Constantiniensem, qui sibi fraudulentiam antè præreptus fuerat, consensu Willelmi Regis et auxilio Richardi de Revers et Rogerii de Magna-villa, ex majori parte in ditionem suam revocavit. Et quia in hoc negotio et in aliis plerisque suis necessitatibus, Hugo Comes Cestrensis ei fidelis extiterat, concessit ei in integro castellum quod S. Jacobi appellatum est; in quo idem Comes tunc temporis nihil aliud habebat, præter custodiam munitionis ipsius oppidi. Willelmus siquidem Rex Anglorum senior illud condiderat in confinio Normanniæ et Britanniae minoris, cùm ante bellum
C Anglicum contra Conanum Comitem Britanniae, filium Alanni consobrini sui sibi non obtemperantem, exercitum duceret. Ne igitur ampliùs famelici prædones Britonum, Ecclesiis inermibus aut ultimo terræ suæ vulgo, excursionibus latrocinantibus nocerent; illud ad eos arcendos institutum tradidit Richardo Abrincatensi Præsidi, patri videlicet prædicti Comitis Hugonis.

Interea Cenomannenses advertentes Ducem Robertum tot perturbationibus in Normannia occupatum, consilium ineunt cum Helia filio Johannis de Fleca, viro forti et industrio et in illa provincia potentissimo, ut filiam cujusdam Comitis Langobardiæ, neptem videlicet Hereberti quondam Cenomannensis ex primogenita filia, in matrimonium ducat; existimantes hac occasione se posse excutere à sua cervice jugum dominationis Ducum Nor-
D manniæ: in quo persuadendo diutiùs immorari illis necesse non fuit; cùm jam nominatus vir illorum admonitionem dudum suo voto præveniens, voluntatem eorum super hoc negotio prætermissa omni dilatione ad effectum perduxit. Nec ipsum nec consiliarios suos ab hac rebellionis præsumptione revocavit deterrendo, quòd antiquitus sub Normannorum Ducum ditione regio Cenomannica egit, vel quòd nostram memoriâ nobilissimus Dux Normannorum Willelmus, postea verò felicissimus Anglorum expugnator, eosdem Cenomannenses de oppressione Gaufridi Martelli senioris liberans, alis suæ protectionis munitos, quoad vixit, illos ut proprios rexit ac suis successoribus regendos moriens dimisit. Unde factum est ut paulò post mortem ipsius Regis idem Dux Robertus, de quo nunc sermo est, in principio sui Ducatus jam tunc rebellionis contumaciam attemptantes in ipsis suis finibus,
E ducto exercitu Normannorum eos compescuit.

Per idem tempus, assumpto Anselmo Abbate Beccensi ad Archiepiscopatum Cantuariæ, successit ei in regimine ejusdem loci Willelmus de Bellomonte, vir non contemnendæ religionis, et ejusdem Cœnobii Monachus claustralis.

Matildis Regina Anglorum fuit filia Balduini Cum-barba Comitis

(a) In Willelmo dapsilitas erga seculares prædicabatur; sed contempta ab eo religiositas plurimum conquirebatur. Robertum in rebus bellicis fama non immeritò extollebat; sed hæc eadem in maturitate consillii et in regimine Ducatus ipsum minùs utilem non mendaciter asserebat. At Henricus et illa complectens solus quæ in singulis eorum honesta videban-

tur, et ea pariter quibus ipsos carere jam diximus, non solum illis sed et omnibus sui temporis Principibus nobilior habebatur. Ex Cap. 1 Lib. VIII. Nota interim integram hunc Librum non esse fetum Willelmi Gemet. Idem dicendum de Capitibus 43 et 44 Libri VII; in cujus et Capite 38 interpolatio deprehenditur.

Cap. 4.

Cap. 5.

Cap. 6.

Cap. 14.

Flandrensium. Hic verò Balduinus duos filios habuit, Balduinum et Robertum, A quorum uterque uxorem accepit, vivente patre eorum. Nam Balduinus primogenitus habuit in uxorem Comitissam Hainaucensem, ex qua genuit duos filios Ernulfum * et Balduinum. Robertus autem accepit conjugem relictam Florentii Comitis Frisiæ, quæ unicam ex prædicto Florentio habebat filiam; quam Robertus longè facere volens à paterna hereditate, dedit eam Philippo Regi Francorum: et ita Comitatus Frisiæ remansit ei cum matre prædictæ puellæ: unde cognominatus est Frisio. Decessit autem ante mortem patris sui Balduini Balduinus Comes Hainaucensis, et successit Ernulfus filius ejus primogenitus. Tandem obente Balduino Comite Flandriæ, cùm Ernulfus Comes Hainaucensis deberet ei succedere, ut potè nepos ex primogenito filio ejus, et ad hoc etiam niteretur; Philippus Rex Francorum veniens in auxilium ejus, et Matildis Regina Anglorum amita ejus mittens ei B Willelmum filium Osberni cum armata militum manu, Robertus Frisio patruus ejus, adjuncto exercitu Henrici Romanorum et Alamannorum Imperatoris cuneis suis, ex improvise super eos irruens die Dominico Septuagesimæ, fugato Philippo Rege Francorum, Ernulfum nepotem suum et Willelmum filium Osberni Comitem Herefordi peremit; et hac de causa Flandriam usque ad suum obitum possedit.

An. 1072.

Cap. 15.

Prædictus autem Willelmus Comes Herefordi fuit vir honestus et probus, et cognationem Ducum Normanniæ non solum ex parte patris, verum etiam ex parte matris attingens. Osbernus namque pater ejus fuit filius Herfasti fratris Gunnoris Comitissæ, primi Richardi Ducis Normanniæ uxoris: mater verò fuit filia Rodulli Comitis Ivreicensis: qui Rodulfus frater fuit uterinus Richardi Ducis superius nominati. Duxit autem idem Willelmus Ade- C lizam filiam Rogerii de Toëneio, ex qua genuit duos filios; Willelmum de Britolio qui post decessum ejus, terram quam habebat in Normannia, habuit; et Rogerium cui Comitatus Herefordi funiculo distributionis evenit. Habuit etiam duas filias, quarum una nomine Emma juncta est Rodulfo de Waiet, genere Britoni; qui fuit Comes Norwicensis... Occiso itaque Willelmo filio Osberni Willelmus de Britolio filius suus qui ei successerat, cœpit calumniari oppidum Ivreii, quia fuerat Rodulfi Comitis, patris videlicet aviæ suæ. Habebat autem tunc temporis idem castrum Robertus Dux Normanniæ in suo dominio, sicut pater suus Willelmus Rex per omne tempus vitæ suæ habuerat. Comitissa enim Albereda uxor Comitis Roberti in supercilio montis eidem castro inminentis turrim munitissimam, quæ usque nunc superest, ædificare cœperat. Robertus Comes Mellenti turrim illam D custodiens, Vicecomitis officio in prædicto oppido fungebatur. Egit itaque calliditate solita ut idem castellum Willelmo de Britolio redderetur; hac tamen conditione, quatenus ipse pro eo quod in ipso oppido nunc habebat, Brionium suæ terræ vicinum largitione Ducis Roberti perpetuò possideret. Erat enim ab antiquis temporibus idem municipium una ex propriis sedibus Ducum Normanniæ. Unde semper illud in suo dominio hactenus habuerunt, excepto quòd secundus Richardus ipsum Comiti Godefrido fratri suo naturali dederat, et Comes Gislebertus filius ejus post ipsum idem habuerat: sed eodem occiso ad dominium Ducum Normanniæ redierat. Et quoniam Rogerius filius Richardi idem castrum repetebat, quia avus suus Comes Gislebertus id ipsum, sicut dictum est, antea possederat; Robertus Comes Mellenti omni inquietudine carere gestiens, egit apud Ducem Robertum ut quoddam municipium nuncupatum Humetum, situm in Constantiniensi Comitatu, daretur Rogerio filio Richardi; non solum pro illa calumnia sopienda, verum etiam pro non minima pecuniæ summa, quam Rogerius hac de causa Duci contulerat. Sunt antiquorum plurimi qui dicant, quòd Richardus pater Rogerii pro repetitione ejusdem castri dudum in Anglia acceperat oppidum Toneburge; asserentes leugam Brionii cum funiculo circumcirca fuisse mensuratam, et eodem fune in Anglia delato leugam Toneburge tantumdem spatii in metiendo recepisse, quantum hactenus Brionense milliarium probatur retinere.

Cap. 17.

Robertus filius primi Richardi Ducis Normanniæ, Archiepiscopus Rothomagensis et Comes Ebroicæ civitatis, contra morem Ecclesiasticum

uxoratus

A uxoratus quasi quilibet laicus, genuit duos filios; Richardum qui ei successit in Comitatum, et Rodulphum de Waceio. Richardus autem Comes ex relicta Rogerii de Toënio, qui peremptus fuerat in quodam conflictu, genuit Willelmum [Comitem Ebroicensem] qui ei successit; et unam filiam quæ nupsit Simoni de Monteforti, ex qua natus est Amalricus et Berta soror ejus. Sed ante eam idem Simon habuerat duas uxores; ex quarum prima filius ejus primogenitus, alter videlicet Amalricus, natus est, et Elisabeth soror ejus. Occiso autem illo Amalrico, Rodulfus de Toënio... (a).

Fuit Willelmus [Talavatus] filius Roberti de Bellismo, natus ex filia Widonis Comitis Pontivi: qui Robertus ob nimiam crudelitatem ipsi Regi et cæteris multis sapientibus viris exosus habebatur. Ipso denique in vinculis posito, in quibus et defecit, Rex [Angl.] Henricus nobilissimum oppidum ejusdem nomine Bellisimum cepit, et illud Retroco Comiti Perticensi genero suo dedit. Licet pagus Bellismensis non ad Ducatum Normanniæ pertineret, sed ad regnum Francorum; dederat tamen dominium ejusdem pagi, vel ut quidam dicunt, vendiderat dudum Philippus Rex Francorum cognato suo Willelmo seniori Regi Anglorum et Duci Normannorum. Ivo autem de Bellismo antecessor hujus Roberti fuit vir potens et sapiens, cujus consilio primus Richardus, dum adhuc puer teneretur in custodia Regis Francorum, ereptus est agente Osmundo Armigero ipsius pueri. Hujus autem Ivonis fuit filius Willelmus de Bellismo, qui genuit alium Willelmum cognomento Talavatum patrem Mabilie. Hanc Mabiliam Rogerius Comes filius Hugonis de Monte-Gummerici accepit in uxorem cum tota hereditate patris ipsius, quam habebat sive in Bellimensi pago sive Senensi * ultra fluvium Sartæ. Ipse autem Rogerius natus est ex quadam neptium (b) Gunnoris Comitissæ; unde et ipse ingentes possessiones habuit in diversis regionibus Normanniæ. Genuit autem ex ipsa Mabilia quinque filios et quatuor filias. Successit verò eidem Robertus de Bellismo filius ejus, vir per omnia nefarius; qui ex filia Widonis Comitis Pontivi, sicut jam diximus, genuit Willelmum Talavatum successorem suum. Hic Talavatus habuit ex Ala uxore sua, etc. Prædictus autem Rogerus de Monte-Gummerici Bello Anglico interfuit, et à Willelmo Rege Anglorum Comitatus Arundelli et Salopesberie dono accepit.

Cap. 35.

* le Sonnois

Cap. 36.

Richardus Comes, auditâ famâ pulchritudinis conjugis cujusdam sui forestarii manentis haud procul ab oppido Arcarum, villâ quæ dicitur Schechevilla, ex industria ivit venatum illuc, volens probare si verum esset quod relatione quorundam perceperat. Hospitatus igitur in domo forestarii, illectusque venustate vultûs uxoris ipsius, præcepit hospiti suo quòd ipsa nocte adduceret ad cubiculum suum uxorem suam Sainfriam; sic enim vocabatur. Quod cum ille eidem tristior retulisset, illa ut sapiens mulier consolata est eum, dicens se supposituram in loco suo Gunnorem sororem suam virginem quàm plurimum se ipsâ pulchriorem: quod et factum est. Cognita denique tali fraude, delectatus est Dux quòd non incurrisset peccando in alienam uxorem. Genuit itaque ex Gunnore filios tres et totidem filias... Cum verò idem Comes quendam filium suum nomine Robertum vellet fieri Archiepiscopum Rotomagensem, responsum est ei à quibusdam hoc nullatenus secundum scita Canonum posse, ideò quòd mater ejus non fuisset desponsata. Hæc itaque causa Comes Richardus Gunnorem Comitissam more Christiano sibi copulavit; filiique qui jam ex ea nati erant, interim dum sponsalia agerentur, cum patre et matre pallio cooperti sunt; et sic postea Robertus factus est Archiepiscopus Rotomagensis.

Cap. 37.

Ipsa autem Gunnor exceptâ Sainfriâ habuit duas sorores, Wewam et Avelinam: altera quarum, adminiculante ipsa Comitissa quæ fuit femina magnæ prudentiæ, nupsit Turulfo de Ponte-Audomari, qui fuerat filius cujusdam nomine Torf, à quo etiam usque nunc quædam villæ cognominatæ sunt Torfvillæ. Hujus Turulfi frater fuit Turchetillus, pater Ansetilli de Harecurt. Genuit autem ex eadem idem Turulfus Humfridum de Vetulis,

(a) Reliqua hujus Capituli, de origine Comitum Ebroicensium et eorum posteritate, desunt; sed ea supplet Ordericus Vitalis.

(b) Scilicet ex Jocellina filia Weviva, ut habet Liber Ms.

patrem Rogerii de Bellomonte. Tertia autem sororum Gunnoris Comitissæ A nupsit Osberno de Bolebec; ex qua genuit Galterium Giffardum primum, et Godefridum patrem Willelmi de Archis. Hic autem Willelmus pater fuit Mathildis, quam Willelmus Camerarius de Tancarvilla habuit uxorem, ex qua genuit filium nomine Rabellum qui ei successit. Prædictus autem Galterius duxit unam filiarum Girardi-Flatelli: alteram verò scilicet Basiliam, relictam Rodulphi de Waceio, habuit Hugo de Gornaco. Genuit autem idem Galterius secundum Galterium Giffardum et plures filias, quarum una nomine Rohais nupsit Richardo filio Comitis Gisleberti: qui Gislebertus fuerat filius Godefridi Comitis Aucensis, naturalis videlicet primi Richardi Ducis Normannorum. Hic Gislebertus habuit duos filios, prædictum Richardum et Balduinum... Comitissa de Albamarla fuit soror uterina Willelmi Regis Anglorum senioris, etc. Habuit ex fratre suo Herfasto eadem B Comitissa [Gunnor] nepotem Osbernum de Crepon, patrem videlicet Willelmi Comitis Herefordiæ, viri per omnia laudabilis. Neptes verò plures prædicta Gunnor habuit; sed solummodò de quinque, quibus maritis nupsissent audiui. Una itaque earum matrimonio copulata est patri primi Willelmi de Warena, ex qua natus est idem Willelmus postea Comes Surreiæ, et Rogerius de Mortuo-mari frater ipsius. Altera Nicolao de Bascheritvilla *; ex cujus posteritate natus est Willelmus Martellus et Walterus de S. Martino. Tertia Richardo Vicecomiti Rothomagensi, patri videlicet Lamberti de S. Sidonio. Quarta Osmundo de Centum-villis Vicecomiti Vernonii, ex qua natus est primus Fuleo de Aneio, plures filiæ, quarum una mater fuit primi Balduini de Revers. Quintam Hugo de Monte-Gummerici duxit, ex qua natus est Rogerius pater Roberti de Bellismo. C

* Baequeville.

EX HISTORIA (a) EVERSIONIS

MONASTERII S. FLORENTII VETERIS, etc.

Apud Martenium Tom. III Anecd. Col. 843.

ANNO Incarnationis Dominiæ MLXI, Indictione XIV (b), Epactis D
 A XXVI, Concurrentibus VII, ciclo lunæ XIV, termino Paschæ [V
 Idus Aprilis, die Dominico Paschæ (c)] XVII Calendas Maii, mense Ju-
 * Glonn. nio XVIII Calendas Julii, dedicatum est Monasterium * S. Florentii Se-
 nioris à domino Eusebio Andegavorum Episcopo in honore S. Salvatoris et
 S. Florentii Confessoris, eadem videlicet die antiquæ dedicationis ejusdem
 Col. 847. Monasterii... A tempore illo, [quo inchoatum est Monasterium in Salmu-
 rio, imperio et voluntate Theutbaldi Comitis,] usque ad Abbatem Frede-
 ricum, Abbatia Sancti de quo loquimur, sub potestate seu dominatione
 Comitum progeniei Teutbaldi fuit. Antea verò usque ad destructionem quæ
 Col. 848. facta est à Britonibus (d) sive à Normannis, non quoslibet alios, sed Reges
 Francorum habebat dominos... Inchoatum est novum Monasterium:
 quod cum fuisset, Deo juvante, perfectum, convocavit idem Pater [Fre-
 dericus] quatuor Episcopos ad dedicationem, Arnulfum Turonensem, Hu-
 bertum Andegavensem, Isembertum Pictavensem, Galterum Namneten-
 sem. Affuit et Gaufridus Andegavensium Comes cum honorabili matre sua
 Hildegarde, et conjuge sua nomine Agne, et cum eo multi viri nobiles,

(a) Hujus Auctor Historiæ, qui Salmuriensis Monasterii fundationem gestaue Abbatum usque ad Guillelmum I prosecutus est, vivebat labente sæculo XI; seu scribebat, Riveto iudice, circa annum 1071 aut 1072.

(b) Malè *Indict. X* in Historia S. Florentii Salmur. apud eundem Martenium Tom. V. Ampliss. Collect. col. 1120.

(c) Ansulis clausa addimus hinc ex Historiâ

mox laudatâ.

(d) Ibidem col. 1121: *A Nemenio Britone crudeliter legimus incensum. Nam cum ad illud usque tempus Britones Regibus Franciæ servire soliti fuissent, ipse primus quamvis non de Regibus, nec de regali, sed de ignobili progenie ortus, contra Carolum Calvum se erexit; et ei servire contemnens, Rhedonenses Namnetensibus jungens vicit.*

A neonon et populus utriusque sexûs infinitæ multitudinis, Abbates et Monachi et Clerici quorum non est numerus. Tum dedicata est Ecclesia in honore S. Trinitatis et S. Mariæ semper Virginis, et in memoria BB. Apostolorum Petri et Pauli, et S. Florentii Confessoris. Anno Dominicæ Incarnationis MXLI facta fuit ista dedicatio. . . Rexit [Fredericus] annis XXXIV. . . Requievit in Domino*. . . anno ab Incarn. Dom. MLV, regnante Henrico Rege, Consule Gaufrido, Eusebio Pontifice. Huic successit* domnus Abbas Sigo, vir valdè venerabilis... liberalibus litteris, Grammaticâ, Dialecticâ, Rhetoricâ, Arithmeticâ, Musicâ et ceteris artibus per omnia imbutus, et insuper litteris (a) Hebraicis et Græcis peritissimus legendi et scribendi. . . Quotiescumque illi aliquis ad percipiendam pœnitentiam lapsum suum confessus esset. . . causas criminum quas ille confitebatur, nulli nisi Domino soli, apud quem intercedebat, loquebatur; bonum relinquens exemplum posteris suis, ut intercessores magis apud Deum sint quàm accusatores apud homines. . . Potestates hujus sæculi, Comites, Episcopi et Abbates, præcipui Clerici, ut prudentem et veræ simplicitati deditum honorabant et mirabantur. Domnus Abbas Hugo Cluniacensis Cœnobii, vir valdè venerandus, magistrum suum eum dicebat, et quasi superiorem se conspiciebat. In Francia, in Aquitania et in Britannia et in Italia ejus fama volitabat. . . Postquàm XIV annis (b), mensibus VII, diebus XX, gregem sibi commissum piè et feliciter gubernasset, II Idus Junii dormivit in Domino, feria VI in jejuniis Quatuor Temporum. . . Sepultus est ad lævam domni Abbatis Friderici in absida S. Florentii.

* IV Kal. Oct.

* IV Kal. Nov.

Col. 849.

Col. 850.

C (a) Ibid. col. 1125, litteras Hebraicas et (b) Ibid. col. 1128, præfuit Sigo in regimine Græcas. hujus Abbatie annis XIII.

EX LAMBERTO SCHAFNABURGENSEI (a)

DE REBUS GESTIS GERMANORUM.

Apud Pistorium Tom. II Historicorum Germanicæ, pag. 159.

D ANNO MXXXIII. Kunigund Imperatrix (b) obiit. Imperator exercitum duxit in Burgundiam contra Udonem*.

* Odonem

MXXXVII. Gozelo Dux Udonem Comitem occidit, et cum eo ad sex homines.

MXXXIX. Conradus Imperator obiit Trajecti feria II in Pentecoste; cui Henricus III filius ejus successit.

MXLIII. Rex Incarnationem Domini Goslariæ celebravit. . . Ibi inter diversarum provinciarum legatos legati Ruscorum tristes redierunt, quia de filia Regis sui, quam Regi Henrico nupturam speraverant, certum repudium reportabant. . . Gisla Imperatrix obiit, et Spiræ sepulta est. . . Rex nuptias celebravit in Ingellheim in conjunctione Agnetis filiæ Wilhelmi Comitis Pictavorum.

E MXLIV. Rex Natalem Domini celebravit Treveris; ibique omnes qui in regiam Majestatem deliquerant, crimine absolvit, eandemque legem per totum regnum promulgavit, ut omnes sibi invicem delicta condonarent. Gozelo Dux Lotharingorum obiit; ejus filius Godefridus, nobilissimæ indolis

(a) Lambertus Monachus Hirsfeldensis, vir sanè eruditus, Auctor accuratus, et diligens Scriptor, claruit temporibus Henrici IV Imperatoris. Historiam autem suam, ab exordio mundi repetitam, deduxit ad annum Domini 1077, quo etiam ipse vixit.

(b) S. Henricus Imper. Chunigundam dicitur nunquam cognovisse. . . Facta est suspecta criminis. . . Sed quia crudelis est qui infamiam criminis negligit, expurgationis gratiâ sibi judicium elegit, quod propter duritiam hominum institutum esse cognoscitur. . . Stu-

pentibus ac flentibus universis qui aderant, vomeres nudo vestigio calcavit, et sine adustionis molestia transiit. . . Henricus cernens diem mortis sibi imminere, vocatis ad se parentibus et cognatis Imperatricis Chunigundæ, necnon etiam quibusdam regni Prætoribus, manu eam apprehendit, et commendavit eam illis hujusmodi verbis memoriâ dignissimis: « Hanc ecce, inquit, mihi à vobis immò à Christo consignatam, ipsi Christo et vobis resigno virginem vestram ». Ex Vita S. Henrici Tom. III Antq. Lect. Canisii à Basnagio auctarum.

juvenis atque in re militari admodum exercitatus, quia Ducatum patris non potuit obtinere, arma contra rempublicam corripuit, Adelbertum Ducem, quem Rex patri ejus subrogaverat, prælio victum occidit, cædes hominum et depopulationes agrorum quàm maximas fecit, loca omnia usque ad Rhenum, præter ea quæ vel murorum præsidio hostilem impetum subterfugiebant, vel se datâ pecuniâ redemerant, in cinerem redegit.

MXLV. Dux Godefridus à Rege in deditionem acceptus, in Gibekenstein missus est custodiendus, sicque regnum brevi tempore quietum et pacatum mansit.

MXLVI. Rex Natalem Domini Goslariæ celebravit, ubi et socrus ejus de Pictavis cum Primoribus gentis suæ aderat... Dux Godefridus custodiâ absolutus, dum videret nec intercessionem Principum nec deditionem quam spontè subierat, sibi aliquid profuisse, et rei indignitate et inopiæ familiaris tædio permotus, bellum rursus de integro sumpsit. Inter alias quas rei publicæ intulit elades, Neomagum domum regiam miri et incomparabilis operis incendit, civitatem Verdonensem cepit, majorem in ea Ecclesiam concremavit: sed post modicum facti in tantum eum pœnituit, ut publicè se verberari faceret, et capillos suos ne tonderentur multâ pecuniâ redimeret, sumptus ad reædificandam Ecclesiam daret, et in opere cæmentario per se ipsum plerumque vilis mancipii ministerio functus deserviret.

MXLVII. Rex Natalem Domini Romæ celebravit, ubi tribus depositis qui sedem Apostolicam contra Ecclesiasticas regulas invaserant, Suitgerum Babenbergensem Episcopum Vicarium Apostolorum constituit; à quo in die sancto ipse vicissim cum Agnete Regina imperiali nomine et honore est donatus... Exercitum navalem per Rhenum duxit in Frisiam contra Godefridum ejusque adjutorem Diodericum.

MXLVIII. Imperator Natalem Domini Poethæ celebravit. Ibi legati aderant Romanorum, Suitgeri Papæ obitum nunciantes, eique successorem postulantes: quibus Imperator Bopponem assignavit... Dietmarus Comes, frater Ducis Bernhardi, cum à milite suo Arnaldo accusatus fuisset de inito contra Imperatorem consilio, congressus cum eo, ut objectum crimen manu propria purgaret, victus et occisus est.

MXLIX. Imperator Natalem Domini Frisingæ celebravit. Ibi iterum legati Romanorum, Bopponis Papæ morte nunciata, rectorem Romanæ Ecclesiæ postulabant; quibus Imperator Brunonem Tolosæ * Episcopum dedit.

* Tull.

ML. Leo Papa propter componendum statum Ecclesiarum, et pacem Gallis reddendam, Româ egressus, Moguntiæ Synodum celebravit, præside Imperatore, cum XLII Episcopis: ubi Sibecho Spirensis Episcopus de criminibus quibus accusabatur, sacra communione se purgavit; et Dux Godefridus interventu Papæ et Principum gratiam Imperatoris obtinuit. Expleta Synodo, Imperator expeditionem movit super Balduinum; Papa verò reditum ejus Aquisgrani expectavit.

MLI. Leo Papa Romam reversus est, abducens secum Godefridum Ducem, et fratrem ejus Fridericum qui Gebehardo postmodum in sedem Apostolicam successit, item alios quamplures, tam Clericos quàm laicos in re militari probatissimos, quorum virtute Nortmannis qui Apuliam occupaverant, obviam ire parabat... Natus est Imperatori filius Henricus IV, III Idus Novembris.

MLII. Imperator filio suo Heinricho, adhuc Catechumeno (a), Principes regni sub juramento fidem promittere fecit.

MLIII. Leo Papa profectus contra Nortmannos, contulit cum eis prope Beneventum signa; et fugientibus statim in prima congressione Longobardis, Teutonici omnes penè ad unum interfecti sunt. Ipse quoque obsessus est in Benevento; et vix tandem post multas tribulationes obsidione liberatus, cunctos dies quibus supervixit tantæ calamitati, in luctu et mœrore egit. Eo tempore Fridericus frater Godefridi, Romanæ Ecclesiæ Archidiaconus, Constantinopolim Apostolicæ Sedis functus legatione abierat... Marchio

(a) Princeps etiam apud Christianos ad regnum jus suum ducit, non à baptismo vel fide, sed à natalibus aut ab electione.

A Itatorum Bonifacius obiit ; ejus viduam Beatricem Dux Godefridus accipiens , Marcham et cæteras ejus possessiones conjugii prætentu sibi vendicavit : quo comperto , Imperator Henricus gravi scrupulo perurgeri cœpit , reputans ne fortè per eum animi Itatorum , semper avidi novarum rerum , ut à regno Teutonicorum deficerent , sollicitarentur .

MLIV. Imperator interpellatus à Romanis , ut Antistitem Sedi Apostolicæ provideret , Gebhardum Emstadensem Episcopum misit ; datisque clanculò litteris ad omnes qui in Italia opibus aut virtute militari plurimum poterant , deprecabatur eos , ut Ducem Godefridum , ne quid fortè mali contra rempublicam machinaretur , observarent ; promittebatque se ipsum , vita comite , proximo anno affuturum , et quid factò opus esset visurum . . . Imperatoris filius Henricus consecratus est in Regem Aquisgrani .

B MLV. Henricus Imperator in Italiam perrexit , vocatus eò legatione Romanorum , qui nunciaverant , nimium in Italia contra rempublicam crescere opes et potentiam Godefridi Ducis ; et nisi turbatis rebus maturè consuleretur , ipsum quoque regnum prope diem ab eo , dissimulato pudore , occupandum fore . Sed ubi Italiam ingressus est , Dux Godefridus , missis in occursum ejus nunciis , mandavit nihil se minùs quàm rebellionem cogitare ; paratum potiùs pro statu reipublicæ et Imperatoris salute , extrema etiam omnia experiri ; gratum se habere , quòd patriis finibus extorris , patriis possessionibus ejectus , opibus saltem uxoris suæ in peregrinatione sustentaretur ; quam nec dolo , nec rapto , sed ipsius placito , et celebratis solemniter nuptiis , in matrimonium sibi junxisset . Beatrix quoque dissimulato metu ,

C Imperatori obviam processit ; et vix impetratà dicendi copià , ait , nihil se egisse præterquàm quod jure gentium sibi agere licuisset : destitutam se priori marito , desolatæ domui patronum paravisse , et ingenuam ingenuo sine fuco nefariæ ejusquam machinationis nupsisse ; nec æqui nec boni memorem eum esse , si id sibi pace ejus non liceret , quod in Imperio Romano fœminis nobilibus semper licuisset . Imperator itaque accepto à Primoribus consilio , Godefridum crimine absolvit , non tam probans satisfactionem ejus , quàm metuens ne malis recentibus exasperatus , Nortmannis infestantibus Italiam ducem belli se præberet , et fierent novissima ejus pejora prioribus : Beatricem tamen quasi per deditorem acceptam , secum abduxit ; hoc illi culpæ objiciens , quòd contractis se inconsulto nuptiis hosti publico Italiam prodidisset .

MLVI. Imperator Pascha Podelbrunnæ celebravit ; brevique commoratus D in Goslaria , perrexit ad villam Civois * , in confinio sitam Regni Francorum ac Teutonicorum , Colloquium ibi habiturus cum Rege Francorum : à quo contumeliosè atque hostiliter objurgatus , quòd multa sæpè sibi mentitus fuisset , et quòd partem (a) maximam regni Francorum , dolo à patribus ejus occupatam , reddere tam diu distulisset . Cùm Imperator paratum se diceret , singulariter cum eo consortà manu , objecta refellere , ille proxima nocte fugà lapsus , in suos se fines recepit . . . Imperator corporis molestià correptus , cùm septem , aut eo amplius , diebus lecto decubisset , diem clausit extremum . . . Corpus ejus Spiram translatum est . . . Regnum pro patre obtinuit filius ejus Henricus IV , quinque annorum infantulus , anno postquàm in Regem unctus fuerat III . Summa tamen rerum , et omnium quibus factò opus erat , administratio penes (b) Imperatricem remansit : E quæ tanta arte periclitantis reipublicæ statum tutata est , ut nihil in ea tumultûs , nihil simultatis tantæ rei novitas generaret . . . Cunradus filius Imperatoris , Dux Bajoariæ , obiit . Ducatum ejus Imperator Imperatrici dedit , privato jure quoad vellet possidendum .

* Ivois

(a) Agebat Henricus Rex Fr. de antiquo , Corone Gallicæ in Lotharingiam jure , quòd Germanis tribui non potuerat , pace enim illis contra Regni leges compositâ . De eodem cogitaverat Robertus ejus pater ; illudque ad se revocasset , nisi ipsi satis fuisset auctoritatem suam dignitatemque imperii contra crescentem Procerum potentiam defendere .

(b) Regni statum Agnes Imperatricis serenissima ,

virilis ingenii fœmina , multum juvit ; que unà cum filio rempublicam pari jure gubernavit . . . Primò puerum matre spoliabant , cujus maturam sapientiam gravesque mores metuebant [Proceres] ; illud causantes non decere regnum administrari à femina . . . Rex puer de sinu matris abstractus , in manus Principum nutriendus venit . Ex Historia de Vita Henrici IV inter Urstisianos Scriptores .

MLVII. Universi, quidquid Principum, quidquid plebis Romanæ erat, **A** uno animo, pari voluntate in electionem consenserunt Friderici, fratris Godefridi Ducis, extractumque de Monasterio Casino extulerunt.

MLVIII. Rex Natalem Domini Mersenburg celebravit; aderatque ibi inter alios regni Principes, etiam Hildebrandus Abbas de S. Paulo, mandata deferens ab sede Apostolica, vir et eloquentiâ et sacrarum litterarum eruditione valdè admirandus. Piæ memoriæ Stephanus Papa, qui et Fridericus, cùm in civitate Florentia moraretur, IV Cal. Aprilis naturæ mortali debitum solvit.

MLIX. Romani Principes satisfactionem ad Regem mittunt . . . Rex habita cum Primoribus deliberatione, Gerardum Florentinum Episcopum, in quem Romanorum et Teutonicorum studia consenserant, Pontificem designat, Romanque per Godefridum Marchionem, transmittit. Ita Bene- **B** dicto, qui sine jussu Regis et Principum Sacerdotium usurpaverat, repro- bato; Gerardus, qui et Nicolaus, Pontificatum obtinuit.

MLX. Rex Natalem Domini Wormatiæ celebravit, ubi et Synodus indicta fuerat. Sed excusantibus se Episcopis per infirmitatem et pestilentiam, quæ tunc temporis vehementer grassabatur in Gallia*, ad effectum non pervenit.

MLXI. Henricus, Palatinus (a) Comes Luthariorum, uxorem suam manu propria interfecit.

MLXII. Imperatrix nutriens adhuc filium suum, regni negotia per se ipsam curabat, utebaturque plurimùm consilio Henrici Augustensis Episcopi. Unde nec suspicionem incesti amoris effugere potuit; passim fama jactitante, quòd non sine turpi commercio in tantam coaluissent familiari- **C** tatem. Ea res Principes graviter offendebat, videntes scilicet, quòd propter unius privatum amorem, sua, quæ potissimùm reipublicæ valere debuerat, autoritas penè oblitterata fuisset. Itaque indignitatem rei non ferentes, crebra conventicula facere, circa publicas functiones remissiùs agere, adversus Imperatricem popularium animos sollicitare; postremò omnibus modis niti ut à matre puerum distraherent, et regni administrationem in se transferrent . . . Imperatrix nec filium sequi, nec injurias suas jure gentium expostulare; sed in propria recedens, privatè deinceps ætatem agere proposuit.

MLXIII. Educatio Regis atque ordinatio omnium rerum publicarum penes Episcopos erat.

MLXIV. Sigefridus Moguntius Episcopus, et Gunderus Babenbergensis, et Otto Ratisponensis, et Wilhelmus Trajectensis Episcopi, itè alii **D** quamplures columnæ et capita Galliarum, autumnali tempore Hierosolymam proficiscuntur.

MLXV. Heceloni Argentorati Episcopo, paulò antè defuncto, successor substitutus est Werher, propinquus Werheri Comitis.

MLXVI. Eberhardus Treverorum Archiepiscopus in Sabbatho sancto spiritum exhalavit . . . In festis Paschalibus per quatuordecim ferè noctes continuas cometa apparebat . . . Rex nuptias in Triburia regio apparatu celebravit, in conjunctione Berthæ Reginae, filiae Ottonis Marchionis Italarum.

MLXIX. Rex [Germ.] ad publicum refert sibi cum uxore sua non convenire . . . Maxima eo anno vinearum omniumque sylvestrium arborum sterilitas fuit . . . Tolosæ* Episcopus obiit; cui Bibo Cancellarius successit: pro quo Adalbero Canonicus Metensis, Cancellarius est substitutus.

MLXX. Dux Lotharingorum Godefridus, omnibus penè terris magni- **E** tudine suarum rerum gestarum compertus et cognitus, obiit, et Verdunis sepultus est: cui filius ejus Godefridus successit, præstantis quidem animi adolescens, sed gibbosus (b) . . . Sylvestrium arborum eadem, quæ priore

(a) Anno 1057 Monasticam vitam professus est in Gorzia; sed post paucos dies uxorem suam et possessiones desertor recepit.

(b) Anno Ducis Godefridi XXVI, ipse moritur Dux Bullonii Godefridus Magnus, qui dictus est Barbatus, et apud Firdunum requiescit; cui successit filius ejus Godefridus Gibbosus, et si corpore exiguus, tamen animo eximius. Moritur etiam Gerardus de

Alsatia, Dux Mosellanorum, hoc anno; cui succedit Theodericus filius ejus. Hæc ex Chronicis in Magno Chronico Belgico pag. 197. Iste Gerardus II, à quo illustrissima Lotharingiæ domus originem ducit, filius erat Adalberti Alsatiae Comitis, fratris Gerardi I Comitis, filii Eberhardi Alsatiae Comitis ex Eva filia Sigifridi Comitis Lucilburgensis, sorore Chunegundis Imperatricis.

* Belgica

* Tull.

- A anno, sterilitas permansit; sed vinearum tanta fertilitas fuit, ut plerisque in locis, præ multitudine, vix colligi vindemia posset.
- MLXXI. Rex, exacta solemnitate Paschali, Leodium abiit. Ibi ad eum vidua Balduini Comitis venit, regie Majestatis patrocinium expetens contra violentiam improbitatemque Ruthberti fratris Balduvini, qui et fratrem prælio victum vitâ privasset, et Comitatum ejus, expulsis uxore et liberis, tyrannica crudelitate occupasset. Non ingratum fortassis Lectori fecero, si gestæ rei historiam, quàm paucis potero, absolvam. In Comitatu Balduvini ejusque familia id multis jam sæculis servabatur, quasi sancitum lege perpetua, ut unus filiorum qui patri potissimum placuisset, nomen patris acciperet, et totius Flandriæ Principatum solus hæreditaria successione obtineret; cæteri verò fratres aut huic subditi, dictoque obtemperantes, in gloria vitam ducerent; aut peregrè profecti, magis propriis rebus gestis florere contenderent, quàm desidiæ ac socordiæ dediti, egestatem suam vana majorum opinione consolarentur. Hoc scilicet fiebat, ne in plures divisa provincia, claritas illius familiæ per inopiam rei familiaris obsoleret. Igitur enim Balduvius Senior duos genuisset filios, Balduvinum et Robertum; Balduvinum omnium quæ habebat hæredem instituit; Roberto, ubi primùm ætas faciendis stipendiis matura visa est, naves paravit, aurum, argentum et cæteras longinquæ profectiois impensas affatim præbuit; jussitque ut ad gentes exteras iret, et si vir esset, propria sibi virtute regnum divitiasque pararet. Ille patri acquiescens, assumpta secum multitudine quâ regio prægravari videbatur, navem ascendit, et in Gallitiam ire, eamque, si votis Deus successum annuisset, sibi subdere cogitavit. Cùmque post paucos dies ad ignota quædam littora applicuisset, et egressus in terram, ab incolis loci prædas agere cœpisset; illi ex omnibus partibus ad arcendam vim ilicò armati conveniunt. Facta congressione eum, cùm aliquandiu pugnam fortiter sustinuisset, in fugam vertunt, fugientem usque ad naves persequuntur, sociosque ejus penè ad interneccionem prosternunt. Ipse cum paucis vix fugâ elapsus, ad patrem tantæ calamitatis nuncius rediit; à quo propter malè gestas res contumeliosè repulsus, aliâ rursus viâ quomodo hac non successisset, fortunam tentare adgreditur; omnia paratus etiam extrema perpeti, ut maculam veterem factis recentioribus elueret. Reparatis navibus, et numero militum instaurato, marinis iterum fluctibus se credidit, in regionem longinquam, ubi sedem vaganti Deus ostendisset, iter facturum. Et ecce post paucos dies tempestate infestissima circumventus, multis suorum naufragio amissis, ipse nudus omniumque rerum egens, vix et aegrè in littus evasit. Dehinc assumpto plebeio habitu, inter eos qui Hierosolymam causâ orationis pergebant, Constantinopolim ire parabat, vocatus è crebris legationibus Nortmannorum qui sub Imperatore Constantinopolitano militabant; quiq; ei si illuc veniret, totius Græciæ Principatum pollicebantur. Sed Imperator Constantinopolitanus, comperto hoc consilio, omnia flumina per quæ transitus in Græciam esse poterat, appositis custodibus observari fecit, ut deprehensus ilicò trucidaretur. Sic conatûs cœptum ejus irritum fuit. Tandem advertens sic infeliciter sibi cedere, quameumque viam tentasset amplificandæ gloriæ suæ, deinceps in perpetuum ab oppugnatione exterarum gentium animum avocavit, atque in Frisiam quæ confinis est Flandriæ [cui Theodericus quondam Comes, et post hunc (a) Florentius frater ejus imperaverat], irruptionem fecit. Bis ibi commisso prælio, victus ac fugatus
- B
- C
- D

(a) Occiso Theoderico Comite, Barones seu Proceres susceperunt Florentium germanum defuncti in Comitum Hollandiæ; qui prius Comes fuit et dominus ulterioris Frisicæ. Cœpit anno Dom. MXLXIII, imperii Henrici III anno IX... Iste Florentius duxit in uxorem Gertrudem filiam Hermannî Ducis Saxonum; ex qua genuit Theodericum succedentem Comitem, et Florentium, insuper et Mechtildim que in Gestis Regum Fr., vocatur Berta, puellam venustatis cœmivæ, quam post obitum patris duxit in uxorem Philippus Rex Fr... Theodericus V adhuc infans Florentium patrem amisit, et sub matris tutela regnare cœpit anno Dom. MLXII, imperii Henrici IV anno VI, et regnavit annis XXX: cujus mater Gertrudis Comitissa, transacto biennio post mortem mariti,

nupsit Roberto juniore, filio Balduini Insulani Comitis Flandriæ, qui nomine Theoderici domicelli, junioris adhuc ætatis, suscepit gubernationem Comitatus Hollandiæ... Anno Dom. MLXXI Godefridus Dux Lothar. cum Wilhelmo Pontif. Traject. armata manu Hollandiam intravit; cui è contra Rolbertus Comes armata manu occurrit: ubi commisso gravi prælio, Robertus Comes terga vertens, à bello profugatus, et Hollandiæ populus ex magna parte confestim occisus est. Interea Godefridus Dux ditio-nem suam negligens, orientalem seu ulteriorem Frisiam bellica manu subegit. Hæc ex Chronicis Holland. in Magno Chronico Belgicò, pag. 112 et 120.

est. Tandem incolæ loci multis certaminibus exhausti, cùm animum ejus vel A ad mortem, vel ad victoriam obstinatum cernerent, ultrò se ei dediderunt. Quod ubi frater ejus Balduvinus comperit, (jam enim pater ejus morbo ac senio confectus naturæ concesserat,) armata multitudine his eum sedibus proturbare magna vi, magno molimine parabat. Cui cum exercitu adventanti Rubertus legatos obviam misit, obtestans per Deum, ut se fratrem suum reminisceretur, nec jura germanitatis, apud barbaros quoque semper sacrosancta et inviolata, pollueret; misereretur potiùs peregrinationis, laborum et calamitatum, in quibus totam ætatem suam detrivisset; gauderet ipse beatus sorte sua, quòd totam communis patris hæreditatem quam jure gentium secum dividere debuisset, solus sine consorte obtineret: se patriis finibus extorrem, paterna hæreditate destitutum, ab summa gloria majorum suorum ad ultimam egestatem coactum, exterarum gentes bello lacesse, terras B ac maria concitasse, nihil denique prætermisisse, ne de portione paternæ substantiæ, quæ se contingeret, fratri molestus esset: nunc laboribus exhaustum, adversitatibus defatigatum, vix et ægrè parvissimo terrarum angulo insedis, ejus nullam partem constet ad ejus dominium pertinere: postremò id se animo fixum habere, nec à sententia ulla vi, ulla necessitate abduci posse, ut hîc aut instantis jam senectutis requiem, aut honestæ saltem mortis sepulchrum sit habiturus. Nihil ille his verbis motus, exercitum haud segniter ad Frisiam admovebat. Tum Rubertus necessitate compulsus, armata juventute quam secum lectissimam habebat, obviam ei processit; commissoque prælio, ex parte Balduvini multi occisi, plures vulnerati, omnes in fugam versi sunt: quos dum ipse loco pulsos sistere, pugnamque restituere summo conamine moliretur, in confertissimos hostium cuneos temerè C invectus (a) occiditur: cujus morte comperta, Rubertus ilicò in Flandriam irruptionem fecit, eamque sibi tanquam ex jure debitæ successionis totam mancipavit. Filius erat Balduino impubis adhuc adolescens, et necdum armis militaribus maturus: is repenti et perempti patris et hostilis irruptionis atroci nuncio attonitus, ad Regem Francorum, Philippum nomine, confugit, auxilium et necis paternæ vindictam expetens; eò quòd pater ejus tam ipsi quàm majoribus ejus sæpè in arduis rebus commodissimè affuisset, et civitates quasdam ex his quas Rubertus occupaverat, pro donativo ab eo accepisset. Ille rei indignitate gravissimè permotus, statim temerè et tumultuario tantùm milite collectum exercitum duxit in Flandriam, de magnitudine virium suarum et hostis imbecillitate nimium præsumens. Sed Rubertus, D quò viribus erat impar, eò magis ut rem astu tractaret intentus, simulato aliquandiu metu et fugiendi studio, ex insperato atque ex insidiis copias suas super exercitum Regis effudit; tantumque eis terrorem incussit, ut abjectis armis fugiendo salutem consulere summa ope conarentur. Filius Balduini cùm deinceps parum spei in armis Francorum poneret, assumpta matre sua ad Regem Teutonicorum Henricum (b) Leodii, ut prædictum est, tum temporis positum venit, opemque ejus adversus patris violentiam suppliciter imploravit; atque ut magis eum sibi obnoxium faceret, Comitatum Reginheri quondam Comitum cum castello munitissimo, Mons nomine, quæ scilicet prædia mater ejus à priore marito suo dotis nomine acceperat, Lamperto tradidit: quæ rursus Episcopus Leodiensis Duci Godefrido, ille E itidem ipsi filio Balduini beneficii loco dedit. Hoc Rex quasi pretio redemptus, Episcopo Leodiensi, atque Duci Godefrido, item aliis Lotharingiæ Principibus præcepit, ut in arduis rebus præsidio illi essent, et Rubertum, si injustè in suas sedibus ultrò excedere nollet, vi et armis expellerent. Qui protinus coadunato exercitu, in Flandriam profecti sunt; sed comperto, quòd Rubertus cum Rege Francorum jam in gratiam rediisset, et expiata veteri contumelia firmum sibi eum fidelemque fecisset, infectis rebus in sua redire, temerarium judicantes cum Rege potentissimo privatis viribus acie confligere. Sic Rubertus deinceps Flandriæ Principatu in securitate

(a) Personas hîc confundit Lambertus, et vade indiget.

(b) Germania: Regem IV hujus nominis, Imperatorem verò duntaxat III Romanorum, Henricus

Auceps scilicet primus, non imperavit nisi apud Teutonicos. Unde plures fuerunt Henrici Reges, quàm Imperatores: quod alibi notandum erat. Et idem intelligendum est de Conradis.

A potiebatur . . . Accidit ut Lupoldus quidam de Mespurg , Regi carissimus , caballo fortè laberetur , et proprio mucrone transfossus illicò expiraret . . . Notatum autem est , hunc ipsum gladium fuisse , quo famosissimus quondam Rex Hunnorum Attila in necem Christianorum atque in excidium Galliarum hostiliter debacchatus fuerat. Hunc siquidem Regina Ungariorum , mater Salomonis Regis , Duci Bajoariorum Ottoni dono dederat , etc.

MLXXII. Rex in natalem S. Jacobi Wormatiæ occurrit matri suæ Agneti Imperatrici , de Transalpinis partibus redeunti ; ubi sex et eo ampliùs annos jam demorata fuerat , sub nimia austeritate vitam instituens , adeò ut communem humanarum virium mensuram excederet , jejuniorum atque vigiliarum patientiâ . . . Ibi etiam Hugo Cluniacensis Abbas , qui cum Imperatrice eò advenerat . . . Archiepiscopus Moguntinus in Nativitate S. Mariæ Moguntiam egressus , cùm in Galliciam quasi orationis causâ profectionem simulasset , in Cluniacense Monasterium secessit . . . Sed brevi perstitit in proposito , revocante eum tam Clero quàm populo Moguntiacensi . . . Moguntiam rediit . . . Adalbero Metensis Episcopus obiit ; cui Herimannus (a) Leodiensis Præpositus successit.

MLXXIII. Alexander Papa , qui et Anshelmus , decessit : cui Romani protinùs inconsulto Rege successorem elegerunt Hildebrandum , virum sacris literis eruditissimum , et in tota Ecclesia tempore quoque priorum Pontificum omni virtutum genere celeberrimum. Is quomodo zelo Dei ferventissimus erat , Episcopi Galliarum protinus grandi scrupulo permoveri cœperunt , ne vir vehementis ingenii et acris erga Deum fidei , districtiùs eos pro negligentis suis quandoque discuteret : atque ideò communibus omnes consiliis Regem adorti , orabant , ut electionem quæ ejus injussu facta fuerat , irritam fore decerneret ; asserentes , quòd nisi impetum hominis prævenire maturaret , malum hoc non in alium graviùs quàm in ipsum Regem redimndaturum esset. Statim Rex à latere suo Eberhardum Comitem misit , qui Romanos Proceres conveniens , causam ab eis sciscitaretur , quare præter consuetudinem majorum , Rege inconsulto , Romanæ Ecclesiæ Pontificem ordinassent ; ipsumque si non idoneè satisfaceret , illicitè accepta dignitate abdicare se præciperet. Is veniens Romam benignè à prædicto viro susceptus est. Cùmque illi mandata Regis exposuisset , respondit , se , Deo teste , honoris hujus apicem nunquam per ambitionem affectasse , sed electum se à Romanis , et violenter sibi impositam fuisse Ecclesiastici regimini necessitatem ; cogi tamen nullo modo potuisse , ut ordinari se permetteret , donec in electionem suam (b) tam Regem quàm Principes Teutonici regni consensisse certa legatione cognosceret ; hac ratione distulisse adhuc ordinationem suam , et sine dubio dilaturum , donec sibi voluntatem Regis certus inde veniens nuncius intimaret. Hoc ubi Regi est renunciatum , libenter suscepit satisfactionem , et lætissimo suffragio , ut ordinaretur , mandavit ; quod et factum est anno sequente in Purificatione S. Mariæ.

MLXXIV. VI Kal. Febr. visum est in cœlo signum (c) mirabile : oriente sole duæ simul columnæ aurei coloris , splendidissimi fulgoris , dextrâ lævâque oriebantur ; quæ , usquequò sol aliquantis lineis in altum exeresceret , eodem jubare rutilantes permanebant. Præcedenti quoque nocte cœlestem arcum circa gallorum cantum serenissimo cœlo plerique viderunt. Frigus erat validissimum , et hyberna siccitate arebant omnia in tantum , ut flumina non superficie tenuis glacie constricta , sed tota præter solitum in glaciem conversa viderentur : unde panis inopiâ vehementer laborabat exercitus , eò quòd propter rigorem fluminum ubique cessante molarum usu , ipsum , quod fortè invenissent , frumentum comminuere non poterant . . . Civitas [Colonia] paulò antè civibus frequentissima , et post Moguntiam caput et

(a) Herimannus iste , ut infra legitur , Wormatiæ restitit damnationi Papæ ; dicens , *incongruum valdè et contra Canonum scita esse , ut Episcopus aliquis absens absque generali Concilio , sine legitimis et idoneis accusatoribus et testibus , nedum probatis criminibus quæ objicerentur , condemnaretur ; nedum Romanus Pontifex , adversus quem nec Episcopi nec Archiepiscopi cujusquam recipienda sit accusatio.*

(b) Jus Imperatoris in electionem Romani Pontificis clarè hic et alibi asseritur : quod notandum est.

(c) Genio avisui indulget Lambertus , dum sedulò refert hæc signa seu phænomena in cœlo apparentia ; quæ nihil miri habebant , et nihil aliud erant quàm mera naturæ effecta. Idem dicendum de plerisque harum atatum Scriptoribus.

princeps Gallicarum urbium, subito penè redacta est [à seditiosis] in soli- A
tudinem; et ejus plateæ vix capiebant stipata viantium agmina, nunc rarum
ostendunt hominem, silentio et horrore omnia desiderii quondam ac deli-
ciarum loca possidentibus... Rex cùm Ratisponam venisset, insecuta est
eum legatio familiarium ejus nunciantium, quòd Wilhelmus cognomento
Bostar, Rex Anglorum, ab Archiepiscopo Coloniensi vana pollicitatione
illectus, cum magno exercitu adventaret, regni sedem Aquisgrani occupare
paratus. Territus Rex tam atroci nuntio, ac privatæ rei curam externis ne-
gotiis antehabendam ratus, ommissa in Ungariam expeditione, ad Rhenum
concitus remeavit: Pentecosten Moguntiaë celebravit... Inde cùm Colo-
niam ire instituisset, multùm spirans irarum et comminationis in Archiepis-
copum Coloniensem (a); ille, missis in occursum ejus nunciis, mandavit B
falsam omninò ac scenicis figmentis similem esse fabulam, quam in eum
æmuli sui composuissent; hi nimirùm, qui eum paulò antè urbe expul-
sissent, et nunc ad opprimendum eum, quoniam armis non possent, men-
daciis grassarentur... Rex reconciliatus Archiepiscopo, Aquisgrani per-
rexit; et adversus ea quæ de irruptione Barbarorum fama vulgaverat, eam
regni partem quantum poterat communivit. Hildebrandus Papa cum Epis-
copis Italiaë conveniens jam frequentibus Synodis decreverat, ut secundum
instituta antiquorum Canonum Presbyteri uxores non habeant, habentes aut di-
mittant, aut deponantur: nec quisquam omninò ad Sacerdotium admittatur, qui
non in perpetuum continentiam vitamque cœlibem profiteatur. Hoc decreto
per totam Italiaam promulgato, crebras litteras ad Episcopos Galliarum transmit-
tebat, præcipiens, ut ipsi quoque in suis Ecclesiis similiter facerent, atque
à contubernio Sacerdotum omnes omninò fœminas perpetuo anathemate C
resecarent. Adversus hoc decretum protinùs vehementer infremuit tota
factio Clericorum: hominem planè hæreticum, et vesani dogmatis esse cla-
mitans... Nihilominùs ille instabat, et assiduis legationibus Episcopos omnes
socordiaë ac desidiaë arguebat; et nisi ocyùs injunctum sibi negotium exequeren-
tur, Apostolicâ se censurâ in eos animadversurum comminabatur.

MLXXV. Rex Natalem Domini Argentorati celebravit... Pascha Worma-
tiaë. Quo tempore nunciatum est Regi Dietwinum Leodiensem Episcopum,
virum multis ornatum virtutibus, et per plures jam annos Sacerdotio per-
functum, ab hac luce migrasse: cui protinus Rex per interventum Goze-
lonis Ducis, propter ejus excellens in militia meritum, successorem consti-
tuit Heinricum quendam Verdunensem Canonicum, ipsi Duci consanguini-
tate proximum. Quo ille beneficio Regi devinctus, operam suam futuræ D
expeditioni quàm maximam pollicebatur.

Moguntinus Archiepiscopus Synodum eodem anno mense Octobri Mo-
guntiaë congregavit; ubi inter alios Episcopos qui convenerant, aderat Cu-
riensis Episcopus, Apostolicæ sedis litteras et mandata deferens; quibus ei
sub interminatione gradùs et ordinis sui præcipiebat, sicut antea quoque
multis legationibus præceperat, ut Presbyteros omnes qui intra suam diœ-
cesim essent, cogeret aut in præsentiarum conjugibus renunciare, aut se in
perpetuum sacri altaris ministerio abdicare. Quod dum facere vellet, exur-
gentes qui undique assidebant Clerici, ita eum verbis confutabant, ita ma-
nibus et totius corporis in eum debacchabantur, ut se vita comite Synodo
excessurum desperaret. Sic tandem rei difficultate superatus, statuit sibi
deinceps tali quæstione omninò supersedendum, et Romano Pontifici re- E
linquendum, ut causam quam ipse toties inutiliter proposuisset, ille per
semetipsum quando et quomodo vellet peroraret.

Rex XI Calend. Novemb. juxta conductum venit in Gerstingun: venerunt
omnes Teutonici regni Episcopi et Comites: aderat Diodericus Dux Mo-
sellæ regionis: aderat Gozzelo Dux Lotharingiæ (b), tantas habens copias,
ita militaribus armis instructas, ita de tota cui præerat regione, severissimo

(a) Anno MLXXVII dominus Anno Colon. Archiep. obiit. Ex Additionibus ad Lambertum Schafnaburg.

(b) Godefridus Gibbosus, filius Godefridi Magni Ducis Lotharingiæ, cœpit anno Dom. MLXXII; qui etsi corpore exiguus, tamen animo eximius, ul-

teriores Prisones bello aggressus, penè ad internecionem delavit... Sicarius quidam per quosdam Roberti necessarios transmissus in Frisoniam, Godefridum hunc peremit anno Ducatus sui V; cujus corpus relatum est Firdunum, et ibi juxta patrem traditur sepulturæ. Relicta verò ejus Machthildis Marchisa terram

A delectu habito, exquisitas, ut solæ cæterum Regis exercitum et numero et bellici apparatus gloriâ præcellere ac supergredi viderentur... In eo omnium quæ agenda erant, summa et cardo vertebatur, pro eo quòd, licet staturâ pusillus et gibbo deformis esset, tamen opum gloriâ et militum lectissimorum copiâ, tum sapientiæ et eloqui maturitate cæteris Principibus quàm plurimum eminebat... Hunc annum lugubrem fecit obitus Annonis Coloniensis Archiepiscopi, II * Nonas Decembris.

* pridie

B MLXXVI. Gozilo Dux Lotharingorum, cùm esset in confinio Lotharingiæ et Flandriæ, in civitate quæ dicitur Antwerpha, occisus est per insidias, ut putabatur, Ruberti Flandrensis Comitis. Cùm enim quadam nocte, quiescentibus omnibus, ad necessitatem naturæ secessisset, appositus extra domum spiculator confodit eum per secreta natium, relictoque in vulnere ferro concitus aufugit. Vix deinceps VII diebus accepto vulnere superstes, IV Calend. Martii vitâ decessit, atque Werdunis juxta patrem sepultus est... Rex Pascha Trajecti celebravit; ibique Ducatum Lotharingiæ filio suo Cunrado, Marchiam verò quæ dicitur Antwerpha, Godefrido consobrino Godelonis Ducis, filio Eustachii Comitis, impigro et ad rem militarem acerrimo adolescenti, tradidit... Ad oppugnamdam Mettensem urbem exercitum admovere cogitabat, et ab Episcopo * loci, quòd, creditos custodiæ suæ Principes se inconsulto dimisisset, vindictam expetere... sed impetum animi ab temeritate ad paciora consilia revocavit... Vis atque inclementia hyemis hoc anno adeò jugis solitoque asperior inhorruerat, ut à festivitate S. Martini Rhenus fluvius glaciali frigore constrictus, penè usque ad Calendas Aprilis, pedestri itinere transmeabilis maneret, et plerisque in locis vineta, exsiccatis frigore radicibus, omninò arescerent.

* Herimanno

C MLXXVII. Rex Henricus in Italiam proficiscens, intra Burgundiam, in loco qui dicitur Bizanzun *, Natalem Domini celebravit; satis magnificè pro sua tum calamitate susceptus et habitus ab avunculo matris suæ Wilhelmo Comite, cujus in illis locis amplissimæ et florentissimæ opes erant. Ea porrò causa erat, ut relicto recto itinere in Burgundiam diverteret, quòd certò compererat, Duces Rudolphum, Welf et Bertholdum, omnes vias omnesque aditus, qui ad Italiam mittunt, quos vulgato nomine Clusas vocant, appositis custodibus anticipasse, ut nulla illic ei copia transeundi fieret. Exacta solemnitate Natalis Domini profectus inde, cùm in locum qui Civis * dicitur venisset, obviam habuit socrum suam, filiumque ejus Amedeum nomine, quorum in illis regionibus et autoritas clarissima, et possessiones amplissimæ, et nomen celeberrimum erat. Hi venientem honorificè susceperunt. Transitum tamen per terminos suos aliàs ei concedere nolebant, nisi quinque Italiæ Episcopatus, possessionibus suis contiguos, eis redimendi itineris dretium traderet. Durum hoc nimis atque intolerabile omnibus Regis consiliariis visum est. Sed cùm ei inevitabilis incumberet necessitas quoquo posset pacto redimendi itineris; et illi nec jure propinquitatis, nec tantæ calamitatis miseratione quicquam moverentur; multo labore et tempore in hac deliberatione insumpto, vix et ægrè tandem impetratum est, ut provinciam quandam (a) Burgundiæ bonis omnibus

* Vesontio

* f. Cimis

suam viriliter rexit, et Abbatiam Canonicorum S. Petri ad Montes juxta Brie in diocesi Metensi fundavit. Post cujus Godefridi Ducis interitum vacat Ducatus Lotharingiæ annis XIV, videlicet usque ad annum MXC exclusivè; quo anno Godefrido Godefridi Gibbosi ex sorore nepoti datur Ducatus Lotharingiæ. Ex Magno Chronico Belgico, pag. 123.

(a) Hujus provinciæ nomen utinam Auctor expressisset; aliquid lucis forsitan inde fluxisset in res Burgundicas. Incomptum enim nobis est, et ipsis Scriptoribus Germanis ignotum, quale fuerit, seu quos præcisè limites habuerit Burgundiæ seu Arelatense regnum sub Rodullis Regibus, et sub Germaniæ Regibus Imperatoribusque qui Burgundiam post mortem Rodulli III anno 1032 sibi vindicaverunt. « Gervasius Tisleberiensis, qui se Arelatensis regni » Marescallum ipse appellat, civitatem Arelatum caput » regni Burgundiæ bis nuncupat, et Viennensem Archiepiscopum Regni Cancellarium, Burgundicæque

» seu Arelatensi regno VI metropoles attribuit, » Vesontionem, Viennam, Darantasiam, Ebrodunum, Aquas-Sextias, Arelatum, cum sedibus cuiusque subjectis. Idem facit Notitia Episcopatum Galliæ, Gervasio suppar, et in Burgundia sex metropoles ponit; ita ut Burgundia XXXVI civitates, Sequanos cum Helvetia, Sapaudiam et quem Dalphinatum vocamus, ac Provinciam com-plexa sit. Ubi miror, inquit Valesius, Lugdunum prætermitti, quod posteriores duo Burgundiæ Reges tenuerunt, et quod propterea Imperatores tantam membrum regni ad ipsos pertinentis sibi diu vindicaverunt, uti litteræ eorum aliquot docent... Hoc regnum, sive Burgundia sive regnum Arelatense dicatur, planè imaginarium fuit; cùm quale quantumque suprâ descriptum est, à nemine unquam possessum sit ».

locupletissimam, concedendi transitus mercedem dignarentur accipere. ^A
 Interea Papa rogatus per litteras à Principibus Teutonicis, qui in Oppenheim convenerant, ut in Purificatione S. Mariæ ad discutiendam causam Regis Augustæ occurreret, invitis Romanis Principibus, et propter incertum rei eventum iter illud dissuadentibus, Româ egressus est; et quantum poterat, profectioem accelerans, statuto die præsto esse satagebat, ductum ei præbente Mathilda, derelicta Ducis Lotharingorum Gozelonis, filia Bonifacii Marchionis et Beatricis Comitissæ. Hæc vivente adhuc viro suo, quandam viduitatis speciem, longissimis ab eo spatiis exclusa, prætendebat; cum nec ipsa maritum in Lotharingiam extra natale solum sequi vellet, et ille Ducatus quem in Lotharingia administrabat, negotiis implicitus, vix post tertium vel quartum annum semel Marcham Italicam inviseret: post ^B ejus mortem Romani Pontificis lateri penè comes individua adhærebat, eumque miro colebat affectu. Cùmque magna pars Italiæ ejus pareret imperio, et omnibus quæ prima mortales ducunt, supra cæteros terræ illius Principes abundaret; ubicumque operâ ejus Papa indignisset, ocyùs aderat, et tanquam patri vel domino sedulum exhibebat officium. Unde nec evadere potuit incesti amoris suspicionem, passim jactantibus Regis fautoribus, et præcipuè Clericis, quibus illicita et contra scita Canonum contracta conjugia prohibebat, quòd die ac nocte impudenter Papa in ejus volutaretur amplexibus, et illa furtivis Papæ amoribus præoccupata, post amissum conjugem ultrà secundas contrahere nuptias detrectaret. Sed apud omnes sanum aliquid sapientes, luce clariùs constabat, falsa esse quæ dicebantur... Igitur Papa dum in Gallias properaret, ex insperato audiens Regem jam esse intra ^C Italiam, hortante Mathilda in castellum quoddam munitissimum, quod Canusium dicitur, divertit, expectare volens, donec consilium adventus ejus diligentius exploraret; utrum scilicet veniam admissi postulare, an injuriam excommunicationis suæ militari manu persequi, plenus animorum adveniret.

Diedericus Episcopus Verdunensis, vir constantissimæ erga Regem fidei, dum Regem in Italiam proficiscentem paulò post insequi vellet, captus est ab Adelberto Comite de castello quod dicitur Calewo, et spoliatus omnibus quas studiosissimè convexerat tam longi itineris impensis. A quo diu habitus in custodia, tandem dato quodcumque exigebatur, redemptionis suæ pretio, addito etiam jurejurando, quòd injuriæ hujus nec spirituales nec corporales vindictam aliquando expeteret, liber abire dimissus est.

Interea Rex Henricus Mathildam (a) Comitissam ad colloquium evocavit, eamque precibus ac promissionibus oneratam ad Papam transmisit, et cum ea socrum suam filiumque ejus, Azzonem etiam Marchionem et Abbatem Cluniacensem, et alios nonnullos ex primis Italiæ Principibus, quorum auctoritatem magni apud eum momenti esse non ambigebat, obsecrans ut excommunicatione absolveretur... Quorum Papa legatione audita diu restitit, veritus in Rege juvenili animi inconstantiam... Vix et ægrè tandem exoratus, annuit ut cominus veniret; et si veram pro admissis poenitentiam gereret, culpam quam sedi Apostolicæ contumeliam irrogando contraxerat, sedis Apostolicæ decretis nunc obediendo expiaret. Venit ille, ut jussum fuerat; et cùm castellum illud triplici muro septum esset, intra secundum murorum ambitum receptus, foris derelicto omni comitatu suo, deposito cultu regio, nihil præferens regium, nihil ostentans pompaticum; nudis pedibus, jejunos mane usque ad vesperam perstabat, Romani Pontificis ^E sententiam præstolando. Hoc secundo, hoc tertio die fecit. Quarto demùm die in conspectum ejus admissus... accepit conditiones, et servaturum se omnia quàm sanctissimis poterat assertionibus promittebat. Nec tamen promittenti temerè fides habita est: sed Abbas Cluniacensis, quoniam jurare Monasticæ religionis obtentu detrectabat, fidem suam coram oculis omnia

(a) *Vigebat in Italia præpotens Marchisa Mathildis, relicta Godefridi cognomento Gibbosi, provincie quæ nunc Lotharii seu Lothariana dicitur egregii quondam Ducis. Hæc eadem, marito sublato cùm quorundam insidiis in interiora per latrinam ferro, dum ad naturæ secreta sederet, peteretur; sexûs obli-*

ta, nec dispar antiquis Amazonibus, ferrata virorum agmina ducebat in bellum, et mariti defuncti Ducarum impigrè petebat, et maximè suum intra Italiam contra Henricum Imperatorem. Ex Magno Chron. Belg. pag. 128.

A cernentis Dei interposuit. . . Papa expleto sacro ministerio, Regem ad prandium vocavit; benignissimèque refectum, et de omnibus quæ eum observare oporteret, diligenter instructum, cum pace ad suos qui longiùs extra castellum remanserant, dimisit: Epponem quoque Citicensem Episcopum præmisit ante eum, ut eos qui ei excommunicato, priusquam anathemate absolveretur indifferenter communicaverant, vice sua excommunicatione absolveret. Qui dum venisset, et causam pro qua missus fuerat, Italis exposuisset, vehemens in eum ira et indignatio coorta est. Fremere omnes et sævire verbis ac manibus cœperunt, Apostolicæ legationi irrisoriis exclamationibus obstrepere, convicia et maledicta quæcunque turpissima furor suggessisset, irrogare: se excommunicationem illius nihil æstimare, quem ipsum (a) omnes Italiæ Episcopi justis ex causis jam pridem excommunicassent, qui sedem Apostolicam per Simoniacam hæresim occupasset, homicidiis cruentasset, adulteriis aliisque capitalibus criminibus polluisset; Regem secus ac deceat egisse, crimenque gloriæ suæ intulisse nunquam abolendum. . . Hæc potissimum Principes Italiæ jactando et passim per populum serendo, ingens Regi odium brevi conflaverant. Adulta postremò seditione, una omnium voluntas, una sententia erat, ut abdicato patre qui ultrò regni fascibus indignum se effecisset, filium ejus licet impubem adhuc et regni negotiis immaturum, Regem sibi facerent; et eum eo Romam profecti, Papam alium eligerent, per quem et ipse protinùs Imperator consecraretur, et omnia Papæ hujus Apostolici gesta cassarentur.

C Territus Rex insolita rerum facie seròque pœnitens, gravi sollicitudine et metu perurgebatur, nec ullum usquam effugium inveniebat, nisi in reconciliandis, fortè si qua ratione posset, quos offenderat, Italarum animis: ratus hujus rei unicum hoc esse præsidium, ut initum cum Romano Pontifice fœdus abrumperet, et inde reparandæ concordie initium faceret, unde fuerat orta discordia. . . Tum assiduè in conventu Principum criminabatur et detrahebat Romano Pontifici. . . hortabaturque omnes in commune, ut suo ductu suisque auspiciis tantarum ab eo injuriarum vindictam expeterent. . . Papa certior jam factus de immutatione animi ejus, et cæteris rebus quas ad eum jam pridem fama detulerat, misit protinus Bernardum Abbatem de Massilia, virum eximiæ conversationis et multarum in Christo virtutum, item alium Bernardum Cardinalem Diaconum S. R. E. ut Principibus Teutonici regni, qui III Idus Martii Forchem (b) conventuri erant, occurrerent; eosque per ordinem quæ gesta erant, docerent (c).

(a) Ad quid hæc et aliæ hujusmodi in pseudo-judicem supervacaneæ criminum translationes? Breviùs sanè et aptiùs rem absolvissent, si, admotâ luce facis Evangelii et juris divini, dixissent, excommunicationem à Papa, sive is legitimus sit sive non, latam in subditos observatam ab ipsis inviolatè fidem suo Principi, irritam omninò esse, ac in nihilum, imò in scelus cadere; proindè floccifaciendam et detestandam. Sed Italos aliosque hujus ætatis homines tam altè sapere, profectò non sinebant tempora.

(b) Anno MLXXVII Rudolphus Rex constituitur in loco qui dicitur Forchem, et in media Quadragesima apud Moguntiam unctus in Regem à Sigefrido Archiepiscopo. Ex Additionibus ad Lambertum Schafnaburg.

(c) Illic desinit Lambertus Schaf. nobilis in primis Historicus, relata electione Rudolphi Regis, consequentia aliis consultò permittens, ne scilicet uni præ altero favere videretur. Quàm diu post hunc annum supervixerit, nobis incom-

pertum. Fuit, ut superiùs vidimus, Hersfeld. Monachus, Schafnaburgensis à patria dictus; qui vestem Monasticam an. 1058, Id. Mart. induit, exeunte eodem anno Presbyter ordinatus, statimque Jerosol. Peregrinationem aggressus. Scripsit breves Annales ab orbe condito ad an. 1050: deinceps verò res potissimum Germanicas fusè et accuratè enarrat ad an. 1077, in quo prudens desinit. Nemo eo politius German. res, teste Bartbio, litteris commisit; miraturque Scalliger, in sæculo tam barbaro tantam hominis et in loquendo puritatem, et in temporum putatione sollertiam fuisse, ut Chronologis nostri, inquit, temporis pudorem aliquem exprimere posset, si aliquem sensum harum rerum haberent. Hæc Tom. V. Annal. Bened. pag. 113 Mabillonius; qui ibid. pag. 16 emaculat mendam quod in Chronicon Lamberti irrepsit ad annum 1069, in hæc verba: *Tolosæ Episcopus obiit*: qui locus ita restituendus est: *Udo Tulli Episcopus obiit, cui Pibo, etc.*

EX ACTIS ^(a) SEU HISTORIA
ARCHIEPISCOPORUM ROTHOMAGENSIIUM.

Apud Mabillonium (b) pag. 222. Analect. edit. in-folio.

GALLIÆ provinciæ sunt decem et octo : quarum una existit Lugdunensis, quæ vocatur secunda ; in qua est nobilis et ampla civitas, quæ vocatur Rodomus vel Rothomagus, super fluvium Sequanæ sita. Hujus civitatis Ecclesia in honore B. Mariæ est consecrata. Hæc verò est metropolis : B sex enim (c) sub se civitates Episcopales continet ; scilicet primam, civitatem Bajocatarum ; secundam, civitatem Abrincatarum ; tertiam, civitatem Evatinorum quæ dicitur Ebroicas ; quartam, civitatem Salanum quæ vocatur Sagium ; quintam, civitatem Lexoviorum ; sextam, civitatem Constanti-
norum.

Pag. 224.

Rotberto successit Malgerius nepos ejus ; filius enim Richardi fratris sui fuit : qui quia non electione meriti, sed carnali parentum amore et adulatorum suffragio in pueritia sedem adeptus est Pontificalem, omni destitutus tutelâ, potiùs adquevit carni et sanguini, quàm divinis mandatis. Voluptatem enim per omnia sequens, ornamenta Ecclesiæ ceteraque beneficia pueriliter erogavit : et ideò auctore Papa Leone Willelmus Dux Normannorum, postea effectus Rex Anglorum, assistente præfati Papæ Legato, C scilicet Hermenfrido Sedunensi Episcopo, ceterisque comprovincialibus Episcopis, in Lexoviensi Ecclesia ab Episcopatu eum destituit ; deditque postea illi quamdam insulam in Constantiniensi pago in mari sitam, in qua pluribus annis, non quidem ut decuit ; vixit : postea verò, quo autem divino judicio ignoratur, in mari submersus est.

Malgerio destituto, elegit Dux Willelmus quemdam Monachum, nomine Maurilium ; qui nobili prosapia ex Remensi pago exortus, et in ejusdem civitatis Ecclesia educatus ; inde in Leodicensi Ecclesia omni liberalium artium peritia imbutus, Halverstatensis Ecclesiæ Scholasticus effectus est. . . Postea Fiscamnense Cœnobium adiens, Monachus ibi effectus est. . . Licentiâ ab Abbate acceptâ, Italiam petiit. . . Abbas [Florentinensis ii] ordinatus est. . . Abbatiam deseruit, et ad Fiscamnum rediit. . . Hic Ecclesiam à Rotberto Archiepiscopo inceptam complevit ; et adstante Willelmo Normannorum Duce, postea Anglorum Rege, cum omnibus Suffraganeis suis Concilium (d) in Rothomagensi Ecclesia, de castitate conservanda et ceteris SS. Patrum institutionibus, Pastorum incuriâ negligenter postpositis, viriliter restituendis celebravit. Postea perfectâ Ecclesiâ, dedicavit eam adstante Willelmo Normannorum Duce, anno MLXIII Dom. Incarnationis, regnante Henrico * nobilissimo Rege Francorum, adstantibus etiam comprovincialibus Episcopis, scilicet Odone Bajocensi, Johanne Abrincensi, Hugone Lexoviensi, Guillelmo Ebroacensi, Ivone Sagiensi, Gaurfrido Constantiniensi, ceterisque venerabilibus Abbatibus ; præsidente etiam Sedi Apostolicæ Papa Victore II. . . V Idus Augusti animam Deo reddidit.

An. 1063.
* Philippo

Defuncto venerabili Antistite Maurilio, præfatus Willelmus Rex Anglorum Lanfrancum reverentissimum Abbatem Cadomensis Ecclesiæ, omnibus liberalibus artibus imbutum, sanctis moribus et operibus ornatum. . .

(a) Acta hæc, inquit Mabillonius, litteris mandavit Anonymus Cœnobii S. Audoëni Rotomag. Monachus. Vixit is Gregorio VII Pontifice, Johanne Archiepiscopo Rotomagensi, Abbate Monasterii S. Audoëni Nicolao ; non alius forsàn quàm Fulbertus ejusdem loci Cœnobita, qui librum de Miraculis S. Audoëni hactenus ineditum eidem Nicolao Abbati nuncupavit ; aut Theodericus, à quo S. Audoëni Vita metrica Nicolao itidem inscripta est. Fulberto præfert Rivetus Theodericum ob versus Leoninos elogii S. Malloni.

(b) Edidit etiam Martenius Collect. Nov. part. 2 pag. 233.

(c) Sex urbes ei subjacent ; Belocasium, id est Baiocas ; Evancorum, id est Ebroas ; Luxovium, Abrincas, Constantia ; Salarium, id est Sagium. Orderic. Vital. Lib. 5. Hist. Eccles. p. 557.

(d) In quo, ut observat Mabillonius, sententia adversus Berengarium ejusque hæresim dicta est anno 1063.

- A Alexandro summo Pontifici et venerabili Papæ misit, postulans ejus elementiam ut ei assensum præberet, quatenus ejus auctoritate Johannem Abrincatinæ Ecclesiæ Episcopum Metropolitanæ Ecclesiæ præficeret; eique ne aliqua occasione in hoc resisteret, litteris apostolicis mandaret. Ipse verò ejus petitioni, quia devotam vidit, adquevit. . . Johannes verò Episcopus, Apostolica legatione recepta, et omnium comprovincialium Episcoporum cunctorumque etiam ejusdem Ecclesiæ Canonicorum electione, communi consensu facta, Metropolitanam adeptus est sedem. Hic verò fuit progenie nobilis, liberalibus imbutus disciplinis: is aliàs satis strenuus, animi fuit impatientissimus. Crudescebat in eo hic morbus, et ut ita dixerim, exaggerabatur tum carnis nobilitate, tum Prælationis dignitate. . . Is adversus (a) S. Audoëni Cœnobitas inconsultè tumultum exercuit: quod non derogatoriè, non insultatoriè, sed consultoriè censuimus scribere. . . Causa erat, quia Guillelmus Normannorum Comes et Anglorum Rex gloriosus Cino-
- B mannis cum expeditione morabatur. Aderant ei inter reliquos Proceres iste Johannes sedis hujus Archiepiscopus, ut vir excellentis ingenii et non medioeris consilii; Nicolaus quoque reverendus Abbas supradicti Cœnobii. Imminebant celeberrima totisque votis excipienda sanctissimi Audoëni dies natalitia; et quia moris est ut Archiepiscopus ipsa die inibi Missarum sollemnia celebret, non pro ulla quidem vel ipsius jentaculi vicissitudine, sed quasi in recompensationem consecrationis suæ, quam nonnisi in præfata Ecclesia cuius sedis memoratæ licet accipere; missione à Rege petita redibat concitè, Abbate prænominato interim ad occupatoria remanente. Quid plura? Adest dies veneranda; Clerici majoris Ecclesiæ solito eò conveniunt: et
- C quia præmisso nuncio venturum se mandaverat, sollemne Missarum interim differtur. Post aliquamdiu verò è communi consilio, ne quid tantæ diei subtraheretur, dum veniat, initiatur. Tanta verò morositate, tanta id factum est devotione. . . Finito itaque *Kyrie* cum duobus Rithmis, exacto *Gloria in excelsis Deo*, quod inceptum ab Abbate Ricardo Sagiensi chorus celeberrimè fuerat exsecutus cum laudibus suis; id verò totum expendebatur in præstolatione Archipræsulis; ecce accurrit ut turbo tempestatis, omnem confundens gratiam illius celebritatis. Hic namque totam mentis indignationem animo concipiens, quòd non usquequaque fuisset exspectatus, torvis oculis, ore furibundo, cunctis maledixit; conversusque ad ipsos, Monachos excommunicavit, ex auctoritate Dei et suâ officium præsens interdicens cessare fecit; Abbatem ab altari evellens, divini officium ministerii
- D prohibuit. . . Ipse ad complendum officium se præparat; Clericis suis, ut à loco incepto peragerent, imperat. Nihil hîc reticendum fore censemus, quod dum alteri parti favendo dissimulamus (b), alteri totum derogando imputare videamur: verum falsi adstipulatione non indiget. Fratres Pontificali auctoritati cedunt, festivis se ornatibus exuunt, satis cum tumultu Ecclesiam egrediuntur. . . Cùm subitò quidam mœroris impatiens, dubium quidem an ex ipsis vel eorum famulis, plus furoris, minus consilii animo colligens, turrim properat, majus Ecclesiæ signum pulsat: hinc forum ocior advolat: Archiepiscopum S. Audoëni glebam ad majorem Ecclesiam asportare velle proclamat. Prosiliunt omnes è domibus; alius gladium, hic bipennem, diversi quod primum manibus occurrerat, arripiunt; Ecclesiam cum furore irrumpunt. Quidam curiositate acti, celata Monasterii conscendunt, quædam
- E ex tabulatis auferunt; quid sic furens populus agere vellet, rimantur. Plurimi ejus intentionis erant ut, quia eis tantæ continuationem lætitiæ interrumpisset, nec sibi perficere liceret. Archiepiscopus circuncirca furentium se turvis appeti expavescens, plus tamen desuper imminentes metuens, ab altari ad valvas Monasterii fugam arripuit: vix elapsus infra ambitum earum,

An. 1073.

(a) Ex sequentibus patebit quàm turpiter Matthæus Parisius ejusque sequaces falsi sint, qui Johannem Archiep. tunc interfectum fuisse calumniantur, quem diu post hæc superstitem fuisse constat. Quanquam id calumniæ non est refundendum in Matthæum, sed in hujus Editores qui mala fide laudatum homicidium ex nota marginali induxerunt in textum; ut probant varii Mss. Codices, dum nil tale ferunt. In regio quidem Ms. Codice,

de quo agemus in alio Volumine, istud factum legitur; sed tanquam additamentum in margine inferiori, quòd ab Amanuensi fuit adductum ex Chronico Cædomensi.

(b) Laudandus sanè Auctor, qui nimio partium suarum studio minimè laborans et peccans, eâ quâ par est animi et stili æquitate scribit.

ipsis priùs clausis, se recepit: undique circum se sedilia et formas aggerari ^A fecit. Nonnulli tamen partis ipsius, arreptis candelabris, cereis et perticis, in Monachos efferati, sed ab eis non segniter excepti... Pudet dicere, quàm foedo exemplo res eo die debuit determinari... Tantum nefas non parvo cunctis miraculo [S. Andoënus] potuit avertere. Nam tanta subito nubis caligo spatium Sanctuarii obtinuit... Dicto nil subripit, quod refragetur; tantum ratio ipsa à toto pendens suffragatur... Igitur Vicecomes civitatis Archiepiscopum sic circumventum ut audivit, veritus ne quid inconsultius adversus ipsum ageretur, et ipse post noxæ argueretur; militarem manum cogit, Regis bannum omnibus præterdit, suppetias accurrit; jam nil reluctantem, immò sibi penitus diffidentem periculo eximit. Iis tumultuum dementiis exacta est dies tantæ celebritatis... Fratres in crastinum de suis eligunt, per quos Abbati suo quod factum fuerat, innotesceret, et Regem ^B super hoc suggesturus adiret. Sed Archiepiscopi nuncius præcesserat; invidiam omnem in Monachos retorserat: sic infecto negotio reditum est. Rex licet post, ipsius Archiepiscopi et quorundam aulicorum instinctu, animo in Monachos motus; rem tamen ex æquo pensans, hinc immoderatam arrogantiam, hinc inconsultum tumultum justis librationibus præponderat. Jubet igitur statim Ecclesiam ab Archiepiscopo reconciliari: quod cum satis irato et reluctanti animo abnueret; Rex Michaeli Episcopo Abrincatensi loci reconciliationem injunxit; pudorem verò suum, in futuro vindictam præterdens, dissimulavit. Quatuor igitur Monachos loci, quos et factionis auctores audierat, totidem aliorum Cœnobiorum Abbatibus commisit... Non multò post tamen et rationis consideratione et petitu Abbatis ipsorum flexus, in præsentiam sui eos revocavit, et Ecclesiæ reconciliatos reddidit. ^C In omnibus semper apud ipsum cautum exstitit, ne quid sibi Archiepiscopus, quasi sub Ecclesiastico vigore, in causis hujus Ecclesiæ insolenter arrogaverit. Immò postquàm gemino Fratrum eorundem exsilio satisfecit, rem in consilium ponit, Concilium cogit: quòd Abbatiam suam irato et tumultuanti animo intrasset; quòd totius turbæ causa et materia exstisset; quòd loci reconciliationem sibi denegasset, iudicio Primatum suorum trecentas libras exegit. Delicti satis hæc vindicta exsolvisset, si intimè facti pœnituisset... Trium annorum spatium evolutum erat... cum post id temporis redeunte eadem festivitate, paucis antè mensibus paralyti percussus (a), sed ab hac infirmitate jam respirans, ad sollemnitatem venit: et quia per se Missam celebrare non potuit, Gisleberto Ebroacensi Episcopo vices suas commisit: ipse in medio Cantorum specie Præcentoris stetit. Ut verò Evangelium cœpit legi, ^D horribile dictu! sic ab intimis humoribus in secretiorem meatum profluentibus est subito angustiatus, ut raptim urina procurrans, lineam usque superpellicialem indumentum omne infecerit; pavementum etiam, quo stabat, perquam humectaverit. Hinc post fidelium oblationes, cum ampliùs dissimulare non posset, Ecclesiam egressus, pudore non oportet dici quantum et mœrore confusus, ad sua reversus est... Nemo nobis succensere habet, si vera dicimus; quia nemini examen Judicis, in cujus manus horrendum est incidere, improprium scimus; et ex aliena culpa pœnam incurrere valde formidamus... Per alios tres annos adè ipso incommodo laboravit, ut neque jam administrationis infulis deservire potuerit. Cum tandem regia auctoritate, immò consultu omnium pulsatus, Episcopatu cedit, et ad quamdam patrimonii sui villam, S. Philiberti dictam, secedit, ubi aliquantisper ^E supervixit. Duodecimo verò sui Præsulatus anno viam universæ carnis ingressus, hominem exivit. Inde tamen ad propriam sedem refertur, et honorificè in ipsa Ecclesia tumulatur V. Idus Septembris.

An. 1079. Successit huic, immò præcessit [nam duobus ante obitum ejus mensibus intronizatus est] domnus Guillelmus, Cœnobii Cadomensis Abbas, cum

(a) Rex Johanni Archiepiscopo commendat, ut Luxovium celeriter adeat (anno 1078, et Episcopi [Hugonis] corpus in Oratorio [Sanctimonialium] S. Mariæ decenter sepeliat: at ille quia feroce et turgidus erat, et noxium rancorem jam dudum contra præfatum Præsulem animo gesserat, Regis præceptum furibundus contempsit... Qui dum de Curia Re-

gis per urbem super mulam suam rediret, tumidèque loquens de causis imminentibus, domui suæ appropinquaret, divino nutu subita passio illum percussit, turba palam spectante ad terram dejecit; biennioque quo postmodum vixit, elinguem reddidit. Ex Orderico Vit. libr. 5 pag. 550.

A apostolica auctoritate, tum regio munere, tum denique communi electione, vir sanè et generis nobilitate cluens, et morum prærogativa præpollens.

EX LIBRO III CHRONICORUM

MARIANI (a) SCOTI, MONACHI FULDENSIS.

Apud Pistorium inter Scriptores Hist. Germ. Tom. II pag. 450.

B ANNO MXXXII Rudolphus Rex Burgundiæ obiit : diadema suum Conrado Imperatori misit.

MXXXIII. Conradus Imperator hyeme Burgundiam petit.

MXXXV. Johannes Papa obiit. Benedictus huic successit annis XIV.

MXXXVI. Piligrinus Archiepiscopus Coloniensis obiit; pro quo Hermannus constituitur. Otto Princeps (b) Carlingorum à Gozelone Duce pugnâ victus, fugiens occiditur.

MXXXVII. Connigund Imperatrix obiit V Non. Martii, et Spiræ sepelitur. Hermannus Dux obiit, filius Imperatoris.

MXXXIX. Conradus Imperator obiit II Non. Junii, sepultusque est Spiræ... Henricus filius Conradi Imperatoris regnavit annis XVII.

MXLIII. Gisla Imperatrix, mater Henrici Regis, obiit XVI Calend. Martii, et apud Spiram sepelitur.

C MXLIV. Henricus Rex Agnetem, Guilielmi Pictaviensis Principis filiam, Reginam apud Moguntiam ungi faciens, regalibus sibi nuptiis in Ingelnhein copulavit.

MXLVI. Henricus Rex Italiam ingressus, pacificè à Romanis suscipitur. Papas tres non dignè constitutos synodaliter deposuit, et Sindegerum, Babenbergensem Episcopum, Papam constituit : ipseque et conjux ejus Agnes Regina, eadem die imperiali benedictione sublimantur... Clemens Papa, qui et Sindegerus, anno uno.

MXLVIII. Henricus [IV Germaniæ] Rex nascitur.

MXLIX. Boppo Papa obiit. Tullensium Antistes Brunus, qui et Leo, sedit annis V.

MLI. S. Bardo Episcopus Moguntinensis obiit IV Idus Junii.

D MLII. Lutpoldus Episcopus successit annis VIII, mensibus IV.

MLIII. Leo Papa exercitum ducens per Apuliam contra Normannos, infinitâ utrobique cæde peracta, sine victoria redit.

MLIV. Leo [IX] Papa obiit [XIII Kalendas Maii].

MLV. Victor Papa annis III sedit. Hermannus Coloniensis Episcopus obiit : S. Anno sibi successit.

MLVI. Iisdem temporibus multi diversarum provinciarum Principes perierunt. Fames multas provincias afflixit : egestas et penuria undique prævaluit. Multa mala tunc temporis facta sunt. Henricus Imperator his doloribus cordetenus compunctus, infirmari cœpit; et productus usque ad mortem... filium suum Henricum, Romani Pontificis tunc præsentis cæterorumque Pontificum et Principum electione, Regem constituit. His et aliis, prout vitæ possibilitas admisit, bene dispositis, III Non. Octob. hanc vitam præsentem finivit, sepultusque Spiræ Papa præsentem.

MLVII. Henricus admodum puer cœpit regnare. Agnes Imperatrix ejus mater Ducatum suscepit Boariæ. Victor Papa, multis in Germania bene dispositis, rediit Romam, et eodem anno obiit.

(a) Mariani Scotti Monachi et Reclusi Chronicon desinit in anno 1083, ætatis ejus quinquagesimo quinto. Superstes fuit Marianus ad tres annos, scilicet ad annum 1086, quo obiisse dicitur à Dodechino Abbate S. Disibodi, ejus Continuatore. De Mariano quædam ex Auctoribus ipsis edemus infra

(b) Scilicet Odo II, cognomento Campaniensis. Is autem interfectus est tantùm anno 1037. Hinc nota, chronologiam Mariani in hoc et in aliis plu-

ribus annis parùm tutam esse. *Obitus Odonis II nominis, I autem Comitis Palatini Campaniæ et Briæ, et Ermengardæ ejus uxoris, primorum ipsius Ecclesiæ fundatorum, solemniter celebrandus die X mensis Martii, quâ illa defuncta est anno circiter MXXXX; ille verò XVII Decembris anno MXXXVII.* Ex Necrologio Sparnacensi, in *Fragm. D. Estiennot*, not. 573, p. 122.

MLVIII. Stephanus Papa, qui et Fridericus, frater Godfridi Ducis, jam A Monachus in Monte-Cassino factus, à Romanis Pontifex constituitur. Hic etiam eodem anno obiit.

MLIX. Nicolaus [Papa sedit] annis II. Lutpoldus Moguntinensis Præsul obiit VI Idus Decembris: ei Sigefridus Abbas Fuldensis successit.

MLXI. Alexander [II Papa] sedit annis XIII.

MLXIV. S. Cuono (a) Trevirorum Episcopus martyrizatur in deserto loco, à scopuloso monte ter præcipitatus à Theoderico Comite, eò quòd absque electione constitutus est; et sepultus est Doleiæ, ubi per illum Dominus multa signa tunc temporis fecit. Ipse Comes pœnitentiam agens, Hierosolymam pergens, vitam finivit; et omnes consentanei ejus mala morte perierunt: pro quo Udo constituitur.

* Norico-
rum

MLXVI. Cometa stella visa est. Araldus Rex Normannorum *, mille B navibus venit in Angliam mense Septembri, regnaturus; qui Eboraci in autumno ultra MC Sacerdotes Anglos occidit. Araldus verò Rex Anglorum cum VII aciebus bellicis statim pervenit illò, Araldum imparatum absque loriceis invenit, et bello occidit mense Octobri. Guilielmus verò, qui et Bastard, hoc est Nothus, cum Francis intrat. Interim Anglos et Araldum bello occidit, et ipse regit Anglos.

MLXX. Scotis et Francis vastantibus, Angli disperguntur et fame moriuntur, carnemque humanam manducare coguntur.

MLXXII. Eo tempore Sigefridus Episcopus Moguntinensis, causâ orationis in Galitiam ad S. Jacobum perrexit. Quùm autem Cluniacum Dominica die ante Missam S. Michaëlis venisset, intrans claustrum, respuit sæculum. Sed dum mercenarii Moguntinum Episcopatum comparare vellent C pretio, Sigefridus in obedientia S. Benedicti quam Abbati deberet, violenter compulsus, Moguntiam VIII Idus Decembris rediit.

MLXXII. Alexander Papa obiit Dominico die, XI Calendas Maii.

MLXXIV. Hildebrandus, qui et Gregorius Papa, sedit annis XII. Decrevit præcepto Petri Apostoli et S. Clementis et Canonibus Patrum per bannum Dei, Petri et Pauli et suum, Synodali judicio multorum Episcoporum, et contradicens interdixit Presbyteris, Diaconibus omnibusque Clericis uxores habere, et omninò cum fœminis habitare, nisi cum eis quas regula vel Nicena Synodus concessit.

MLXXV. Plures Clerici sub sententia interdicti Apostolici libentiùs esse voluerunt, quàm fœminis et uxoribus carere; sed ut per alios castigarentur, decrevit Papa synodica legatione etiam hoc anno, ut nullus Christianus audiret D Missam conjugati Presbyteri.

MLXXVII. Dominus Anno, Coloniensis Archiepiscopus, obiit II Non. Decembris... pro quo Hildolphus constituitur.

MLXXXII. Prima Paschalis luna IV Non. Aprilis toto orbi apparuit, quùm II Non. Aprilis esse deberet. Catholici per Saxoniam constituti, ex constantia domini Apostolici roborati, constituerunt super se Regem Hermannum. Iste Hermannus fuit Lotharingus, vir sapiens, modestia, genere et fortitudine insignis. Ipsius filius erat Otho Palatinus, Comes de Rinecke.

[(b) MLXXXV. Gregorius Papa, qui et Hildebrandus, obiit: huic successit Desiderius, Abbas Cœnobii S. Benedicti de Monte-Cassino, quem Victorem nominaverunt. Iste rursus post paucos dies decedit: huic successit E Otto Cardinalis, qui est appellatus Urbanus. Hic dicitur fuisse Monachus apud Cluniacense Monasterium. Ipse itaque Gregorii Papæ scripta et dicta contra Schismaticos habita confirmavit].

(a) Anno MLXVII Cono, qui et Conradus, Primicerius Colon. ab Imper. Henrico ad suscipiendum Archiepiscopatum Trev. missus, capitur à Comite Trev. Theoderico; et à satellitibus ejus in silva ductus, de rupe tertio præcipitatur, et adhuc illæsus gladio transverberatur... Corpus ejus à Theoderico Virdun. Episc. ad Theologium Monasterium transfertur, multis statim miraculis à Deo glorificatur. Anno sequenti idem Theodericus Trev. Comes,

martyrizato Conone Episcopo, exsiliatur ab Imper. Henrico; et cæpta peregrinatione Jerosolymam eundi, quid de eo et de omnibus qui in comitatu ejus erant, actum sit nescitur. Post hunc Archiepiscopus exstitit Engelbertus; quo defuncto, ordinatur Bruno. Ex Gestis Trevir. Archiepiscoporum apud Martenium Tom. IV Ampliss. Coll. col. 173.

(b) Annullis inclusa hic addimus ex Appendice Dodechini Abbatis ad Chronicon Mariani.

EX GESTIS GUILLELMI

DUCIS NORMANNORUM ET REGIS ANGLORUM,

à Guillelmo (a) Pictavensi, Lexoviorum Archidiacono, contemporaneo scriptis.

Inter Chesnianos Historiæ Normannorum Scriptores, pag. 178.

- B [CHUNUTUS] cum vita regnum Anglicum amisit, quod paternæ ac suæ violentiæ, non aliis debuit. Coronam eandem cum throno Heraldus obtinuit filius ejus, partim ab eo tyrannidis in amore degener. Exules adhuc manebant in curia propinqui sui Guillelmi Principis Edwardus ac Alveradus, qui olim pueri ne jugularentur, ad avunculos in Normanniam effugerant. Genitrix eorum fuit Emma filia Richardi I; genitor, Ædelredus Rex Anglorum. Ut ergo decessum Chunuti audierant, primò Edwardus mari decurso naves quadraginta milite instructissimas Hantonæ appulit, ubi multitudinem Anglorum offendit maximam, se ad interneccionem sui operientem. Nam Heraldum Angli deserere volebant, vel quod est credibilius, non audebant; metuentes affore Danos ad protectionem sive citatam ultionem ejus; extinctos fuisse truculentiâ Danicâ suæ gentis nobilissimos minimè oblitum sunt. Congressus illicò magna cæde superavit. Considerans autem adversantis terræ vires ingentes; quas traduxit, modicas esse; regyratis proris cum opima præda Normanniam repetit. Hunc sibi larem tutum sciebat, largum et benevolum. Non multo post deinde interstitio temporis Doroberniam venit Alveradus transvectus ex portu Icio*, accuratiùs quàm frater antèa adversus vim præparatus. Sceptrum et ipse paternum requirebat: quem adeuntem interiora Godwinus Comes nefario dolo suscipiens, factione iniquissima tradidit. Etenim ultrò occurrit ei veluti ad honorem; officium suum benignè promisit, oscula dans ad fidem ac dextram. Mensam prætereà cum eo familiariter communicavit atque consilia. Noctis autem insecutæ medio manus inermis ex somno languidi post tergum restrinxit. Tali expugnatum suavitate, Londoniam transmisit Regi Heraldus, et de comitatu aliquot similiter vinctos; reliquos partim in ergastula deputavit, separatos ab invicem distractione miseranda; partim diro sine necavit horribiliter evisceratos. Gavisus Heraldus, in vinculis conspecto Alverado, satellites ejus quàm optimos coram eo jussit decapitari; ipsum orbari luminibus; dein equestrem nuditate turpatum ad mare deduci, sub equo pedibus colligatis, ut in Elya* insula exilio cruciaretur et egestate. Delectabat ipsum vita inimici gravior morte: simul Edwardum omninò abstertere intendebat germani calamitatibus. Ita deperiit formosissimus juvenis, laudatissimus bonitate, Regis proles et Regum nepos; nec supervivere potuit diu: cui dum oculi effoderentur cultro, cerebrum violavit mucro.

An. 1035.

An. 1036.

* Estaples

* Elye

(a) De Willelmo Scriptorum sæculi XI forsan principe sic Ordericus Vitalis lib. 4 pag. 521 scribit ad annum 1070: *Hucusque Guillelmus Pictavinus Historiam suam texuit, in qua Guillelmi Gesta, Crispini Salustii (rectiùs, Riveto judice, Taciti) stilum imitatus, subtiliter et eloquenter (pro tempore) enucleavit. Hic genere Normannus de vico Pratellensi fuit; ibique sororem, quæ in Monasterio S. Leodegarii præerat Sanctimonialibus, habuit (proinde haud obscuris parentibus natus circa annum 1020). Pictavinus autem dictus est, quia Pictavis (ubi celebris erat tunc schola) fonte philosophico ubertim imbutus est. Reversus ad suos omnibus vicinis et sodalibus doctior enituit; et Lexovienses Episcopos Hugonem et Gisbertum Archidiaconatus officio adjuvit. In rebus bellicis ante Clericatum usper extitit, et militaribus armis protectus terreno Principi militavit; et tantò certius referre visa discrimina potuit, quantò periculosius inter arma diris conflictibus interfuit. In senectute sua taciturnitati et orationi studuit; et plus in dictando seu*

versificando, quàm sermocinando valuit. Subtiles et concinnos versus (penès Ordericum sit fides) atque ad recitandum habiles frequenter edidit, studioque juniorum, quibus ipsi emendarentur, sine invidia erogavit. Et libr. 3 pag. 503 idem ait: De Willelmi Regis probitate et eximiiis moribus ac prosperis eventibus Guillelmus Pictav. Lexov. Archidiaconus affluenter tractavit, et librum polito sermone et magno sensûs profunditate præclarum edidit. Ipse siquidem prædicti Regis Cappellanus longo tempore extitit, et ea quæ oculis suis viderit et quibus interfuerit, longo relatu vel copioso indubitanter enucleare studuit; quamvis librum usque ad finem Regis, adversis casibus impeditus, perducere nequiverit. Denique Continuator Historiæ Willelmi Gemetic. lib. 7 cap. 44 laudat librum Willelmi Pict. Lexoviorum Archidiaconi, eadem Gesta sicut copiosè, ita eloquenti sermone continentem. Willelmi annus mortis ignoratur: at constat hunc et scripsisse et obiisse post mortem Willelmi Regis.

* Duxæ ultimæ lineæ corrigendæ sunt per not. (c), pag. 189.

An. 1039. Heraldus non multò post decessit ; cui frater Hardechunutus ex Emma Ed- A
wardi matre natus, reversus à Danimarchia successit. Hic generi materno
An. 1040. similior, non quâ pater aut frater crudelitate regnabat ; neque interitum Ed-
wardi, sed provectum volebat. Ob morbos etiam, quos frequenter patieba-
tur, plus Deum in oculis habebat et vitæ humanæ brevitatem . . . Illuxit
tandem gaudium festivissimum, summè cunctis qui pacem et justitiam deside-
rabant expectatum. Dux noster plus intelligentiâ rerum honestarum et vi
corporis, quàm ætate adultus, arma militaria sumit : qui rumor metum
Franciæ detulit omni. Alium non habebat Gallia, qui talis prædicaretur
eques et armatus. Spectaculum erat delectabile simul ac terribile, eum cer-
nere fræna moderantem, ense decorum, clypeo fulgentem, et galea teloque
minitantem. Nam uti pulchritudine præstabat, cùm indumenta Principis gestaret
aut pacis ; ita ornatus qui contra hostem sumitur, eum singulariter decebat. B
Hinc virilis in eo animus et virtus enitescibat egregia claritudine. Hinc nam-
que summo studio cœpit Ecclesiis Dei patrocinari, causas impotentium tutari,
jura imponere quæ non gravarent, judicia facere quæ nequaquam ab æqui-
tate vel temperantiâ deviant ; imprimis prohibere cædes, incendia, rapi-
nas : rebus enim illicitis nimia ubique, ut suprâ docuimus, licentia fuit.
Denique cœpit omninò à familiaritate sua remove, quos imperitos aut pravos
dinoscebat ; sapientissimorum verò optimorumque consiliis uti, externis ini-
micis fortiter resistere, obsequia debita à suis potenter exigere.

Cùm hæc initia suum splendorem Normanniæ, et antiqui statûs tranquillitatem jam redderent, et meliora promitterent, bonis obsequenter juvenibus rectorem consueta libertate perferui ; malebant quidam pro libitu sua retinere, aliena diripere. Hujus vesaniæ signifer prosiluit Wido filius Burgundionum Comitis Raginaldi, qui validissima castra Bronium et Vernonium Ducis dono tenebat, à puerilibus annis cum ipso familiariter nutritus. Sed aut principatum aut maximam portionem Normanniæ ambiabat. Secum itaque in pessimas conspirationes univit Nigellum Præsidem Constantini pagi, Ranulphum Baiocensem Vicecomitem, et Haimonem agnomine Dentatum, et alios potentes. Non cohibuit iniqui hominis contumaciam generis propinquitas, non tantorum beneficiorum impensa liberalitas, non denique Ducis in eum sincera dilectio summaque benevolentia. Insontes multos necavere, quos nequiequam tentaverunt ad transvertendum, vel quos majori obstaculo sibi esse perviderant. Fas quidem negligebant omne, nefas nullum devitare curabant, dummodo potentiam consequerentur ampliorem. Est nonnunquam hæc ambitionis cæcitas. Paulatim ergo id perjuræ societatis inceptum eò usque convaluit, ut directissimâ belli fronte Valesdunis (a) D
An. 1046. in dominum suum congregati, longè per circuitum omnia tumultu concuterent. Sequebatur impietatis vexillum pars Normanniæ major : verùm tot gladios minimè exhorruit partis vindicantis ductor Guilielmus. Irruens enim strage pavorem iniecit, quo ferè corda adversariis erepta sunt, brachia debilitata : sola mens quæ in fugam præcipitaret, relinquebatur. Insectabatur ille per milliaria aliquot duriter castigans : avia plerosque aut viæ difficiles in mortem subverterunt : nonnullis in planitie trita celeritas ad ruinam, constipatio ad lethiferam collisionem fuit. Absorbuit non paucos fluvius Olna equites cum equis. Interfuit huic prælio Franciæ Rex Henricus, victrici causæ auxilians. Fructuosissima sanè atque notificanda sæculis unius diei pugna ; quæ, cùm exemplum tremendum sanciret, et cervices nimium E
elatas ferro contudit, et propugnacula facinorum, plurima castella, victoriæ manu impellendo disjecit, et bella domestica apud nos in longum sopivit. Turpissimè elapsus Guido Bronium cum magno equitatu contendit. Oppidum hoc cùm loci natura, tum opere, inexpugnabile videbatur. Nam præter alia firmamenta quæ moliri consuevit belli necessitudo, aulam habet lapideam, arcis usum pugnantis præbentem ; quam fluvius Risela (b)

(a) Valisdunæ, vel Validunæ, vel Vallisdunæ et Vallesdunæ, vel Valedunæ et Vallium-dunæ, in Comitatu pagove Oximensi, et in dicecesi Saiensi ad flumen Olnam seu Olinam, Orne ; locus nunc ignotus, inquit Valesius. A Valle-Duni autem differunt Vallesdunæ. Idem enim Auctor observat Vallem-Duni, vulgò *Le Val-Dun*, esse locum in Caletis positum ad Talam vel Dunum fluvium, in dicecesi

Rotomag.

(b) Risela flumen, quibusdam dictum Risella, Ridula et Rilla, vulgò *Rille*, infrâ Pontem-Audomari in Sequanam effluit ad Rupem-Ridulam, vulgò *Roque-Drille* pro *Roque-de-Rille*. Hic autem fluvius oritur non procul ab urbe Saiis et à fonte Olinæ, et inter Eburovices ac Lexovios fertur.

A nullo quidem tractu vadi impatiens circumfluit. Victor maturè insecutus, aretam locavit obsidionem, castella utrinque ad ripas fluminis bipartiti opponens. Deinde oppugnatione diurna territans, egrediendi facultatem penitus interclusit. Postremò penuriâ etiam victualium obsessus Burgundio, interventores pro elementia missitabat. Motus Dux consanguinitate, supplicite, miseriâ victi, non acerbiùs vindicavit: recepto castro, in curia sua commanere eum concessit. Supplicia item consociis, quæ capitalia ex æquo irrogarentur, condonare maluit ob rationabiles causas. Nigellum alio tempore, quoniam improbè offensabat, exilio punitum fuisse comperio. Guido in Burgundiam spontè rediit propter molestiam probri: ferre apud Normannos pigebat, vilem se cunctis, odiosum esse multis; et Burgundia tolerabat eum invita. Equidem si valuisset ille quantum contendebat, ger-

B manum suam ipsius provinciæ Comitem Guilielmum potentatu privasset et vitâ. Annos decem in armis et ampliùs consumebat, venans præliis tam cognatum sanguinem... Normanni superati semel universi, colla subdidere domino suo, atque obsides dedere plurimi. Dein ad jussum ejus festinanter ac funditùs destruxere munitiones, novarum rerum studio constructas. Insolentiam humotenus posuere metropolitæ Rotomagenses, quam contra tenellum Comitem usurpaverant.

Vicissitudinem posthæc ipse Regi fide studiosissima reddidit, rogatus ab eo auxilium contra quosdam inimicissimos ei, atque potentissimos ad offi-

C gnandum. Rex etenim Henricus contumeliosis Gaufredi Martelli verbis irritatus, exercitum contra eum duxit; et castrum ejus, quod Molendinum Herlæ vocabatur, in pago Andegavensi cum manu valida obsedit et expugnavit. Cernebant Francigenæ, quod invidia non cerni vellet; exercitum deductum è Normanniâ solâ regio majorem, omnique collegio quantum adduxerant vel miserant Comites plurimi. Celeberrimè in Aquitania, dum Pictavis exularem (a), eadem quàm nostrates contestantur; Normanni Comitis divulgabatur claritudo parta in illa expeditione. Hunc inter cunctos aiebant excelluisse ingenio, industriâ, manu. Rex ei quàm libenter proponebat consultanda; et maxima quæque gerebat ad ejus sententiam, antepone-ns in perspicentia consulti melioris eum omnibus. Unicum id redarguebat, quòd nimium periculis objectabat se, ac plerumque pugnam quæritabat, decurrens palam cum denis aut paucioribus. Normannos etiam Primates obsecrabat, ne committi prælium vel levissimum ante municipium aliquod paterentur; metuens videlicet occasurum, virtutem ostentando, in quo

D regni sui præsidium firmissimum et ornamentum splendidissimum reponebat. Cæterùm quæ velut immoderatam fortitudinis ostentationem multopere dissuadebat Rex atque castigabat, ea nos fervidæ atque animosæ ætati aut officio adscribimus.

En ipsius factum quem excusamus, et cujus mirabile tyrocinium attentius meminisse lepidius delectat. Suis familiaribus volens quasi elabi, secesserat ab exercitu, equites ducens aliquantisper trecentos. His dein cum solis quatuor subtrahit se, atque palatur. Ecce obveniunt ex parte hostili XV superbientes in equis et armis. Continuò incurrens lanceam projicit, audacissimum cavens perfodere. Coxa autem dirupta est alliso terræ. Cæteros ad quartum milliarium persequitur. Tres intereà centuriæ, quas reliquerat, subsequentes investigando (timebant enim ejus fidentia), repente Comitem

E Tedbaldum perspiciunt cum equitibus quingentis. Fit opinio tristissima, hostes arbitrantur eos, atque dominum suum in eorum potestate comprehensum teneri. Invicem igitur cohortati, propè in dubium casum, ut illum eripiant, sese objiciunt. Sed ubi recognitum est agmen socium, in ulteriora perquirentes, inveniunt recubantem, quem fractura coxæ alligabat ex quindecim unum. Paululùm hinc progressis alacer obviat eorum dominus, adducens quos ceperat milites septem.

Dicitabat ex ea tempestate, uti opinabatur Gaufredus Martellus, parem Comiti Normannorum equitem sive militem sub cælo nullum degere. De Vasconia et Arvernia Potentes ei transmittebant vel adducebant equos,

(a) Id est, dum Pictavis in studio litterarum versarer: circa annum 1040, inquit Rivetus.

qui nominibus (a) propriis vulgò sunt nobilitati. Item Reges Hispaniæ his A donis inter alia ejus amicitiam captabant; et erat expetenda optimis et potentissimis amicitia hæc atque colenda: perfectissimè namque inerat causa in ipso cur à domesticis, à finitimis, à longinquè sepositis diligeretur. Ad hoc ipse ut esset decori amicis vel adjumento, tantum satagebat quantum esse valebat; et procurabat semper, ut sibi quàm plurimum deberent amici. Tunc florescebat in adolescentia principans uni provinciæ, nec regnis dominatur annos natus circiter quadraginta quinque. Cum ab illa ad ætatem hanc, vel si (b) mavis à pueritia pernoveris ejus actus, tutè, sicut verè potes, affirmabis per eum nunquam societatis jus aut amicitia fuisse violatum. Fixè enim perstabat in dictis atque conventis; tanquam edocens actu suo quod enunciant Philosophi, justitiæ fundamentum esse fidem. Si cujus ab amicitia disjungi rationibus gravissimis cogebatur, sensim hanc diluere quàm repentè B præcidere malebat. Consentaneum id videmus sapientum censuræ. Iniquè se alienavit iniquus, diram inimicitiam suscepit Rex Henricus, transversus hominum pessimorum suadelâ: qui dum injuriis Normanniam laeesseret admodum intolerabilibus, contraibat ad quem Normanniæ propugnatio pertinebat Guillelmus; multum tamen veteri amicitia tribuens et regis dignitati. Confligere cum ejus exercitu, eo præsentè, studio quantum necessitudo sinebat extrema, cavebat: et Normannos cohibebat sæpenuerò, nec jussu modò quasi oratu, quàm maximè concupientes prælii contumeliâ decus regum fœdare. Aliàs horum aliqua patentius intelligentur; simul quâ ipse magnanimitate, Francorum asperneretur enses, atque universorum qui contra se Regis edicto fuerant evocati.

An. 1042.

Ipsius quoque viribus et consilio Edwardus, Hardechunuti vitâ finitâ, C in paterno solio coronatus resedit, tam sapientiâ et eximiâ morum probitate, quàm antiquâ prosapiâ, eâ dignus gloriâ. Disceptantes etenim Angli, deliberatione suis rationibus utilissimâ, consenserunt legationibus justa petentibus acquiescere, quàm Normannorum vim experiri. Reducem cum non maximo præsidio militis Normannici (c) cupidè sibi eum præstituerunt, ne manu validiore, si Comes Normannicus adveniret, subigerentur; qui quid bello valeret, rumore satis noverant. Edwardus autem . . . recompensare desiderans, coronæ quam per eum adeptus est, cum rata donatione hæredem statuere decrevit. Optimatum igitur suorum assensu, per Rodbertum Cantuariensem Archiepiscopum hujus delegationis mediatorem, obsides potentissimæ parentelæ Goduini Comitis filium ac nepotem ei direxit.

Est jam permutata in serenam turbulentia apud nos domestica omnis. D Æmulus autem è vicino nondum omnis conquievit: brachium levabat in nos, quo non leviter sese vulnerabat, Gaufridus Martellus. Huic enim calliditate bellandi egregiè instructo, unde triumphum non pollicitarentur Andegavi, Turoni, Pictones, Burdegala, multæ regiones, civitates plurimæ quæ signis ejus parebant? Is namque dominum suum Comitem Pictorum et Burdegalæ vi bellica cepit; neque antè postliminio concessit reverti mancipatum indignissimæ custodiæ, quàm argenti et auri pondus gravissimum atque prædia ditissima extorsit cum sacramento de pactis. Porrò ipsius defuncti post redemptionem die quarto et novercam præcipuæ nobilitatis thoro suo sociavit, et fratres in tutelam suam accepit, et thesauros cum tota honorum ac potentiae amplitudine quasi ditioni suæ vindicavit. Finibus quidem Andegavensis Comitatus claudi potestatem suam, inopem E atque pudendam angustiam æstimabat: latè in aliena eum captivum raptabat immanis cupiditas. Dilatatus ergo acquisitis, multa insigniter consummavit, nec] minùs variâ astutiâ quàm opibus agens; inter quæ Turonorum

(a) Nota temporis usum, qui etiam nunc apud nos idem viget.

(b) Malè apud Chesnium si majus.

(c) Nomina Normannorum qui floruerunt in Anglia ante conquestum, apud Chesnium ibidem pag. 1023. ex Libro Ms Guillelmus Episcopus London. Robertus Archiep. Cantuar. Randulphus Peverell. in Essex, Fitz Scrobi in Salopp. Ralph Comes East-Anglorum, pater Haraldi domini de

Sudley; Daubine de Beare, Odo Comes ante Edwardi tempora in exilium ejectus, Hugolin Regis Cancellarius et Dispensator, Sweine de Essex, Robertus Diaconus; Ricardus filius Scrob, gener suus; Alfridus Regis Strator, Anfridus cognomento Ceouffoote; plures alii dilecti Regi, populo fideles; Ursus Episcopus Dorcestrensis, Osbernus cognomento Pentecost. Hugo socius ejusdem.

- A quoque ingentem et opulentiam et virtutem expugnavit, contritâ prius fortitudine Comitis Tedbaldi : nam cum subvenire maturaret Tedbaldus percharæ urbi suæ, quam sub duris ictibus Martelli obsidentis ingemere ac propè deficere, ipsâ denunciante, didicerat, promptissimè occurrens Martellus vicit. Denique comprehensum boiis aretavit ipsum cum suis præcipuis; neque pacto eos levioere, quàm Guillelmum antea Pietavensem, ejecit. Civitatem exhinc Turonicam possidebat : vexavit idem Franciam universam, Regi rebellans. Tumidus itaque præliorum successu Normanniæ castrum invasione occupavit, et summopere custodiebat Alentium : inhabitatores ad se pronos repererat : incrementum pulcherrimum deputabat nomini suo, patravisse quod Normanniæ dominum * minuerit. Guillelmus tueri sufficiens jus paternum et avitum, quin etiam diffusius protendere,
- B adibat cum exercitu terram Andegavensem; ut reddens talionem, primò abalienaret Gaufrido Danfrontum, post reciperet Alentium (a). Ceterum sui militis unius fraudulentiam ferè interiit, qui non extimescebat latam provinciam inimici. Nam ubi approximabatur Danfronto, cum equitibus divertit quinquaginta acceptum quæ stipendium auferent. Prædæ autem index castellanis prodidit ipsum quidam ex Normannis majoribus, intimans quò aut cur ierit, et quàm paucis comitatus, atque hunc esse qui mortem fugæ præferret. Emissi quantocius equites trecenti, pedites septingenti, inopinantem à tergo invadunt : pectus verò intrepidè ille obvertens, dejecit humo quem audacia maxima primum sibi impegerat. Cæteri statim amisso impetu ad munitionem refugiunt : cursum promovet notum compendium tramitis. Ille autem non prius ab insecutione desistit, quàm portæ munitionis fugatos eripiunt : captum suis unum manibus retinuit. His magis ad obsidendum accensus, castella circumponit quatuor. Celerem irruptionem situs oppidi denegabat omni robori sive peritiæ, cum scopulorum asperitas pedites etiam deturbaret, præter qui angustis itineribus duobus atque arduis accederent. Incolis adjumento viros imposuerat Gaufridus delectissimos : oppugnatione tamen instabant eis Normanni creberrimâ ferventissimâque. Dux ipse primus ac præcipuè terribilis imminerebat : aliquandò perditus et pernox equitans vel in abditis occultus explorat, si qui offendantur aut comeatum advectantes, aut in legatione directi, aut pabulatoribus suis insidiantes. Sanè, ut intelligas quàm securè in terra hostili agitaret, interdum venatur. Est regio illa silvis abundans, ferarum feracissimis. Sæpè falconum, sæpissimè accipitrum volatu oblectatur. Non loci difficultas aut sævitia
- D hiemis, nec adversitas alia rigidam virtutem ab obsidione quivit dimovere. Auxiliaturum expectant et nuntio advocant Martellum inclusi. Deserere (b) haudquaquam volebant dominum, sub quo licenter quæstum latrociniis contraherent, quali causa fuerant seducti, inhabitantes Alentium : non ignorabant quàm in Normannia esset invisus latro aut prædo, quàm recto usu uterque supplicio addiceretur, et quòd neuter parvo absolveretur : suis maleficiis eundem legis metuebant usum. Educit Gaufridus copias ingentissimas equestres ac pedestres ad subveniendum. Guillelmus ubi rescivit id, properat ex adverso, continuatione obsidionis militibus probatis creditâ. Speculatum præmittuntur Rogerius de Montegomerico et Guillelmus filius Osberni, ambo juvenes ac strenui, qui mentem quoque hostis arrogantissimam perdiscunt ex colloquio ipsius. Indicit per eos Gaufridus
- E classico suo, Guillelmi apud Danfrontum excubias excitatum iri sub auroram lucis crastinam : præsignat qualem in prælio equum sit habiturus, quale scutum, qualem vestitum. Illi contrà opus non esse respondent, instituto eum itinere longius fatigari; nam continuò propter quem vadit affore : equum vicissim domini sui præsignant, vestitum et arma. Renunciata hæc non parùm alacritati Normannorum addunt. At omnium acerrimus ipse Dux inurget accelerantes : tyrannum fortasse absumi desiderabat adolescens piissimus... Verùm subitaneo terrore consternatus Gaufridus, adversa acie necdum inspectâ, profugio salutem suam cum agmine toto committit. En Duci Normannico liber progressus patet... Festinus inde ecce Alenconio

* f. domini

(a) Alentio, vulgò *Alençon*, oppidum est nobile, ad flumen Sartam positum.(b) Malè apud Chesnium, *deferre*.

supervenit; arduam rem pugnâ ferè nullâ conficit. Oppidum enim naturâ, A
 opere atque armaturâ munitissimum, adeò currente proventu in ejus manum
 venit, ut gloriari his verbis liceret, *Veni, vidi, vici*. Perculit citissimè hic
 rumor Danfrontinos: diffidentes itaque aliûs clypeo se liberandos post fu-
 gam famosissimi bellatoris Gaufredi Martelli, similiter deditione se liberant
 properatissimâ, quando reversum ad oppugnandum vident Normannorum
 Principem. Perhibent homines antiquioris memoriæ, castra hæc ambo Co-
 mitis Richardi concessu esse fundata, unum intra alterum proximè fines
 Normanniæ, atque tam succedentium ei Comitum quàm ipsius jussis obtem-
 perare solita. Victor postea domum reversus (a)... Cœpere post hæc Nor-
 manni Summates ferè cuncti incredibili eum amplecti veneratione... Con-
 siliis itaque de matrimonio disceptatur... Reges de longinquo suas unicè
 charas filias huic marito voluntariè locarent. B

Vigebat eo tempore Teutonibus collimitans ac Francis, eminensque po-
 tentiâ præcipuus eorum Flandrensis Marchio Baldwinus, nobilitate item
 prisco ex germine traditâ illustrissimus. Nam uti à Satrapis Morinorum,
 quos moderni Flandros appellant; sic à Regibus Galliæ atque Germaniæ
 natales deducebat, nobilitatis etiam Constantinopolitanæ lineam attingentes.
 Stupuerunt mirantes eum Comites, Marchiones, Duces, tum Archipræsnu-
 lum alta dignitas, si quando præsentiam ejus rari hospitis imperatoria cura
 promeruit: ipsius velut amici et socii prudentiam in deliberatione maximo-
 rum negotiorum consulturi, benevolentiam donis et multâ honoris impensâ
 comparaturi. Nomine siquidem miles Romani imperii fuit, re decus et gloria
 summa consiliorum in summa necessitudine. Reges quoque magnitudinem
 ejus et venerati sunt et veriti: est enim et nationibus procul remotis notis- C
 simum quàm frequentibus quàmque gravibus bellis Imperatorum immani-
 tatem fatigaverit, pace demùm ad conditiones ipsius arbitrato dictatas com-
 positâ; cùm Regum dominos, terræ ipsorum nonnulla parte mulctaverit
 violenter extortâ, sua quæque vel inexpugnata vel indefessâ potiùs manu
 tutans. Monarchia post Franciæ cum puero Monarcha ipsius consiliosissimi
 viri tutelæ, dictaturæ atque administrationi cessit. Marchio hic fascibus ac ti-
 tulis longè amplior quàm strictim sit explicabile, natam suam nobis ac-
 ceptissimam dominam in Pontivo ipse præsentavit, soceris generoque dignè
 adductam. Enutrierat autem prudens et sancta mater in filia, quod mune-
 ribus paternis multuplo præponderaret. Requirens genus maternum, ma-
 tris patrem sciat Regem Galliæ Rodbertum, qui filius et nepos Regum
 progenuit Reges; cujus laudabilitatem in religione divina et regni guber-
 natione, mundi lingua non tacebit. Introductioni hujus sponsæ civitas Ro- D
 tomagensis vacabat jocundans.

Compellamur istic nec Arcensem Comitem Guillelmum... præterire, et
 ipsum quidem patriæ lacrymis ultra terminum æqui et boni, quantum in
 ipsius conatibus fuit, potentem. Ignavam propaginem atque perfidam præ-
 claræ stirpis, Guidonem (b) nec humanæ nec divinæ legis frena retinere.
 Hunc neque hæc, neque Guidonis ruina; prætereà neque magni victoris à
 nullo victi admiranda et virtus et felicitas, partumque iis inclytum nomen.
 Quod in præstantes animos et laudanda quæque facinora erigere debuit,
 id in immoderatam confidentiam ac nimis altam extollendo præcipitavit
 utrumque; ortûs videlicet sui nimia notitia: ambo enim sinistrè noverunt,
 in progenie se computari Ducum Normanniæ. Burgundio se nepotem Ri-
 chardorum è filia secundi; Arcensis, fratrem se tertii, secundi filium, pri- E
 mi nepotem. Is ab ineunte pueri principatu infidus ei et adversus, quanquam
 fidelitatem juratus et obsequium; hostilia agitabat, modò temeritate non
 latente resistens, clandestinis interdum dolis. Improba quidem animi elatio
 facillimè hominem in res injustas detrudit. Motus dissentionum aliorumque
 superiùs commemoratione aliquantâ digestorum malorum nonnullos, ipse
 caput principale concitavit; plerosque exemplo, consilio, favore et auxilio

(a) *Alia gesta ab eo plurima, inquit ibi Auctor, prætermittimus... ad dicendum præstantissima omnium reservamus [stilum] Nos Ducem sive Regem... purè laudabimus, nusquam à veritatis limite passu*

uno delirantes.

(b) Legendum ibi esse *Willelmum* putat Chesn-
 nius: at nos vix crediderimus hoc necesse.

A incitavit, auxit, confirmavit. Multa et inquieta longique temporis ejus molimina fuere, pro sua et contra domini sui magnitudinem; cujus accessum non modò ab Arcensi (a) castro, verùm etiam ab ei propinqua Normanniæ parte, quæ citra flumen Sequanam sita est, arcere sæpenuerò surrexit. Postremo in supradicti Danfroni oppugnatione quasi desertoris furtivo more discessit, nequaquam petita missione; satellitii debitum, cujus antea nomine hostilitatem ut cunque velabat, jam omne detrectans. Ob hæc et alia tot ejus et tanta ansa Dux, uti res monuit, suspiciens plura et majora ausurum; receptaculi quo plurimum confidebat, editius firmamentum occupavit, custodiam immittens; in nullo amplius tamen jus ejus imminuens. Nempe eas latebras; id munimentum inite elationis atque dementiæ ipse primus fundavit, et quàm operosissimè extruxit in præalti montis Arcarum cacumine.

B Ceterum malefidi custodes non multò post castri potestatem conditori reddunt, munerum pollicitatione et impensius imminente varia sollicitatione fatigati subactique.

Solito mox acriores intromissum furia incendunt, ultionem quoque sui velut per injurias diminuti exacturum. Oritur toto ambitu pagi vicini multa miseria: tumultus, prædæ, rapinæ sæviunt, vastitatem minantes: armis, viris, comeatu et quibuscunque tali negotio idoneis castrum exornatur: munimenta prius firma, firmiora fiunt: paci et otio locus nullus relinquitur: denique sævissima rebellio instruitur. Quæ postquam Duci comperta sunt Guillelmo, è Constantino pago ubi certiorum nuntium accepit, ea prope-
 rahat celeritate, ut equi comitantium, præter sex, omnes priusquam per-
 ventum sit Arcas, lassitudine defecerint. Nam festinantem, ut contrairet

C injuriæ suæ, amplius incitaverunt audita mala provinciæ suæ: Ecclesiarum bona, agrestium labores, negotiatorum lucra, militum prædam injustè fieri dolebat: miserando planctu inbellis vulgi, qui multus tempore belli aut seditionum oriri solet, advocari se cogitabat. Ceterum in itinere haud procul ab ipso castro obvios habuit quosdam suæ militiae Principes, fidos acceptosque sibi. Hi repentino rumore in urbe Rotomago, quæ Comes Arcensis agitabat, audierant; et cum equitibus trecentis quantocius Arcas accesserant, si convectionem frumenti et aliarum rerum contra obsidionem necessariorum prohibere valerent. Verum ubi cognoverunt, maximas copias militum inibi congregatas esse; simul quia metuebant, ipsos etiam qui secum venerant transituros fore ad societatem Guillelmi ante posteri diei ortum (sic eis amicorum opinio secretò prædixerat), diffisi quàm ocissimè redi-

D bant. Hæc referunt, atque ipsi ut exercitum præstoletur consilium dant: etenim ejus partem plusquam fama divulgaverit deserere, viciniam penè omnem in adversarii favorem concedere, ulterius pergere cum paucis nimis periculosum esse. At constantia illius minimè his ad pavorem est mota vel ad diffidentiam. Nam eos confirmans hoc responso, nihil quidem rebelles in se cum præsentem conspexerint ausuros: mox quantum calcaria equum cogere poterant, accelerans perrexit. Egit eum propria fortitudo, felicitatem ei promisit justa causa: et ecce, ut seditionis principem in præalto monte cum acie multarum legionum prospexit, enisus in arduo cunctos intra munitionem terga dare impigerrimè compulsi: ac, ni obstitissent citius obseratae fores, insecutus, uti animus iratus fortisque tulit, malè ominatos ex magna parte obtruncavisset . . . Dein potiri volens munitione, jussu properè con-

E tracto exercitu circumsegit. Fuit difficillimum, quos ea natura loci maximè defensabat, expugnare. Sanè more suo illo optimo (b) rem optans absque cruore confectum iri, efferatos et contumaces obice castelli ad montis pedem extracti clausit; præsidioque imposito, aliis postea negotiis invitantibus, ipse recessit; ut dum ferro parceret, fame vinceret.

(a) Arcarum castrum, municipium est Deppæ proximum in pago Talogiensi, *Arques* hodieque dictum; quod silvæ ad mare positæ nomen suum dedit: vocatur enim Silva Arcensis *la Forêt d'Arques*. Hic est locus primæ Henrici Magni ex conjuratis victoriæ nobilis. In *Libr. 2 cap. 10* Willelmi Gemet. Historiæ legitur: *Statio navium apud Hasdans, quæ Archas dicitur*. Hasdans ergo et Archæ, inquit

Valesius, duo sunt ejusdem loci nomina.

(b) *Cædem*, addit Willelmus Pictavi. ibidem, *semper vitavit, nisi bellica vi aut alia gravi necessitudine urgente. Exilio, carcere, item alia animadversione quæ vitam non adimeret, ulcisci malebat, quos juxta ritum sive legum instituta cæteri Principes gladio absumunt belli captos, vel domi criminum capitalium manifestos.*

Audiens verò Rex Henricus inclusum esse, cujus vesaniæ fautor erat A atque consultor, auxilium ferre festinat ; manum adducens armatorum non modicam, ad hoc quibus indigent obsessi complura. Adducti in spem memorandi facinoris quidam, ex eo numero qui in præsidio Ducis relictî custodiunt Francorum adventantium itinera explorata, insidunt ; et ecce numerosa pars minùs cauti excipiuntur. Ingelrannus Pontivi Comes, nobilitate notus ac fortitudine, et cum eo quàm plures viri nominati interimuntur. Hugo Bardolphus ipse item vir magnus capitur. Perveniens tamen quò ire intenderat Rex, exacerbatis animis summa vi præsidium attentavit ; Guillelmum ab ærumnis uti eriperet, pariter decrementum sui, stragem suorum vindicaret. Sed ubi negotium difficile animadvertit, (quippe inimicos impetus facillè toleraverunt castelli munimenta et militum virtus æquè valida) ; ne cruenta morte et pudenda fuga pelleretur, abire maturavit, deus nullum adeptus : nisi fortè decorum fuerit, quorum advenit causâ inopiam stipendio minuisse, militibus numerum auxisse. Reverso dein ad obsidionem Duce, et qualiter otium aliquod jocundum celebrari solet, in procinctu aliquandiu morato, famis acrimoniâ sæviùs et arctiùs quàm armis urgens, pròpè jam expugnavit. Rex dehuò accitus multo et miserè supplici nuntio, venire abnuit ; superiorem casum reputans, magis aspera magisque ignominiosa metuens. Cernit tandem angustiarum oculo Papiæ partus (a), rapiendi contra dominum suum principatûs cupidinem malesuadam esse ; sacramentum aut fidem violare ut iniquum, sic plerumque perniciosum ; pacis nomen blandum et dulce, rem ipsam profecto jucundam et salutarem. Damnat ipse præ cunctis nimium audax inceptum, dementissimum consilium, ruinosum factum : dolet armatum se in arctis arctari. Impetrant supplicantes deditio- nem accipi, præter vitam nihil aliud neque honestum neque utile pacti. En C spectaculum triste, letum miserabile : properant ultrà quàm vires invalidæ sufficiant, famosi paulò antè equites cum Normannis evadere Franci, non minùs dedecore quàm inediâ cervicibus contusis ; pars in jumentis famelicis quæ pedum cornu modicè vel sonarent vel pulverem excitarent, pendentes ; pars ocreis et calcaribus ornati, insolito comitatu incedentes ; et eorum plerique sellam equestrem incurvo languidoque dorso, nonnulli solum se nutabundi vix eportantes. Erat item cernere calamitatem levis armaturæ egredientis foedam ac variam. Miserans infortunia hujus quoque, ut pridem Guidonis, celebranda Ducis clementia ; noluit extorrem et inopem casu magis pudendo cruciari ; sed cum gratia et possessionibus quibusdam amplis atque multorum reddituum, patriam ei concessit ; æstimans rectum potiùs in eo patrum reminisci, quàm adversarium insectari. In ipsa mora obsidionali D Normannorum aliquanti potentiores ab Duce ad Regem defecerunt, quos jam antea conspirationis rebellantium occultique fuisse adjutores opinabile erat : malivolentiam quâ olim contra infantem fuerant inflati, nondum evomere totam. Eorum è consortio Guimundus præsidens munitioni, quam Molendinas appellant, in manus Regis eam dedit : imposita est regia cohors : Guido frater Comitum Pictavensis Guillelmi atque Romanæ Imperatricis et cum eo viri militares atque illustres. Verum et ii et quiqui aliàs relictî sunt à Francis, cum deditas esse comperissent Archarum latebras, sese nostris fugâ furati sunt : Normanni autem puniendi lege transfugarum, levi poenâ aut nullâ domino suo reconciliati sunt ; rati nullas jam opes vel astutias contra eum fore efficaces.

Vehementiùs posthæc in æmulationem exardere novoque moveri tumultu E Francia cœpit : Principes universi cum Rege, Normannio Principi ex inimicis jam inimicissimi. Anxiè tumebat in eorum malivolis mentibus vulnus præcipuè invidum quod recenter sauciavit, mors Ingelranni Comitum et in eodem conflictu interemptorum. Acerbè eos inflammabat memoria eventûs Andegavorum Comitum Gaufredi, depulsi dudum Guillelmi clypeo qualiter memoravimus, aliorumque non modici numeri detrimentorum atque dedecorum inflictorum eis virtute Normannica. Inimicitias causas veraciter explanamus : ac pleniter Rex ægerrimè ferebat, et veluti contumeliam suam diffiniebat quàm maximè ulciscendam, cum Imperatorem Romanum, quo

(a) Scilicet Guillelmus Arcensis, quem miramur non fuisse hîc agnitum à Chesnio.

A majus potentiae sive dignitatis nomen in orbe terrarum aliud non est, amicum et socium haberet, provinciis multis praesideret potentibus, quarum domini aut rectores militiae suae essent administri; Comitem Guillelmum suum nec amicum nec militem, sed hostem esse; Normanniam quae sub Regibus Francorum egit ex antiquo, propè in regnum evectam (a); superiorum ejus Comitum, quanquam ardua valuerint, nullum in hac ausa illatum. Condolentes in eadem Tedbaldus, Pictavorum Comes, Gaufredus itemque reliqui Summates, quadam insuper indignatione privata intolerandum ducebant sese Regis, quocumque praevia * vocarent, signis parere; Guillelmum Normannorum nequaquam pro Rege, sed confidenter atque indesinenter ad ejus magnitudinem quam aliquantum attrivit, ulterius attendendam, vel si qua via valeat conterendam, in armis agitare. Praeterea concupiebant Normanniam aut ejus partem quidam Regis proximi. Hi quasi faces flagrantissimae Regem incendebant et Principes.

Eas ob res post consultationem infausto omine communicatam, edicto regio bellum jubente, innumeratissimae copiae in Normanniam expeditae sunt. Burgundiam, Arverniam atque Wasconiam properare videres horribiles ferro; immò vires tanti regni quantum in climata mundi quatuor patent eunctas; Franciam tamen et Britanniam quanto nobis viciniore, tanto ardentius infestas... Concipit pavorem aliquantum terra nostra... Verùm admirandae constantiae Dux Guillelmus nullà percussus formidine, Regi qui robur immanius ipse ducit, jam in Rotomagensem ex Ebroicensi pago sensim procedenti, magno animo sese festinus opponit; trans adversam ripam Sequanae, partem suarum copiarum, ut hostem distributum praenovit, contra dirigens. Sic enim dispositum est industriam quae multum profutura sperabatur, ut quantus miles inter Sequanam et Garonnam fluvios colligeretur, quas gentes multas uno nomine Celtigallos appellant; ii nos hac Rege ipso duce invaderent; illac verò, ducibus fratre Regis Odone et Rainaldo familiarissimo, inter flumen Rhenum et Sequanam collecti, quae Gallia Belgica (b) nuncupatur. Regem insuper comitabatur Aquitania, pars Galliae tertia et latitudine regionum et multitudine hominum à plerisque aestimata. Nec mirum, si fortè Francorum temeritati atque superbiae sic munitae spes erat ali-quanta, Ducem nostrum aut opprimendum esse ea mole, aut ignominiosam fugam elapsurum; milites aut occidendos aut capiendos, oppida excidenda, vicos exurendos; haec ferienda gladio, illa in praedam diripienda; postremò terram totam usque in foedam solitudinem redigendam.

Sed longè alium res eventum habuit: nam inauspicatò congressi Odo et Rainaldus, cum suam aciem quam terribili atrocitate vastari animadverterent, ducatu et ensis ope simul omissis, equorum velocitate saluti consulunt. Urgebat namque cervices eorum, non meritas leniora, mucro Roberti Aucensis Comitis, ut natalibus ita virtute magni, unà Hugonis Gornacensis, Hugonis Montisfortis, Gualterii-Giffardi, Guillelmi-Crispini aliorumque nostrae partis fortissimorum virorum. Guido Pontivi Comes ad vindicandum fratrem Ingelrannum nimis avidus, captus est, et cum eo complures genere et opibus claris; plurimi ceciderunt, reliquos fuga eripuit cum antesignanis. Cognito citius hoc successu, propugnator noster Dux Guillelmus nocte intempesta cautè instructum quendam direxit, qui tristem Regi victoriam E propius castra ipsius ab alto arboris per singula inclamavit. Rex attonitus

(a) In concordia quae facta est inter Francos et Normannos tempore Richardi I, cum redditus est Ludovicus Rex Franciae qui captus fuerat à Northmannis; auxerunt Dani Northmanniam ab aqua quae vocatur Andella, usque ad aliam aquam quae vocatur Epta. Alii tamen dicunt ab Epta usque ad Ysaram. Constitutum est etiam in illa concordia, quòd Comes Northm. nullum faceret servitium Regi Fr. de terra Northmanniae, neque ei aliter serviret; nisi Rex Fr. daret ei foedum in Francia, unde ei servire deberet. Quapropter Comes Northm. de Northmannia tantummodo facit hominum et fidelitatem Regi Fr. de vita sua et de suo terreno honore. Similiter Rex Fr. facit fidelitatem et de vita sua et de suarum rerum honore Comiti Northm. Et nihil aliud differt (Al. distat) in-

ter eos, nisi quòd homagium non facit Rex Fr. Comiti Northm. sicut Comes Northm. Regi Fr. facit. Hanc libertatem adquisierunt tunc Dani parentibus suis Comitibus Northm. Ex addimentis ad Historiam Norm. ibidem pag. 316.

(b) Sic Mella Belgas à Sequana ad Rhenum pertinere asserit; at Plinius à Sequana ad Scaldem. Belgicae terminos Ptolomaeus et Orosius aliique statuunt à Septentrione Oceanum Britannicum, ab Oriente flumen Rhenum, vel montes Adulam et Juram, ab Euro Alpes Penninas, à Meridie partem provinciae Narbonensis, ab Occasu fluvium Sequanam et Galliam Lingdunensem.

inopinato nuntio, procul omni cunctatione signo antelucano suos in fugam A excitavit, summè necessarium ratus quàm maxima celeritate Normanniæ finibus discedere. Multa dehinc hostilia utrinque acta sunt, qualia præter belli conflictum inter tantos hostes fieri solent. Francis tandem gravissimarum sibi dissensionum finem cupientissimè volentibus pax convenit: ea pactione inter Ducem et Regem mediâ, ut capti apud Maremortuum (a) Regi redderentur; ejus verò assensu et quasi dono quodam Dux jure perpetuo retineret quod Gaufrido Andegavorum Comiti abstulerat, quodque valeret auferre. Confestim in ipso conventu Principes militiæ suæ jussu commonuit Dux intra terminos Martelli Andegavensis ad Ambreras construendas maturè adesse paratos; et quem hujus incepti diem eis ipse, eundem Martello per legatos præfinivit. . . quem uti fulmen terribile Comites atque Duces B potentissimi tremere; cujus vires et versutias colimitantum ei quisquam vix evaderet. Porrò ut magis admirere, ipsum hostem incautum vel imparatum non aggreditur; sed priùs ei diebus XL ubi, quando, cujus rei gratiâ sit adventurus, denuntiat. Hujus famæ terrore percussus Gaufridus Meduanensis, Gaufridum dominum suum festinus adit; dolens et miserans conqueritur, constructis Ambreris opibus Normannorum, terram ejus ad libitum inimici invadendam, destruendam, desolandam. Cui tyrannus Martellus, ut erat elatus animo; grandia præsumere et loqui solitus: « Meum, » inquit, sicut vilis et pudendi domini omninò abnuas dominium, si, patente me, patrari videas quod metuis. » Die præfinito Cœnomannicum solum ingressus Normannorum Rector, dum castrum quod minatus est erigit, fama referente quæ tam falsi quàm veri nuncia volat, Gaufridum Martellum brevi adventurum audit. Quapropter opere administrato, hostis adventum C magnâ constantiâ et alacritate præstolatur. Quem ubi ampliùs opinione morari videt, et jam de cibariorum penuria plebeii pariter ac Proceres conqueruntur, ne milite minùs prompto in futurum utatur, modò dimittere statuit, castro viris et alimoniis munito; jubens tamen ut cùm nuntium ejus acceperint, quantociùs eòdem redeant cuncti. Exercitùs nostri mox divulgato discessu, Martellus in auxilium suum adjunctis Guillelmo Pictavorum Comite domino suo et Eudone Britannorum Comite, necnon undequaque copiis collectis, Ambreras contendit. Dein præsidii situ et munitis perspectis, ad oppugnandum accingitur. Parant vallum rescindere: castellani resistunt: exardent, audent, aggrediuntur propiùs et acriùs: certatur utrinque magnâ vi. Missilia, saxa, libriles sudes, item lanceæ desuper feriunt: iis plerique interfecti cadunt; alii repelluntur. Sic audaci molimine cassato, aliud incipiunt: tentant murum ariete, qui percussus in virga * castellanorum frangitur. D Intereà cognito labore suorum munitionis fundator Guillelmus, omnis moræ impatiens evocat exercitum, subventum ire quàm maximè properat: quem postquàm inimici tres adeò nominati Comites adequitare percipiunt, mira celeritate, ne dicam trepidâ fugâ, cum immanibus exercitibus dilabuntur. Victor Gaufridum Meduanensem è vestigio bello adortus, qui domini furorem præcipuè incendit querelâ præfatâ, intra exiguum tempus eòsque compulit, ut in remotissimis Normanniæ partibus sibi manus perdomitas daret, fidelitatem quam satelles domino debet jurans.

* ariete

Rursùm pace soluta, Rex ignominie suæ magis quàm detrimenti requiring ultionem, renovata expeditione Normanniam aggreditur; exercitu coacto copioso quidem, et * minùs quàm antea immani. Regni siquidem E ejus pars amplior funera sive indecoram fugam suorum lugens aut timens, ad redeundum super nos minùs prona erat, quanquam vindictæ in nos longè cupidissima. Martellus Andegavensis nondum tot sinistris casibus fractus minimè defuit, quantum ullatenus virium colligere potuit adducens: vix enim hujus inimici odium et rabiem Normanniæ tellus penitus contusa vel excisa satiaret. Famam tamen sui motùs quantum potuere occultantes, ne confestim in ipso ingressu, obvio propugnatore quem experti sunt, repellerentur; citis itineribus per Oximensem Comitatum (b) ad fluvium Divam pervenere,

* sed

(a) Apud alios Mortuum-mare; qui locus patriâ linguâ *Mortemer* nuncupatur.

(b) Oximensis vel Ossimensis Comitatus seu

pagus, *l'Hiesmois*, duos minores pagos sive centenas, nimirum Alentionensem et Saiensem, continebat.

- A hostili immanitate per transitum populari. Neque illic converti placuit, aut consistere fiducia fuit. Etenim si permetteretur ulterius progredi, quali eò perventum est cursu, et sic in Franciam dein evadere incolumes; præclaræ famæ occasionem sibi promiserunt, quòd Guillelmi Normanni terram ad littus usque marinum ferro igneque vastaverint, nemine obsistente, nemine insequente. Verùm ea spes, ut illa quondam, fefellit. Nam dum ad vadum Divæ morarentur, supervenit ipse alacer cum exigua manu virorum felici hora. Pars exercitûs jam flumen cum Rege transierat: et ecce fortissimus vindex in residuos insiluit, cecidit populatores, parcere flagitium credens, cum patriæ sanciatæ adeò necessaria causa ageretur, infestissimo hoste in medio sinu ejus deprehenso. Citra aquam intercepti, in oculis regis ferè cuncti ferro ceciderunt, præter qui sese ingurgitare maluerunt pavore impellente. Ne verò jure sæviens gladius in adversam ripam insequeretur, reuma (a) maris obstabat alveum Divæ insuperabili mole occupantis. Interitum suorum miserans ac metuens Rex, cum Andegavense tyranno quàm celerrimè Normannicos fines exivit; decernens animo consternato vir strenuus et nominatus in rebus bellicis, dementiæ reputandum Normanniam ultra attentare.

Non multò post universæ carnis viam demigravit [Rex Henricus], nunquam gloriatus triumpho quem de Guillelmo Normanno Comite retulerit, imò nec multæ in eum vindictæ compos. Philippus filius ei successit infans, inter quem et Principem nostrum firma pax composita est ac serena amicitia, totâ Franciâ cupiente et annuente. Sub idem tempus obiit et Gaufridus Martellus ad vota multorum vel quos oppresserat, vel qui metuerant eum...

AN. 1060.

- C Serò pœnituit miserandum hominem nimie fortitudinis, ruinosæ tyrannidis, perniciosæ cupiditatis... Sororis filium hæredem reliquit, qui nomine proprio idem, probitate absimilis ei, cœlestem Regem timere et pro comparando æterno honore bona actitare cœpit.

- Comitum Andegavensium (b) dominatio, Cenomanorum Comitibus pridem gravis ac penè intolerabilis extiterat. Ut enim alia plurima omittam, novissimè nostrâ memoriâ Fulco Andegavensis Herbertum Cenomanicum majorem Santonas illexit sponsione urbis ipsius. Ibi vinctum in medio colloquio ad pactiones quas avarè concupierat, carcere ac tormentis coëgit. Tempore verò Hugonis, Gaufridus Martellus urbem Cenomanicam sæpe injecto igne cremavit, sæpè militibus suis eam in prædam distribuit; plerùmque vineas circa ejus ambitum extirpavit; aliquandò expulso qui justè præsedebat, soli dominio suo eam vindicavit. Hugo hæreditatem suam Hereberto reliquit filio et inimicitias easdem. Hic Gaufridi tyrannide metuens omninò deleri, Normanniæ Ducem Guillelmum sub quo tutus foret, supplex adiit, manibus ei sese dedit, cuncta sua ab eo ut miles à domino recepit, cunctorum singulariter eum statuens hæredem, si non gigneret alium. Prætereà, ut conjunctiùs attingeret tantum virum ipse et posteritas ipsius, Ducis ei filia petita atque pacta est: quæ priùsqum nobiles pervenisset ad annos, morbo ipse interiit; suos in ipso sine obstans et obsecrans, ne quærerent alium præter quem ipse dominum eis, hæredem sibi relinqueret. Cui si volentes pareant, leve servitium toleraturos fore; si vi subacti, forsitan grave: potentiam illius, prudentiam, fortitudinem, gloriam necnon genus antiquum ipsos optinè nosse: sub eo præside agentes formidini fore quibusque confinibus. At homines malefidi Galterium Medantinum Comitem, cui soror Hugonis nupserrat, receperunt invasorem desertores. Indignans ergò repulsam Guillelmus jure multiplici successus Hereberto, arma expedit quibus requireret sic prærepta: nam et olim egit sub Normannorum Ducum ditone regio Cenomanica. Incendium confestim injicere, aut urbem totam excindere, ausos iniqua trucidare, quantum ingenio abundavit et viribus, potuisset; sed hominum sanguini quanquam nocentissimo parcere maluit solitâ illâ temperantiâ, et validissimam urbem relinquere incolume caput atque munimentum

(a) Rheuma est æstus maris reciprocus. Diva autem fluvius, vulgò *La Dive*, Lexovios à Baio-cassibus dividit.

(b) *Operæ pretium arbitramur, inquit ibi mo-*

nens Auctor, quàm verissimè tradere, quatinus Guillelmus Cenomannico principatu, quemadmodum regno Anglico, non solum forti manu potitus fuerit, sed et justitiæ legibus potiri debuerit.

terræ quam in manu habebat. Hæc itaque expugnandi via placuit: crebris A expeditionibus et diuturnis in ipso territorio mansionibus metum incutere, vineas, agros, villas vastari; loca munita circumquaque capere, præsidia ubi res postulavit imponere; denique plurimâ turbâ ærumnarum incessanter affligere. Cum ea geri viderent Cenomanici, quàm anxii trepidique fuerint, quàm cupierint onus molestissimum à cervicibus depellere, conjectare quàm referre facilius est. Accito sæpiùs Gaufrido quem Præses eorum Galterius dominum sibi ac tutorem præfecit, prælio decernere minati sunt nonnunquam, sed ausi nunquam, perdomiti tandem (a), castellis jam per totum Comitatum subactis, reddunt civitatem prævalenti; et quem longâ detinuerunt rebellionem, supplici et ingenti suscipiunt honore. Studium est summis, mediis, infimis placare infensum: occurrunt, clamant dominum suum, proci- B dunt et inclinantur ejus dignitati; fingunt hilares vultus, lætas voces, plausus congratulantis: fiunt obviam faventes laicorum studio, omnium quotquot ibidem sunt Ecclesiarum ordines religiosi: Tempora summopere quemadmodum processiones adornata effulgent, redolent thyniamata, resonant sacra cantica. Victori sufficiens pœna fuit perdomitos in potestatem suam venisse, et urbis firmamentum suâ in reliquum custodiâ occupari. Voluntariè Gualterus deditioi consensit, ne invasa protegens, hæreditaria amitteret: clades à Normannis illata viciniori Medanti (b) et Calvimontis (c), metum ei faciebat de majori.

Voluit in omne seculum et progeniei suæ optimè consultum fuisse prudens victor, pius parens. Iccircò germanam Heriberto, ex partibus Teutonum suæ munificentiae maximis impensis adductam, nato suo conjugare decrevit; ut per eam ipse et progeniti ex ipso, jure quod nullâ controversiâ convelli C posset vel infirmari, Heriberti hæreditatem possiderent sororius et nepotes. Et quoniam pueri ætas nondum fuit matura conjugio, in locis tutis illam propè nubilem magno cum honore custodiri fecit, nobilium atque sapientium virorum ac matronarum curæ commissam. Hæc generosa virgo, nomine Margarita, insigni specie decentior fuit omni margarita. Sed ipsam non longè ante diem quo mortali sponso jungeretur, hominibus abstulit Virginis Filius... Sepelivit eam Fiscannense Cœnobium.

Quàm longinquus à favore Ducis Guillelmi, animo fuerit versutus homo Gaufridus Meduanensis, certissimè, cum urbs Cenomanica dederetur, patet factum est. Ne enim hanc ejus gloriosam felicitatem præsens conspiceret, deseruit antè, non minùs invido dolore quàm inconstantè perfidia abactus: noluit meminisse impudens audacia, quomodo pridem clementiam oraverit D perdomitus: non est verita impudens iniquitas juris jurandi violare promissum. At perpetuum nomen, quanto majores illius, quanquam potentes, nunquam sunt gloriati, (d) parere sibi videbatur; si virtutem invictam, triumphis magnificatam quàm plurimis, lacerare auderet. Per legatos iterùm iterùmque monitus ad obsequendum, mentem obstinatam non omisit: fuga, astutia validæque munitiones non modicum fiduciæ ministraverunt. Statuit ergò prudentia repudiati domini, latibulum charissimum abalienare ei eastrum Meduanum (e); æstimans multò satius ac dignius hac pœnâ ferire, quàm fugitantem persequi, et victoriam levem ex eo capto insignibus titulis addere. Hujus castri latus alterum, quod alluitur scopuloso rapidoque flumine (nam supra Meduanæ ripam in prærupta montis rupe situm est); id nulla vi, nullo ingenio vel arte humana attentari potest: alteri verò munita lapidea pariterque difficillimus aditus propugnant. Disponitur tamen E obsidio, exercitu nostro admoto quantum natura repellens patitur, cunctis mirantibus Ducem rem hanc nimis arduam confidentissimè aggressurum.

(a) Malè apud Chesnium, *perdomitis tandem*.

(b) Medantum seu Medunta, vulgò *Mante*, oppidum est ad Sequanæ ripam in Carnutibus positum. Medantense castrum nuncupant litteræ Philippi I. Inter Meduntam et Pacciim Robertus de Monte in Chronico ponit marcam, id est limitem Franciæ atque Normanniæ.

(c) Calvus-mons, *Chaumont*, castrum olim in Velicassibus, IV millibus passuum à Gisortio distat.

(d) Nota hîc et alibi passim interpunctionem, quâ utitur Chesnius, vitiosam esse. Medicam igitur manum sæpissimè huic apposuimus: quod semel monuisse, habemus satis.

(e) Meduanum aut Meduana castrum, nunc oppidum est pagi Cenomanici, Ducatûs titulo insigne, ad annum Meduanam, qui vulgò dicitur *La Mayne*, quibusdam *La Mayenne* aut *Maiene*.

- A Equitum ac peditum copias tantas incassum fatigari cuncti ferè opinantur, multi conqueruntur, nulla spe eorum animos erigente; nisi fortè morâ annuâ vel ampliore fames expugnet. Etenim gladiis, lanceis, missilibus nihil geritur, nihil gerendum speratur; item neque ariete, neque tormento, cæterisque instrumentis bellicis: siquidem locus omninò machinamenti importunus erat. Verùm magnanimus ductor Guillelmus urget inceptum, præcipit, hortatur, confirmat diffidentes, lætum exitum pollicetur: nec multo temporis intervallo dubii sedent. En solerti consilio ipsius injecti ignes castrum corripiant: citissimè diffunduntur more suo, sæviùs omni ferro quæque obvia vastantes: custodes atque propugnatores attoniti subita clade portas murumque deserunt, discurrunt trepidi laribus et rebus incensis primò succurrere; dein propriæ saluti quo refugio valent consulere festinant, victores gladios
- B vehementiùs quàm incendium metuentes. Normanni alacerrimè concurrunt; exultantes animos et gratulantem clamorem pariter tollentes, certatim irrumpunt, potenter munitione potiuntur. Opima præda invenitur, nobiles equi, arma militaria, omnisque generis suppellex: quæ, sicut alibi capta plerumque grandia, militum potiùs quàm sua esse voluit continentissimus ac liberalissimus Princeps. Castellani qui in arcem confugerant, die postero dediderunt se, contra Guillelmi ingenium ac fortitudinem nulli firmamento confidentes. Restauratis ille quæ flamma corruerat, præsidioque providenter disposito, insolitum triumphum quasi de natura superata domum revexit cum immenso gaudio exercitùs: et confines Gaufrédi non tristes acceperunt, hoc eum fuisse detrimento mulctatum; asseverantes gloriam solius Guillelmi Comitis, ultionem multorum esse de perjuro ac prædone.
- C Per idem ferè tempus Edwardus Rex Anglorum suo jam statuto hæredi Guillelmo, quem loco germani aut prolis adamabat, graviore quàm fuerat cautum pignore cavet. Placuit obitùs necessitatem prævenire, cujus horam homo sanctâ vitâ ad cœlestia tendens, proximam affore meditabatur. Fidem sacramento confirmaturum Heraldum ei destinavit, cunctorum sub dominatione sua diversis honore atque potentia eminentissimum; ejus antea frater et fratruelis obsides fuerant accepti de successione eadem: et eum quidem prudentissimè, ut ipsius opes et auctoritas totius Angliæ gentis dissensum coercerent, si rem novare mallent perfida mobilitate, quantâ sese agunt. Heraldus dum ob id negotium venire contenderet, itineris marini periculo evaso litus arripuit Pontivi, ubi in manus Comitis Guidonis incidit. Capti in custodiam traduntur ipse et comitatus ejus; quod infortunium vir adeò
- D magnus naufragio mutaret. Docuit enim avaritiæ calliditas Galliarum quasdam nationes execrandam consuetudinem, barbaram et longissimè ab omni æquitate Christiana alienam: illaqueant potentes, aut locupletes trusos in ergastula afficiunt contumeliis, tormentis. Sic variâ miseriam propè ad necem usque contritos eiciunt sæpissimè venditos magno. Directi ad se Dux Guillelmus eventu cognito, properè missis legatis (a), precatu simul ac minis extortum, obvius honorificè suscepit eum. Guidoni benemerito, qui nec pretio nec violentia compulsus, virum quem torquere, necare, vendere potuisset pro libitu, ipse adducens apud Aucensè castrum sibi præsentavit, grates retulit condignas, terras tradidit amplas ac multum opimas; addidit insuper in pecuniis maxima dona. Heraldum verò sufficientissimè cum honore in urbem sui principatùs caput Rothomagum introduxit, ubi multiplex (b) hospitalitatis officiositas viæ laborem perpressos jucundissimè recrearet.
- E Nimirum gratulatur tanto super hospite, sibi omnium charissimi propinqui et amici legato; quem inter se et Anglos, quibus à Rege secundus erat, mediatorem sperabat fidissimum. Coadunato ad Bonam-villam consilio, illic Heraldus ei fidelitatem sancto ritu Christianorum juravit: et, sicut veracissimi multaque honestate præclarissimi homines recitavere, qui tunc affuere testes; in serie summa sacramenti libens ipse hæc distinxit; se in curia domini sui Edwardi Regis, quandiu superesset, Ducis Guillelmi vicarium fore;

An. 1065.

(a) De Haroldo scilicet in libertatem restituendo: alioquin sciret certissimum, ut legitur apud Rogerum de Hoveden pag. 449, Willelmum Norm. Comitem armatum, pro eo abducendo cum suis usque ad novissimum quadrantem, quantociùs Pontivum aditurum.

Talibus ille minis exterritus, etc.

(b) Satisque humanum ac familiarem se illi exhibuit, ut hujusmodi re animum ejus in suos conatus alliceret. Apud eundem Scriptorem ibidem.

enisurum quanto consilio valeret aut opibus, ut Anglica monarchia post Edwardi decessum in ejus manu confirmaretur; traditurum interim ipsius militum custodiæ castrum Doveram, studio atque sumptu suo communitum; item per diversa loca illius terræ alia castra, ubi voluntas Ducis ea firmari juberet; abundè quoque alimonias daturum custodibus. Dux ei jam satelliti suo accepto per manus ante jusjurandum terras ejus cunctumque potentatum dedit petenti: non enim in longum sperabatur Edwardi ægrotantis vita.

Deinde, quia ferocem et novi nominis cupidum novit, ipsum et qui venerant cum ipso armis militaribus et equis delectissimis instructos secum in bellum Britannicum duxit; hospitem atque legatum quasi contubernalem habens, ut eo quoque honore quodam sibi magis fidum et obnoxium faceret. Britannia namque præfidenter adversus Normanniam fuit omnis armata: hujus audaciæ princeps erat Conanus Alanni filius. Is in virum ferocissimum adultus, à tutela diu tolerata liber, capto Eudone patruo suo atque vinculis ergastularibus mancipato, provinciæ quam dono paterno accepit, magna cum truculentia dominari cœpit. Paternæ dehinc rebellionis renovator, Normanniæ hostis, non miles esse voluit. Dominus autem (a) ejus antiquo jure sicuti Normannorum Guillelmus, castellum quod S. Jacobi appellatum est, interim opposuit in confinio, ne famelici prædones Ecclesiis inermibus aut ultimo terræ suæ vulgo excursionibus latrocinantibus nocerent. Emit namque Rex Francorum Karolus pacem atque amicitiam à Rollone primo Duce Normannorum ac posteriorum parente, natam suam Gislam in matrimonium, et Britanniam in servitium perpetuum ei tradens. Exoraverant id fœdus Franci, non valentes ampliùs resistere Gallico ense Danicæ securi: Annalium paginæ attestantur. Exinde Comites Britannici è jugo Normanniæ dominationis cervicem omninò solvere nunquam valuerunt, etsi multotiens id conati tota vi obluctando. Alanus et Conanus quantò Normanniæ Rectores consanguinitate propiùs attingebant, tantò gloriantibus animis contra eos elatiores existebant. Conani in tantum jam temeritas crevit, ut quo die terminos Normanniæ aggrediretur, denuntiare non formidaret. Homini acrioris naturæ, fervidæ ætatis, ministravit plurimum fiduciæ regio longè latèque diffusa, milite magis quàm credibile sit referta. Partibus equidem in illis miles unus quinquaginta generat, sortitus more barbaro denas (b) aut ampliùs uxores: quod de Mauris veteribus refertur, legis divinæ atque pudici ritûs ignaris. Ad hoc populositas ipsa armis et equis maximè, arborum culturæ aut morum minimè student: uberrimo lacte, parcissimo pane sese transigunt: pingua pabula gignunt pecoribus loca vasta et fermè nescia segetum. Cùm vacant à bello, rapinis, latrociniiis, cædibus domesticis aluntur sive exercentur: prælia cum ardenti alacritate ineunt; dum præliantur, furibundi sæviunt: pellere soliti, difficilè cedunt: victoriâ et laude pugnando partâ nimiùm lætantur atque extolluntur: interemptorum spolia diripere, ut opus decorum voluptuosumque amant. Nihil pendens terribilitatem hanc Dux Guillelmus, in quem diem adventum Conani meminit denuntiatum, eo ipse intra fines ejus occurrit. Ille quasi fulminis ictum proximè imminentem extimens, in loca propugnatura citissimam fugam instituit, castrum terræ suæ Doli (c) oppugnatione ommissa: id enim rebelli adversum, justæ causæ fidum stabat. Sistere tentat Conanum castrum Præses Ruallus, revocat illudens, morari biduum precatur, sufficiens huic moræ stipendium ab ipso sumpturum. Homo miserè exterritus, pavorem potiùs audiens, cursu instituto longiùs profugit. Ductor terribilis qui depulit, instaret fugitanti, ni manifestum periculum animadverteret agere militem numerosum per regiones vastas, famelicas, ignotas. Si quid residuum erat inopi terræ ex his quæ nata fuerant anno superiore, id in tutis locis incolæ cum pecoribus abdiderant: stabant in aristis fruges immaturæ. Igitur ne sacrilegâ prædâ diriperent,

(a) Ad hæc quid responderent, ipsi viderint Britones: aut bona fide potiùs fateantur tandem, Britanniam minorem paruisse Ducibus Normannis.

(b) Nullum hujuscemodi usûs seu concubinatus et polygamie vestigium occurrit in aliis Historiæ Britannicæ monumentis. Errat igitur, aut commentitia ac fabulis accensenda narrat Guillelmus Pictavinus,

dum tradit militem unum in Britannia denas aut ampliùs uxores sortitum esse, Barbarorum seu Maurorum veterum more.

(c) Posita est urbs Britannicæ Minoris Dolus inter Abrincatuorum et Aletensium seu Macloviensium fines, ac vulgò Dol dicitur. *Valesius.*

- A si qua reperirent Ecclesiarum bona, menstruâ penuriâ fatigatum exercitum reducebat; magno animo præsumens, Conanum pro venia delicti et gratiâ prope diem deprecaturum. At excedenti jam Britanniae limitem repentè indicatur, Gaufredum Andegavensem cum ingentibus copiis Conano fuisse conjunctum; et amhos postero die præliatum affuturos. Itaque aperitur conflictus eò cupidior, quòd gloriosius intelligebat triumphum de hoste bino, utroque immani, uno consequi certamine: ad hoc fore multiplicem ejusdem triumphi fructum. Ruallus autem cujus in territorio tentoria figebantur, affatur querelâ; haberi quidem gratum, quòd ab inimica vi per eum fuerit ereptus, si proficuum non debeat incommodo: nam si præstolaturus consideat, regionem modicè fœcundam nimis attenuatam funditus devastari: nec penes agricolas interesse, Normannico an Britannico exercitu consumptæ, anni labore amiserint: sibi modò ad famam valuisse, non ad conservationem rerum, Conani depulsionem. Considerandum esse Dux respondens, ne discessio properantior opinionem pariat minùs honoram, detrimenti recompensandum in auro plenissimum promittit: statim Rualli segetes militibus interdicat ac pecora. Obtemperatum est præcepto eâ continentiâ, ut frumenti manipulus unicus ad recompensandum omne damnum superabundaret. Certamen nequicquam fuit expectatum, adversario magis in ulteriora profugiente. Receptus in sua pereharum hospitem Heraldum, apud se post moratum aliquandiu, donis onustum emisit; dignè utroque, et cujus jussu et pro cujus honore ampliando venerat: quin etiam fratruelis ejus, alter obses, cum ipso redux propter ipsum redditus est.
- C Inter occupationes tamen rerum bellicarum sive domesticarum, quas mundanas appellant, studia optimi Principis in divinis egregia exstiterunt. Noverat... genitorem suum inclytum Ducem Rodbertum post memoranda merita, quibus domi claruit, fasces dignitatum seposuisse, peregrinum iter ac periculis plenum arripuisse... Vir itaque dignus pio parente et piis majoribus, armis proterendo bella externa, arcendo seditiones, rapinas, prædas; patriæ consulebat Christum colenti; ut quò pace plùs frueretur, minùs violaret sacra instituta. Nec verè dictum unquam erit, suscepisse eum bellum, quod justitiâ vacaret... Ejus animadversione et legibus è Normannia sunt exterminati latrones, homicidæ, malefici. Sanctissimè in Normannia observabatur sacramentum pacis, quam Treviam vocant; quod effrenis regionum aliarum iniquitas frequenter temerat. Causam viduæ, inopis, pupilli ipse humiliter audiebat, misericorditer agebat, rectissimè definiebat. Ejus
- D æquitate reprimente iniquam cupiditatem, vicini minùs valentis aut limitem agri movere aut rem ullam usurpare, nec potens audebat quisquam nec familiaris. Villæ, castra, urbes jura per eum habebant stabilia et bona: ipsum lætis plausibus, dulcibus cantilenis vulgò efferebant. Accipere solitus est avido auditu suavique gustu sacræ Paginæ sermones (a)... Colebat devotus à tenera ætate sacra solemnia, concelebrans ea sæpissimè cum frequentiâ religiosi conventûs Cleri sive Cœnobitarum. Senibus ille juvenis grande exemplum inclaruit, sedulitate quotidianâ frequentando sacra mysteria: item ejus liberi pietatem christianam infantes didicere diligenti provisione ipsius... In pluribus Ecclesiis Dominum collaudat patria nostra sui Principis Guillelmi benigno favore extractis, promptâ largitate adauctis: qui volenti conferre, libens cuique liberam auctoritatem concedebat... Æmulabatur ejus
- E tempore beatam Ægyptum Normannia regularium Cœnobiorum collegiis... Abbates atque Pontifices persona principans et laica pro disciplina Ecclesiastica subtiliter monebat, constanter exhortabatur, severè castigabat. Quotiens ejus edicto et hortatu convenere Præsules, Metropolitanus cum Suffraganeis, de statu religionis, Clericorum, Monachorum atque laicorum acturi; Synodis his arbitrum se deesse volebat, cùm ut præsentia sua studiosis adderet studium, cautionem cautis; tùm ne alieno testimonio discere indigeret qualiter fuissent acta, quæ cuncta rationabiliter, ordinatè et sanctè acta fuisse desiderabat. Delato fortè suas ad aures immani alicujus crimine, quod

(a) *Sincera fide tenens quod vera doctrina præceperat, panem et vinum quæ altari superponuntur, addit ibi Auctor, Redemptoris veram esse carnem et verum esse sanguinem. Utique non ignotum est quanto zelo fuerit insectatus, atque exterminare sategerit è terra sua, aliter sentientem pravitatem.*

Episcopus aut Archidiaconus justo clementiùs (a) vindicaverit, reum A
 Majestatis æternæ teneri jussit incarceratum, quousque causa Domini æquitate
 districta decerneretur; Episcopum aut Archidiaconum veluti adversarios di-
 vinæ partis criminans in judicium devocandos, feriendos gravi sententia.
 Clerici sive Monachi cujus à professione vitam non discrepare testimonio
 probabili comperit, charam habebat colloctionem, precatui totam vo-
 luntatem inclinabat; è diverso neque amici oculi respectu dignabatur infa-
 mem, ob enormitatem vitæ. Lanfrancum quemdam, de quo venit in litem
 plusne sit meritis reverentiam atque gloriam, secularium ac divinarum lite-
 rarum singulari peritiâ, an ordinis Monachici singulari observantiâ; intima
 familiaritate colebat, ut patrem venerans, verens ut præceptorem, diligens
 ut germanum aut prolem. Illi consulta animæ suæ, illi speculam quandam B
 unde Ordinibus Ecclesiasticis per omnem Normanniam prospiceretur, com-
 misit... Ipsum piâ quadam violentiâ, Monasterii Cadomensis Abbatem (b)
 statuit... Multis deinde possessionibus, item argento, auro diversisque or-
 namentis Monasterium idem locupletavit, suo largo sumptu à fundamento
 astructum ingenti et magnitudine et decore, dignè beatissimo Protomartyre
 Stephano, cujus reliquiis magnificandum, honore dedicandum erat.

Guillelmus negotium Dei prudenter simul et justè contra patrum suum
 peregit Malgerium Archipræsulem. Is Richardi II filius sacra dignitate abu-
 tebatur, veluti natalium jure, suâ. Pallio tamen nunquam est insignitus; quod
 principale ac mysticum Archipræsulatûs insigne manus Romani Pontificis
 mittere solita, ei denegavit ut minùs idoneo... Ille spoliando attenuavit
 Ecclesiam, non sponsus ejus vel pater dicendus, sed gravissimus dominus vel
 rapacissimus prædo. Mensas equidem nimium sufficientes, nimium nitidas C
 præbere, largiendo laudem emere amabat, specie liberalitatis prodigus...
 donec sedes Metropolitana omni ferè ornamento caruit et thesauro... Præ-
 tereâ molestus infamiæ ejus odor diffundebatur ob alia crimina... Summum
 Antistitem non quâ decuit obedientiâ veneratus est. Nam Apostolici mandato
 sæpiùs ad Romanum Concilium accitus, renuit ire. Sanè pigebat Rotomagum,
 pigebat cunctam Normanniam Archipræsulis... Princeps igitur animad-
 vertens jam non monitis agi oportere in causa præcipuæ gravitatis...
 deposuit patrum in publico sanctæ Synodi, Apostolici Vicario cunctisque
 Normanniæ Episcopis juxta Canonum auctoritatem sententiam dantibus una-
 nimi consensu: Maurilium verò cathedræ liberatæ providit, ex Italia ubi
 supra cæteros Abbates emicuit eximius, reductum, dignissimum summo
 omnium Archipræsulatu merito generis, personæ, virtutum, doctrinæ. D
 Hujus parem quemdam et in anachoretici rigoris commilitio sedulum contu-
 bernalem Gerbertum, cunctæ sanctitatis conscientiâ et famâ juxtâ beatum,
 aliquot post annos Cœnobio S. Guandregisili * præfecit, ordinem dilapsum
 restituere intendens per Abbatem spiritualem.

* Wandre-
gisili

Sublimavit idem Princeps quàm plures Ecclesias, providè trutinata ordi-
 natione Præsulum atque Abbatum: sed præcipuè Lexoviensem, Baiocen-
 sem, Abrincensem. Statuit enim summè idoneos Pontifices, Hugonem
 Lexovii, proprium fratrem Odonem Baiocarum, Johannem Abrincarum:
 quorum in electione penès judicium ejus probitas ipsorum valuit, non alti-
 tudo natalium proximorum ipsi. Johannes Radulphi Comitis filius, jam pri-
 dem laicus ordine, eruditus litteris, Clero, imò rectoribus Cleri admiran-
 dus innotuerat vitâ religiosâ... Odonem ab annis puerilibus, optimorum E
 numero consona præconia optimorum inseruerunt. Fertur hic in longinquas
 regiones celeberrimâ famâ; sed ipsius liberalissimi atque humillimi multa et
 industria et bonitas ampliùs meretur. Hugonem, quem propiore familiaritate
 conspectavimus, dictatu longiusculo (c) aliis indicare neutiquam gravamur.
 Is Richardi I nepos è filio Guillelmo Aucensi Comite, non minùs bono
 quàm generoso, juvenis à Principe Pontificatûs in apicem provectus,

(a) Malè apud Chesnium, *dementiùs*.

(b) Stigando Cantuar. Archiep. deposito *successit*
ex Abbate Cadomensi, omnium liberalium artium
doctor laudatissimus et luculentissimus, et in tempo-
ralibus negotiis experientissimus, vitæque ac religione
sanctissimus, magister Lanfrancus. Ingulfus in His-

toria sui Monasterii; ex qua Excerptum infrâ ede-
 mus.

(c) Guillelmus Pictavinus Hugonem hunc maximis
 et pluribus extollit laudibus, quarum nonnullas tan-
 tum huc adducimus.

A spirituali mox canitie senibus maturior enitebat . . . Terris, thesauro, pretiosorum ornamentorum decore sanctam sponsam ditavit. Convenustavit eam ædium quoque ejus tanto cultu, ut ambigeret inspector, meliusne nova consurgerent, aut vetusta repararentur. Verùm in semetipso dicavit ei dotem auro et electro cariorum omni que lapide sive gemmâ splendidiorem . . . Cùm deponeretur Archipræsul Malgerius, vox justitiæ sonora fuit, constanter permanens in parte Dei, propter Deum damnans filium patris.

Hispaniæ Reges duo germani, auditâ Guillelmi Principis magnitudine, natam ejus in matrimonium cupientissimè petierunt, suum et regnum et posteritatem hac magnificaturi affinitate. Nam et lis valdè inimica inter ipsos propter eam orta est minimè degenerem, sed omninò dignam tali parente; sic moribus ornata, sic in amore Christi studiosam, ut Reginis ac

B Sanctimonialibus exemplo esse posset puella non velata. Admirabatur, laudabat ac venerabatur eum supra nomina Regum Imperii Romani Majestas; ejus olim gloriosissimus moderator, Henricus Conradi Imperatoris Augusti filius, cum ipso etiam tum puero velut cum nominatissimo Rege amicitiam junxit ac societatem. Ejus enim adhuc pueri nomen clarissimum per gentes ferebatur. Sed de magnitudine viri disseram: optabat hunc vicinum et amicum nobilis et ampla multisque Regibus dominans Constantinopolis; quo propugnatore sperneret gravem potentiam Babylonis. Jam in Normanniam nemo confinium quicquam audebat: ut seditionum, sic externi belli procella omnis defremuit. Franciæ, Burgundiæ item ulterius remotarum provinciarum Præsules atque Comites, Normanniæ domini curiam frequentabant; alii ut consilia, alii ut beneficia acciperent, plerique solâ gratiâ gloriantur. Portus et refugium aptè nominabatur ejus benignitas, admittens et relevans plurimos. Homines advenæ eernentes apud nos equites hac illac pergere inermes, et quodque iter cuique vianti tutum patere, hujusmodi beatitudinem, quotiens exoptavere suis regionibus! Hanc pacem (a), hanc dignitatem Guillelmi virtus patriæ peperit. Justè itaque patria pro ipso, invaliditudine dubia aliquando decumbente, lacrymas profudit atque preces, quales defuncto vitam valerent impetrare; orans tardissimè moriturum, cujus in obitu præmature turbinem quo prius vexabatur, denuò timebat oriturum: nec enim prolem tum relinqueret ad gubernandum ætate idoneam.

Verus rumor insperatò venit Anglicam terram Rege Edwardo orbatam esse, et ejus coronâ Heraldum ornatum. Nec sustinuit vesanus Anglus quid electio publica statueret consulere; sed in die lugubri quo optimus ille hu-

An. 1066.

D matus est, cùm gens universa plangeret, perjurus regium solium eum plausu occupavit, quibusdam iniquis faventibus. Ordinatus est non sancta consecratione Stigandi, justè zelo Apostolici et anathemate, ministerio Sacerdotum privati. Dux Guillelmus habita enim suis consultatione, armis injuriam ulcisci, armis hæreditatem reposcere decrevit; tametsi complures majorum id ingeniosè dissuaderent, ut rem nimis arduam, Normanniæ viribus longè majorem. Habuit in consiliis ea tempestate Normannia, præter Episcopos et Abbates, laici ordinis præstantissimos viros; quorum in collegio splendidiora quædam ejus lumina atque ornamenta emicuerunt, Rodbertus Moritoliensis Comes, Rodbertus Aucensis Comes Lexoviensis Episcopi Hugonis frater, Ebroicensis Comes Richardus Rodberti Archiepiscopi filius, Rogerus de Bellomonte, Rogerus de Monte Gomerici, Guillelmus

E filius Osborni, Hugo Vicecomes . . . In omni deliberatione prudentiæ Principis à cunctis concessum fuisse comperimus . . . Quantum verò jubere libuit, tantum nisi necessitas obsisteret, parvè cuncti. Quàm igitur prudenti ipsius dispositione naves fierent, armis, viris, com meatu aliisque rebus quæ bello sunt usui, instruerentur; qualiter totius Normanniæ studia fervent, prolixum est per singula enarrare. Neque minùs providè disposuit,

(a) Huc revocare juvat, quæ de Rollone et Richardo II leguntur in Additamentis ad Historiam Norm. Ibid. pag. 316: De Richardo filio Richardi I dicitur, quòd fuerat pater patriæ, et maximè Monachorum. Toto enim tempore ejus abundavit Northmania omnibus bonis; et tanta pax fuit in Northmannia ejus tempore, ut neque etiam Carrucarii de campis suis

auderent ferramenta carrucæ ad suas domos reportare: et si alicui furata fuissent, præceperat Comes ut ad eum veniret, et quidquid furto perdidisset, ipse ex integro totum redderet. Accidit ergo quoddam (exemplum scilicet nimis severitatis) simile in illius tempore, factò cuidam atavi sui Rollonis.

qui Normanniam se absente gubernarent ac tutarentur. Convenit etiam A externus miles in auxilium copiosus, quos ex parte notissima Ducis liberalitas, verum omnes justæ causæ fiducia contraxit. Rapinâ omni interdictâ, stipendio ipsius millia militum quinquaginta alebantur, dum ventorum incommoditas ad portum Divæ detinebat morâ menstruâ. Ea illius fuit temperantia ac prudentia: militibus et hospitibus abundè sumptus ministrabatur, nemini rapere quippiam concedebatur: provincialium tutò armenta vel greges pascebantur, seu per campestria seu per tesqua: segetes falcem cultoris intactæ expectabant, quas nec attrivit superba equitum effusio, nec demessuit pabulator: homo imbecillis aut inermis, equo cantans, quâ libuit vectabatur, turmas militum cernens, non exhorrescens.

Tempore eodem sedebat in Cathedra S. Petri Romæ Papa Alexander, dignissimus cui obediret, quemque consuleret Ecclesia universa: responsa B etenim edebat justa salutariaque. Is Præsul Luciensis, cùm altiorem gradum nullatenus appeteret, violento plurimorum consensu quorum apud Romanos tunc præcellebat auctoritas, ingenti Concilio assentiente, in eo locatus est primatu, quo Præsulum orbis terræ caput existeret atque magister. Allectionem hanc meruerat sanctitate atque doctrina. . . Hujus Apostolici favorem petens Dux, intimato negotio quod agitabat, vexillum accepit ejus benignitate velut suffragium S. Petri, quo primò confidentiùs ac tutiùs invaderet adversarium. Et Romanorum Imperatori Henrico, Henrici Imperatoris filio, nepoti Imperatoris Chounradi, noviter junctus fuit in amicitia; cujus edicto in quemlibet hostem Germania ei, si postularet, veniret adju- trix. Rex quoque Danorum Suenus fidem legationibus ei sponndit; sed inimicis ejus amicum exhibebat se fidelem, sicut in sequentibus legendo C ipsius detrimenta spectabis.

Heraldus intereà promptus ad decernendum prælio sive terrestri sive nava- li, plerumque cum immani exercitu ad litus marinum operiens, callidè subornatos transmisit exploratores: quorum deprehenso uni, causamque sui adventûs quâ præceptum est specie obtegere conato, Dux animi sui magnitudinem prodidit his verbis: « Non indiget, inquit, Heraldus auri sui vel ar- » genti jacturâ tuam aliorumque fidem atque solertiam emere; qui subdolè » speculatum nos veniatis. Quid consulatur, quid appareatur apud nos, » certior eum quàm velit et opinione ejus citior index, quippè mea præ- » sentia, docebit. Hoc ex me refer illi mandatum; nec ullam adversitatem » ex nobis ei suscipiendam esse, quominùs reliquam ætatem securus agat; » nisi intra annum spatium, ubi tutiorem locum suis pedibus sperat, me D » conspexerit ». Stupentes verò grande promissum Primores Normannorum, multi diffidentiam suam non reticent: amplificant oratione quam desperatio dictavit, opes Heraldus, suas diminuunt: thesauris illum abundare quibus partis suæ Duces et Reges præpotentes conducantur: classem habere plurimam, homines in ministeriis nauticis peritissimos, qui sæpiùs pericula et prælia maritima sint experti: terrâ illius, uti divitiis ita militis copiâ, hanc multipliciter superari. Quis enim juxta præstitutum naves perfici, aut perfectis remiges inveniri annuo spatio posse speraret? Quis nova hac expeditione pulcherrimum statum patriæ in omnem redigi miseriam non timeret? Quis Romani Imperatoris opes eâ vinci difficultate non affirmaret? Erexit autem diffidentes Dux hac elocutione: « Innotuit nobis, ait, Heraldus sa- » pientia; terrorem nobis * ingerit, sed spem auget: sua quidem inutiliter E » expendet, aurum dissipans, non consolidans honorem: non eo animi viget » robore, quo vel minimum quid meorum polliceri audeat; at arbitrio meo » pariter quæ mea sunt, quæque dicuntur illius, promittentur atque da- » buntur: hostem haud dubiè superabit, qui non minùs quæ hostis possidet, » quàm propria largiri valet. Navigio, quo sufficiente citiùs gaudebimus, » non præpediemur: sint illi experti, quæ nos cum felicitate majore ex- » periamur: virtute meliùs quàm numero militum bella geruntur. Præ- » terea, ne rapinam amittat ille pugnabit, nos quæ dono accepimus, » beneficiis comparavimus, requirimus: quæ partis nostræ prima fiducia » periculum omne depellens, lætissimum triumphum nobis, summum decus, » præclarissimum nomen dabit ».

* f. non

- A Jam tota classis providentissimè exornata (a) ab ostio Divæ vicinisque portibus, ubi Nothum quo transmitterent diutiùs expectavere, Zephyri flatu in stationem S. Gualerici delata est. Ibi quoque precibus, donis, votis, cœlesti suffragio se commisit optimè confidens Princeps; quem neque mora sive contrarietas venti, neque terribilia naufragia, neque pavida fugam multorum qui fidem sponponderant, frangere prævalent. Quin et consilio adversitatibus obvius, submersorum interitus quantum poterat occultavit, latentius tumultando: comœatum in dies augendo, inopiam lenivit. Ad hoc hortamine diverso retraxit exterritos, animavit paventes. Sacris supplicationibus adèò decertavit, ut corpus etiam acceptissimi Deo Confessoris Gualerici contra præpedientem et pro secundo vento extra Basilicam deferret, concurrente in eadem humilitatis arma concione profectorum
- B cum ipso. Spirante dein aurâ expectatâ, voces cum manibus in cœlum gratificantes, ac simul tumultus invicem incitans tollitur: terra quàm properantissimè deseritur, dubium iter quàm cupientissimè initur. Eo namque celeritatis motu impelluntur, ut cùm armigerum hic, socium inelamet ille, plerique immemores clientum aut sociorum aut rerum necessariarum, id solum ne relinquuntur cogitant ac festinant. Increpat tamen atque urget in puppes ardens vehementia Ducis, si quos ullatenùs moram nectere notat. Verùm ne priùs luce litus quò intendunt attingentes, iniquâ et minùs notâ statione periclitentur; dat præconis voce edictum, ut cùm in altum sint deductæ, paululum noctis conquiescant non longè à suâ rates cunctæ in anchoris fluitantes, donec in ejus mali summo lampade conspectâ, extemplò buccinæ clangorem cursûs accipiant signum... Solutis noctu post quietem
- C navibus, vehens Ducem retrò ceteras agillimè reliquit, ardentius ad victoriam properantis imperio suæ velocitatis parilitate quasi obtemperans. Jussu manè remex mali ab alto, num quæ veniant consequæ, speculari, præter pelagus et aëra prospectui suo aliud nihil comparere indicat. Confestim anchora jacta, ne metus atque mœror comitem turbam confunderet, abundans prandium nec Baccho pigmentato carens animosissimus Dux, ac si in cœnaculo domestico, memorabili cum hilaritate accepit; cunctos ætutum affore promittens, Deo ejus eos tutelæ credidit adducente... Inquisitus dennò speculator, naves quatuor advenire; tertio tantas exclamat, ut arborum veliferarum uberrima densitas nemoris præstet similitudinem. Spes Ducis gaudio mutata... Penevesillum prospero flatu proventus, liberè navibus egreditur, pugnam nullâ obstante. Equidem Heraldus in Eboracensem
- D pagum recesserat, cum fratre suo Tostillo et Heraldus Noricorum Rege dimicaturus. Nec mirere quòd germanus permotus injuriis, invasi honoris æmulus, arma externa adduxit in Heraldum; quem germana quoque illi

(a) Cognomina eorum qui cum Guillelmo Conquestore Angliam ingressi sunt; apud Chesnium ibidem pag. 1025. ex Historia Ms. Jorvalensi, Auctore Joh. Bramplono Abbate Jorval. qui floruit anno MCXCIX: Maundevile et Daundevile, Ounfravile et Doumfravile, Bolevile et Baskervile, Evile et Clevile, Morevile et Colevile, Warbevile et Cawile, Botevile et Stotevile, Deverous et Canvile; Mooun et Bohun, Pipoun et Vinoun, Baylon et Bayloun, Maris et Marmioun, Agulis et Aguloun; Chamberlain et Chambersoun, Fer et Fernoun, Verdeis et Verdoun, Criel et Cardoun, Danver et Davernoun; Hasting et Camois, Bardolph-Botes et Boys, Waren et Wardeboys, Rodes et Deaverois; Auris et Argenton, Botetour et Botevillein, Malebouch et Malemein, Hautevile et Hautein, Dauney et Deveyn, Malins et Malvesine, Morton et Mortemer, Bravuz et Columber; Seint Dennis et Seint Cler, Seint Aubin et Seint Omer, Seint Philbert, Fyens et Gomer, Turbevile et Turbemer, Gorges et Spenser, Brus et Botteler; Crenawel et Seint Quintin. Deveroug et Seint Martin, Seint Mor et Seint Leger, Seint Vigor et Seint Per; Avenel et Paynel, Payver et Perdel, Rivers et Rivell, Beauchamp et Beavapel, Lou et Lowell, Ros et Druell, Mountabouns et Mounsorell, Trussebot et Trassel, Burgas et Burnell, Bray et Botterell; Biset et Basset, Malevile et Mallet, Bonvile et Bouet, Nervil et Narbet, Coinel et Corbet,

Mountain et Mount-fichet; Genevile et Giffard, Say et Seward, Cari et Chaward, Harecourt et Hansard, Musgrave et Musard; Mare et Mautravers, Fernz et Ferrers, Barnevile et Berners, Cheyne et Chalers, Danudon et Daungers, Vesey, Gray et Graungers; Bertran et Bigod, Trayly et Traygod, Penbert et Pigot, Freyn et Foliot, Dapisoun et Talbot, Sauraver et Saunford, Vagu et Vautort, Montagu et Mounsoord; Forneus et Fornevous, Valens, Yle et Vaus, Clarel et Claraus, Aubevil et Seint Amous, Agos et Dragous; Malherb et Maudut, Brewes et Chaudut, Fitz Oures et Fitz de Lou, Cantenor et Cantelou; Brayfus et Hulbins, Bolebek et Molyns, Moleton et Bexil, Rochford et Dosevil, Watervil et Davil, Nevers et Nevil; Heynous, Burs, Burdevon, Ylebon, Hyldebrond et Helion, Loges et Seint Lou, Moubank et Seint Malou, Wake et Wakevil, Coudray et Knevil; Scaliers et Clere-mount, Beaunis et Beaumont, Mouns et Mounchampt, Nowers et Nowehampt; Percy, Cruce et Lacy, Quincey et Traey, Stoker et Somery, Seint John et Seint Jay, Greyl et Seint Valery, Pinkeny et Pavely, Monhaut et Monchensy, Lovein et Luey, Artos et Arey, Grevil et Courcy, Arras et Cressy; Merle et Moubray, Gornay et Courtenay, Haustlaing et Turnay, Husée et Husay, Pouchardon et Pomeray, Longevil et Longespay, Payns et Pontelarge, Straunge et Sauvage.

moribus absimillima, cùm armis non valeret, votis impugnabat et consilio, A luxuriâ fœdum, truculentum homicidam, divite rapina superbum, adversarium æqui et boni. Voluit autem virilis prudentiæ femina, intelligens honesta quælibet ac vitâ colens, Guillelmum Anglis dominari, quem Edwardi Regis mariti sui adoptio filii loco sibi succedere statuit, sapientem, justum, fortem.

Gaudentes arrepto littore Normanni, prima munitione Penevesellum, alterâ Hastings occupavere; quæ sibi receptaculo, navibus propugnaculo forent... Guillelmus cum viginti quinque non ampliùs militum comitatu promptus, ipse loca et incolas exploravit. Inde revertens ob asperitatem tramitis pedes, re non absque risu gestâ, quanquam Lector fortè rideat, seriæ laudi materiam dedit; gestans in humero sociatam suæ, lorica satellitis, dum nominatissimum vi corporis ut animi, Osberni filium Guillelmum B ferreo fasce levavit. Dives quidam finium illorum inquilinus, natione Normannus, Rothbertus filius Guimaræ nobilis mulieris, Hastings Duci domino suo atque consanguineo nuntium destinavit his verbis: « Præliatus cum » fratre proprio Rex Heraldus et cum Rege Noricorum, quo fortiorem sub » cœlo nullum vivere opinio fuit, pugna unâ ambos occidit, ingentes » eorum exercitus delevit: animatus eo successu festinus redit in te, nume- » rosissimum populum ducens ac robustissimum; adversus quem non am- » pliùs tuos quàm totidem despectabiles canes æstimò valere. Prudens vir » computaris, domi militiæque cuncta hactenus prudenter egisti; nunc tibi » consule, provide, labora, ne per temeritatem in discrimen unde non eva- » das temet ipse præcipites: suadeo, intra munitiones mane, manu ad præ- » sens configere noli ». Dux contrâ nuntio: « Pro mandato, inquit, quo C » mihi dominus tuus vult esse cautum, quanquam sine contumelia suadere » decuerit, gratias ipsi et hæc refer: Non me tutarer valli aut mœnium la- » tebris, sed configerem quamprimùm cum Heraldò; nec diffiderem forti- » tudine meorum cum suis eum contritum iri, voluntate divina non resis- » tente; tametsi decem sola millia virorum haberem, quales ad sexaginta » millia adduxi ».

Quadam verò die dum custodiam navium viseret Dux, indicatum est fortè spaciante prope navalia, Monachum Heraldum legatum adesse. Ipse protinùs illum convenit ingeniosa hac locutione: « Proximus, inquit, ego sum Guil- » lelmi Comitum Normannorum ac Dapifer: eum alloquendi nisi per me » copiam habere non poteris; quod affers, mihi narra: libens ille cognoscet » idem per me, quia neminem suorum chariorem habet me: post opportunè D » uti voles, meâ operâ coram loquutum venies ». Legatione percepta, patetfaciente Monacho, sine cunctatione Dux legatum hospitio recipi et officiosa humanitate curari præcepit. Ipse interim secum et cum suis quid mandatis responderet deliberabat. In crastino discumbens in medio Primatum suorum Cucullato advocato dixit: « Ego sum Guillelmus Dei gratiâ Norman- » norum Princeps: quæ mihi hesterno die retulisti, in horum nunc præsentia » refer ». Legatus ita elocutus est: « Hæc tibi mandat Rex Heraldus: » Terram ejus ingressus es, quâ fiduciâ, qua temeritate nescit: meminit » quidem quòd Rex Edwardus te Anglici regni hæredem fore pridem de- » creverit, et quòd ipse in Normannia de hac successione securitatem tibi fir- » maverit: novit autem jure suum esse regnum, idem ejusdem Regis do- » mini sui donò in extremis illius sibi concessum: etenim ab eo tempore E » quo B. Augustinus in hanc venit regionem, communem gentis hujus fuisse » consuetudinem, donationem quam in ultimo fine suo quis fecerit, eam » ratam haberi: quapropter de terra justè suâ cum tuis te regredi postulat: » alioquin amicitiam et cuncta pacta per ipsum in Normannia tibi firmata » solvet, penès te omninò relinquens ea ». Auditis Heraldum mandatis, Dux Monachum inquisivit, num legatum suum ad Heraldum cum salute perducere vellet. Ille salutis ejus ut propriæ curam se habiturum spondit. Dux illicò verbis his Monachum Fiscannensem quemdam instruxit, quæ citiùs Heraldò deferret. « Non temerè neque injustè, sed consultò et æquitatis » ductu in hanc terram transvectus sum; cujus me hæredem, ut Heraldus » ipse fatetur, statuit dominus meus et consanguineus Rex Edwardus ob

- A » maximos honores et plurima beneficia , quæ illi atque fratri suo nec non
 » hominibus eorum ego et majores mei impendimus ; et quoniam omnium
 » qui genus suum attingerent , me credebat excellentissimum , qui optimè
 » valerem vel ei quamdiu viveret subvenire , vel posteaquàm decederet
 » regnum gubernare. Sanè neque id absque suorum Optimatum consensu ,
 » verùm consilio Stigandi Archiepiscopi , Godwini Comitis , Levrici Co-
 » mitis , Sigardi Comitis ; qui etiam jurejurando suis manibus confirmave-
 » runt , quòd post Edwardi decessum me reciperent dominum , nec ulla-
 » tenus peterent * in vita illius patriam hanc ullo impedimento contra me
 » occupari. Obsides mihi dedit Godwini filium ac nepotem : postremò He-
 » raldum ipsum in Normanniam transmisit , ut quod pater ejus atque cæteri
 » suprà nominati hîc mihi juravere absentibus , is ibi præsens juraret præsentibus :
 B » qui dum pergeret ad me , in periculum captionis incidit , unde meâ eum
 » prudentiâ ac fortitudine eripui. Se mihi per manus suas dedit , sua manu
 » securitatem mihi de regno Anglico firmavit. Præsto ego sum ad agendum
 » causam contra illum in judicio , sive placet illi juxta jus Normannorum ,
 » sive potius Anglorum. Si secundùm æquitatis veritatem decreverint Nor-
 » manni aut Angli , quod ille regnum hoc jure debeat possidere ; cum pace
 » possideat : si verò mihi justitiæ debito reddendum esse consenserint , mihi
 » dimittat. At si conditionem hanc repudiaverit , non duco justum ut homi-
 » nes mei vel sui concidant præliando , quorum in lite nostrâ culpa nulla
 » est. Ecce paratus ego sum capite meo contra caput illius asserere , quòd
 » mihi potius quàm illi jure cedat regnum Anglicum » . . . Ut mandata ea-
 dem Heraldus appropinquanti per Monachum sunt relata , stupore expalluit ,
 C atque diu ut elinguis obticuit. Rogitanti autem responsum legato semel et
 iterùm , primò respondit : « Pergimus continènter ; » secundò : « Pergimus
 » ad pretium ». Instabat legatus ut aliud rêsponderetur , repetens non inte-
 ritum exercituum , sed singulare certamen Normanno Duci placere . . . Tum
 levato Heraldus in cœlum vultu ait : « Dominus inter me et Guillelmum
 » hodie quod justum est decernat » .

* pateren-
tur

- Interea exploratum directi Ducis jussu probatissimi equites , hostem adesse
 citi nunciant. Accelerabat enim eò magis Rex furibundus , quòd propin-
 qua castris Normannorum vastari audierat : nocturno etiam incursu aut re-
 pentino minùs cautos opprimere cogitabat : et ne perfugio abirent , classe
 armata ad septingentas naves in mari opposuerat insidias. Dux properè quot-
 quot in castris inventi sunt (pleraque enim sociorum pars eo die pabula-
 D tum ierat) , omnes jubet armari. Ipse mysterio Missæ quàm maxima cum de-
 votione assistens , corporis ac sanguinis Domini communicatione suam et
 corpus et animam munivit : appendit etiam humili collo suo Reliquias ,
 quarum favorem Heraldus abalienaverat sibi , violata fide quam super eas
 jurando sanxerat. Aderant eomitati è Normannia duo Pontifices , Odo
 Baiocensis et Goisfredus Constantinus ; unà multus Clerus et Monachi non-
 nulli. Id collegium precibus pugnare disponitur. Terreret alium loriceæ , dum
 vestiretur , sinistra conversio : hanc conversionem risit ille ut casum , non ut
 mali prodigium expavit. Exhortationem quâ pro tempore breviter militum
 virtuti plurimum alacritatis addidit , egregiam fuisse non dubitamus , etsi no-
 bis non ex tota dignitate sua relatam. Commonuit Normannos , quòd in
 multis atque magnis periculis victores tamen se duce semper exstiterint :
 E commonuit omnes patriæ suæ , nobilium gestorum magnique nominis : nunc
 probandum esse manu , qua virtute polleant , quem gerant animum : jam
 non id agi , quis regnans vivat , sed quis periculum imminens cum vita eva-
 dat : si more virorum pugnent , victoriam , decus , divitias habituros ; alio-
 quin aut otius trucidari , aut captos ludibrio fore hostibus crudelissimis ;
 adhoc ignominiâ sempiternâ infamatum iri : ad effugium nullam viam patere ,
 cùm hinc arma et inimica ignotaque regio obsistant ; illinc pontus et arma :
 non decere viros multitudine terreri : sæpenumerò Anglos hostili ferro de-
 jectos cecidisse , plerumque superatos in hostis venisse deditionem , nun-
 quam gloriâ militiæ laudatos : imperitos bellandi strenua virtute paucorum
 facillè posse conteri ; præsertim cùm justæ causæ præsidium cœleste non desit :
 audeant modò , nequaquam cedant , triumpho citiùs gavisuros fore.

autem commodissima ordinatione progreditur, vexillo prævio quod A
 Apostolicus transmiserat: pedites in fronte locavit, sagittis armatos et ba-
 listis; item, pedites in ordine secundo firmiores et loricatedos: ultimò turmas
 equitum, quorum ipse fuit in medio cum firmissimo robore, unde in omnem
 partem consuleret manu et voce. Scribens Heraldus agmen illud Veterum
 aliquis, in ejus transitu flumina epotata, silvas in planum redactas fuisse
 memoraret: maximæ enim ex omnibus undique regionibus copiæ (a) An-
 glorum convenerant. Studium pars Heraldus; cuncti patriæ præstabant, quam
 contra extraneos, tametsi non justè, defensare volebant. Copiosa quoque
 auxilia miserat eis cognata terra Danorum. Non tamen audentes cum Guil-
 lelmo ex æquo conflagere, plùs eum quàm Regem Noricorum extimentes,
 locum editiorem præoccupavere, montem silvæ per quam advenere vicinum.
 Protinùs equorum ope relicta, cuncti pedites constitere densiùs conglobati. B
 Dux cum suis neque loci territus asperitate, ardua clivi sensim ascendit.
 Terribilis clangor lituorum pugnæ signa cecinit: utrinque Normannorum
 alacris audacia pugnæ principium dedit... Pedites itaque Normanni
 propiùs accedentes, provocant Anglos, missilibus in eos vulnera dirigunt
 atque necem. Illi contrà fortiter, quo quisque valet ingenio, resistunt: ja-
 ctant cuspides ac diversorum generum tela, sævissimas quasque secures et lig-
 nis imposita saxa: iis veluti mole letifera statim nostros obrui putares. Sub-
 veniunt equites, et qui posteriores fuere, fiunt primi. Pudet eminùs pugna-
 re, gladiis rem gerere audent. Altissimus clamor hinc Normannicus, illinc
 barbaricus, armorum sonitu et gemitu morientium superatur: sic aliquandiu
 summa vi certatur ab utrisque. Angli nimium adjuvantur superioris loci op-
 portunitate, quem sine procurso tenent et maximè conferti; ingenti quo- C
 que numerositate sua atque validissimâ corpulentia; prætereà pugnæ instrui
 mentis, quæ facilè per scuta vel alia tegmina viam inveniunt. Fortissimè ita-
 que sustinent vel propellunt ausos in se districtum ensibus impetum facere;
 vulnerant et eos qui eminùs in se jacula conjiciunt. Ecce igitur hac sævi-
 tiâ perterriti avertuntur pedites pariter atque equites Britanni, et quotquot
 auxiliares erant in sinistro cornu: cedit ferè cuncta Ducis acies; quod cum
 pace dictum sit Normannorum invictissimæ nationis... Credidere Normanni
 Ducem ac dominum suum cecidisse. Non ergo nimis pudendâ fugâ cessere;
 minimè verò dolendâ, cum plurimum juverit.

Princeps namque prospiciens multam partem adversæ stationis prosiluisse
 et insequi terga suorum, fugientibus occurrit et obstitit, verberans aut mi-
 nans hastâ; nudato insuper capite detractâque galeâ exclamans: « Me, in D
 » quit, circumspicite; vivo et vincam, opitulante Deo. Quæ vobis de-
 » mentia fugam suadet? Quæ via patebit ad effugiendum? Quos ut pecora
 » mactare potestis, depellunt vos et occidunt. Victoriâ deseritis ac perpe-
 » tuum honorem: in exitium curritis ac perpetuum opprobrium. Abeundo,
 » mortem nullus vestrum evadet ». His dictis receperunt animos: primus
 ipse procurrat fulminans ense; stravit adversam gentem, quæ sibi Regi suo
 rebellans commeruit mortem. Exardentes Normanni et circumvenientes
 aliquot millia insecuta se, momento deleverunt ea, ut nequidem unus su-
 peresset. Ita confirmati vehementius immanitatem exercitûs invaserunt,
 qui maximum detrimentum passus, non videbatur minor. Angli confidenter
 totis viribus oppugnabant, id maximè laborantes, ne quem aditum irrum-
 pere volentibus aperirent: ob nimiam densitatem eorum labi vix potuerunt E
 interemi*. Patuerunt tamen in eos viæ incisæ per diversas partes fortissi-
 morum militum ferro. Institerunt eis Cenomanici, Francigenæ, Britanni,
 Aquitani, sed cum præcipua virtute Normanni. Tyro quidam Normannus
 Rodbertus, Rogerii de Bellomonte filius, Hugonis de Mellento Comitis
 ex Adelina sorore nepos et hæres, prælium illo die primum experiens, egit

* f. inte-
 rempti

(a) Longè aliter rem seu Haroldi Regis exercitum
 representant alii Scriptores. Unde non immeritò
 forsân hîc monchimus, panegyricum à Guillelmo
 Pictavino componi; proinde res ab ipso, omni quam
 excogitare potest arte, in maximam herois sui laudem
 et gloriam infecti. Sublestæ pariter fidei Auctor,

potest idem videri, dum infrâ tradit à Willelmo
 Rege nulli Gallo datum, quod Anglo cuiquam injustè
 fuerit ablatum. Simile quid notandum est in aliis
 pluribus hujus Historiæ locis. Meminerit igitur
 Lector sæpè, verba Guillelmi reducere ad id quod
 vero propriùs accedat.

A quod æternandum esset laude; cum legione quam in dextro cornu duxit, irruens ac sternens magna cum audacia.

Animadvertentes Normanni sociaque turba, non absque nimio sui incommodo hostem tantum simul resistentem superari posse, terga dederunt, fugam ex industria simulantes: meminere quàm optatæ rei paulò antè fuga dederit occasionem. Barbaris cum spe victoriæ ingens lætitia exorta est: sese cohortantes exultante clamore, nostros maledictis increpabant, et minabantur cunctos illicò ruituros esse. Ausa sunt ut superiùs aliquot millia quasi volante cursu, quos fugere putabant, urgere. Normanni repentiè regyratis equis interceptos et inclusos undique maetaverunt, nullum relinquentes. Bis eo dolo simili eventu usi, reliquos majori cum alacritate aggressi sunt, aciem adhuc horrendam, et quam difficillimum erat circumvenire. Fit deinde insoliti generis pugna, quam altera pars incursibus et diversis motibus agit; altera velut humo affixa tolerat. Languent Angli, et quasi reatum ipso defectu confitentes, vindictam patiuntur. Sagittant, feriunt, perfodiunt Normanni: mortui plus dum cadunt, quàm vivi, moveri videntur. Leviter sauciatos non permittit evadere, sed comprimendo necat sociorum densitas. Ita felicitas pro Guillelmo triumpho maturando cucurrit. Interfuerunt huic prælio Eustachius Boloniæ Comes, Guillelmus Richardi Ebroicensis Comitis filius, Goisfredus Rotronis Moritoniæ Comitis filius, Guillelmus Osborni filius, Haimerius Toarcensis Præses, Gualterus-Giffardus, Hugo de Monteforti, Rodolphus de Toneia, Hugo de Grentmaisnil, Guillelmus de Guarena, aliique quàm plures (a) militaris præstantiæ famâ celebratissimi... Guillelmus verò Dux eorum præstabat eis fortitudine, quemadmodum prudentiâ... Nobiliter duxit ille cohibens fugam,

(a) Catalogus Nobilium qui immediatè prædia à Rege Conquæstore tenuerunt; apud Chesnium ibid. pag. 1027, ex Censuali Angliæ libro, quem ipse Conquæstor anno regni sui XX confici jussit: *Willelmus filius Ansculfi, Willelmus Alisius, Willelmus Arcuarius, Osbernus Accipitrarius, Willelmus filius Azor, Goscelinus filius Azor, Gilo frater Ansculfi, Aulfus Vicecomes, Albertus, Theodricus Aurifaber, Stephanus filius Airardi, Rogerius Arundel, Robertus de Albemarle, Ruald, Adobed, Aialphus, Edgarus Adeling, Nigellus de Albigni, Milo frater Ansculfi, Urso de Abetot, Hugo Asinus, David de Argentomago (Argentomo), Henricus filius Azor, Robertus Albus, Walterus de Aincourt, Goisfredus Aselin, Osbernus de Arcis, Odo Arbalistarius, Norman de Adreici, Ansgotus, Edmundus filius Algoti, Hunsfredus filius Alberici, Alvredus, Aldid, Frodis frater Abbatis, Willelmus de Arcis, Alsi, Rubellus Artifex, Gislebertus Arbalistarius, Bernardus Arbalistarius, Radulfus Arbalistarius, Robertus Arbalistarius, Gislebertus filius Richerii de Aigle; Willelmus de Braiose, Willelmus Bertram, Gislebertus de Breteville, Hugo filius [Baldrici], Willelmus filius Baderon, Willelmus Belet, Hugo Barbatus, Rogerus de Berchelai, Rogerus de Belmont, Serlo de Burci, Hugo de Bosch-Herberti, Rogerus de Busli, Robertus Bastard, Alvredus Brito, Nicolaus Balistarius, Robertus Blundus, Radulfus Baignard, Hugo de Belcamp, Goisfredus de Bech, Goisfredus de Belvaco, Maino Brito, Hugo de Bolebech, Nigellus de Bereville, Goscelinus Brito, Urso de berseres, Radulfus de Berchelei, Walterus Balistarius, Balduinus, Hunsfridas de Buivile, Hugo de Berneres, Uxor Boselini, Robertus de Buci, Drogo de Bevrere, Willelmus Buenvalet, Ogerus Brito, Rainaldus de Balgiote, Baldricus, Radulfus de Burun, Erneis de Burun, Rainerius de Brinow, Waldinus Brito, Odo Balistarius, Willelmus Blundus, Heppo Balistarius, Thihellus Brito, Rogerus Bigotus, Radulfus de Belfago, Hamfridus de Bohun, Bernardus Balistarius, Hervicus Bituricensis, Gislebertus Balistarius, Radulfus Balistarius, Rainaldus Brito, Bezelinus, Tebbaldus filius Bernerii; Comes Eustachius, Comes de Ow, Comes Moritoniensis, Comes Alanus, Comes Rogerus, Comes Hugo, Comes Ebroicensis, Comes Albericus, Comes de Mellend, Comes Ivo Taillebois, Comes Albericus mortuus, Ida Comitissa Bolo-*

niensis, Juditha Comitissa, Godeva Comitissa, Comitissa de Albemarla, Albertus Capellanus, Milo Crispin, Hunsfridus Camerarius, Albertus Clericus, Tarstinus Camerarius, Herbertus Camerarius, Rainaldus filius Croc, Gozelinus de Cormelies, Goisfredus Camerarius filius Regis, Albericus Camerarius, Willelmus filius Corbucion, Robertus filius Corbucionis, Willelmus de Calgi, Radulfus filius Comitis, Reimbaldus de Cicestre vel Cirecestre, Rogerus de Curcelles, Rainaldus Canutus, Walterus de Claville, Aulfus Camerarius, Willelmus Chievre, Girardus Capellanus, Sigar de Cioches, Willelmus Camerarius Willelmus filius Constantini, Albericus de Coci, Albericus Cocus, Richardus de Curey, Cristina, Ansfredus de Cormeliis, Hunsfridus Cocus, Willelmus de Cahaignes, Hunsfridus de Cioches, Gislebertus Cocus, Wido de Credun, Godefridus de Cambray, Rogerus filius Corbet, Radulfus Cocus, Colsuacia, Normannus Crassus, Goisfredus de Cambrai, Colgrim, Walterus Cocus, Ansgerus Cocus, Hubertus de Canesio, Gundwinus Camerarius; Walterus de Duay, Walsuinus de Duay, Robertus Dispensator, Walterus Diaconus, Herman de Dreves, Eudo Dapifer, David, Haimo Dapifer, Adam filius Darandi Malaopera, Godricus Dapifer, Rogerus Deus-salvet-dominas; Eldredus, Richardus Esturmi, Eddeva, Swainus de Essexæ, Ricardus filius Erfasti, Eudo filius Erfasti, Eudo filius Espircwic, Edricus Accipitrarius, Erchengerus Pistor; Radulfus de Felgeres, Henricus de Ferrers, Willelmus de Faleise, Fulcherus, Robertus Fasiton, Walterus Flandrensis, Vinemarus Flaadrensis, Willelmus Froisselew, Hugo Flandrensis, Ricardus Forestarius, Furstinas, Baldwinus Flandrensis, Ranulfus Flamme; Ricardus filius Gisleberti Comitis, Robertus filius Geroldi, Durandus de Glowcestr, Walterus Giffard, Gislebertus de Gand, Osbernus Giffard, Grimboldus, Beringarius Giffard, Godescallus, Odo filius Gamelini, Godeboldus, Gotscelinus, Girardus, Robertus Gernon, Hugo de Grentmaisnil, Willelmus Gosinboded, Picotus de Grantebrige, Girbertus, Gerinus, Gospatric, Hugo de Gurnay, Robertus filius Goberti, Godwinus, Hugo filius Grip, Grim Præpositus; Haimo Vicecomes, Ernulfus de Hesding, Eudo filius Huberti, Hascot, Herulfus de Hastings, Alvredus Hispaniensis seu de Hispania, Hervicus de Helion, Hainricus, Robertus Hostiarius, Radulfus filius Huberti, Robertus

dans animos, periculi socius; sæpiùs clamans ut venirent, quàm jubens A ire. Unde liquidò intelligitur, virtutem illi præviã pariter fecisse militibus iter et audaciam. Cor amisit absque vulnere pars hostium non modica, prospiciens hunc admirandum et terribilem equitem. Equi tres ceciderunt sub eo confossi: ter ille desiluit intrepidus,, nec diu mors vectoris inulta remansit. Hic velocitas ejus, hic robur ejus videri potuit corporis et animi. Scuta, galeas, loricas irato mucrone et moram dedignante penetravit; clypeo suo nonnullos collisit. Mirantes eum peditem sui milites, plerique confecti vulneribus, corde sunt redintegrati: et nonnulli quos jam sanguis ac vires deficiunt, scutis innixi viriliter depugnant; aliqui voce et nutibus, cum aliud non valent, socios instigant, ne timidè Ducem sequantur, ne victoriam è manibus dimittant. Auxilio ipse multis atque saluti fuit... Guillelmus solus non extimuit mille.

Jam inclinato die haud dubiè intellexit exercitus Anglorum, se stare contra Normannos diutiùs non valere. Noverunt se diminutos interitu multarum legionum; Regem ipsum et fratres ejus, regniq̄e Primates nonnullos occubuisse: quotquot reliqui sunt, propè viribus exhaustos esse: subsidium quod expectent, nullum relictum. Viderunt Normannos non multùm decrevisse peremptorum casu; et quasi virium incrementa pugnando sumerent, acriùs quàm in principio imminere: Ducis eam sævitiam, quæ nulli contrà stanti parceret; eam fortitudinem, quæ nisi victrix non quiesceret. In fugam itaque conversi quantociùs abierunt, alii raptis* equis, nonnulli pedites: pars per vias, plerique per avia: jacuerunt in sanguine qui niterentur aut surgerent, non valentes profugere: valentes fecit aliquos, salutem valdè cupiens animus: multi silvestribus in abditis remanserunt cadavera: plures obfuerunt sequentibus per itinera collapsi. Normanni licet ignari

* f. rapti

filius Willelmi Hostiarü, Helgot, Hamo, Willelmus Hostiarius, Hermerus, Hago, Tihellus de Herion, Hacheberrus, Robertus filius Hugonis; Rogerus de Iveri, Humfridus de Insula, Alvedus de Hispania, Iseldis, Ranulfus frater Algerü, Richardus de Ingania, Radulfus de Insula, Iibertus, Ilbodus vel Ilbodo, Judichaël seu Ivikel Presbyter, Isaac, Waldinus Inganiator, Rainaldus filius Ivonis; Willelmus Louet vel Loveth, Rogerus de Laci, Hugo Lasne, Radulfus de Linesi, Dermannus Lundon, Rogerus de Luri, Willelmus Levric, Richardus Legatus, Geri de Loges, Albertus Lothariensis, Alvedus de Lincolnia, Hugo de Luri, Iibertus de Laci, Gozelinus filius Lamberti, Gozelinus Loremaris; Hugo de Montford, Goisfridus de Manneville, Robertus Malet, Alvedus de Merleberg, Radulfus de Mortemer, Willelmus Mauldoit, Willelmus filius Manne, Goisfridus Marescal, Nigellus Medicus, Robertus filius Murdac, Mathiu vel Maci de Moretania (Mathæus Mauritanienis), Willelmus de Moion, Humfridus Mauldoit, Robertus Marescal, Ausgerus de Montagud, Turstinus Mantel, Martinus, Hasculfus vel Hascot Musard, Humfridus de Madehalle, Rogerus de Mucelgros, Griffinus filius Mariadoc, Maino, Durandus Malet, Hugo de Montgomeri, Willelmus Malbedeng, Hugo de Mara, Rogerus Marescalcus, Modwinus, Giroldus Mariscalcus, Adam filius Durandi Malaopera; Lewinus de Newham, Willelmus filius Normanni, Nigellus, Normannus, Willelmus filius Nigelli; Odo de Wincestria Taynus Regis, Walterus filius Otheri, Goisfridus Ortale vel Orleteile, Oswaldus, Willelmus de Ow, Hugo filius Osmundi, Ansheitillus filius Osmundi, Robertus de Olgi, Osbernus Presbyter, Willelmus de Odburvilla frater Rogeri; Hugo de Port, Hubertus de Port, Willelmus de Perci, Bernardus Pancevolt, Ricardus Puingizant vel Puniant, Milo Portarius, Willelmus Pewrel, Walterus filius Ponz, Drogo filius Ponz, Radulfus de Pomerei, Radulfus Paganel, Willelmus de Poilgi, Ranulfus Perrel, Hugo Pincerna, Osbernus Piscator, Robertus Pincerna, Willelmus Pantulf, Picot, Ricardus Pincerna, Rogerus Pictaviensis, Theodericus Pointel, Radulfus Pinel, Alvena uxor Phin, Herbrandus de Ponte-Ademari; Gilbertus filius Richerü de Aigle, Turstinus filius Rolf, Walterus filius Ro-

gerii, Herbertus filius Remigii, Willelmus filius Ricardi, Reinbaldus Presbyter, Robertus filius Rolf, Gozelinus de Rivere, Wido de Reinbodcourt, Reinbaldus, Willelmus filius Rogeri, Heraldus filius Radulfi Comitit, Rogerus filius Radulfi, Osbernus filius Ricardi, Ricardus, Rainaldus Vicecomes, Robertus de Rodelent, Rainaldus, Restoldus, Robertus filius Rotscelini, Rogerus filius Reinardi, Radulfus Arbalistarius, Rabellus; Edwardus Saresberiensis, Willelmus filius Stur, Robertus de Stadfort, Radulfus filius Seifridi, Hugo Stireman, Ricardus Sturmil, Willelmus de Scoies vel Scochies, Osbernus de Salceid, Walterus de S. Walerico, Robertus de S. Legire, Harduinus Scalers, Gislebertus filius Salomonis, Swain Vicecomes, Osbernus filius Ric. Scrupe, Swainus de Essex, Willelmus Specs, Walterus filius Secheri, Siboldus, Stephanus, Nigellus de Stadford, Eudo filius Spirewic, Ranulfus de S. Walerico, Saisselinus, Hugo de S. Quintino, Stainardus, Starcolfus, Robertus de Stratford, Swain; Henricus Thesaurarius, Durandus Tonsor, Radulfus de Todeni, Gislebertus filius Turoldi, Judhel de Totenais, Richardus filius Turoldi, Robertus de Todeni, Radulfus Tailgebosch, Berengarius de Todeni, Turchillus, Iibertus filius Turoldi, Turstinus, Robertus filius Tetbaldi, Turoldus, Hugo filius Turgisi, Osbernus filius Tezzonis, Gislebertus Tisun, Willelmus Tailebose, Turchillus Prepositus, Ivo Tailebois, Tihellus, Tovi, Turchil de Warwik; Hamo Vicecomes, Walerannus Venator, Croc Venator, Aiulfus Vicecomes, Humfredus Vic. de Lew, Baldovinus Vicecomes, Albericus de Ver, Petrus de Valoignes, Bertran de Verdon, Swain Vicecomes, Durandus Vicecomes, Robertus de Pesci, Rogerus Venator, Ricardus Vernon, Walterus Vernon, Radulfus Venator, Robertus de Verli, Ulketel, Favassores Regis, Rainaldus Vicecomes, Ogerus filius Ungemar, Willelmus de Warene, Willelmus filius Widonis, Walterus de S. Walerico, Alvedus filius Wigoti, Urso de Fircestria, Pulmarus, Joannes filius Valeranni, Willelmus, Osbernus filius Walteri, Winemarus, Goisfredus de Wirce, Turchil de Warwike, Walchelinus, Robertus filius Willelmi, Willelmus Hostiarius, Joannes nepos Waleranni, Willelmus de Watevilla.

A regionis avidè insequabantur, cædentes rea terga, imponentes manum ultimam secundo negotio: à mortuis etiam equorum ungulæ supplicia sumpsere, dum cursus fieret super jacentes. Rediit tamen fugientibus confidentia, naectis ad renovandum certamen maximam opportunitatem prærupti vallis et frequentium fossarum. Gens equidem illa naturâ semper in ferrum prompta fuit, descendens ab antiqua Saxonum origine ferocissimorum hominum. Propulsi non fuissent, nisi fortissima vi urgente: Regem Noricorum*, magno exercitu fretum et bellicoso, quàm facilè nuper vicerunt.

* *Ms. Norvegiorum.*

Cernens autem felicium signorum Ductor cohortes inopinatò collectas, quamvis noviter advenire subsidium putaret, non flexit iter neque substitit; terribilior cum parte hastæ, quàm grandia spicula vibrantes; Eustachium Comitem cum militibus quinquaginta aversum, et receptui signa canere volentem, ne abiret virili voce compellavit. Ille contrà familiariter in aurem Ducis reditum suasit, proximam ei si pergeret mortem prædicens. Hæc inter verba percussus Eustachius inter scapulas icu sonoro, cujus gravitatem statim sanguis demonstrabat naribus et ore, quasi moribundus evasis ope comitum. Dux formidinem omninò dedignans aut dedecus, invadens protrivit adversarios. In eo congressu Normannorum aliqui nobiliores ceciderunt, adversitate loci virtute eorum impeditâ. Sic victoriâ consummatâ, ad arcem belli regressus, reperit stragem quam non absque miseratione conspexit... Latè solum operuit sordidatus in cruore flos Angliæ nobilitatis atque juventutis. Propiùs Regem fratres ejus duo reperti sunt: ipse carens omni decore, quibusdam signis, nequaquam facie, recognitus est, et in castra Ducis delatus; qui tumultum eum Guillelmo agnomine Malto concessit, non matri pro corpore dilectæ prolis auri par pondus offerenti... Heralde, arguunt extrema tua quàm rectè sublimatus fueris Edwardi dono in ipsius sine. Regum terror cometa post initium altitudinis tuæ conuscans, exitium tibi vaticinatus fuit. Verùm omissâ næniâ, felicitatem quam eadem stella portendit, disseramus... Subegit urbes Anglorum cunctas Dux Guillelmus copiis Normanniæ uno die ab horâ tertiâ in vesperum, non multo extrinsecus adjutorio... Volentibus ad humanandum eos [Anglos] colligere, liberam concessit potestatem. Humatis autem suis dispositâque custodiâ Hastings cum strenuo præfecto Romanærii accedens, quam placuit pœnam exegit pro clade suorum; quos illuc errore appulsos fera gens adorta, prælio cum utriusque partis maximo detrimento fuderat.

Hinc Doveram contendit, ubi populum innumerabilem congregatum D acceperat; quòd locus ille inexpugnabilis videbatur: at ejus propinquitate Angli percussi, neque naturæ vel operis munimento, neque multitudini virorum confidunt. Situm est id castellum in rupe mari contigua, quæ naturaliter acuta undique ad hoc ferramentis elaboratè incisa, in speciem muri directissimâ altitudine, quantum sagittæ jactus permetiri potest, consurgit; quo in latere undâ marinâ alluitur. Cùm tamen castellani supplices deditio-nem pararent, armigeri exercitûs nostri prædæ cupidine ignem injecerunt. Flamma levitate suâ volitans pleraque corripuit. Dux nolens incommoda eorum qui secum deditio-naliter agere cœperant, pretium dedit restituendarum ædium, aliaque amissa recompensavit: severiùs animadverti præcepisset in auctores incendi, ni vilitas et numerositas ipsorum occultavisset eos. Recepto castro, quæ minùs erant per dies octo addidit firmamenta. Milites E illic recentibus carnibus et aquâ utentes, multi profluvio ventris extincti sunt; plurimi in extremum vitæ debilitati discrimen. Adversa tamen et hæc fortitudinem Ducis non fregerunt. Custodiam inibi quoque relinquens et dysenteria laborantes, ad perdomandum quos devicit proficiscitur. Occurrunt ultrò Cantuarii haud procul à Dovera, jurant fidelitatem, dant obsides. Contremuit etiam potens Metropolis metu; et ne funditùs caderet ullatenus resistendo, maturavit impetrare statum obediendo. Veniens postero die ad Fractamurrim castra metatus est; quo in loco gravissima sui corporis valetudine animos familiarium pari conturbavit ægritudine. Volens autem publicum bonum, ne exercitus egestate rerum necessariarum laboraret, noluit indulgere sibi moras ibi agendo.

Intereâ Stigandus Cantuariensis Archipræsul, qui sicut excellebat opibus

atque dignitate, ita consultis plurimùm apud Anglos poterat, cum filiis Algardi A
 aliisque præpotentibus prælium minatur. Regem statuerant Edgarum Adelinum,
 ex Edwardi Regis nobilitate annis puerum. Erat videlicet eorum voti summa,
 non habere dominum quem non habuere compatriotam. Verùm qui dominari de-
 buit eis, intrepidè appropinquans, ubi frequentiore audivit eorum conventum,
 non longè à Lundonia consedit. Præterluit eam urbem fluvius Tamesis, pe-
 regrinas è portu marino divitias advectans. Cùm solos cives habeat, copioso
 ac præstantia militari famoso incolatu abundat: tùm verò confluerat ad
 ipsam hospes turba propugnatorum quam, licet ambitu nimis ampla, non
 facilè capiebat. Præmissi illò equites Normanni quingenti egressam contra
 se aciem refugere intra mœnia impigrè compellunt, terga cædentes. Multæ
 stragi addunt incendium, cremantes quicquid ædificiorum citra flumen in-
 venere, ut malo duplici superba ferocia contundatur. Dux progrediens B
 dein quoquoversum placuit, transmeato flumine Tamesi, vado simul atque
 * Waleng-
 ford.
 ponte ad oppidum Guarengafort* pervenit. Adveniens eòdem Stigandus
 Pontifex Metropolitanus manibus ei sese dedit, fidem sacramento confir-
 mavit, abrogans Adelinum quem leviter elegerat. Hinc procedenti, statim
 ut Lundonia conspectui patebat, obviam exeunt principes civitatis; sese
 cunctamque civitatem in obsequium illius, quemadmodum antè Cantuarii,
 tradunt; obsides quos et quot imperat, adducunt. Orant posthæc ut coro-
 nam sumat, unà Pontifices atque cæteri Summates: se quidem solitos esse
 Regi servire, Regem dominum habere velle. Consulens ille comitatos è
 Normannia, quorum non minùs prudentiam quàm fidem spectatam habebat,
 patefecit quid maximè sibi dissuaderet quod Angli orabant: Res adhuc tur-
 bidas esse, rebellare nonnullos, se potius regni quietem quàm coronam cu- C
 pere: secum velle conjugem suam coronari... Familiares contrà suasere,
 ut totius exercitûs unanimi desiderio optari sciebant... Aderat huic con-
 silio Haimerius Aquitanus, Præses Toarcensis, linguâ non ignobilior
 quàm dextrâ. Is demirans et urbanè extollens modestiam inquirentem ani-
 mos militum, num vellent dominum suum Regem fieri, « Ad disceptatio-
 » nem, inquit, hujusmodi milites nunquam aut rarò acciti sunt. Non est
 » diu trahendum nostra deliberatione quod desideramus fieri quàm ocis-
 » simè »... Adquievit (Guillelmus) tot petentibus totque suadentibus...
 Præmisit ergo Lundoniam, qui munitionem in ipsa construerent urbe, et
 pleraque competentia regiæ magnificentiæ præpararent; moraturus interim
 per vicina. Adversitas omnis præcul fuit, adeò ut venatui et avium ludo,
 si fortè libuit, securè vacaret. D

Die ordinationi decreto elocutus ad Anglos condecenti sermone Eboracensis Archiepiscopus... an consentirent eum sibi dominum coronari inquisivit. Protestati sunt hilarem consensum universi minimè hæsitantes... Anglorum voluntati quàm facillimè Normanni consonuerunt, sermocinato ad eos ac sententiam percunctato Constaplini Præsule... Sic electum consecravit idem Archiepiscopus; imposuit ei regium diadema, ipsumque regio solio, favente multorum præsentia Præsulum et Abbatum, in Basilica S. Petri Apostoli quæ Regis Edwardi sepulcro gaudebat, in sacrosancta solemnitate Dominici Natalis, MLXVI Incarnationis Dominicæ anno. Repudiavit enim consecrari à Stigando Cantuariensi, quem per Apostolici justum zelum anathemate reprobatum didicerat... Pernotum est quàm proxima consanguinitate Regem Edwardum attigerit filius Ducis Roberti, cujus E
 amita, Richardi II soror, filia primi Emma, genitrix fuit Edwardi... Largè erogavit (Deo), quod Heraldus Regis ærarium avarè inclusit. Terræ illi sua fertilitate opimæ uberiorem opulentiam comportare soliti sunt negotiatores gazâ advectitiâ. Maximi numero, genere, artificio thesauri compositi fuerant, aut custodiendi ad vanum gaudium avaritiæ, aut luxu Anglico turpiter consumendi; quorum partem ad ministros confecti belli magnificè erogavit, plurima ac pretiosissima egenis et Monasteriis diversarum provinciarum distribuit. Id munificentiae studium adjuvit non modicus census, quem undique civitates et locupletes quique obtulerant novitio domino. Romanæ Ecclesiæ S. Petri pecuniam in auro atque argento ampliorem quàm dictu credibile sit, et ornamenta quæ Bizantium perchara haberet, in manum

A Alexandri Papæ transmisit; memorabile quoque vexillum Heraldî, hominis armati imaginem intextam habens ex auro purissimo... Mille Ecclesiis Franciæ, Aquitaniæ, Burgundiæ necnon Arverniæ aliarumque regionum perpetuò celebre erit Guillelmi Regis memoriale... Aliæ cruces aureas admodum grandes insigniter gemmatas, pleræque libras auri vel ex eodem metallo vasa, nonnullæ pallia vel pretiosum aliud quid acceperunt... Munera quidem gratissima Normanniæ advenerunt à suo dulci nato, pio patre, festinante affectu missa, cum sævitia temporis atque maris, intrante Januario, esset acerrima: nuntium verò eventus, cujus expectatione intenta fuit et anxia, milliès chariorem accepit... Diligeres ac maximi haberes eum et tu Anglica terra, si abesset impudentia atque iniquitas tua... Hujus milites Normanni possident Apuliam, devicere Siciliam, propugnant Constantinopolim, ingerunt metum Babyloni. Nobilissimos tuorum filiorum juvenes ac senes Chnutus Danus trucidavit nimia crudelitate, ut sibi ac liberis suis te subigeret: hic ne Heraldum vellet occubuisse; inò voluit patris Goduini potentiam illi ampliare, et natam suam Imperatoris thalamo dignissimam in matrimonium, uti fuerat pollicitus, tradere.

Pag. 207.

Multa Lundoniæ, posteaquam coronatus est, prudenter, justè elementerque disposuit... Jura quæcunque dictavit, optimis rationibus dictavit... Milites mediæ nobilitatis atque gregarios aptissimis edictis coercuit. Tutæ erant à vi mulieres, quam sæpè armatores inferunt: etiam illa delicta quæ fierent consensu impudicarum, infamiæ prohibendæ gratiâ vetabantur. Potare militem in tabernis non multum concessit, quoniam ebrietas litem, lis homicidium solet generare. Seditiones interdixit, eadem et omnem rapinam;

C frænans ut populos armis, ita legibus arma. Judices qui vulgo militum essent timori constituti sunt; simul acerbæ pœnæ in eos qui delinquerent, decretæ sunt: neque liberiùs Normanni quàm Britanni vel Aquitani agere permittebantur... Latrocinii, invasionibus, maleficiis locum omnem intra suos terminos denegavit: portus et quælibet itinera negotiatoribus patere, et nullam injuriam fieri jussit... Egressus è Lundonia, dies aliquot in propinquo loco morabatur Bereingis, dum firmamenta quædam in urbe contra mobilitatem ingentis ac feri populi perficerentur: vidit enim inprimis necessarium magnopere Lundonienses coerceri. Ibi veniunt ad obsequium ejus Edvinus et Morcardus, maximi ferè omnium Anglorum genere ac potentia, Algardi illius nominatissimi filii; deprecantur veniam, si qua in re contra eum senserant; tradunt se cunctaque sua ejus clementiæ; item alii complures D nobiles et opibus ampli. In his erat Comes Coxo, quem singulari et fortitudine et probitate Regi post et optimo cuique Normanno placuisse audivimus... Inde progrediens, diversas partes regni accessit... Adelinum, quem post Heraldî ruinam Angli Regem statuere conati fuerant, amplis terris ditavit, atque in charissimis habuit eum, quia Regis Edwardi genus contigerat... Custodes in castellis strenuos viros collocavit, ex Gallis tractos quorum fidei pariter ac virtuti credebat, cum multitudine peditum et equitum: ipsis opulenta beneficia distribuit, pro quibus labores ac pericula libentibus animis tolerarent. Nulli tamen Gallo datum est quod Anglo cuiquam injustè fuerit ablatum.

Pag. 208.

Guenta urbs est nobilis atque valens: cives ac finitimos habet divites, infidos et audaces: Danos in auxilium citiùs recipere potest: à mari quod E Anglos à Danis separat, millia passuum quatuordecim distat. Hujus quoque urbis intra mœnia munitionem construxit: ibidem Guillelmum reliquit Osberni filium, præcipuum in exercitu suo; ut in vice sua interim toti regno aquilonem versus præesset. Hunc ex omnibus Normannis paterno more sibi fidissimum domi bellicque perspexerat, simul fortitudine egregium et consilio sive rei domesticæ sive militaris, necnon Domino cœlesti multo affectu devotum: hunc Normannis charissimum, Anglis maximo terrori esse sciebat: hunc præ cæteris familiaribus à pueritia utriusque dilexerat et exaltaverat in Normannia. Castrum verò Doveram Odoni fratri suo commisit cum adjacente ora australi, quæ nomine vetusto Cantium dicta, Galliam propius spectat; unde et à minùs feris hominibus incolitur: consueverant enim merces cum Belgis mutare. Perhibetur etiam, attestante pagina vetustatis,

Pag. 209.

maritimam hanc regionem à Gallis olim fuisse possessam, quibus eò trans-^A
 vectis prædæ ac belli inferendi causâ agri fertiles placuere. Odo ille Baioc-
 carum Præsul cognitus fuerat talis, qui optimè negotia sustinere valeret
 ecclesiastica et secularia. Bonitatem ejus et prudentiam primò testatur Eccle-
 sia Baiocensis, quam ipse multo studio egregiè ordinavit atque ornavit
 juvenis adhuc ætate, animi canitie senibus præferendus. Dein omni Nor-
 mannæ utilis fuit ac decori. In Synodis ubi de Christi cultura, in discepta-
 tionibus ubi de seculi rebus agebatur, intelligentiâ pariter atque facundiâ
 enituit. Liberalitate parem non habuit Gallia, ita opinio publica consensit:
 nec minùs æquitatis amore meruit laudem: arma neque movit unquam,
 neque moveri voluit; valdè tamen timendus armatis. Bellum namque uti-
 lissimo consilio, cùm necessitas postularet, juvabat quantum potuit religione
 salva. Regi cujus frater erat uterinus, quem tanto amplectebatur amore ut^B
 nec inter arma vellet ab illo separari, à quo magnos acceperat atque spera-
 bat honores; unicè constantissimèque fidelis fuit. Libentes eidem obseque-
 bantur, ut acceptissimo domino, Normanni atque Britanni: nec Angli
 adeò barbari fuerunt, quin faciliè intelligerent hunc Præsulem, hunc Præ-
 fectum meritò timendum esse, venerandum quoque ac diligendum.

An. 1067.

Rex ita commissâ regni curâ, Penevesellum se recepit, quem locum in
 nominandis ponendum censemus, quoniam ipso portu primò litus illud at-
 tigit. Stabant naves ad transmittendum paratissimæ... Convenit eòdem mul-
 tus Anglorum equitatus. Ex his abducere secum decreverat, quorum præ-
 cipuè fidem suspiciebat ac potentiam, Archipræsulem Stigandum, Adelinum
 propinquum Regis Edwardi, tres Comites Edwinum, Morcardum et Gual-
 levum, simul alios complures altæ nobilitatis; ut ipsis auctoribus, nihil sub^C
 decessum suum novaretur, gens verò tota minùs ad rebellionem valeret spo-
 liata Principibus. Denique eos potissimùm veluti obsides in potestate sua
 tali cautelâ tenendos existimabat, quorum auctoritas vel salus propinquis et
 compatriotis maximi esset. Sic autem fuere subacti, ut obsequentissimè fa-
 cerent inperata... At milites repatriantes quorum in tantis negotiis fidei
 opera usus fuerat, larga manu ad eundem portum donavit, ut opimum frue-
 tum victoriæ secum omnes percepisse gauderent. Ita solutis navibus,
 omnium animis lætissimis in altricem terram provehitur secundo et vento et
 æstu. Transmissio hæc mare diu pacavit, pyrata omni procul fugato. Feli-
 citatem actorum... admirandam celeritas fecit: siquidem Octobris circiter
 Calendas die, quo memoriam Archangeli Michaëlis Ecclesia concelebrat,
 terram ad hostilem dubius quem consequeretur eventum, abiit; mense^D
 Martio in sinum patriæ redditus est... Anglos adeò Guillelmus die uno pro-
 trivit, ut post secum dimicandi fiduciam nullatenus reciperent... Gloriosè
 revectus est habens in comitatu et obsequio suo totius Britannæ Episcoporum
 Primatem atque magnos in transmarinis Cœnobiis Abbates, et filios
 Anglorum tam stemmatis quàm opum dignitate Reges appellandos. Attulit
 quantum ex ditone trium Galliarum vix colligeretur argentum atque aurum...
 Chari metalli abundantia multipliciter Gallias terra illa vincit: ut enim hor-
 reum cereris dicenda videtur frumenti copia, sic ærarium Arabiæ auri co-
 piâ... Fuit eximius Dux lectione doctus Græcorum præcepta militaria,
 militiâ Romanâ cum laude ab adolescentia usus, virtute consecutus Urbis
 Consulatum. Bella multa cum bellicosis gentibus feliciter atque celeriter
 confecit; novissimè Romam, Africæ et Europæ atque Asiæ præidentem,^E
 regnum suum bellando effecit.

Pag. 210.

Pag. 211.

Lætior Normannia occurrit Guillelmo Regi Principi suo: dies erant hi-
 berna, et qui pœnitentiæ Quadragesimalis rigori vacant. Ceterum ubique
 agebantur tanquam summæ festivi temporis feriæ: sol æstiva serenitate luci-
 dus videbatur, gratia dierum solitâ longè major. Minorum sive remotiorum
 locorum incolæ in urbes aut aliò, ubi facultas conspiciendi Regem daretur,
 confluebant. Cùm in metropolim suam Rothomagum introiret, senes, pueri,
 matronæ cunctique cives spectatum processerant; conclamabant salutantes
 reduceem... Monasteria certabant Monachorum atque Cleri quodnam in
 adventu sui charissimi tutoris ampliorem officiositatem impenderent: nihil
 relinquebatur quod in studio talis honorificentiae agi solitum est: præterea si

A quid novum adinveniri potuit, addebatur. Quam pietatem ipse confestim luero multiplex recompensavit, donans pallia, libras auri aliaque magna altaribus ac famulis Christi. Nullius unquam Regis aut Imperatoris largitatem in oblationibus majorem comperimus: item quas Ecclesias non presentiam suam, muneribus visitavit iterum. Cadomensi Basilicæ modo specieque admirabili, suis impendiis ad titulum B. Stephani Protomartyris à fundamento extractæ, tam diversa donaria advexit, materiâ artificioque pretiosissima, quæ ad seculi terminum honora permanere valeant... Voluptuosum est ea perspectare hospitibus maximis, et qui sæpè nobilium Ecclesiarum thesauros viderant... Anglicæ nationis feminæ multum acu et auri texturâ; egregiè viri in omni valent artificio: ad hoc incolere apud eos Germani solebant, talium artium scientissimi: inferunt et negotiatores, qui longinquas regiones navibus adeunt, doctarum manuum opera... Abundantes Ecclesiæ transmarinæ aliqua ei libentes, quæ in Galliam transferret, dederunt; quoniam ea multuplo redemit rebus aliis.

Optimè quidem egerat in gubernaculo domina nostra Matildis, jam nomine divulgato Regina, etsi nondum coronata. Illius prudentiam viri adjuvare consilio utilissimi; in quibus locum dignitatis primum tenebat Rogerus de Bellomonte, Humfridi hominis generosissimi filius, ob maturitatem ævi liberior ad negotia quæ domi geruntur; filio adolescenti, super ejus fortitudine in prælio contra Heraldum diximus, officio militari tradito. Verum quòd finitimi incursionem nullam ausi fuerant, cum terram ferè militibus exhaustam scirent, Regi ipsius ejus reversionem verebantur, primò adscribendum arbitramur. Ad Cœnobium S. Trinitatis Fiscanni Pascha celebravit...

Cum frequentia venerabilium et Præsulum et Abbatum. Humiliter adstans ille choris ordinum religiosorum, ludicra intermittere, concurrere ad divina, militum plebisque turbas coëgit. Regis Francorum vitrius intererat huic curiæ Rodolphus præpotens Comes * multaque nobilitas Franciæ. Curiosè hi cum Normannis cernebant erinigeros alumnos plagæ Aquilonalis; quorum pulchritudini Galliæ Comatæ formosissimi juvenes inviderent: nec enim puëllari venustati cedebant. Regis autem regionumque satellitum indumenta spectantes intexta atque crustata auro, quæque antea viderant, vilia æstimavere: item vasa argentea sive aurea admirabantur, quorum de numero vel decore verè narrari possint incredibilia. His tantum ex poculis * cœnaculum ingens

* Ms. Me-
dentensis.

Dtabant, quæ reversi domum ob novitatem prædicarent. Ceterum talibus longè insigniorem atque plus memorandam ipsius Regis cognovere honestatem. Æstiva illa et Autumnum partemque hiemis citra mare transegit, tempus hoc patriæ amori omne donans; quæ neque hac mora neque superioris anni expeditione suas opes attenuatas fuisse dolebat; ea illius temperantia fuit ac prudentia. Militibus et hospitibus abundè sumptus ministrabatur, nemini rapere quippiam concedebatur: provincialium tutò armenta vel greges pascebantur seu per campestria seu per tesqua: segetes faleem cultoris intactæ expectabant; quas nec attrivit superba equitum effusio, nec demessuit pabulator: homo imbecillus aut inermis equo cantans, quæ libuit vectebatur, turmas militum cernens, non exhorrens.

* Ed. Popu-
lis

Interea Bajocensis Præsul Odo et Guillelmus Osberni filius præfecturas **E** in regno uterque suam laudabiliter administrabant; interdum simul agitantes modò diversi... Regi ea tempestate Eustachius Comes Bononiæ adversabatur, qui filium de fide ante bellum in Normannia obsidem dederat. Ei persuadent hi maximè qui Cantium inhabitant, uti castrum Doveram invadat, ipsis utens adjutoribus: equidem fore, si firmissimo loco hoc sit positus cum portu marino, ut potentia ejus latius distendatur; sicque potentiam Normannorum diminutam iri. Nam quia Normannos odere, cum Eustachio pridem sibi inimicissimo concordavere: eum bellandi peritum atque in prælio felicem experimentis cognoverant: si erat serviendum non compatriotæ, noto servire atque vicino satius putabant. Accidit ut occasio temporis eventum rei quam effectabant promitteret. Abierant ultra flumen Tamisim primi munitiois custodes Præsul Baiocensis atque Hugo de Monte-

Pag. 212.

forti, militum parte majori secum ducta : Eustachius igitur accepto nuncio A Anglorum, cum suis ad eos noctis conticinio transivit, ut incautè opprimeret castellanos : classem duxit militibus delectis oneratam, relictis equis præter admodum paucos : vicinia omnis adfuit armata ; auctior numerus ex ulterioribus accederet, si morâ biduanâ obsidio traheretur. Ceterùm custodiam invenerunt minùs opinione remissam, plus metu ad defensandum validam. Eripiunt velocitas equi, notitia tramitis navisque paratior : nobilissimus autem tyro nepos ejus comprehensus est : Augli per diverticula plura èò faciliùs evaserunt, quò minùs commodum erat paucitati castellanorum insequi per diversa. Jure id Eustachio dedecus atque detrimentum contigit. Equidem si rationes quæ ejus liti controversantur, depromerem, Regis eum gratiam atque Regis dono accepta beneficia ex æquo et bono amisisse planè convincerem : neque sententia erravit dicta consensu Anglorum et B Gallorum, quâ de reatu multo convictus est. Sed parcendum sentimus personæ multifariam illustri, Comiti nominato, qui reconciliatus nunc in proximis Regis honoratur. Eodem fere tempore Coxo Comes, quem placuisse Normannis diximus, morte occidit immeritâ . . . Hic Regis causam et ipsum favore multo probabat : sui verò satellites ab ipso dissidebant . . . Cùm ille popularium odia omnemque injuriam perpeti, quam integritatem fidei temerare mallet, per insidias oppressum interfecere.

EX CHRONICO WATINENSIS (a) MONASTERII,

AUCTORE EBRARDO EJUSD. LOCI CANONICO REGULARI. C

Apud Martenium Tom. III Novi Thes. Anecd. col. 798.

ANTIQUISSIMUM oppidum fuisse Menaporum, quod nunc Guatinas A vocatur vel Guatinum, nulli, qui secundùm Historicos ejusdem pagi confinia vel situm territorii novit, est ambiguum ; quos etiam historiarum cognitores Batavos appellant . . . Ait enim de his in Annalibus suis Oros. lib. 1. » sicut : « Britannia Oceani insula . . . à meridie Gallias habet ; cujus proximum littus transmeantibus civitas apparet, quæ dicitur Rutupi-portus, » unde haud procul à Morinis in austro positus Menapos Batavosque prospectat ». Unde cùm Rutupi-portum in meridiana ejusdem insulæ ripa situm noverimus, nec minùs à Morinis Menapos Batavosque in boream porrectos, eodem mari dividente, in ulteriori littore contiguos, prospectum D sui ad alterutrum habere ; nec dubium Guatinenses à Scriptoribus jure Batavos appellari. Illud etiam eorum epitheton, quo gemina quadam feritate inter alias nationes ab Auctoribus notati clarebant, si transeamus, indicia Romanæ vindictæ clamant. Patent enim avulsa murorum fundamenta, ædificia partim diruta, et ut veterem ruinam testantur vestigia . . . Quin etiam ab inde per succedentia tempora ad tantam solitudinem, quasi civitas quæ devastatur, ipsa marmorum fragmenta devenere, ut silvestres feræ stabularent . . . Sola tantùm cum sui Cantoris (b) tugurio Ecclesia summo in vertice [permansit] . . . Ubi et ipse aliquando, curialem adhuc strepitum quasi mimiloginæ licet Clericus ambiens, cum comitatu transitum habui . . . Col. 800. Tum ego nova rerum facie curiosus, quæ in tanta vallis amplitudine solers antiquorum cura fuisset, aspicio ; miseratus locum, miseratus excidium, E nihil minùs quàm quod hodie videmus, futurum æstimabam. Apparebat tamen ex facili, quoniam fuerit suis diebus celeser, in quo tanta destructionis

(a) Watin. Chronicon, Auctore Olfridi fundatoris discipulo, proinde oculato teste qui res prout viderat scriptis commendavit, etsi opus breve, non tamen contemnendum est. « Et certè, ait Martenius, » quæ de Adela Com. et Roberto Frisio Com. ejus » filio, quæ de Drogone et Huberto Tarvan. Epis- » copis, quæ de Berg. Monasterii Abbatibus refert, » cuivis èò gratiora speramus, quò difficiliùs alibi » reperiri credimus. Quæ verò de antiquæ æ- » nobilis Menapiorum urbis ruderibus se vidisse tes-

» tatur, èò majorem debent Lectoris attentionem » conciliare, quod Orosii testimonio maximè con- » sentanea sint ». Scripsit Ebrardus post 1080, et ante 1085 ; quandò refert abdicationem Otrifidi factam anno 1080, nec meminit mortis ejus quæ contigit anno 1085.

(b) Paulò post, Sacerdotis Alphumini : col. 804, Alfunni et Alfunni Canonici : et col. 803, quem postea in ea Priorem vidimus.

A monimenta adhuc reservabantur. Nam quanta fuerit popularis frequentia quantusque concursus, publicæ atque regales viæ utrimque convenientes præmonstrant: quarum illa quæ à diffusa orientis plaga ad nos usque dirigitur, alveo subterfluente clauditur; altera verò à Pharo altissimo, quæ domus olim specularia in hiberna Romanorum dicebatur, Bononiæ muro contigua, ad portum Oceani sita, Britanniam Deirorum insulam prospectans, ab occidentali parte supradictum eundem terminatur in ansem: quem, sicut vetustatis fama loquitur, per ambas vadosum stratas fuisse accolarum commenta ferunt. Sed fidem his non præbentes, magis hoc admirari quàm credere volunt. Est enim magnæ profunditatis; et non solum ex sui altura piscosam circumstantibus conferens abundantiam, verùm et navigio habilis ab Oceano cui multis hostiolis infusus excipitur: tum diversa rerum mercimonia, tum multimodas ad fruendum ministrat capturas: à cuius margine, paulatim succrescente cumulo (a), clementi proceritate mons gignitur; qui sicut continuò deducta planitie ad subsolanum erigitur, ita à septentrione et meridie residentibus cumbis (b) in altitudinem cumulatur. Nemoribus consitus, pascuis uber, vini non ferax; quo solo beneficio Gallos admittimus irrisores, quòd succo granorum fermentato coctione potamur; quasi mitioris liquoris potores innoxius ad Dei laudes non evigilent. Arborum frugiferarum et diversi generis olerum ad usum famulantium, si colatur, adeò fertilis; ut si nolis procurare utilia, velis nolis, quasi desidiam laboratoris arguens, miro incremento germinet inutilia. At præterea tam salubriter spirantibus ventis expositus, ut infesti crassitudinem aëris, sive nebulæ quas isdem exhalat, nocivam alveus confluens in se coagulari non permittat.

C In militia nominis Apostolici. . . primo procinctu in tota maritima regione nos Christi pauperes initiavit . . . domnus Othfridus . . . Soli Guatino specialiter designatus . . . opinatissima quàm potuit Canonicæ institutionis (c) undecumque decerpta collegit . . . Sed quia Bergensis Monasterii membrum id esse deprehendit, ad quemdam majorem provinciæ virum, principii nostri et re et nomine quasi patrem A. cui æquè honesta erat matrona. . . hujusmodi consilium detulit . . . mitem de crudeli [fecit] . . . Hic ergo cùm ejus desiderium cognovisset, tum imminente * proba conjuge, tum inandita Canonici ordinis novitate . . . totum se huic negotio impendit . . . S. Mariæ Morinensis tunc Episcopo Drogone (d) . . . Ermengerus Abbas Bergensis pro Guatinensi Ecclesia à domno Odfrido Abbate nostro in cambio suscepit, etc.

Col. 801.

Col. 802.

Col. 803.
* innuente

D Ab urbe Tervanensium directo itinere Guatinum pervenit [Odfridus] . . . Præfatus laicus, publicarum quibus cingimur forestium Officialis . . . obtulit XLVIII mensuras terræ cultæ in meridiana parte sub monte Caleti . . . Vendidimus propter comparandum allodium Johannis Atrebatensis . . . Dedit Gibbodo Miles de Fleterne XX mensuras (e) in villa Thiggabust . . . Ad confirmandum Comitissam Flandriæ Adelam, videlicet Balduini Comitæ apud Insulam sepulti viduam, adiit [Odfridus] . . . Illa autem, ut erat indeficiens ad melioris vitæ propectum consolatrix, filium Comitem, videlicet Robertum cognomento Frisonem è vestigio convenit . . . nec antè desiit, quàm dominicalem curtem nomine Ballenberge ad occidentalem plagam Caleti Montis juxta rivulum Penam, etc. nostræ Guatinensi Ecclesiæ ambo perpetualiter offerrent. Actum in villa Sithiu apud Cœnobium S. Bertini, atque idem in Synodo Tarvanensi . . . confirmatum, præsidente Drogone Episcopo, anno Incarn. Dom. MLXXII, Indict. X, VI Idus Junii, feriâ VI.

Col. 804.

Col. 805.

Guatinum venit [Adela Comitissa], et quasi una de minoribus, humili

(a) Confer hanc loci descriptionem cum ea quam idem Auctor infra exarat in miraculo S. Donatiani iisdem ferè verbis.

(b) Cumbæ vocabulum diversimodè à Scriptoribus mediæ ætatis accipitur; aliquando pro thelonio, nonnunquam pro cymba seu navi, aliquoties verò pro loco declivi: quæ acceptio huic loco videtur magis accommoda. Marten.

(c) Hinc colliges Watin. Monasterium (Guastine, vulgò Watten) primum in illis regionibus fuisse ordi-

nis Canonicorum Regul. S. Augustini; qui non ita pridem in Galliis originem habuerat. Unde et paulò post infra, *inauditam ordinis Canonici novitatem* appellat. Idem.

(d) Eo consentiente, Richarius Canonicus Morin. dedit *altare Ledringehen*.

(e) Ab aliis ibid. mensuræ terræ datæ sunt, in villa *Aisseugehem*, in *Walins*, in *Petenham*, in *Sintina*, in *Brocsela*, in villa *Ledersela*.

Col. 806.

subsellio cum cæmentariis ac fossoribus operi immorata, sub divo solis **A** patiens, sancti ædificii fundamenta jecit. . . . Johannes Atrebatensis, vir potens in ordine suo, provinciæ ipsius Advocatus, allodium, terras videlicet (*a*) magnas quas habebat in Flandria, eidem ipsi feminæ pro L. libris solidorum ante aliquot annos apposuerat. . . . Johannem convenit, hortata est quatenus ipse et uxor ejus Ermentrudis Guatinensi Ecclesiæ tribuere nollent, vel misericordii pretio venderent. Tandem persuasit, pecuniam pacta est, centum videlicet libras, etc. . . . Huic autem pactioni, mediante Comite Roberto Frisone, publicè in plena curia Pentecostes in Bergis castro Johannes consentiens. . . . cum ad donum ac manumissionem faciendam pervenisset, uxor ejus reluctabatur, quasi dotem suam amissura: quâ tamen duas auri uncias à nobis extorquente, et fieri permisit, et cum marito suo ipsa legitimè fecit. Facta est autem hæc traditio anno Incarn. Dom. MLXXV, Indict. XIII, **B** VIII Cal. Junii, feriâ II Pentecostes, in villa Bergis à Johanne Atrebatensi et uxore ejus Ermentrude super Reliquias Ecclesiæ Guatinensis, in mansione ac domo Gonteri condictoris et ministri ejusdem Johannis, adhibitis iudicibus, quos Scabinos appellamus, his; de Cappla Eremberto, Fredeboldo de Uggeshen, Dodino filio Tidholdi de Werhen, Adalardo Tire, Rodulfo filio Everardi Nossalim, Lugelmaro Stanin filio Inglmari Stanin, Lugelmaro Albo, Otrico filio Hermi, Eggafrido filio Arnoldi de Stenen, Wabrardo de Coldelkerke, Arnoldo filio Elmengeri, Malgero filio Wulfardi, Wanka de Petengham, Odfrido Renlofo filio Heregoti, Heregote de Petengham, Volrado fratre ejus, Godewino de Petengham, Waltero Woxhalg.

Col. 807.

Et quia Comes causis curialibus implicatus erat, Walterus Bergensis **C** Advocatus ad hoc in forum iudiciale transmissus, donum ac stipulationes et ratum sponsionis, ut in legibus mos est, in oculis testium qui infrâ conscripti sunt, ad opus Ecclesiæ Guatinensis vice Comitis suscepit. Testes, ipse Walterus Bergensis, Eustachius Minensis, Lambertus frater ejus, Albertus de Bellis, Giselbertus frater Balduini Gaudensis, qui ab Anglia tunc venerat, Onulfus Dapifer, Rodbertus Buticularius, Rodulfus Camerarius, Ragenfridus frater ejus, Franco Nivellensis, Wago Atrebatensis, Walterus filius Ursonis Duacensis, Goiffridus Castellanus Cassiliensis, Rodulphus filius ejus, Rodulphus Sapin, Azo de Stapis, Gerardus Scabinus, Gilbodo Scabinus de Fleterre, Arnoldus Scabinus de Mue, Arnoldus de Castra; Bergenses, Folcrannus Castellanus Bergensis, Boldravan filius Letræ, Baldwinus frater ejus, Lectra frater ejus, Hagabaru filius Stulard, Boldravan **D** frater ejus, Wizalo frater ejus, Malgor frater ejus, Bernoldus filius Norberti, Norbertus frater ejus, Ravan frater ejus, Arnoldus filius Ravan, Hugo Roda, Odbertus frater ejus, Hugo Roda de Port, Walterus filius Odfridi, Remgor filius Arnoldi Nigri, Lugelmar filius ejus, Everardus filius Everardi, Adalim filius Vemardi, Lem. filius Wulfardi, Mankel Renger frater ejus, Herebertus filius Denes, Bernoldus filius Radulfi, Gozemar Clenchant, Arnoldus Uggeshen, Camo de Trembold filius Eggefridi, Eggefridus frater ejus, Erembertus frater ejus, Erembertus filius Onuakim, Reimlof filius Godildi, Hugo frater ejus, Eremboldus frater ejus.

Quo facto, sequenti die, id est III feriâ in Pentecoste, dilatione unius noctis mediæ, venit Johannes, hujus traditionis majorem (*b*) adhuc fidem facturus. . . . Cui secundæ traditioni juvenis Comes Robertus, filius **E** Comitis Roberti Frisonis, ad hoc à patre et avia directus interfuit, et. . . . tam jussu quàm vice patris suscepit. . . . Johannes Atrebatensis decimo anno, cum priùs uxor ejus defuncta esset, et ipse interfectus est, sed antè solutis illius anni **C** scutis, debiti nostri quinque: qua de ducentis plus minùs libris, si à principio conventionis (*c*) ac deinceps per singulos annos

(a) Ibid. Sunt autem hæc in parrochia videlicet Exenboldescappla... quæ terra vocatur Olderdesdit, in parochiis Stenen et Petingham diurnalia ducenta, etc.

(b) SS. Nicolao et Richario Monasterii patronis. Nam prima Watin Ecclesia S. Richario consecrata fuit; cui, constructo Cænobio et anti-

quâ restauratâ Ecclesiâ, S. Nicolaus patronus alter accessit. Marten.

(c) Adela Comitissa col. 805 pacta est centum libras, et annuatim decem libras ab ipsa Ecclesia, scilicet in festo S. Martini **C** solidos, et **XV** dies ante Pascha **C** solidos, ea conditione, etc. Ubi valor librarum æstimari potest.

A computes, constitisse nobis easdem terras ante mortem Johannis invenies, si ad primas centum libras novies decem libras supputatis et semel centum solidis in hac conscriptione facillimè taxare poteris... Ante nos in his sedibus (a) [Guatin.] innumera erat [serpentum] multitudo, etc.

Col. 808.

Successit totius ferè provinciæ contra nos (b), maximè autem Clericorum, conflata suspicio, quòd mandatorum Apostolicorum plus æmulatores præ cæteris videbamus; videlicet de non suscipiendis ad Missas faciendas uxoris Sacerdotibus, de incestuosis et simoniacis vitandis, tum etiam de aliis capitulis, quæ in Decreto Gregorii Papæ VII distinguuntur, servandis...

Col. 810.

Conceptit animo prædicta femina Romam ad limina BB. Apost. Petri et Pauli properare; in quo comitatu prædictum nostrum Præpositum [Odfridum] sibi socians, ad beatæ memoriæ Gregorium VII perduxit: à quo, oblata cessione Tarvanensis Episcopi, Privilegium S. Petri suscepit... Acriùs nobis adversarii insurgunt... auctoritatem ligandi atque solvendi Romano libellatico Præpositum nostrum suscepisse accusant, hujusmodi privilegio jus Episcopale destrui, etc.

Intererat huic altercationi filius S. R. Ecclesiæ L. Sancti Audomarensis Canonicus, quem in sacro palatio cum venerandæ memoriæ Gregorio VII non parvo tempore commoratum et novimus, et splendidè peregrinatum vidimus... Ea tempestate cùm in Galliis per diversas sedes plurima Concilia celebrarentur, et ab Hugone Diensi, S. R. E. Legato, multa corrigerentur, Clerus Morinensis per simplicitatem Episcopi senis ita impunè delirabant...

Col. 811.

Non multò post ipse [Drogo] defungitur, anno Episcopatus sui L: in cujus sedem Hubertus ejusdem Ecclesiæ Archidiaconus subrogatur, vir elegantis scientiæ, ac dignus dominio, si sibi, ut aiunt, dominari potuisset... Principem totius Flandriæ hac de causa in perniciem sui commovit. Cùm enim in Concilio Pictavensi quodam à domno Hugone Romano Legato E. Abbas Bergensis Cœnobii depositus rediisset, et Monachi benignè licentiam à Principe accepissent, orta dissentione... in unum convenire non poterunt. Ad quod definiendum, Viennensem Archiepiscopum W. qui fortè diebus illis advenerat, qui Cœnobii Cluniacensis inter præcipuos regulares habebatur, Princeps accivit...

Col. 812.

In quo Conventu Prior noster in medium suggestit Virdunensis Monasterii S. Ayrici sub regula S. Benedicti religiosè disciplinatum domnum (c) Ad... promoverè... Princeps verò rationis valdè capax, tum auctoritate Archiepiscopi, tum etiam Comitissæ matris ejus assensu, ita fieri præbuit... Electum renuit [conserrare Hubertus]... Ipsi et Priori nostro maledictionem anathematis invenit; nec illud quidem semel aut bis, etc.

An. 1078.

Col. 813.

Princeps electum eundem domno Hugoni Diensi ordinandum sine dilatione Cœnobio Bergensi direxit. Cui roganti quatinus alligationem Episcopi Tervanensis sibi resolveret, Cardinalis tale fertur dedisse responsum:

Col. 814.

« Debeo pensare potiùs illati causam criminis, quàm ultionem injustæ animadversionis; nec ullo modo apud ipsum valere (d) sententiam præcipitationis, qui novit intime quantum discernat ficta damnatio Pastoris; » ideirò non esse dignum absolute, quod non commiserat qualitas culpæ; valere in pace, nec ulterius se credere privatum Apostolica communiõne... Princeps cogitabat quomodo Ecclesiæ fieret consultum, ne de beneficio Ecclesiarum, quas in Episcopio plures tenebat, alicujus amissionem pro hac vindicta incurreret damnum. Accitum igitur L. Sithiensem Canonicum, qui, ut jam dictum est, in sacro palatio inter primos notus erat, atque nuntium sibi quasi suo responsali eundem Abbatem Romam sub celeritate mittit, et à domno Gregorio Papa eidem Cœnobio firmissimum privilegium contra omnes immissiones et angarias impetravit... His adhuc

(a) Nobilis Præpositura Watin. perseveravit sub Regula S. Augustini ad usque creationem Episcopatus Audomarensis; quo tempore omninò extincta fuit, relictibus mensæ Episcopali attributis, qui tandem Patribus Anglis S. J. cesserunt. Marten.

(b) Col. 811 tradit Auctor, Guatinenses terræ marique fuisse decantatos.

(c) In serie Abbatum Berg. nullus est, cujus nomen ita incipiat; sed Ermengero subijcitur Manasses. Itaque aut memoriã lapsus est Auctor sive Amauensis, aut Manasses duo habuit nomina. Marten.

(d) Notandum est hoc de injusta excommunicatione responsum.

(d) Notandum est hoc de injusta excommunicatione responsum.

- Col. 815. Hubertus Tervanensis non coërcitus . . . majori odio Priorem nostrum insecta- A
 batur, quòd initium [esset] totius absumptæ pacis inter se ac Principem . . .
 An. 1080. In hoc convenimus, quatinus secundum consilium domni Gregorii Papæ VII
 Prior (a) noster prælationem redderet . . . Electum nostrum fecimus ; et
 cum sedi Pontificali ipsum Prior noster obtulisset , prælationem reddidit . . .
 Rexit autem Ecclesiam ab eo quam fundavit anno , qui est ab Incarn.
 Christi MLXXII, VII annis, mensibus VIII, diebus VI. (b).

(a) Obiit autem Olfridus (an. 1085). Gan-
 davi, sepultus in Blandin. S. Petri Monasterio, ut
 discimus ex Hariulfii Libro de Miraculis S. Richarii,
 cap. 1, ubi dicitur *vir sanctissimus*. Successorem
 verò habuit Bernoldum Præpositum, qui anno

1087 interfuit exsequiis S. Arnulfi Suession. Episc.
Marten.

(b) Sequitur Miraculum S. Donatiani, de quo
 infra agemus.

B

EX HISTORIA

HASNONIENSIS MONASTERII (a)

Auctore Tomello Balduini cognomento Montani, Flandriæ
 et Hannoniæ Comitis, Secretario, et Monacho Hasnon.

Apud Martenium Tom. III Novi Thes. Anecd. col. 784.

C

- Cap. 8. QUITA Balduinum nobis occasio rationis obtulit, Balduinum, inquam,
 quem à Balduino Ferreo sextum sexta hæc nostra ætas meruit, non
 abs re est quædam virtutum ejus ornamenta exemplo bonis Principibus suf-
 ficientia in medium proferre, ex multis pauca . . . Primis hic tyrociniis an-
 nis in aula Imperiali sub Henrico Imperatore educatur, coævus quos aula tunc
 habebat prærogatur amicis, amore æquatur: deinde fortioribus annis ætate
 cum tempore adolescente, Nerviorum Comitatum licet Imperiali majestate
 non inoffensa subintrans, belli in hostes, pacis in cives potentissimus cla-
 ruit. Habebant hunc pauperes, orphani, viduæ patrem, Monachi exem-
 plar religionis, afflicti scutum tuitionis . . . In sacrosanctis Missarum solem-
 niis . . . post oblationem Sacerdoti exhibitam . . . eleemosynas pauperibus D
 offerebat. Habes me hujus rei testem, ô Lector quicumque es; si tamen ini-
 nus de idoneo teste non dubitas; qui dum lateri suo, ut sæpe dignatus est,
 familiarem familiariter me applicuisset, audivi cum pauperes secretò, ut
 Missarum sacrosanctis mysteriis secum sibi interessent, invitasse . . . Fame
 verò ingravescente, et largiori indigentibus manu distribuit.
- Cap. 9. Cùm à gratissima pueritiæ suæ indole adolescentiæ ingrederetur annos,
 languore gravi non solum ad lectum, sed ad desperationem usque corrui . . .
 Mansit tunc temporis eo loco [Hasnoniensi] Winthericus quidam, non mi-
 nus vitiis quòd * divitiis abundans . . . Omnis circumquaque regio tali viro
 quasi peste laborabat . . . Balduino ægrotanti ac semivigilanti SS. Martyres
 [Marcellinus et Petrus] adjecerunt inculcare, ut Winthericum nomine et E
 actu contrarium regno, compelleret inde migrare. Hanc revelationem Bru-
 chii factam, fidelium relatu didicimus.
- Cap. 10. Erat eo revelationis tempore gloriosus Marchisus Balduinus assidens filio,

(a) Ad ampliorem historiæ Comitum Flandriæ
 atque adeò rerum Belgicarum illustrationem, Chro-
 nico Watin. subijcere juvat brevem Historiam Has-
 noniensis Monasterii, Ord. S. Bened. in pago Ostra-
 vanto ad Scarpim fl. in diocesi Atrebatensi. Hujus
 Auctor Tomellus opus suum de Monasterii sui fun-
 datione, reparatione et dedicatione, ac de moribus
 Balduini VI Comitis, Rodlando primo Abbatu nun-
 cupavit. Scriptor gravis et cujus conveniens stilus,
 nihil solido fundamento non subnixum scriptis man-

davit. Et certè primordia Monasterii ex ipsis purissi-
 mis fontibus hausit, ex archivis nimirum loci, uti
 ipse testatur non semel. Restaurationem verò qualem
 ipse viderit retulit, ut potè testis oculatus. Andræas
 Vallerius in Bibl. Belg. et alii, similitudine nominum
 allucinati, perperam Rollandum dixerunt Abbatem
 Elnonensem; et Tomellum, Monachum ejusdem
 loci: uterque enim fuit Hasnoniensis. Ceterum
 Tomellus sua scriptis commendavit anno 1085 aut
 1086, Riveto judice.

A qui jam conclamatus jacebat ; qui ad observandum extremum spiritum , velut jam jamque exiturum , cereum ardentem prætendebat . . . Cùmque pater , quid voto sibi sederet , requisisset sollicitus ; ut Hasnoniensem locum sibi dono conferret , rogavit et impetravit . Nam circumstantibus quibusdam curialibus , quos Marchisus ad spectaculum sui mœroris admisit , cereum ardentem filio in manus dedit , quo ei Hasnonium velut adstipulatione subnixâ donativum fecit . . . Exinde in dies paulatim meliusculus convaluit . . . Sed adolescens Marchisus . . . pòst obliviscitur visionis .

Succedenti tempore ad robur virile proventus , cùm Nerviorum Comitatum , ut præscripsimus , esset adeptus , flammantis discordiæ flagellum immite inter Orientales et Flandrenses movit bellum . Unde Balduinus gloriosus Marchisus , accitis quas poterat copiis , Antverpienses fines regni sui termino contiguos , eoque magis infestos , aggredi parat ; et divisis exercitibus , hinc navali , hinc equestri certamine , semet navibus , juniorem Marchisum Balduinum præesse voluit equitibus . Sed eodem juniore Marchiso equitatum castra eò quò intenderat ducente , et cum paucis , ut tunc eventus habuit , longinquelâ à posterioribus castrorum iter agente , in hostem in insidiis succenturiatum improvisus incidit , seque suosque constanti audacia cum consilio , ut potuit , armavit : cominùs utrinque congregitur , bellum conseritur ; gladiis jam , non missilibus pugna geritur : cùmque utrimque diu certatur , hostem fortiorem infestioemque Hubertum quemdam Marchisus invadit , sauciat , sauciatus et ipse deiecit ; ejus dejectio et reliquos hostium fugæ dedit , et pugnam exemit . Manibus suorum junior Marchisus Gandavum vehitur , ac non modicis diebus non modici vulneris languore affligitur ; cùmque jam penè de vita periclitaretur , divinæ super Hasnonio (a) revelationis per Salakonem sui olim tutorem admonetur ; patrem qui tunc mœstus aderat , convenit , etc .

Cap. 11.

Balduinus cicatrice (b) vulnus obducente convaluit . . . Juniorem fratrem Wintherici blanditiis et præmiis ad tradendum sibi castellum Hasnoniense clam suasit . . . cum non multis suorum copiis castellum ex improviseo invasit , incendioque dolens solo æquavit . Sed . . . Winthericus castelli sui damna reparare instituit . . . et Marchisi consilium ad præsens irritum fecit .

Cap. 12.

Dum iter [Winthericus] cum suis quadam die ageret , uni suorum adulterii crimen in dominam suam intentione intentat : à quo dum excusabilem facti repulsionem accepisset , nec sic vel sacramentis terribilibus satisfactus fuisset , eò res processit , ut duellum ab eo ante diludia sine dilatione posceret . Quod cùm ille ab alio potiùs quàm à domino , timore magis Domini quàm intentati criminis , poposisset ; ille verò non solum non adquivisset , sed et militem armis impetisset , miles defensionis obtentu dominum confodiens prosternit .

Cap. 13.

Accitis quos citiùs poterat [junior Marchisus] armorum suorum copiis , castrum invasit ; nec ad repugnandum facilis via consilii castrensibus fuerat , ut potè Principe destitutus , nec adeò vel loci vel armorum tuitione munitis . . . Irrumpens ergo castris loca , gladiis sibi suisque viam fecit ; ejectisque sine sanguine castellanis , castellum omne igni dedit , ejus nihil reliquum fecit ; insuper valli aggerem humili terræ , instar æquoris , coæquavit .

Cap. 14.

Erant eo in loco ea tempestate Canonici solo nomine in castris divinis militantes . . . Adeptis à Canonicis , salva eorum pace , stipendiis . . . et paucis undecumque accitis Monachis . . . Monastica ibidem vita [instituta est

Cap. 15.

E à Balduino] . . . Cœnobium illud amplificare placuit Marchiso . . . Contigit tunc tum patrem ejus humanis rebus exemptum sibi successionis jure reliquisse regnum : et non multo pòst tempore , postquam omni favente curia plenè ad regni convaluit fastigia , placuit sibi Hasnoniense Cœnobium operosa manu elaboratum , quibusdam convocatis Præsulibus , irij chrismatum . Quo negotio maturando tertium Junii diem indixit . . . Dedicationi Præsules (c) , Lietbertum Cameracensem ad ejus diœcesim locus idem

Cap. 16.

Cap. 17.

An. 1067.

(a) Ab antiquo duplex Hasnonii exstiterat Monasterium , virorum et feminarum : *Nec Lectorem moveat utriusque sexus personas eidem loco præfuisse* , inquit Tomellus cap. 4 : *gemina quippè in duobus Monasteriis Monachorum ac Sanctimonialium catervam constat fuisse* .

(b) Balduinus VI obiit mense Julio anni 1070 , sepultus in Hasnon. Cœnobio ; Balduinus verò V , pater ejus , anno 1067 .

(c) Hujus dedicationis meminit Auctor libri de Translatione S. Donatiani Rem. Arch. in urbem Brug. apud Surium 14 Oct. his verbis :

respiciebat, Rathodum Novamagiensem, Raynerum Aurelianensem, in- A
 vitatos interesse faciebat; adjunctisque eis quamplurimis Abbatibus, cum
 quamplurimis Sanctorum (a) patrociniis, sæpè memorati Cœnobii encaë-
 nias non modicis transegit solemnibus. Acta est hæc dedicatio in honore Apo-
 stolorum Petri et Pauli III Nonas Junii, anno ab Incarn. Dom. MLXX,
 Alexandro Papa S. R. E. præside, regnantibus Henrico Lotharingæ,
 Philippo Franciæ Regibus. Dedicatio hujus loci post restaurationem quæ
 facta est à tribus Episcopis, videlicet S. Lietberto Cameracensi, Rathodone
 Noviomagensi, et Rainero Aurelianensi, anno Dom. Incarn. MLXX,
 Indict. VIII, Epacta VI, Concurrente IIII, Ciclo IIII, temporibus Ale-
 xandri Papæ, qui primitus fuit Episcopus in Luca, Philippi Regis Franco-
 rum filii Henrici, et Balduini Comitis Flandrensis... [Abbatibus XV adfue-
 runt], Rollandus hujus (b) loci primus Abbas à restauratione, Lam- B
 bertus, Adelardus, Guedericus, Ursio, Galterus, Guldericus, Remigius,
 Reynerus, Reinaldus, Fulcardus, Sygerus, Heribertus, Armengerus,
 Walterus; [Abbatissæ duæ] Fredesendis, Gerberga.

Cap. 18. (c) Erat tunc in Cœnobio S. Amandi Rothlandus quidam... vitâ spec-
 tabilis... Accitum hunc Marchisus electione in Hasnoniensi Cœnobio dedit
 præesse... Mensam et lectum communem cum Fratribus habuit... Quod
 utinam vel ad confusionem vel ad damnationem quorundam Abbatum non
 * curant diceretur, qui sibi secretiùs à communi conventu Fratrum multa strui *
 conclavia, sculpunt ostia, pingunt armaria, mensa sumptuosiori epulantur
 cum divite illo sine Lazaro quotidie splendide; postremò ut Flacci illius
 verbis loquar, sibi dirunt, ædificant, mutant quadrata rotundis. Et uti-
 nam in solos Abbatibus, et non etiam in Monachos qui suos per abrupta Præ- C
 latos sequuntur, hæc faba cuderetur.

Col. 793. (d) Comes Balduinus ex relicta Hermanni Comitis Montis Castri-loci,
 Richelde, quam duxerat uxorem, habens filium, S. Amandi tradidit Abba-
 ti venerabili viro Malboldo ad vivifico fonte insigniendum; ex quo puer
 ipse nomen referret Ernulfum. Quod postquam est expletum, Abbas apud
 Comitem compatriam suam multæ familiaritatis obtinuit contubernium.
 Quocirca aliquot temporum post hæc intercapedine elapsa, dum Comes
 animi haberet Hasnonii ædificare Monachorum habitacula, patris sui sibi
 æquivoci Flandrensis Comitis requisivit colloquia... Ut Abbatem accer-
 serent... Pervenit [Malboldus] jam incipiens gravari senio... tandem
 præbuit assensum. Post hæc autem junior Balduinus adiens Hasnonium, Ab-
 batem vocans coram Optimatibus suis, illud mancipavit ejus regimini per D
 clavem Reliquiarum, spondens se à militibus qui ipsum possidebant, et à
 Clericis redempturum... Præpositum... [illic Malboldus] Bovonem nomine
 constituit, pueros quoque scholares illuc delegavit, doctoremque illis providit.
 Processu temporis... delegavit Monachum nomine Rotlandum, qui
 curam habebat in providendo vino Fratrum. Hic rediens cum baculo pasto-
 rali, etiam tunc se suo subiciebat Abbati... Ea tempestate alloquitur ju-
 nior Balduinus Seniore super Abbatia Hasnoniensi... sineret unum [mo-
 lendinum] super amnem Scarp. alterum verò super fluviolum ab Hartinio
 defluentem fieri. Ad hæc pater filio intulit, oportere fore neutrum; quo-
 niam à Scaldinio seu Novavilla per fluviolum, per amnem autem à Deciacio

Cum inclytus Fl. Marchio Balduinus, cultor justitiæ, pacis amans, inter cetera bonorum operum studia Monasterium in castro Hasnon. fundatum extruxisset, ejus dedicandi causâ mirificos ex immensis opibus suis adhibuit apparatus; tantæque solemnitati omnes Fl. Optimates cum suis jussit interesse, cunctorum quoque Sanctorum suæ ditionis corpora cum Episcopis, Præpositis, Abbatibus et subditis suis voluit adesse. Tum narrat miraculum quod tunc meritis S. Donatiani contigit. Simili ferè modo in solemnibus Ecclesiæ Colleg. S. Petri de Insula dedicatione allata fuere totius regionis Sanctorum corpora jussu Balduini Insul. Com. qui templum illud fundaverat, ut videre est apud Iperium. Marten.

(a) Intererant, ut refert Tomellus, Sanctorum corpora, de Valencenis, de Condato, de Duaco, de

Brugis, de Atrebato, de Helnone, de S. Audomaro, S. Gisleli de Cellensi, de S. Bertino circa Audomarin, S. Vinoci de Flandria, de Blandinio, de Gandavo, de Osonio, de Insula, de Crispino, de Haspra, de Marchenis, de Malbodio, de Dononio, de Montibus.

(b) Hæc nomina Abbatum Scripto Tomelli videtur alia manus adjecisse.

(c) Caput istud postmodum addidit operi suo Tomellus, defuncto jam Rotlando Abbate piissimo.

(d) Quæ sequuntur de fundatione Hasnon. Monasterii, seu potius de molendino, alterius sunt Auctoris, qui scribebat exente sæculo XI, aut ineunte XII, ut putat Rivetus.

A et Ferinio veheretur annona San-Amansensium Fratrum... Ubi Malboldus Abbas de medio factus est, successit ei Fulchardus; cui et Lambertus: quo etiam functo vitæ termino, in Abbatiam successit Bovo. Rotlando verò Abbate vita decedente, Monachi S. Amansi voluerunt Abbatiam Hasnoniensem in clamorem ponere, ut sibi olim datam à Balduino Comite: ast quia languerat orbis, justitia deficiente, interim quieverunt ab hoc clamore... Post Rotlandi obitum Hasnonienses elegerunt Lotbertum in Abbatem... adeuntes Comitissam Richildem... Bellum erat inter ipsam et Comitem Robertum, (a) etc.

COMITIA (b) REGNI HABITA CORBELÆ ANNO 1065

B

NOMINA Episcoporum, Regni Primatum, virorumque Nobilium, qui Corbeia adfuerunt, cum Philippus I Francorum Rex Cœnobii Hasnoniensis antiquas immunitates et possessiones à Balduino filio Balduini Comitis Flandriae, dicti loci reparatore, datas confirmavit, et jure fisci et caduci exempti rogatu utriusque Balduini: Signum Gervasii Remorum Archiepiscopi: S. Balduini Noviomensis Episcopi: S. Widonis Ambianensis Episcopi: S. Widonis Belvacensis Episcopi: S. Fulconis Abbatis Corbeiensis: S. Walranni Camerarii: S. Radulfi Dapiferi: S. Widonis Buticularii: S. Baldrici Conestabuli: S. Balduini Marchionis Flandrensium: S. Balduini filii ejus (c) et reparatoris ejusdem loci: S. Radulfi Comitis: S. Walteri filii ejus et Simonis fratris sui: S. Willelmi Comitis Suessionensis: S. Widonis (d) de Monte-Lietheri: S. Tietbaldi de Monte-Mourensi: S. Nevelonis de Peirfond: S. Widonis de Rochafort: S. Wazelini de Calvi: S. Eustachii Comitis: S. Raingoti Gandensis: S. Arnulfi de Aldinarda: S. Walteri de Cimai: S. Walteri d'Hesdin: S. Balduini Comitis de Gisnes: S. Walteri Castellani Duacensis: S. Anselmi ***: S. Roberti Advocati de Atrebat: S. Johannis Advocati: S. Balduini Gandensis: S. Arnulfi de Arda: S. Isaac de Valentianis: S. Gozuni Montensis: S. Hugonis Haneth: S. Iberti de Lietfines: S. Walteri de Lens: S. Wetdrici de Tornaco. Actum Corbeia in Basilica B. Petri Apostoli, anno ab Incarnatione Domini MLXV, Indict. III, Epacta XI, regnante Philippo Rege anno VI, Episcopante Lietberto Cameracensi anno XVII.

(a) Robertus et Comitatum Flandriae et vitam Arnulfo abstulit; non quidem per se, sed per Gerbaldonem quemdam, ut discemus infra ex Historia Andagin. Monasterii (Tom. 4 Ampliss. Collect. pag. 942) num. 34, in quo et homicidæ scelus et poenitentia refertur.

(b) Non abs re putamus, ad calcem Historiæ Hasnon. adducere instar appendicis Comitiam Corbeia. Hæc autem ex Archivo Corbiensi sive ex Codice Hasnon. edidit Mabillonius in Appendice Annal. Bened. Tom. 4 pag. 755.

(c) Propter hoc vocatus est Balduinus Hasnonien-

sis. Dietus est quoque Balduinus Pius et Montensis, qui longiori vita dignus, patri successit, et tribus tantum annis ei supervixit. Duos ex Richilde filios reliquit; Arnulfum natum majorem, cui Flandriam; et Balduinum, cui Hannoniam testamento assignavit; Arnulfi tutelam Rotberto Frisio commissam: quæ res funesti belli seminarium fuit inter ipsum et Richildem Arnulfi matrem, quæ banc ei tutelam denegavit in magnam sui et filii Arnulfi perniciem.

(d) Leg. de Monte-Lietherici: S. Tietbaldi de Monte-Mauronciaco.

EX CHRONICO TRENORCIENSI (a).

Inter Probationes Historiæ novæ Trenorc. pag. 25 et seq.

- An. 988. Odo Abbatis in officium sublimatur. Hic Andegavensium Comiti Gaufrido [Grisæ-gonellæ] villam nostri juris, pacto subter annexo, commisit Doadem (b)... Wago post Odonis obitum pastorale suscepit officium... Anno regiminis sui XVIII, in festo B. Vitalis... patroni nostri...
- An. 989. Monasterium per famulorum incuriam igne consumptum est cum omnibus officinis; tamque valida flatu ventorum exstitit ignis vastatio, ut penè om-
- An. 1006. nis suppellex Monasterii consumeretur... Accidit quoque biennio transactohaud medioeris de obitu Patris Wagonis mœstitia. Eo namque defuncto, Bernerius in loco ejus substituitur. Vixit autem Bernerius in officio Pastoralis XX annis. Hujus tempore Hugo Cabilonensis Comes et Episcopus Autisiodorensis... donavit villam quæ dicitur Islæis, quæ est super alveum Sagonæ... Monachi autem suppliciter illi roganti beneficium Ecclesiæ suæ suorumque locorum, sanctique Philiberti vexillum tunc temporis illi necessarium (c) dederunt. Factum est hoc donum anno ab Incarn. Dom.
- An. 1019. MXIX apud Trenorchium, IV Cal. Sept. in die quo idem dedicatum est Monasterium, in præsentia venerabilium Episcoporum, Jofredi Episcopi Cabilonensis, Gausleni Matisconensis Episcopi... regnante Rotherto (d)
- An. 1028. Rege in Francia. Post obitum verò prædicti Bernerii Ardagnus eodem sublimatur in ordine: post cujus ordinationem III, IV et V anno, fames totum penè vastavit orbem... Qui cum bisdenis et octonis rexisset annis, defuncto successit Guillelmus (e) genere præclarus... Quinquennio peracto, diem clausit extremum. Cui defuncto Giraudus successit, vir in litteris satis eruditus... Huic quoque post V sui regiminis annos defuncto Petrus pastorale suscepit officium... B. Mariæ votivum servitium, Missam scilicet, in ejus honore manè decantari, et tam matutinalem quàm totius diei, competentibus horis instituit celebrari... Longè latèque nomen ejus celebre innotuit. Ut enim Hispaniæ Rex Adefonsus Constantiæ Reginæ conjugio potiretur, ipse prudenter elaboravit. Fuerat enim Hugonis Cabilonensis Comitis uxor, filia Rotherti Ducis; quæ defuncto viro sæpè orationis gratiâ, in veste humili, pedibus etiam nudis, equestri spreto vehiculo, Trenorchium venire consueverat. Quæ dum jubente Rege iter ad Hispanias aggressa fuisset, Trenorchium sufficienti satis militum agmine stipata devenit; ubi pro more benedictione percepta Reliquiarum... fecit donum de Ecclesia Givriaci, quam paterno possidebat jure... Quod ut firmius haberetur, anulum quem manu gestabat, tradidit, pretiosumque extrinsecus lapidem, qui topazius nominatur... Petiit autem et ipsa congruum sibi tradi Sacerdotale vestimentum... His autem patris, nuptiisque regalibus ex more celebratis, post nonnullos annos ingens ad subjungendos Barbaros in Hispaniam concursus factus est populorum. Hæc in

(a) Trenorc. Chronici Auctor est Falco ejusdem Cœnobii Monachus, vir pro tempore *admodum litteratus*, et cujus scribendi modum haud multi hujus ætatis assecuti sunt Chronographi. Manum autem operi admovit jussu Petri Abbatis circa annum 1087, ultra quem non progreditur.

(b) *Doüé* in confinio Andium et Pictonum, olim Theotvadum vel Teotvadum seu Theoduvadum castellum, et regium palatium.

(c) Is nempe, licet Episcopus, arma tractabat et gerebat bella. Horum autem postea ipsum pœnituit, et à Papa absolvi curavit.

(d) Anno 1005 apud Cabilonem ab omnibus haud agnoscebatur Rex Robertus. Exstat enim in Biblioth. Cluniac. pag. 410, ejusdem anni Instrumentum, quod sic terminatur; *Actum publicè apud Cabilonem civitatem, regnante Rotherto Rege, apud*

nos verò regnante D. N. J. C.

(e) *Ego Falco de Jaliniaco... dedi Trenorc. Monachis... per manum domni Willelmi fratris mei et ejusdem loci Abbatis... concedente et auctrice uxore mea Beatrice... filiis meis Gulferio atque Iterio concedentibus atque laudantibus... Signum Armani Monachi. filii Vicecomitis de Polognac, etc. Data est hæc Charta anno ab Incarn. Dom. MLVI, Indict. VIII, Epacta I, Concurr. I, regnante Henrico Rege in Francia anno XXVI. Errant igitur Auctores N. Galliæ Christ. dum Tom. 4. col. 968 post Baluzium, Hist. Doués Arvern. lib. 1, pag. 28, tradunt Guillelmum ex nobilissimo Mercorii genere procreatum fuisse; et patrum habuisse S. Odilonem Cluniac. Abbatem; fratrem verò Stephanum Claromont. Episcopum, qui probatur fuisse filius Armandi Vicecomitis de Polognac.*

expeditionem

A expeditionem duo, jubente Patre, de nostris perrexere Monachi, qui unius vocabuli, Guillelmi scilicet, nomine censebantur: qui eum ad locum, ubi Rex cum Regina morabatur, venissent, contigit etiam Odonem Ducem Burgundiæ simul adesse. Ubi, suggerentibus Monachis, Regina super Ecclesia quam antè nobis dedisse retulimus, Ducis obtinuit conniventiam. Cùmque peracto negotio proprios remeassent ad fines, Dux accersitis Monachis, prout promiserat, tam de Ecclesia, quàm de rebus ejusdem, coram astantibus fecit investituram (a). Quanta denique virtute prædictus Abba sæcularium præpositorum, qui Ecclesiasticos sibi commissos honores velut hereditario jure possidere nitebantur, contriverit extollentiam, res manifesta docet, felici sorte peracta.

Cirea an.
1084.

An. 1087.

B (a) Litterarum hæc de re anno 1087 datarum mentionem faciemus alio in loco.

EX HISTORIA (a)

EPISCOPORUM AUTISSIODORENSIUM.

Apud Labbeum Tom. I Novæ Bibl. Libr. Mss. pag. 450.

- XXVII suæ ordinationis anno perrexit Hugo [Episcopus Autissiod.] *Cap. 49.*
 Jerusalem . . . ac inde rediens . . . mansuetior degit . . . Pridie Non.
 C Novemb. consecutus est præsentis vitæ terminum. Sedit autem in Episcopatu (b) annos XI, menses VIII, dies IV; et fuit civitas sine Episcopo dies XXXVI. *An. 1039.*
- Heribertus II, natione Autissiodorensis, ex patre Vauterio et matre Hemma fuit, quem antecessor ejus Hugo in Pontificatum elegit; cui postmodum Rex Henricus cum maximo exercitu veniens in Burgundiam, Episcopatum ex more dedit. Hic in die ordinationis suæ, eum secundum Ecclesiasticam consuetudinem cathedræ innixus Episcopali, ad S. Protodiaconi matrem sedem Nobilium humeris deportatus esset, dedit Ecclesiæ pallium ingens optimum, quod vulgò dorsale dicitur . . . In temporibus itaque hujus dominus Leo Papa in Gallias veniens, Remis metropoli Concilium celebravit, et quosdam Episcoporum de hæresi Simoniaca in faciem Ecclesiæ redarguens notabiliter dedit: inter quos Senonensem Archiepiscopum Gelduinum et Lingonensem Hugonem, multarum iniquitatum vitiis infamatos, et à suis multoties reverenter, ut decebat, patres admonitos et correctos, volutabro suæ pravitatis malè inhærentes, etiam penè apostatas, de sedium suarum potestate deposuit . . . Non longo post tempore cùm à Duce Burgundiæ Roberto (c), qui in tempore adhuc suo Autissiodoro civitati imperitabat, quique snâ et fraternâ Regis Henrici potestate elatus, multas sibi et ob Clericos suos molestias inferebat, aliquandiu infestatus esset [Heribertus], impatientiâ quadam et angore animi abrenunciatis sæcularibus, postquam jam per XIII annos Episcopatu præfuerat, apud S. Salvatorem in pago Senonico Monachus effectus est . . . Migravit ad Christum VII Kal. Feb. et sepultus est in eodem Cœnobio. *An. 1052.*
- E Goffridus beatâ dignus memoriâ Episcopus, filius Hugonis Nivernensis *Cap. 51.*

(a) De hæc Historia vide quæ monuimus pag. 170 Tomi nostri X. Gestorum autem Episcoporum Goffridi et Roberti, seu Capitum LI et LII, Auctor est Frodo Canonicens et Archipresbyter Autissiodorensis, vir, ut legitur in Necrologio ejusdem Ecclesiæ, *litteris bene eruditus*, nimirum pro tempore. De his duabus Vitis à se scriptis agens, ait de se ipso:

Fidus cas egit, quia nonnisi cognita dixit.

Idem audiendus est iterum infra in Monito.

(b) Hallucinatur igitur Rivetus noster, dum pag. 100 Tom. VII Hist. Litt. Fr. scribit, Johannem

Scholast. factum fuisse Autissiod. Episcopum anno circiter 1012 aut 1013; immeritòque ibidem sibi plaudit tanquam rejicienti opinionem seu erratum Balæi, qui supponit Johannem anno jam 998 mortuum.

(c) Glab. lib. 3 cap. 9 pag. 40: *Sequenti anno [Sc. 1032], eodem mense [nempe Jul] atque in eodem castro quo Rex obierat, et ipsa [Constantia] obiit. Henricus nempe paternis rebus potitus, germanum suum Robertum constituit Burgundiæ Ducem. Est is primæ stirpis Ducum Burgundiæ caput, vixitque usque ad an. 1075, ut habet Chronicon S. Benigni.*

* *Champaleman*

Vicecomitis fuit, de castello cui vocabulum est Campus-Alemannus * ; A mater verò ejus de Consularibus viris orta, Ermengardis nuncupata est. Hunc in palatio suo Clericum habens honestum Philippi pater Rex Henricus, operante quidem divina elementia, tota quoque nostra collaudante Ecclesia, indulgit nobis Præsulem necessarium sanè, utilemque per omnia . . . Hoc Volumen [de Gestis Pontificum] renovavit . . . Villam amœnam et frugiferam Arlacum Hugo Miles ei clarissimus reliquit moriens, quoniam de feudo suo ab Episcopo illam tenebat . . . Abbatias duas in suburbio civitatis sitas, id est B. Mariæ sanctique Amatoris, Episcoporum ditioni antiquitus traditas et delegatas, cum eas tyrannus quidam à quodam Episcopo in beneficio susceptas, longo tempore possedisset, suoque euidam filio, Episcopo videlicet Æduensi, lege hereditaria post se donasset, vir probus . . . ab illicito dominio revocavit. Licet etiam hîc subjungere quòd talem habuerit ipse in secularibus causis industriam, tantâque semper usus est liberè loquendi audaciâ, ut nec ipsi Principes mentiri præsumerent eo audiente . . . S. Eusebii Abbatiam . . . restitutis Canonicis et Abbate reparavit. Varziaecum etiam, quia sinus est Episcoporum, et locus amabilis, ab inimicis primitus purgatum, deinde feliciter ædificatum, tandem interiùs exteriùsque murorum protectione munivit . . . Ecclesiam tantam biennio propè antequam moreretur, incendio consumptam, in subito tempore, id est infra brevem sphaerulam unius anni . . . restauravit . . . Canonicos constituit . . . aurifabrum mirabilem, pictorem doctum, vitrearium sagaem, alios necnon . . . Deferri se Varziaecum, ut inde ad Monasterium Charitatis super Ligerim faciliùs portaretur ibi sepeliendus. Locus ille sanctus cum aliis quibusdam religiosis locis in Altissiodorensi pago suo tempore incœptus est . . . Hugonem Nivernensem Episcopum, nepotem suum . . . necnon Girardum Priorem jam dicti loci . . . ut inter sanctas illorum manus factâ confessione delictorum Redemptori Christo spiritum redderet, convocavit . . . Delatus est illuc, et sepultus est in pace XVII Kal. Octob. inthronizatus autem V Kal. Janu. Rexit Episcopium annos XXIV, menses VII, dies XXI (a).

An. 1076.

Cap. 52.

* *f. venustate*

Robertus de patre Guillelmo, nepote Regis Henrici, Philippi patris, Consule Nivernensium; de matre autem Comitissa Tornodorensi, Hermengarde nuncupatâ, natus est. Ex cujus ingenua progenie, quotquot periti viri, formosi bonique fuerint, eos omnes scientiâ, vetustate *, moribus hic superavit . . . Mense Septembri in Episcopum electus est; dilata tamen usque ad Augustum consecratione.

(a) Ibi sic monet Frodo : « Altissiodorensis Ecclesie non ignobilis consuetudo est, quàm citò de sæclo migrat ejus Episcopus, illicò terminum vitæ, sedis introitum, ac præcipuè bene gesta ipsius conscribere. Contigit autem [an. 1084] non sine magno patriæ detrimento, clarissimum ejusdem Ecclesie patronum obiisse Robertum Episcopum, ut nihil horum quæ diximus toto triennio

» scriptum fuisset... Tandem verò post triennium... » frater quidam modicùm eruditus et penè illiteratus, à conventu Capituli rogatus et ab Episcopo monitus, obedientiam quoque vitare non ausus, quæ sibi de illo visa sunt minime tacenda, licet tantò indignè, quantò minus ornatè minusque facundè, tamen ut potuit, ita stylo prosecutus est ».

A

EX INITIIS MADIRENSIS MONASTERII IN DIOECESI TARBIENSI.

Apud Martenium Tom. III Thesauri Novi Anecd. col. 1203.

HÆC sunt scripta sub Urbano (a) Papa II et Bernardo Centullo Comite, et Præsule Bigorræ existente D. Odone. S. Genitricis Dei Mariæ (b) Cœnobium est situm in loco qui dicitur Madiranum *, in subterioribus finibus Bigorræ versum occasum... Surrexit ex illorum prosapia, quibus isdem locus temporaliter subditus erat, vir nobilis domi et militiæ aptus, nomine Sancius, filius Garsani (c), filii Arsun, filii Lupi cognomine Picoth; qui ab Hispania veniens cœpit ibidem primus militaris habitator existere, permittente sibi Raimundo tunc temporis Bigorensi Comite. Isdem verò Sancius adhuc puer cœpit ibidem primus militaris habitator existere, permittente Raymundo tunc temporis Bigorremsi Comite. Cùm jam defuncto patre, simul eum matre honorem contingeret, coëgit eum mater aliquantum temporis in discendis sacris litteris remorari, ut decursis psalmis et hymnis rectius doctiusque potuisset Clericalem honorem contingere, et sæculari militiæ cautiùs subministrare. Decurso verò primævo juventutis flore, cùm jam virile robur exeresceret, cœpit suum jam dictum locum festinanter ex aliorum cura, positis præsidiis, datis illorum dominis magnis præsidiis, et illis gratis exceptis, amplificare. Eodem verò tempore Vicedominus ejusdem Madirensis curiæ sæpiùs ivit obviam hostibus eum Garsia-Arnaldo Bigorremsi Comite. Ob hoc utique iidem domini... dederunt ei non pauca terræ jugera. Interea præfatus Miles Sancius cogitare cœpit... ut traderet se et suum locum sub Monasticæ religionis norma... Eo namque tempore, Sancii totius Gasconiæ Consulis longè latèque discurrens fama, utriusque ordinis multos adivit, militandi, munerandi, ac tantam illius excellentiam videnti gratia conduxerat: inter quos dominus Marciliacensis Cœnobii Abbas, Stephanus nomine, advenerat... Stephanus non multò post consilio et voluntate Garsia-Arnaldi prædicti Bigorræ Comitis... prædictum Militem secum Marciliacum (d) duxit... et ibi eum benedixit Monachum... Sed cùm idem vir Sancius paulò antè domui suæ disponderet, et prædicti Patris Stephani, et aliorum qui ibi aderant, consilio dedit suis aut legitimis liberis quasdam partes sui honoris, excepto Donato Sancio majore filio, quem reliquit domui, ut ibi sacris litteris edoctus absque uxore et filiis usque ad mortem serviens Domino in omni castitate maneret. Et has partes tali pacto dedit illis, ut præsentarios fidejussores ipsi ac posteri eorum Monachis ejusdem loci Madirani (e) darent, et uniuscujusque pars illorum qui sine filiis obierint, supradicto loco restituatur.

* Madiran

Col. 1205.

Evolutis autem multis diebus, placuit Patri Stephano, ut idem Frater Sancius, semper militaturus eidem Marciliacensi Monasterio, Madiranum * repeteret... Idem Frater Sancius non multò post fundavit ibi Templum multò insignius primo... Adit Ricardum Episcopum ac supradictum Garsiam-Arnaldum Comitem... ut eum dominis ejusdem Madirani hoc agerent, ut eidem loco libertatem præstarent... Qui Madiranum venientes... statuerunt, ut ipse Comes dominis ejusdem curiæ Madiranensis, videlicet Raimundo-Arnaldo et Sancio-Arnaldo fratribus, et posteris eorum unum prandium, quod semel in anno cum L equitantibus sibi persolvebant, perpetim condonaret... Cùm non post multos annos sensisset idem Frater

* Madiran

Col. 1206.

(a) Anonymus Auctor, qui tempore Urbani II Papæ vivebat, et Marciliacensis Cœnobii Monachus erat, scripsit Riveto judice circa annum 1089. Plurima autem tradit, quæ non parùm conducunt ad historiam Comitum Bigerricorum et aliorum ejusdem regionis Procerum.

(b) Madirensis Monasterii reditus hodie possident Tolosani PP. Societatis Jesu. Marten.

(c) Hinc col. 1209 infrà vocatur Sancius-Garcianus.

(d) Marciliacum est in Cadurcis ad Sellam fl. (Sele), vulgò dictum Marsiliac aut Marcillac Eidem fluvio adsidet Figiacum, Figiac.

(e) Traditio Madirani à Sancio sub Stephano Abbate facta Marciliacensi Monasterio memoratur infrà col. 1208 et 1209.

Col. 1207.

Sancius vicinam sibi mortem adesse, misit ad quemdam consanguineum A suum, Bonum-Par nomine... virum scilicet magnæ scientiæ... quatinus abjecta nuptiali copula... raderet sibi barbam et caput, et indueret se vestimentis sanctis... Quod ita factum est, excepto quòd idem Bonus-Par, oblitus promissionis Sancii, noluit, eo mortuo, prædicto loco [Marciliaco] obedire... Deinde Bonus-Par taliter positus in administratione eidem domui, sumptis secum duobus Levitanensibus (a) Fratribus consanguineis suis, W. Fort (b) et Gartia - Fort, cum Arnaldo - Remundo cognomento Verso, qui tunc inter omnes consulares Principes scientiæ ac potentiæ primatum tenebant, ivit ad Bernardum Comitem, orans cum eis et petens ab eo, ut ipse cum Eracleo Episcopo ac omnibus suis cingulo militiæ utentibus, et ab eo legatione missa rogati simul omnes vicini Comites ac Vicecomites Madiranum convenirent, videlicet Aimericus Comes Auxien- B sis, et Bernardus Armaniacensis Comes, necnon Gastonus Bearnensis Vicecomes, ut... eundem locum Madiranum liberum atque securum constituerent... Statuto die venit idem Comes unà cum Eracleo Episcopo et cum omni militia sua Madiranum, Principibus omnibus, quos suprâ commemoravimus, functa legatione ibidem sibi accurrentibus; ubi, ut res exigebat, Eracleo Episcopo (c) exigente, juravit prænominatus Comes, supposita propria manu S. Dei Genitricis Mariæ altari, etc.

Col. 208.

Cùm verò idem Bonus-Par in horam mortis convenisset, constituit Guillelmum-Par filium suum, litterali atque regulari scientia imbutum, dominum ejusdem Madiranensis domûs suæ et principem omnis possessionis suæ; qui post patris excessum, ejusdem loci suscepto regimine, statim, ut erat vivaci atque impetuoso animo, cœpit eundem locum ad statum Monasterii, C utcumque poterat, aptare; atque illic nonnullos vicinorum nobilium filios introducere, eosque sub spe religionis sanctæ ibi litteris erudire, eis quoque postmodum semipater existere. Fecit etiam eandem S. Dei Genitricis Mariæ Ecclesiam in modum Monasterii multò latiùs atque insigniùs, quàm fuerat, fundare. Deinde suo sagaci ingenio, donis nec tamen paucis præmissis, acquisivit à Guillelmo Donato reliquias cum decimatione cujusdam suæ Ecclesiæ S. Leoni dicatæ; juxta quam præfatæ sunt S. Dei Genitricis Mariæ Ecclesiæ ad australem plagam positæ. Similiter alterius Ecclesiæ S. Dei Gen. Mariæ, Crassæ dictæ, reliquias cum decimatione jam dicto loco acquisivit: unde accepit domi Anerium ejusdem Ecclesiæ Abbatem et Wil- D lelmum Fort suum nepotem... Nec minùs aliam Ecclesiam, in loco qui dicitur Salt sitam, S. Michaëlis Archangeli nomini dicatam: unde accepit quemdam puerum nomine Augustinum, ejusdem Ecclesiæ datoris Garsisæ Fort filium. Idem ipse fecit duellum cum Raimundo Lupo de Lidoss. pro silva Mediana-silva; ubi postquàm missus missum primum noster suum vicisset, et ipse inquisitor inquisitam terram per fidejussores firmasset... cœpit interim miserabiliter vivere scelestus. Unde divulgato scelere, à domno Pontio Præsule atque Centullo Comite propulsus, rediit unde venerat priùs. Post hunc ex voluntate supradictorum Principum suscepit ejusdem loci curam alter quidam nomine Bernardus... Ipse acquisivit eidem loco Ecclesiam S. Michaëlis nomine insignitam, in loco qui dicitur Frageded sitam, à Stephano ejusdem Ecclesiæ Abbate.

Sub eodem ferè tempore Gombertus Abbas quartus à supradicto domno

(a) Bigorra complectitur duos veteres Vicecomitatus, Levitanensem et Asteriensem, in radicibus montis Pyrenæi positos: ex quibus Levitania, *Lavedan* vulgò dicta, generosis equis nomen dedit. Ejus caput *Lorda*, *Lourde*, arce inunitissimâ atque veteri insignis.

(b) Gall. Christ. Tom 1 col. 1227, Chartæ initium hoc refertur: *Anno Incarnat. Dom. MXXXVI, mense Aug. 22 die, Ego Ranimirus gratiâ Dei proles Sanctionis Regis, accepi uxorem nomine Gilbertam, filiam Comitûs Bernardi-Rodgeri et Comitissæ matris ejus nomine Garsindæ; quam dederunt mihi Richardus Episc. Bigor. civitatis, et Proconsules Levitanenses Garsias-Forto et Gielm-Forto fratres uterini.*

(c) Heraclius erat de genere Comitum Bigorræ, ut patet ex Diplomate anni 1064 pro Monasterio SS. Felicis et Licerii, quod cum Bernardo Comite Bigorr. dedit Hugoni Cluniac. Abbati sic: *Ego Heraclius Dei gratiâ Bigorr. Episc. et Bernardus Bigorr. Comes, quoddam Monasterium ex hereditate parentum nostrorum in territorio Bigorr... dedimus Hugoni Abb. Cluniac. ordinandun, etc. Facta fuit hæc charta in ipso Bigorr. castro, anno Dom. Incarn. MLXIV, Philippo Rege Fr. regnante anno IV. Sign. D. Heraclii Bigorr. Episc. Sign. D. Bernardi Com. Bigorr. S. D. Stephani Oloron. Episc. S. D. Durandi Episc. Tolos. S. D. Gregorii Lascurr. Episc. S. D. Petri Adur. Episc. S. D. Bernardi Armaniac. Com.*

- A Stephano Abbate, interpositis Gauzberto atque Viliberto Patribus, Marciacensi gregi præsidebat... Domnum Willelmum Auxiensem Archiepiscopum, illis diebus totius Vasconiae Episcoporum atque Abbatum seu Clericorum celebrantem Concilium, cum domno Hunaldo Moisiacensi Abbate adiit; ubi cum coram universo præsenti Concilio ejusdem loci Madirani datio vel injusta distractio legeretur, exstiteri ibi quidam auctores hujus rei, è quibus fuit domnus Bernardus quondam Armaniensium Comes, se illud vidisse vel audisse fatentes... Idem Metropolitanus cum vidisset Bernardum jam dicti loci Madirani Abbatem, summotenus audito Patris Gomberti adventu, clam discessisse, protinus inquit domnum Pontium (a) Bigorritanum * Episcopum, quid super hoc fieri deberet... propter absentiam domni Centulli Comitis, vel ejusdem loci Madirani Abbatis... Eodem anno non adhuc plenè mediante, exempto ab hac luce Madirani Abbate, domnus Willelmus Auxiensis Archiepiscopus, statim ex hoc actâ cum domno Centullo Comite ac Pontio (b) Præsule saluberrima colloquutione ac determinatione, delegavit nuntios Gomberto Abbati, quo tempore vel qua die Auxis veniat ad se: qui secundum suum mandatum Auxis venit ad eundem Archiepiscopum; ibique eo audito, venit inde digressus ad domnum Centullum Comitem tunc temporis præmaximum... Pontifex proxima die Dominica cum eodem domno Abbate Gomberto Madiranum intravit, ac cum Willelmo Donato, quem universæ provinciæ jam dictus Comes præfecerat, præsens Monasterium sub ejusdem Patris Gomberti continua potestate intus et foris potestativè redegit... Suscepto verò domnus Abbas Gombertus eodem loco, præfecit ibi Bosonem... qui Prior C Boso, etc.

* de Tarbe

Col. 1209.

Col. 1210.

(a) Pontius ante Episcopatum cum Abbas Simorræ esset, et litem haberet cum Raimundo-Arnaldi Dantini; ambo fecerunt iudicium Dei, in quo Raimundus-Arnaldi victus est, ut videre est apud Mabill. ad an. 1060, num. 66.

(b) Centullus Vicecom. Bearn. dimittens legitimam uxorem, matrem Gastonis quam habebat; Bernardum Lascur. Episc. de possessione sua ejecit violenter, et Pontium Bigorr. Episc. in possessionem Mo-

nasterii S. Petri Gener. induxit; tali pacto, ut ei concederet illicitas nuptias Bigorr. Comitissæ; quod B. prohibebat, quem tandiu persecutum propter assiduam querelam et interdicta quæ inde faciebat, à toto Episcopatu ejecit; et in exilio mortuus, et apud Forum-Julii est sepultus. Utrum autem debeatur fides huic Chartæ, cujus fragmentum P. de Marca inseruit suæ Historiæ Benearn. lib. 4 cap. 47, dubitant Galliæ Christ. Auctores.

D

EX BREVI HISTORIA (a)

MONASTERII S. JULIANI TURON.

Apud Martenium Tom. V Ampliss. Collect. col. 1077.

ANNO DCCCCLXXXIV ab Incarnatione Domini. Circa hoc tempus Landegavis (b) Castrum à Fulcone Comite construitur: civitas Turonis ab eodem obsidetur et capitur; sed non multò post à Berta Regina, matre Odonis, recipitur. Post Ebrardum præfuit Monasterio S. Juliani (c) Gauzbertus I, ejusdem Cænobii Monachus. Iste plures Abbatias rexit; aliquantas à fundamentis construxit... Hic tenuit Abbatiam Majoris-monasterii satis tunc paupereulam. Hic fundavit Monasterium S. Petri Burguliensis, S. Petri Malliacensis, S. quoque Petri Cenomanensis.

Anno DCCCCLXXXIV, Monasterium B. Martini satis spectabile igni crematum est: pro quo Herveus Thesaurarius jecit fundamenta... Anno

(a) Hoc opus, cujus finis desideratur, productum fuisse putat Mabillonius usque ad initium sæculi XII: quâ in conjectura hæret Rivetus; et concludit tantum, eandem Historiam non nisi post annum 1052 scriptam fuisse à Monacho ejusdem Cænobii. Ibi enim fit mentio Bartholomæi Archiepiscopi sic: Præsident Hugo annis XVIII, mensibus V, diebus IX. Arnulfus Episcopus sedit annos XXXI, menses VIII, dies XIX. Huic successit Bartholomæus.

(b) In Gestis Consulium Andegav. Fulco Nerra in Turonico pago ædificavit Lingiam castrum, id est Alingaviam vel Lengiacum, Langey.

(c) Gauzbertus I Romæ Privilegium de omnibus rebus S. Juliani obtinuit à Girberto Papa, qui Silvester dictus est, factum de papyro, id est, inquit Martenius, ex cortice; ejusmodi visuntur hactenus in variis Monasteriis aliquot ejusdem Silvestri Bullæ.

An. 1018. verò Dom. Incarn. MXIV dedicatum est hoc Monasterium Turonus ab Hugone Archiepiscopo. Defuncto Gauzberto Abbate, alter Gauzbertus ei successit... Hic peritus litterarum satis fuit, Philosophiæ studiis adornatus. Hoc tempore viri clarissimi valdèque sapientes fuere, Fulbertus Carnotensium, Sasqualo Abbas S. Launomari, Rainaldus Turonicus et alii quamplurimi... Ipse [Gauzbertus] Monasterium S. Petri Prulliacensis emit, et Præceptum exinde Regi Rotberto firmare fecit: sed malignitate Archiepiscopi post obitum viri Dei Gauzberti à dominio S. Juliani ablatum est.

An. 1016. Hujus temporibus, id est anno Dom. Incarn. MXIX, bellum, Ponleviatibus gestum est.

Anno Incarnati Verbi MXXII, Herveus (a) Thesaurarius S. Martini, vir valdè sanctissimus, obiit... Hunc proximè sequutus est Archiepiscopus Hugo morte corporis. Huic Arnulfus substituitur... Postquàm annis X et VIII præfuit [Gauzbertus], ad cœlestia migravit anno MXXV, regnante Roberto Rege... Post mortem Gauzberti variis eventibus contigit locum S. Juliani pessumdari, totaque se in armene * infesta nimis opposuit. Nam Arnulfus Archiepiscopus absque voluntate Monachorum, patrem suum Albertum illi loco præposuit. Quo post triennium ejecto, Abbati Frederico Monasterium commendavit. Richero etiam tunc viro probo et industrio Prioratum commisit; qui postea eidem loco optimè præfuit. Frederico itaque, qui duobus annis, Evrardoque, qui uno, Cœnobio S. Juliani præfuerunt, abrais; Richerius præficitur.

* Vox corrupta

An. 1031. Anno Domini MXXXII, mense Decembri, hoc anno qui est Rotbertus Rex moritur, annis XXXVII potitus imperium Francorum. Huic successit filius Henricus.

Anno MXXXVII, Odo Comes obiit [apud Barrum].

Anno MXL, Fulco Comes obiit... Anno MXL, Richerius (b) Abbas Monasterium novum à fundamentis inchoavit... Hic terram eum Ecclesia de Dedra de Tescelino Petueriensi per voluntatem Isembardi Aurelianorum Pontificis omniumque Canonicorum, de cujus beneficio erat, emit centum libras denariorum et L libras auri, ad usus Monachorum S. Juliani.

(a) Hujus vitam virtutibus plenam, inquit Auctor, memoriæ posterorum tradidissim, si verum relatores reperissent. Martenius Tom. III Anecd. col. 1694 vitam B. Hervei edidit; sed hæc ad verbum descripta est ex capite 4 lib. 3 Histor. Glabri Rodulphi, exceptis his de patre Hervei verbis, Landrieus, qui castrum Bugentiacum possidebat.

(b) De hoc Richerio, inquit Martenius ibidem, hæc lego in pervetusto fragmento historico ante annos 600 exarato, et inter Mabillonii schedas reperto: Congregatio gregium elegit Richerium, cujus probitate mirâ et prudentiâ opus erat per omnia ad

restauranda omnia: qui datus Blesis et nostræ gubernator Abbatie, utramque, ut decuit, viriliter tenuit... Vir iste, ut fertur, Britannia indigena fuit, qui post litterarum studia in Gallia, S. Mariæ Pauperulæ Presbyter exstitit... Majoris-monasterii Monachus effectus ex Presbytero, Blesis et noster Abbas ex Monacho... Sedit in Decani sede Blesis et nostræ Abbas Abbatie. Sed Blesis Abbatiam, Comite inquietante, deseruit, et ad nostræ restorationem totum se contulit: ad quam postea, sed coactus, rediit; destructam enim à Comite et Comitibus Abbatem reperit, etc.

EX FRAGMENTO HISTORIÆ (a)

MONASTERII - NOVI PICTAVENSIS.

Apud Martenium Tom. 3 Anecd. col. 1211.

GUILLELMUS qui et Gaufridus, qui nobis et materia et causa positæ rei exstitit, nobilissimorum Guillelmi et Agnetis Aquitanie Ducum heres fuit, Regum propinquus, Imperatorum cognatus et avunculus, itemque Regum socer exstitit. Gloriosus siquidem Francorum Henricus, et Philippus, vetus et Guillelmus (b) Anglorum, Reges, et consanguinei

(a) Hujus Historiæ Auctor Martinus, ejusdem Monasterii Monachus, ferè coævum se fuisse sat ostendit, dum in Prologo seu in Epistola ad Robertum Monachum ita scribit: Et nos quidem, vobis qui audistis et vidistis referentibus, aliquantulum inde scimus; sed vobis obeuntibus, unde posteri scient quod longæ silentio oblivioni traditum fuerit? Et hoc me

quàm maximè mortificabat, etc.

(b) Scilicet Guillelmus I. Scribebat enim Auctor ætate Henrici I Regis Anglorum, seu ineunte sæculo XII. Virgulam autem Martenius ita collocat, ut vetus referatur ad Philippum Fr. Regem: qua stante lectione Philippus dicitur vetus non propter multos ætatis annos, sed propter diuturnum imperium.

A proximi fuere. Henricus verò ille maximus Imperator ejusdem probitatis et honestatis (adhuc multi (a) supersunt qui recolunt), hujus uterinam sororem Agnetem nomine in conjugem sumpsit: de qua genuit Henricum nomine, qui etsi à parentum probitate degeneravit, augustalia tamen sceptrata gestavit. Hispaniarum autem Reges, Ildefonsus et Petrus, ejus filias in matrimonium se suscepisse gavisus sunt. Hactenus de terrena nobilitate; morum autem excellentia qualiter claruerit, hinc jam sequens lectio eloquatur.

Morum autem claritudine ita insignitus fuit, ut etiam priorum Principum probitate enitere videretur; quam tamen ab atavis abavisque traxisse cum ipsa carnis generatione clarum est. Nam plurima ab iisdem, ut potè Aquitanie Ducibus, vel à fundamentis extracta, vel destructa à Barbaris, et ab eis iterum reedificata feruntur Cœnobium: inter quæ est Cluniacum Monasterium, quod in Burgundia, pago proprii juris Guillelmi nobilissimi Ducis Aquitanie, est constructum; quod quantæ nobilitatis quantæque religionis existat, ejus membra per universum penè orbem diffusa liquidò demonstrant. Hujus Guillelmi Ducis exstitit consanguineus Ramnulpus Comes Pictavensis, qui atavus fuit ipsius nostri, de quo hæc schedula componitur. Hic Ramnulpus dierum suorum in extremo positus, Ebulum filium quem parvulum relinquebat, per manum domni Geraldii præfati Duci veluti consanguineo delegavit ad nutriendum: qui cum jam virile robur attigisset, nutritori suo sine liberis morienti jure propinquitatis in Ducatum successit. Dehinc prima hereditate recuperata, ac totius summâ potitus, accepit uxorem Adelam Normannorum Principis filiam, de qua genuit Guillelmum C Caput-stupæ et Eblum; quorum alter, id est Guillelmus, patri successit: Eblus verò Episcopatum Lemovicæ civitatis est adeptus: et pro eo qui erant religiosi, cœperunt in reedificandis Normannica immanitate destructis maximam operam dare. Et Guillelmus quidem Monasterium B. Johannis Angeriæ nobilissimè restauravit, prædiis sui juris ibi largitis aliisque pluribus bonis. Eblus verò restauravit Monasterium S. Martialis, Monasterium S. Maxentii, et Monasterium S. Michaëlis de Eremo. Sed et Burguliense Cœnobium ab una Comitissarum Aquitanie constructum manifestum est. Genitores autem hujus nostri nullorum inferiores exstiterunt: nam pater Mallicense Monasterium construxit, nobiliterque possessionibus ditavit. Mater verò Agnes videlicet Comitissa, hæc fecit Monasteria; Monasterium (b) Vindocinense in territorio Carnoteno, quod admodum largis possessionibus D honoravit; Monasterium S. Dei Genitricis Sanctimonialium in suburbio (c) Xantonice civitatis; Monasterium quoque S. Nicolai in suburbio Pictavæ civitatis: quibus etiam amplè necessaria tribuit. Sed et Monasterium S. Hilarii Pictavensis ab ipsis fundamentis reedificavit. Tali igitur generatione generatus, talique propagine iste noster exortus, debuit et ipse inferior non inveniri; unde postquam honoris summa ad eum pervenit jure hereditario, cœpit bonis actibus insistere: quod tamen non statim post patris obitum; sed quarta pars evenit successione hoc modo. Patri successit Guillelmus natu major ex matre; huic successit Odo ex Brisca matre, filia Sancii Ducis Gasconie; huic successit Guillelmus, qui nomen Acri accepit, hujus nostri frater germanus; cui mortuo statim ipse succedens, cœpit regnum Aquitanie justis dispositionibus, ordinem pacis ubique reformare, paci obviantes contere, eam amplectentes diligere et fovere, Monasteria tueri et ab infestationibus defensare.

Et quia omnia Monasteria per Aquitaniam regulari erant ordinatione destituta (nec enim in aliquo eorum religionis trames potuerat inveniri), cœpit insistere ut in eis Monasticum ordinem posset reformare: unde accersitis à Cluniaco viris valdè religiosis, eisdem Monasteriis eos præfecit. Nam

(a) Etatem suam ibi sat clarè prodit Scriptor.

(b) Apud Beslium pag. 404 legitur instrumentum venditionis ejusdam Archenbaldi qui, permittente Leudonio domino suo, quosdam alodios vendidit Comiti Gaufrido ejusque conjugi Agneti ad construendum ædificandumque locum in honore S. Trinitatis, qui situs fore (pro esse) noscitur in suburbio Vindocini trans flumen Ledii. Agnes scilicet, mater Guillelmi,

jam nupserat Gaufrido Martello, Comiti Andegav.

(c) In primariis Santon. Monasterii litteris iidem conjuges donant in insula, cui nomen Olarion (Oleron) est, quam famosissima soli fertilitas, et amœnitatis (ac venationis) commoditas nobilitat, Ecclesiam S. Dionysii, etc. Actum civitate Santonas, anno Incarn. Verbi MXLVII, Indict. XV, regnante Heinricho Fr. Rege.

Malleacensi Cœnobio præfecit dominum Goderannum virum præstantissimum, qui postea Xantonensi sedi præfuit; Angeriaco dominum Oddonem; Monasterio S. Maxentii dominum Benedictum; Monasterio S. Martialis Lemovicensis dominum Ademarum... Voluit tamen sibi peculiare propriumque construere... Cœpit sumptus congregare... Locus inquirebatur optatæ rei aptus. Offeruntur aliqua, ut fertur, juxta Niortense castrum, juxta Benonium (a) vicum, et in Olerensi insula: quæ omnia ei displicuisse manifestum est.

An. 1076.

Tandem oblatus est locus in suburbio Pictavis civitatis juxta fluvium Clemnem (b), quem pro voto complectitur: Adveniente igitur die quo prima fundamenta locari debuerunt, adsunt plures nobilium; Dux videlicet ipse, Episcopus Isembertus nomine, adstabant etiam tunc ibidem. Philippus Rex Francorum advenerat Pictavis tunc temporis, ut ipsum ut potè Ducem suum ascisceret contra Guillelmum Anglorum Regem, qui quoddam castrum contra eum obsidebat. Sunt namque posita fundamenta anno Dom. Incarn. MLXXVI (c), Indict. XIV, anno VIII Gregorii VII Romani Pontificis, prædicti Philippi anno regni XIV (d), Epacta XII, Concurrente [V], VII Idus Octobris. Dux verò prædictum Regem, ut illud Privilegio (e) donaret, petiit et impetravit. Sed et sequenti tempore Romam adiens, à prædicto Gregorio Papa Privilegium similiter libertatis impetravit... De fonte illo qui per totam penè Europam religionis rivulos sparserat, et à quo ipsemet cetera Monasteria per Aquitaniam irrigari fecerat, voluit ibidem initia pandi. Adiens ergo dominum Hugonem Cluniacensem Abbatem, qui tunc in rebus Monasticis religionis summâ potiebatur præ cunctis mortalibus; et hic commisit Monachos qui ibi cœptum opus perficerent, petiit et impetravit... Voluit ibidem Abbatem ordinari. Interrogat Monachos qui operi insistebant, quem possit in Abbatem expetere, qui nobilitate (f), sapientiâ, personæque elegantîâ polleret: et dicunt ipsi quod sciunt, dominum scilicet Guidonem, qui tunc Cluniaci Prior erat, ad suum votum idoneum esse... Excipitur Guido primus Abbas XI Kal. Februarii, inthronisaturque eodem die benedicaturque, anno videlicet ab Incarn. Dom. MLXXXII, Indict. V, Epacta XVIII, Concurrente VI*, post sextum annum cœpti ædificii...

An. 1082.

* V

Nulla dies præscribit, si Pictavis moraretur, quâ non ibi descenderet; et si deforis veniebat, non antè descendebat ad palatium, quàm Monachos quos suos ipse dominos vocabat, se subducens suis, visitaret. Ipse quoque in coquinam ibat, et Cellarium, quid Monachi comesturi erant, interrogabat: à quo cùm audiret ova aut caseum, vel certè de minutis pisciculis, statim suo stipendiario jubebat ut nummos exhiberet ad meliora fercula præparanda (g)... Casu fuit quòd suo tempore solebant in Aquitaniæ regno vassinæ* vel deprædationes audiri... Ita se adibilem reddiderat, ut non tantùm se tyrannica (h) vi fecisset formidabilem, quantum pia humanaque benevolentia fecisset amabilem. Solis contumacibus et efferis hominibus inmitis et ferus persistebat: unde ita cervicositatem Aquitanorum Procerum sibi subdiderat, ut ad ejus solum intuitum, si cui iratus erat, proterva mens dissiparetur: tanto terrore cunctos perfuderat, ut nec in ipsis hominibus illi tyrannicè potestatis jure auderent, ut priùs soliti erant, grassari. Tanta

* vassinæ

(a) Valesio Benaonem alio nomine, seu potiùs Benonem, Benon prope Surgerias.

(b) Clemnem fluvium, seu Clenum aut Clinum, vulgò *Le Clain*, Vingeenna (*La Vienne*) recipit.

(c) Sic et in litteris ipsius Willelmi, cognomento Gaufridi; quibus potior fides, quàm Chronico Mallicensi.

(d) Notæ chronice Papæ et Regis depravatæ sunt hic loci incuriâ Scriptoris, qui pro *III*, legit *VIII*; et *XIV*, loco *XIX*, seu potiùs *XVIII*.

(e) *Sigilli nostri impressionem, inquit Philippus Rex in Diplomate quod infra referemus, huic cartæ imponere non jussimus, quòd illud apud nos non habebamus. Tunc enim temporis cum magna festinatione et nimis privatè veneramus Pictavim ad Gaufridum Ducem Aquitanorum, ut nobis auxilium*

præberet contra Guillelmum Regem Anglorum et Comitem Normannorum, qui tunc contra nos in Britannia quoddam oppidum obsederat... Acta sunt hæc Pictavis pridie Idus Oct. anno ab Incarn. Dom. MLXXVI.

(f) Nobilitas anteferenda tantùm est, cæteris paribus. Idem dicendum de elegantia personæ.

(g) Plura sequuntur verba de obedientia, largitate, pietate et bonitate ejusdem Willelmi, alio nomine Gaufridi-Guidonis, Pictavorum Comitis; ejus probitas tanta tamque præclara fuisse dicitur in Prologo quòd *cujusdam magni disertique viri ingenium exposceret*. Ibidem, scilicet in Prologo, fatetur Auctor, et meritò, se indocto seu rudi stilo scribere.

(h) Malè apud Martenium, *tyrannica infecisset*.

A pace tunc regnum Aquitaniæ (a) potiebatur, ut numquam auditum sit uspiam viatorem aut ruricolam eò venientem disturbatum fuisse.

Poterant sanè ista tempora per Aquitaniam felicissimis temporibus priorum Principum Christianorum æquiparari, nisi misera humani generis conditio tam properè intercessisset. Nam ultima sors ei apud Chisesgium castrum proventus diem obiit . . . O vos Ecclesiæ per Aquitaniæ regnum constitutæ, Ingete super Gaufridum Ducem, qui vos tanta pace potiri faciebat! . . . Obiit apud prædictum castrum, Dominici corporis et sanguinis sacramento ab Odone Abbate S. Johannis Angeriaci percepto, VIII Kal. Octobris, postquam principatum obtinuit [XXVIII annis]; Dominicæ verò Incarnationis anno MLXXXVI, Indict. VII *, Epacta III, Concurrente II, feria V: cujus corpus Pictavis est delatum, et IV Kal. in ipsius Monasterii capitulo, quod ipse fecit, cum maximo totius populi luctu est sepultum. Sed post annum est inde levatum, ac in Ecclesia ante altare Crucifixi honorificè positum. Cujus etiam mausoleum satis est decenter compositum, et à meis litteris (b) hoc titulo decoratum:

An. 1086.

* IX

Ad Domini cultum veniens, memorare sepultum,
Et memorando capis, quem tegat iste lapis.
Gaufridi quondam quæ vi domuere tyrannos,
Pulvis et ossa Ducis, pondere pressa jacent.
Gloria sublimis, quæ sic tumulatur in imis,
Dum moriendo ruit, gloria nulla fuit.
Hoc, Pictava, tuum decus imperiale sub antro
Flebilis abscondis, quo moriente ruis.
Post modicum tempus jam denuò vivificandos,
Hos habeas cineres, pignus amicitiae.

C

Monasterium tamen ex aliqua parte remansit imperfectum . . . Pueritia (c) filii ejus qui remansit, passa est inde [de possessionibus] aliqua auferri. Fecit et ipse ibidem Privilegium, ubi omnia quæ ei dedit descripsit (d); in quo etiam immune et liberum ab omni homine * fecit; in quo etiam eundem filium suum subscribere fecit . . . In refectorio perpetuò justitia (e) cum appendiciis suis pro eo exhibetur, etc.

* f. ouere

(a) Austriâ seu Lotharingiâ, quæ olim unum è tribus Francorum regnis fuerat, ab externis Germaniæ Regibus occupatâ, ejus in locum Aquitania est substituta; et tria Franciæ regna nihilominus attributa, Francia occidentalis seu Neustria, Burgundia quamquam admodum imminuta, et Aquitania: quæ divisio usque ad Philippi I saltem principatum duravit, ut observat Valesius in Notis in Carmen Adalberonis.

(b) Hoc non statim à morte Guidonis-Gaufridi, cognomento Willelmi, factum est; sed tantum initio sæculi XII. Joh. Harduinus in sua Disquisitione critica in instrumentum consecrationis Philippi I Fr. Regis anno 1059 Remis factæ, Gallico idiomate scripta in Ms. Cod. Reg. 6178. A. contendit, nullum Widonem fuisse præsertim tunc temporis Ducem Aquitaniæ, sed Willelmum hujus nominis IV

eidem provinciæ tum præfuisse; indeque et aliunde concludit Coronationem, quam supra pag. 32 exhibuimus, fuisse à Falsario confictam sæculo XIV. At profectò, ut sæpiùs alibi dicemus, minimè gentium audiendus est delirus et indefessus veterum monumentorum eversor.

(c) Is erat Willelmus Pictavorum Comes, eo nomine nonns Mabillonio, aliis verò VIII.

(d) Litteras à Willelmo-Gaufredo Duce, initio anni 1077 datas, apud Beslium pag. 466 legere licet; quibus prædictum Monasterium dotat, factâ cartâ in manu Willelmi filii sui, audientibus et videntibus Odone Abbate S. Johannis, scilicet Angeriacensis, Guidone Nivernensi et aliis. Mabillon.

(e) Justitia est portio vini, quæ Monachis ad refectorem ministrabatur. Marten.

EX CHRONICO CAMERACENSI ET ATREBATENSI,
AUCTORE BALDERICO (a) TERVANNENSIS ECCLESIAE CANTORE:

Ex editione Georgii Colvenerii cum Notis anno 1615 Duaci in-8°.

EX LIBRO TERTIO.

- Cap. 51. **T**RIBURIAE (b) secus Magunciam Imperator Chonradus de diversis par-
An. 1032. tibus Episcopos convocavit, ut quæ utilitatis et religionis sunt, ad in-
vicem conferrent. Qui post aliqua dictorum suorum hoc habuerunt capitu- B
lum; ut si quando jejunium primi mensis in ea hebdomada, quâ constat (c)
Caput jejunii, sicut solet, eveniret; amborum jejuniorum celebritas unâ
officii expletione compleretur. In hoc rursus moderatissimus Pastor [Gerar-
dus Camerac.] antiquam Patrum consuetudinem servari monebat, et in al-
tera hebdomada officium primi jejunii celebrandum pro consuetudine anti-
qua censebat; cujus oblata sententia visa est congrua, et ab eis decreta
est tenenda.
- Cap. 52. Istiusmodi decretum à Franciæ Episcopis datum est servari subjectis sibi
An. 1033. populis. Unus eorum cœlitus sibi delatas dixit esse litteras, quæ pacem mo-
nerent renovandam in terra. Quam rem mandavit cæteris; et hæc tradenda
dedit populis: Arma quisquam non ferret, direpta non repeteret; sui san-
guinis vel cujuslibet proximi ultor minimè existens, percussoribus cogere- C
tur indulgere; jejunium in pane et aqua omni sextâ feriâ observarent, et in
sabbatho à carne et pinguamine abstinerent; soloque hoc contenti jejunio in
omnium peccatorum satisfactione, nullam se scirent ab eis aliam adjicien-
dam pœnitentiam; et hæc sacramento se servare firmarent. Quod qui nollet,
Christianitate privaretur; et exeuntem de sæculo nullus visitaret, nec se-
pulturæ traderet. Alia quoque importabilia quàm plura dederunt mandata,
quæ oneri visa sunt replicare. Hac novitate pulsatus mandati Præsul noster,
infirmatiquè peccantium condescendens, secundùm decreta SS. Patrum ad
singula suum formavit eloquium. Genus humanum ab initio trifariam di-
visum esse monstravit, in oratoribus, agricultoribus, pugnatoribus, etc.
- Cap. 53. Causa posthæc fuit quâ Duacum petiit; ubi conventus populi vocibus de
statuenda pace falsa, respondit pro tempore quod perceperat ab eo qui est D
Heb. 13. idem heri et hodie, nec mutatur crastino tempore. Suggesterat in aures om-
nium Walterus, qui erant foris et intus, Episcopum paci nolle adquies-
cere; non quia erat filius pacis, sed quia liberiùs quærebat studere artibus
suæ malignitatis. Collegerat duo superiùs dicta, ne quis arma ferret, nec
direpta repeteret; studebatque ut præteritæ vitæ rapinis et cædibus, qui-
bus pastus fuerat, silentium daretur; et ex tunc licentiùs, nullo ferente ar-
ma, assuetis malis frueretur. Quod præsciens Episcopus, sedato populo,
calliditates illius exposuit; utque paci non esset contrarius, debita sua mul-
tiplicia illi indulgit, tantùm ut in reliquum populus de eo pacem haberet.
Tunc deinde turba cœpit Episcopum benedicere, quia jam cognoverat eum
omnium pacem in veritate quærere, etiam cum damno, si per hoc posset

(a) Hunc pag. 196 et seqq. Tomi nostri X, ubi partem edidimus Camerac. Chronici, perperam inscripsimus Noviomensem et Tornac. Episcopum. Is enim alius est ab Auctore nostro, ut rectè probat Rivetus. In eundem errorem impegit D. Bouquet pag. 278 et seqq. Tomi VIII. Ceterùm Baldericus Tervan. obiit circa annum 1095; opus verò suum, jussu Gerardi II Camerac. Episcopi susceptum, absolvit circa annum 1082. Unde acceperit sua, sic aperit in Præfatione: *Nihil dubium, nihil fictum positum est, nihil etiam revera præter quod aut in Annalibus atque Historiis patrum, seu etiam in Gestis Regum; sed et in Chartis quoque quæ adhuc in Archivo ipsius Ecclesiæ sunt, reperimus, aut à certis relatoribus et visa et audita accepimus. Alioquin*

melius est tacere, quàm falsa proferre.

(b) Synodum Tribur. fuisse celebratam anno Dom. 1035 Hermannus Contr. tradit. Siebertus autem eadem, quæ noster Auctor, refert ad annum Dom. 1030, vel 1031 juxta Miræi Exemplar. Chronographus Hildensheim. Concilium illud in annum 1036 differt. Hermannus autem est horum temporum Scriptor. Unde Siebertus de negligentia forsitan accusandus est.

(c) Apud Veteres Caput jejunii vocantur illi quatuor dies à feriâ IV Cinerum usque ad primam Dominicam Quadragesimæ. Colven. In Cap. 34 lib. 4 Chronici Centul. Feria IV, quam Caput jejunii vocat consuetudo Ecclesiæ.

A fieri, propriae substantiae; qui illi, ut dictum est, pro hoc universa relaxaverat debita.

His ita gestis, Balduinus (a), tunc temporis Flandrensiū Comes, hortari cœpit Episcopum, ut populo favens, pacem sacramento firmare juberet. Ille ne tunc quidem à sensu bono deficiens, non alia quàm Lex et Evangelium annuntiat, jubere professus est. Tandem tædio victus, inter confines Cameraci et Atrebatī multis Sanctorum corporibus delatis, cum maxima turba ad locum designatum venit. Sed ne hîc quidem feriabatur Walterus, nunc circum circa, nunc foras et intra ambulans, et mussitans hunc repugnare paci, in tantum ut populum commoveret propè ad inferendam vim. Qui minimè fractus, hunc publicè tali modo pro confutanda ejus malitia allocutus est dicens . . . « Nec tua te refert actio, qui ad malum ad

Cap. 54.

B » quod non sufficis, commoves ceteros ». Deinceps populum ad audiendum sedat; et quam inter se pacem quærent, qui commanducare eum volebant, edocet. Factoque verbo de salute animæ, quæ Christianitatis lex jubet, sua spontè se servare, promittere monet; et cum deviarent, ad pœnitentiam redirent. Alacres itaque facti, dicta ejus pro vero tenentes, unanimes promiserunt, et ad propria cum pace redierunt.

Italiam Chonradus Imperator abiit, ut ad votum de regno ageret, et arma ferentes impugnaret. Cumque inibi degeret, quosdam Longobardorum Episcopos partibus Odonis faventes, inreverens factus, in vincla conjecit. Mediolanensium autem Archiepiscopus, re pro alia pari modo captus, fugâ sibi consuluit. Contra quem exasperatus, loca quæ latè patebant, incendio absque homine fecit. Nam id consilii cum Longobardis habuerat,

Cap. 55.

An. 1038.

C qui in commune decreverant juramento potentes cum infimis, nulla ratione se passuros quemlibet dominum, qui aliud quàm vellent, contra eos ageret. Supervenit tamen dies Pentecostes, quæ posebat inter Missarum solemnia pro consuetudine coronari Regem . . . Nec multò post languore afflictus est; et vitâ apud Trajectum* privatus, Henricum filium suum regni et laboris dimisit hæredem. Ad quem sæpedictus Pontifex iens, manibus se illius commisit; pariterque Dux Gothilo, qui aliquantulum denegare disposuerat. Cujus Conradi mortem hæc præcesserunt signa. Anno autè transacto, mense Aprili, data VIII Idus, visa est in cœlo inter Orientalem et Australem plagam quasi ignea trabes magnæ magnitudinis, quæ currens super solem jam ad occasum vergentem, visa est in terram cadere: ejus vestigia diu potuerunt videri, sicut fit ubi nubes clauduntur post coruscationem.

An. 1039.

* Utrecht.

An. 1038.

D Hoc ipso autem quo diem clausit anno, eclipsis solis (b) fuit pridie Idus Maii; et II Nonas Junii, ut dixi, ipse obiit.

An. 1039.

Mettis postea consecrata est Ecclesia S. Stephani Protomartyris, ubi etiam interfuit [Gerardus Episc.] precatu Theoderici ejusdem urbis Episcopi, qui ei dedit pretiosas reliquias ipsius Martyris Christi, quas secum detulit.

Cap. 56.

An. 1039.

Aldonem de Vido qui Ecclesiam S. Gaugerici in advocationem tenebat, quam nimis affligebat, multis convictum nequitiiis, à civitate expulit. Erat enim fraudulentus valdè et alienus à veritate et fidelitate ipsius. Campum contra eum accepit, unde se recredidit, et legaliter fiet* dum suum adjudicatus perdidit.

Cap. 57.

* f. feudum

Domnus Gerardus Episcopus dedicationem Ecclesiæ in honore sanctæ Dei genitricis Mariæ factururus, removit altare à proprio loco; et effossâ terrâ quæ circa erat, multæ Sanctorum reliquiæ (c) ibidem repertæ sunt; insuper brachium Confessoris Christi Vedasti, et non modica pars de capite ejus et quibusdam membris. Consecrata est igitur ipsa Ecclesia solemniter II Nonas Januarii, apportato S. Vedasti corpore cum aliis Sanctis à Monachis ejusdem loci.

Cap. 58.

Pancis antè transactis diebus, Lietduinus ex laice Monachus, et Abbas Monachorum post factus, à sæculo abiens laudabiliter, et ad aliud perveniens,

Cap. 59.

Circa an. 1041.

(a) Balduinus scilicet Barbatas qui obiit anno 1036, vel Balduinus Pius, filius ejus, qui eodem anno successit

(b) Eclipsis solis anno 1039, accidit tantum XI Kal. Septembris. Nota interim superstitionem vel ignorantiam Auctoris, seu potius tem-

poris.

(c) Hæc alia est Reliquiarum inventio ab ea quæ narratur facta anno II Gerardi Episcopi. Dedicatio enim Ecclesiæ B. Mariæ Atrebat. de qua hoc capite, facta est post reparationem, quia flammis absumpta fuerat anno 1030. Colven.

ut speramus, feliciter, tristes reddidit quos ad omne bonum instruxit... A
 Hic Abbatem Richardum religiosum admodum virum, et Fredericum Comitis Balduini avunculum, à sæculo conversum, prudentem et justum introduxit; per quem locus ille in sancta religione et mundi facultate cœpit pollere; et ab eo (a), loco subrogatus, nobiliter ut decuit in omnibus bonis permansit. A fundamento Monasterium restauravit, et omnibus utilitatibus ampliavit... Huic Abbas Johannes successit, electus à Fratribus, domno Episcopo Gerardo favente Comite Balduino.

Cap. 61.

An. 1049.

* Brakele

Huic quidem Gerardo Pontifici dominus Lietbertus in Episcopatum successit, qui ex Brachatensi * patria, nobili ortus prosapia, à progenitoribus educandus puer commissus est sub ipsius Gerardi Pontificis disciplina... Regendas scholas S. Mariæ matris Ecclesiæ ei commisit: qui honor propter laborem rarus Nobilibus committitur; sed quantò rarior, tantò magis honorabilior comprobatur... Cognitâ verò Episcopo Scholastici industriâ, separavit eum à puerorum doctrina, faciens illum semper consistere in præsentia sua et lateri suo adhærere; et in judiciis suis tam publicis quàm privatis auditorem in primis, et mox judicem insistere... Commodum duxit eum Episcopus magnificare, conferens ei Archidiaconatum et Præposituram et cetera majora ministeria Ecclesiæ. B

Cap. 62.

Post aliquantum verò temporis ipsi Gerardo Pontifici, vergentibus annis ad occasum, senectus obrepit... Sed Lietbertus valdè eum juvabat. Accidit intereà ut Gualterus Cameracensis Castellanus ab inimicis suis interfectus interiret, unicumque filium cum uxore sua superstites sibi relinqueret. Quæ quidem uxor, Ermentrudis nomine, ab insania (b) mariti sui non cessavit; sed per pejora quæque oberrans, mariti sui nequitias superexcellit. C
 Et quia malitiam per se, ut volebat, exercere non potuit, filius enim ejus puer erat, tyrannum quemdam nomine Johannem, Advocatum Atrebatensem sibi in conjugium copulavit, sui que et filii sui patronum esse constituit. Filius autem ille mox mortem obiit... Johannes verò cui mater pueri nupserat, quique per matrem beneficium pueri invaserat, nitebatur aut vi aut dolo illud sibi transducere, quod lex nulla sibi pèrmittebat. Porrò ut res faciliores haberet effectus, cœpit ipsum Gerardum Pontificem magnis sollicitare promissionibus, et pecuniâ corrumpere necessarios et familiares ejus... Gerardus Episcopus infirmabatur, et cum ætatis decrepitæ molestiâ acutæ febris validudine angebatur... Lietbertus apud novum (c) Castrum S. Mariæ, custodiæ ejus deputatum, morabatur, nisi aliquando Episcopum refocillationis gratiâ visitaret, congregato constipatus exercitu. Gaudebat D
 igitur Johannes de ejus absentia; sed nihil tamen impetrare ab Episcopo valebat, eò quòd ab amicis Lietberti dissolverentur et ad nihilum traherentur omnia petitionis suæ ingenia.

Cap. 63.

An. 1049.

Cùm hæc agerentur, Præsul Gerardus (d) defungitur: Johannes tamen in civitate remanet castellaturâ indonatus. Porrò sepulto honorabiliter, sicut decebat, Gerardo Pontifice, Henricum (e) Regem Lothariensium advenit domnus Præpositus et Archidiaconus aliique Archidiaconi cum casatis Ecclesiæ Cameracensis, reportantes baculum Pontificalem, et nuntiantes Episcopi sui depositionem. Audiens Imperator obitum tanti viri, piè ei, eò quòd omnibus amabilis erat, condoluit; cœpitque quærere diligenter quem in loco ejus similem subrogare potuisset. Cui quidem hac in re sollicito occurrit animo, quòd Lietbertus ejusdem Cameracensis Ecclesiæ Præpositus, E

(a) Et ab eo, scilicet Richardo, subrogatus Lietwinus S. Vedasti in urbe Atrebat. Monasterio; quod denuò ædificatum consecravit Gerardus Episc. anno 1031: *Novum opus Ecclesiæ S. Vedasti*, inquit Gerardus in Diplonate, etc.

(b) Maximè in Gerardum Episc. qui cap. 60, in Epistola ad Henricum III Imper. ait: *Triginta annos ducimus, exquò in nostra urbe inter pagensium nostrorum gladios vivimus.*

(c) Hoc est quod hodie Castrum Cameracensii appellatur. *Colven.*

(d) In Additamentis Sigeberto additis et alibi habetur, Gerardum obiisse anno 1048; alii autem scribunt obiisse 1049: sed hæc facilè con-

ciliari possunt, quia in Martio obiit, die videlicet 14. Tardiùs ordinatus est S. Lietbertus, scilicet anno 1030 vel 1031; nam Cameraci in Monasterio S. Autberti exstat Diploma ipsius Lietberti datum anno Dom. 1037, et Præsulatus ipsius anno VII: ex ejus autem vitæ Scriptore discimus, consecrationem ipsius Remis esse factam in eodem Conventu in quo celebratæ sunt nuptiæ Henrici Fr. Regis cum Anna an. 1031.

(e) Hic est Henricus cognomento Niger, quem Germani tertium, Itali secundum vocant. *Colven.*

A qui suis jam dudum Capellanus erat, quem fidelissimum sibi et Ecclesiæ illi sæpè necessarium in multis probaverat, ad regendam Ecclesiam Cameracensem idoneus enitebat.

Vocatis itaque Cameracensis Ecclesiæ legatis tam Clericis quàm laicis, suæ voluntatis sententiam eis aperuit; Liethbertum videlicet Præpositum se præficere velle Episcopum Ecclesiæ Cameracensi, quem ad regendam Ecclesiam illam utilem esse credebat suæque commodum fidelitati. His auditis omnes assensi sunt præter unum Archidiaconum, Guonem nomine, qui mox convictus est contradixisse invidiâ potius quàm ullâ aliâ ratione. Sicque annuente isto cum aliis omnibus, donavit Episcopatum Cameracensem domno Lietherto Imperator Romanorum Henricus II * . . . Pontifex, facta fidelitate Imperatori, satagebat ad civitatem suam reverti. Sanè Johannes B ille, qui ei infensus Cameraci remanserat, audivit . . . Satellites in unum convocat, eis dicens se Lietherto nuper Episcopo facto nullum introitum civitatis Cameracæ indulgere, nisi se Castellatum prius ipsius civitatis voluerit facere. Præcepit igitur omnibus illis paratos esse semper in armis ad repellendum Episcopum illum, nisi sibi hoc in dono satisfecerit. Dein matrem Ecclesiam S. Mariæ violenter invasit; et ejectis Canonicis, thesauros Ecclesiæ et quodcumque intus invenit, ditioni suæ mancipavit, custodesque suos armatos inibi posuit. Basilicam itaque Pontificalem cum militibus suis introiit; et uxorem suam in camera Pontificis introducens, stratum suum in lecto Pontificali parari fecit, sibi que et satellitibus suis de Pontificalibus sumptibus præcepit ministrari.

C Interea novus civitati appropinquat Episcopus, cui Johannes cum parato exercitu, portas clausit, et longè repellit ab introitu. Episcopus itaque ad novum Castellum S. Mariæ divertens, cum honore et lætitia recipitur à suis; ibique aliquandiu mansit, donec Flandrensium Comes Balduinus à Rege Francorum revertens, et per ipsum Castellum transitum habens, cum ibi invenerit; et de Episcopo ejus lætus effectus, usque ad civitatem Cameracensem cum secum deduxit. Comes verò dum ad civitatem propinquaret, mandavit Johanni, ut ipse et sui à civitate exirent, et liberum introitum Episcopo venienti permitterent. Johannes autem, quia contradicere ausus non erat, adimplevit Comitis domini sui mandatum per omnia, sicut jussus fuerat. Intravit igitur Episcopus civitatem suam, Duce Comite, cum magna gloria; et expulsus est adversarius ejus Johannes cum ignominia magna.

D Pontifex verò ejecto Johanne . . . ultrò Hugonem Gualteri Castellani defuncti nepotem, eò quòd legitimus hæres erat, adscivit, eique Castellaturam illam concessit. Et quia iste Hugo adhuc puer erat, sed propinquum quemdam, Ansellum nomine, moribus et armis egregium habebat, hujus custodiæ puerum cum bono ejus commisit: quem Ansellus ille usque ad præfinitum tempus optimè et fideliter rexit. Johannes igitur castellaturâ quam injustè usurpaverat privatus, nec quidquam mali adversus Episcopum proinde præsumens facere (prohibitus enim erat à Comite), ipsum Comitem Balduinum cujus ligius miles erat, dereliquit; et ad Imperatorem Romanorum Henricum se contulit, quem sciebat tunc temporis inimicum esse Flandrensi Comiti. Hujus quidem miles effectus, sciens quia Imperator secundam profectionem (a) in Flandriam adversus Balduinum pararet, promisit quòd exercitum suum illuc deduceret, si à Lietherto eni noviter Episcopatum E dederat, castellaturam Cameracensis civitatis dari sibi fecisset.

His auditis Imperator, quia in terram Comitis depopulaturus venire desiderat, lætus efficitur, æstimans se facilè impetraturum ab Episcopo quod à Johanne postulabatur. Denique nec multum temporis interfuit, cum Imperator, parato exercitu, et Johanne ductore constituto ex pacto et pètionem ejus, ut in Flandrensem patriam deveniret, iter aggreditur. Pertransiens igitur omnia interjacentia sui regni loca, pervenit ad Maen (b) vicium quemdam super Scaldum * fluvium, non longiùs quàm duobus milibus à Valentianis, ubi pontes volebat facere; et sic in terram Balduini, quæ præsens

(a) Prima fuit anno 1049; secunda anno 1054: de utraque videatur Sigebertus. *Idem.*

(b) Hodie *Main* dicitur, situm habens versus Buccinium et Cameracum. *Idem.*

Cap. 64.

* *At. III*

Cap. 65.

An. 1049.

Cap. 66.

Cap. 67.

An. 1054.

* Scaldim

transito flumine occurrebat, intrare. Sed Balduinus Comes alteram partem A ripæ cum suo exercitu jam præoccupaverat, per quam Imperator in terram ejus transire parabat. Seditibus itaque Imperatore et Comite è diverso, neque altero alteri nocere valentibus propter altitudinem intercurrentis fluvii, pars quædam ab Imperatorio exercitu clanculùm segregata, per Cameracum civitatem transiit, volens Comitem adversus Imperatorem sedentem, imparatum offendere, et sic ex improvise superare. Quod quidem factum fuisset, nisi ad ultimum per legatum monitus Comes, cum suis fugeret, et custodiam littoris vacuam derelinqueret.

Cap. 68. Hoc viso Imperator Scaldum fluvium paratis pontibus transiit, et terram Balduini hosti (a) suæ devastandam distribuit: sicque depopulando eam prædâ et igne, usque ad Debullientem rivum cum exercitu suo pervenit. Quo in loco præfatus Johannes, acceptis secum satellitibus suis, coram B Imperatore veniens, rogavit eum ut Castellaturam Cameracensem sibi donari fecisset secundum promissum suum, si vellet ampliùs à se et à suis habere conductum. Igitur Imperator vocavit ad se Lietbertum Episcopum (præsens enim erat),¹ et postulare cœpit ut Johanni Castellaturam donaret Cameracæ civitatis.

Cap. 69. His auditis Episcopus usque ad animam conturbatur, cùm jam eam justo hæredi donasset, et sævissimus tyrannus injustè eam repeteret. Respondit tandem se non posse facere quod Imperator imperabat, quia Hugoni legitimo hæredi secundum legem patriæ jam eam donaverat. Imperator propter instantem necessitatem volebat petitioni Johannis satisfacere... Sentiens igitur se blanditiis impetrare non posse quod petebat, cœpit abuti violentiâ, præcipiens Episcopum à militibus rapi, et extra potestatem ejus positum in custodia reservari. Tandem Episcopus Coepiscoporum et amicorum C liberrimis consiliis correptus, sciensque quòd secundum Apostolum Regi debeat esse subjeetus, annuit Imperatori de Johanne quod petebat; sicque in suam potestatem rediit, liberatus ab omni custodia.

Rom. 13.

Cap. 70. Quo facto, accinxit se rursùm Johannes ad deducendi negotium, volens, si fieri posset aliquo pacto, per clausulam (b) illam ducere Imperatoris exercitum. Laboranti igitur homini et quærenti id ipsum perficere, portæ clausulæ illius apertæ sunt de media nocte; sicque clausulam illam introivit Imperator, factâ inimicorum suorum resistere volentium non minima cæde. Pertransiens autem clausulam illam, et interfectis à dextris et à sinistris occursantibus sibi, ad Islense (c) castellum pervenit; ubi Lietbertus Comes Lensesis cum multis ei occurrens, interfectus occubuit. Ab eo quidem castello D divertit ad Tornacum civitatem; ubi in quodam municipio inclusit non parvam militum electorum fugientem multitudinem, quos obsidione et ad ultimum fame oppressos compulit ad deditionem. Illis igitur acceptis, et per ergastula militum suorum in custodia reclusis, Imperator cum gloria ad civitates regni sui rediit.

An. 1054.

Cap. 71. Recedente Imperatore in regni sui patriam recessit quoque domnus Lietbertus Episcopus Cameracum in civitatem suam: qui Hugonem puerum, quem Castellatum fecerat, non à se repulit; sed non minori cura quàm ipse Ansellus, constitutus custos ejus et tutor, fovet eum et enutrit; ducens in irritum donum illud castellaturæ, quod per violentiam Imperatoris donare coactus est Johanni. Hoc autem factum Imperator piè pertulit, nullâque injuriâ proinde Episcopum affecit; quin potiùs donum illud quod E ab illo Johanni factum fuerat, suis muneribus alioque beneficio restauravit; pacisque concordiam inter Episcopum et ipsum reconciliavit. Sciebat enim factum fuisse nutu consilii sui, quòd Episcopus ipsi Hugoni primùm castellaturam donaverat. Episcopus igitur lætificatus adeptâ Imperatoris gratiâ,

(a) Hoc est exercitui suo, Gallicè *son ost...* Eurinus fluviolus, Gallicè *Eurin*, alluens paludes Henniacenses, per Pontem-à-Salice, Gallicè *Pont-à-Saulx*, et Rivum-bullientem, Gallicè *Boulenrieu*, fluit. *Idem*.

(b) Quod Debullientem-rivum suprâ, hîc vocat clausulam, cujus etiam meminit Sigebertus anno 1054. Hunc locum intelligi, non autem

Eclusam quæ duobus Duaco distat miliaribus, viâ Bappalmensi, nec claustra maris, declarant circumstantiæ. *Idem*.

(c) Gallicè *Lille*: intelligitur enim civitas Insulensis, quam post hanc cladem Balduinus muro circumdedit, teste Meyero in Annalibus anno 1054. *Idem*.

A et de superata Johannis quæstione injusta, civitatem suam Cameracum exaltare omnimodis satagebat. Cives itaque qui diutinæ seditionis oppressione paupertati redacti fuerant, pacis dulcedine vivificati, quasi de sepulcro mortis resurgebant.

Interea Hugo castellaturâ suâ donatus, ætate proficiebat; tempusque proximum instabat, quo Ansellus regimine ejus carere, et ipse bonum (a) suum recipere debebat. Porrò Ansello videbatur quia ad regendam castellaturam juvenis ille nondum esset idoneus; ideòque protelare volebat custodiæ suæ officium, si sibi permitteret Episcopus. Sed quamvis Pontifex de imperfectione Hugonis idipsum sentiret cum Ansello, nolebat tamen ipsum fraudari à præfiniti temporis spatio; putans juvenem per disciplinam suam ad veritatis viam posse revocari, si cæcitatibus suæ ignorantia à recto deviaerit. Sic sic Ansellus nullatenus impetrare valuit prece vel pretio, quin Hugo castellaturam suam non reciperet in die suo. Adepto itaque Hugo honoris sui gubernaculo, continuo palam fecit omnibus quod clauderat in animo... Fasque nefasque confundens, post pravitates cordis sui et illicitas voluptates graditur sine respectu aliquo... Ab incepta perversitate non cessans, prioribus malis pejora superaddidit. Cives namque meliores et ditiores contumeliâ et injuriis afficiebat: alios indemnatos et injudicatos in cippo vilissimo concludens, et inter dedecora plurima barbam aliis evellens... Pro his et aliis hujusmodi sæpè correptus ab Episcopo, et emendari nolens, sed in pejus corruens, excommunicatus est ab eo. At ille et hoc etiam contempsit, nullamque misericordiam quærens vel meliorationem promittens, ad Comitem S. Quintini abiit; ibique aliquandiu versatus, quidquid mali potuit, adversus Episcopum et Ecclesiam ejus fecit.

Cap. 72.

C Post paucos autem dies in Cameracensi pago, non longius à civitate quàm X millibus, apud quemdam locum, Porriuallem (b) dictum, municipium firmavit; in quod introiens cum satellitibus suis, res vicinas devastabat Episcopii, transeuntes diripiens, circumquaque manentes afficiens rapinis. Hoc autem Episcopus diu ferre non potuit, sed collectos equites et pedites ad municipium illud direxit. Municipium verò illud à saltu (c) opprimitur, et coangustatum et igne succensum ad terram prosternitur; sicque locus ille à satellitibus et à latrunculis emundatur. Hugo igitur illo destructo municipio, ad aliud divertit, cui Inceium * antiquitas nomen imposuit; prædasque et mala plurima in Episcopum repetivit. Quod etiam Episcopus molestè accepit, copiosamque armatorum multitudinem ad locum illum deduxit; fuissetque continuo municipium illud solotenus subversum, nisi Rotbertus de Perrona cum suis dolo obstitisset, qui venerat in Pontificis auxilium. His ita incassum decursis, Cameracenses infecto negotio ad civitatem suam sunt reversi.

Cap. 73.

D Interea Hugo ille quamdam Juvenculam Adam nomine, neptem videlicet Richeldis Montensis Comitissæ, cœpit amare, eamque in conjugium sibi velle cupidè copulare. Sed quia excommunicatus, quomodo quave ratione id perficeret, nesciebat. Incendio siquidem carnalis amoris devictus, ad Richeldem Comitissam progreditur, obnixè deprecans eam, ut sibi in matrimonium conjungeret Adam neptem suam. At illa precibus ejus devicta, ad ultimum annuit quod petebat, si prius absolutus esset anathemate quo ab Episcopo Cameracensi vinctus erat. Quid faceret? Absolutionem non curabat magnopere: quærit tamen eam ab Episcopo per intermuntios, desiderio ardens concupitæ puellæ. Porrò Episcopus fatigatus multimodis injuriis ejus, absolvere eum nolebat, nisi prius dimissionem manu propria (quod et vulgò werpire dicitur) faceret ex omni beneficio quod infra ambitum Cameracæ civitatis habebat. Hugo verò ad ultimum ambitione juvenulæ inflammatus, fecit Episcopo secundum optionem ejus. Werpivit palam

Cap. 74.

(a) Id dictum est phrasi Gallicâ, *son bien*; sicut et supra cap. 66. *Idem*.

(b) Hic locus per syncopen dictus putatur Porriualis, pro Porcarii-vallis à S. Porcario, nunc vulgò *Pronville*. Feudum est dependens à *Queant*. In eo adhuc antiquum castrum visitur; nec procul abest ab Inceio. Alii existimant locum esse non longè à Messendicuria, vulgò *Mes-*

sencousture, viâ Peronensi, ubi hodie vicus, quem vocant Novam-villam, Gallicè *Neuville en Porjonvalle*. In vita S. Lietberti Porgivalis scribitur, *Id.*

(c) Hoc est subito et quasi per saltum, Gallicè *par assault*. Fortè legendum *assultu*, ut habet vita B. Lietberti. *Id.*

* *Incy*

omnibus, præsente Episcopo suisque militibus, præsente Comitissa Richilde A
suisque principibus, quicquid habebat beneficii infra civitatem ipsam Ca-
meraci; sicque absolutus, fidelitatem fecit Episcopo de reliquis castella-
turæ bonis, et inde obsides dedit. Hæc autem fidelitas non diu est ab ipso
Hugone observata, quia in natali S. Andreae jurejurando promissam, in-
fregit eam II feria post Palmas. In hac enim feria majoris hebdomadæ Atre-
wasiam silvam penetrat, et omnia quæ ibi reperit jumenta Cameracensium,
ablata injustè abduxit secum. Qui cum sæpiùs moneretur ab Episcopo in fide-
litate juratâ, ut ea redderet, noluit; sed et in ipso Absolutionis die, qui
est ante Parasceven, diffidentiam (a) domino suo mandavit.

Cap. 75.

Posteà Cameracum derelinquens, divertit ad Oiseium, malumque quod
potuit, sicut primitus, facere instituit adversum Episcopum. Mandavit B
igitur Episcopus ei non semel, sed plus vice tertia, ut ante conspectum
ejus veniens, præsentibus comparibus suis, in rectum staret de injustitia
sua. Ipse verò crebrò sub nomine (b) terræ suæ, et in fidelitate quam ju-
raverat communitus, ad ultimum ante conspectum domini sui, præsentibus
comparibus suis, venit: sed de quibuscunque interpellatus est, rectum facere
nolens, injustior quàm veniret, recessit. Unde compares ejus et alii quàm
plurimi nobiles, qui communi utriusque causâ huic placito interfuere;
Hugonem reum vocantes, terram quam de Episcopo tenebat, ei abjudi-
cavere. Hugo autem ad municipium quod apud Oiseium sibi paraverat, adju-
dicatâ terrâ suâ, rediit, et malum adversus Episcopum facere non cessavit...
Accidit ut Episcopus ad quandam villam Buricellum (c) nomine deveniret...
Præfatum verò Hugonem sermo hujus rei non latuit; qui acceptis secum C
complicibus suis ad domum illam pervenit, in qua jam lecto receptus
Episcopus lassata membra commendabat quieti: fractis domûs hujus ostiis,
et quibusdam resistentibus interfectis, pervenit ad cameram ubi Pontifex
cubitabat cum Wiboldo Præposito suo et Capellanis suis. Sentiens Wiboldus
dolos et violentiam hujusmodi, ostio cameræ quasi pro obice sese opposuit;
sed unus pluribus resistere non valens, fracto ostio, ab ipso Hugone inter-
emptus occubuit. Denique Episcopum, sicut in lecto jacebat cum camisia
tantùm, ille insanus homicida non timuit accipere, et ad Oiseium
municipium suum ita nudum asportare, clausumque in custodia reti-
nere.

An. 1070.

Cap. 76.
* III

Hac igitur fama Arnulfus * Comes Flandrensis, et mater ejus Richildis
excitati, sumptis militibus suis continuò ambo ad Oiseium venere; et re-
quirentes Episcopum in sapientia et fortitudine, sine mora inventum re-
dlexerunt eum Cameracum cum grandi gloria et honore, donantes insuper D
muneribus Ecclesiam S. Mariæ aliaque Monasteria civitatis Cameracæ. His
itaque dignè et laudabiliter perfectis, Flandrensi Comes cum matre sua in
patria sua lætus rediit. Episcopus igitur perfecto odio in Hugonem incitatus,
eum insequi non cessavit, quoadusque destructo Oiseii municipio, eum procul
pelleret à Cameracensium finibus. Expulsus taliter à Cameracensi patria,
de omni clamore siluit adversus Episcopum in omni ipsius Episcopi vita;
terra quoque requievit à facie malignitatis ejus.

Cap. 77.

An. 1064.

Intereà Episcopus superveniente senio cœpit corpore languescere (d)...
hæreditatemque præclaram quam ab antecessoribus suis possidebat... de hæ-
reditatibus et sui juris redditibus ad Ecclesiam Sanctæ Dei Genitricis Mariæ
per chartarum instrumenta contulit... Monasterium S. Sepulcri ab ipso
fundo ædificavit, et posuit inibi Abbatem (e) cum Monachis: locum illum

(a) Sensus esse videtur, *dominum suum ad certamen provocavit*, Gallicè *il a défié*; vel ut habet Catalogus Gal. Ms. *il manda deffiance à son Seigneur l'Evêque*. *Id.*

(b) Id est sub comminatione terræ suæ, quam habebat ab Episcopo, amittendæ. *Id.*

(c) Pagus est Artesiæ inclusus juxta *Vis* sub Oscio sive Osiaco, linguâ vulgari dictus *Boiry N. D.* pertinens ad Capitulum Cameracæ. Hinc in Registris nominatur *Boury* vel *Bury de Cam-*

bray. Claudius Despretz legendum putat *Biricellum*, à S. Birino qui cellam apud *Boiry* delegit. *Id.*

(d) Lietbertus obiit anno 1076. Successit ei nepos ejus Gerardus II, consecratus à Raynoldo Rem. Archiep. anno 1078, et defunctus anno 1092, III Idus Aug. *Id.*

(e) Primus Abbas S. Sepulcri fuit Walterus, qui obiit anno 1095, die 7^a. Martii. *Id.*

A possessionibus et commodis rebus decenter, sicut præsens tempus (a) probat, ditavit. In Ecclesia verò S. Auberti Regulares Canonicos cum Abbate constituit, ejectionis prius quibusdam Clericis ibidem negligenter nimis et inordinatè servientibus. Altaria valdè bona et possessiones præclaras superaddidit, præbendas magnificè de suo proprio restauravit.

(a) Hinc satis constat, ea quæ de B. Lietberto hic narrantur, scripta esse aliquanto tempore post mortem ipsius. *Idem.*

EX CHRONICO (a) CENTULENSI SIVE S. RICHARII,

B AUCTORE HARIULFO MONACHO EJUSDEM LOCI.

Apud Acherium Tom. II Spicilegii in-fol. pag. 333.

EX LIBRO QUARTO.

HUCBERTUS quidam Miles, qui beneficiariè cum jurejurando nostrati Abbati famulari habebat, huic venerabili Angelranno aliquoties causa probationis existit. Siquidem aliqui ex suis parentibus sub præstatione certi temporis tenuerant villam S. Richarii, vocabulo Noguerias; et tali occasione tanquam hereditatem sibi vindicabat. Contradicente Abbate, et illo insaniente, multa dura contigit venerabilem Angelrannum ejus inmissione pati... Tandem itaque contra Hucbertum institit, usquequo Procerum judicio in Regis præsentia eam quam diximus villam derationaret... Rex Henricus illectus cupiditate, postquam fuerat definitum ut Hucbertus (b) non haberet in proprium jus, villam tulit, et quinquennio illius redditibus usus est. Sed cum ab Abbate frequenter argueretur, tandem metu judiciorum Dei coactus, et venerabilis Angelranni assidua interminatione fractus, nobis eam cessit; et super ejus redditione testamentum confecit, quod nos quoque utiliter hic consignamus: « In nomine Sanctæ etc. (c) »

Cap. 7.

Senescente autem illo [Angelranno], cum multis utile videretur, ut eidem Rector substitueretur, quidam secundum carnem nobilis, filius nempe Angelranni Pontivorum Comitis nomine Fulco, ejusdem loci alumnus, parentum auxilio sæpedicti loci Centulensis regimen sibimet usurpare tentabat. Sed enim cum Rex Francorum Henricus, quo nescio casu accidente, Pontivum devenisset, idem Fulco, intercedente jam dicto Comite patre suo, cupiebat obtinere ab eodem Rege totius loci dominationem. Quod et factum est, ignorante penitus domino Angelranno Abbate. Jam dictus verò Fulco cum ob donum regium se Abbatem fore auspicaretur, sumptâ audaciâ impudenti, quibusdam militaribus in Fratrum refectorio, more scilicet incompetenti, convivium opulens exhibuit, quò sibi faceret fideliores, et ad acquirendum sibi honorem promptiores. At ubi nunciatum est istud patri Angelranno, ministros vocat, protinusque se illuc deportari mandat. Manibus ergo famulorum ad ostium usque refectorii devehitur; ibique figens gradum, ex auctoritate omnipotentis Dei eos qui convenerant anathematizat. Hinc verò omnis illa eorum factio inchoat dissipari... Vir itaque secedens inde, Fulconem evocat, et an Abbas effici velit, minaci verbo seiscitatur: cui præ pudore nihil respondentem sententiam intulit, dicens non posse eum fieri

An. 1035.

Cap. 12.

(a) Hujus Chronici partem edidimus pag. 194 Tomi nostri X. Hariulfus quidem Auctor pluribus in locis professionem et ætatem suam prodit; at interim non satis sibi constat. Descriptis enim cap. 36 moribus et vitiis Gervini II, narrat postea quomodo is in Concilio Claromont. habito an. 1095, Indict. IV, ab Urbano Papa, amotus sit ab officio Abbatis; et tamen Chronographus idem in fine Scripti tradit se opus absolvisse anno Ch. 1088, Philippi Regis Fr. XXVIII. Sed de his alio in Volumine agemus, nempe cum extremam ejusdem Chronici partem offeremus.

(b) Cap. 9: *Pestifer Hucbertus, cujus opere multa dura [Angelrannus] passus est, judicio Regis postmodum cum omni stirpe sua interit.* Ibidem fit mentio ville S. Richarii Civinocurtis, *Chevincourt*, inter Noviodunum et Compendium sitæ.

(c) Diploma hoc infra exhibebimus. Sequitur Charta Angelranni Abb. permittentis Raginerio Militi et Gualterio filio ejus farinarium sub Montiniaco, quod dicitur Mirandolium. *Sign. Angelranni Advocati: S. Hugonis filii ejus, etc. Actum Monasterio Centul. VII Kal. Febr. regnante Henrico Rege anno XII.*

Abbatem, quandiu scilicet ipse in corpore moraretur. Et quamvis isdem A Fulco etiam alterius Abbatiae donum à patre suo habuerit, nunquam tamen, quandiu vir beatus supervixit, effici Abbas ullatenus potuit, quia videlicet viri Dei sermo obtinuit... Siquidem postquam venerabilis pater Angelramnus coelicas recessit ad aedes, idem Fulco Abbatis officio donatus est primo post ejus sepulturam die, praelatusque Monasterio Forestensi *, quod ex antiquo, ut in hoc opere lucidè patet, Fratrum S. Richarii Cella fuerat: sed paulò antè à Comitibus Pontivorum subtractum, Abbatiae nomen sibi vindicat... Usque ad tempora Ingelardi Abbatis, [locus Forestensis] in nostratum deguit ditione. Hugo (a) verò primò Dux, postea Rex, eo tempore quo propter Barbarorum cavendos incursus, Abbativillam nobis auferens castrum effecit, èique Hugonem praeponit Militem, Forestis-cellam nostrae ditioni subripuit, et eidem Hugoni perpetuò habendam contradidit; quia videlicet ipsius Ducis filiam, nomine Gelam, uxorem duxerat. Antèa igitur in eadem Cella Clerici militaverant; sed Hugone postulante, aliqui ex nostris illic Monachis statuti sunt, qui et Abbatem meruerunt simili modo Monachum nostratem, nomine Guidonem, domni Angelranni fratrem; quique cum aliquantibus ibidem annis in animarum regimine ministrasset, officii successorem habuit Hucbertum nomine, nostratem Monachum. Quandoquidem nobis ille locus tollebatur, tamen ob amorem et honorem almi Richarii statutum est, ut de nostris semper ibidem fierent Abbates Monachis. Hucberto quoque mortuo, ejus loci regimen suscepit hic Fulco, quem nostri Monasterii dominium sibi usurpare voluisse notavimus. Libet verò dicere de domno Guidone Abbate quòd oculorum lumine privatus est... et rediens Centulam... VIII Kal. Maii dormitionem accepit, et à venerabili fratre suo Angelranno humatus est.

Cap. 13. Cum [Angelramnus Abbas Centul.] comperisset Fulconem, parentum intercessu et pretii datione, praeipere voluisse regiminis ministrationem, voluit adire regiam Majestatem; ne animarum cura venderetur, oraturus. Quod, quia aliter ob infirmitatem non potuit, curru vectus implevit; et Regis auribus satis dura inferens, tormenta inferni illum subire ob distractionem gratiae minatus est: et Rex, qui bonae mentis habebatur, poenituit; reatusque indulgentiam rogata, se spondit emendaturum. Non multi post haec fluxerant dies, cum ecce ex divina, ut tenemus, voluntate, regali audientiae interfuit Virdunensis Abbas Richardus, reverendissimum Monachum, et merito bonitatis unicè dilectum, Gervinum secum habens Capellanum... Ex territorio Laudunensi, patre Guillenco matreque Romilde Gervinus natus est; et à primævo ævo litterarum studiis imbuendus in Ecclesia S. Mariae* nostratis Galliae hierarcha, ubi eo tempore famulabatur Clerus verè clarus, traditus est.

Cap. 14. Defunctis patre et matre, cum totius quae magna erat familiae Gervinus provisor et dominus haberetur, essetque Remensis matris Ecclesiae Canonicus, cogitabat, repulsis sæculi tumultibus, Deo strictius militare: sed ejus desiderio contraibat duarum fortè sororum custodia. Inter multos igitur, quos lege beneficii sub se habebat vassallos, erat quidam vir bonus et efficax summæque strenuitatis Miles, nomine Haymo: huic verò Gervinus, terrenorum pondere sese exonerans, delegat patrimonii sui summam, tradens ei germanam in conjugium, nomine Rotsellinam... Hac tempestate florebat virtute modestiae venerabilis Abbas Richardus, quem multa bonitatis fama

(a) Uxorem habuit Adlaidem. Hæc autem cujus filia fuerit, haecenus non satis compertum est. Helgaldus enim nec patrem nec matrem ejus nominans, in Vita Roberti R. tantum dicit genus ejus ex Italia ortum esse: *Ejus inelyta progenies ab Ausonia partibus descenderat*: quanquam non desunt, qui Helgaldi verba ad genus patrum Roberti R. detorqueant. H. Valesius in Notis ad Carmen Adalberonis ait difficile esse scire unde ea originem duxerit; et San-Marthani in Hist. Geneal. Fr. concludunt eam quidem origine Italam fuisse, sed de cetero nihil definiunt. Blondellus putavit eam filiam fuisse Guillelmi II Aquit. Ducis, ac sororem Guillet-

mi III, Caput-Stupæ cognominati, Aquit. Ducis; idque collegit ex Anonymi apud Chesnium Tom. 3 pag. 344 verbis his, *cum sua venerabili conjuge Adhelaide nomine, filia Pictavorum Comitum*. Verum Auctor iste annis centum junior quam Helgaldus, idcirco minoris auctoritatis, nec patrem aut fratrem hujus Reginae nominat. Deinde Guillelmus III Aquit. Dux, bostis Hugonis Capeti fuit, et solus ex Proceribus qui ejus coronationi repugnavit: quod tamen, inquit Pagius, vix credi potest de Adlaidis fratre, Hugonis Capeti sororio, et Roberti avunculo. Legitimum igitur hac in re dubium stare forsau potest, donec major lux affulgeat.

A omnibus amabilem venerandumque efficiebat. Hunc ergo Gervinus expetivit.

Quadam agente necessitudine, regali aulae, ut suprâ notatum est, sese contulerunt (a); cum ecce Henricus Rex memor comminationis à domino Angelranno sibi intentatae, ipsam Richardum Abbatem his supplex exorat verbis: « Intra regni nostri ditionem exstat Cœnobium à priscis Regibus » munificè satis constructum; et quanquam ante hæc tempora à Paganis » demolitum sit, ejus tamen nomen inter sancta loca non habetur infimum: » huic exstat Pastor actu et nomine (b) prudens Angelrannus, qui perfecto » vitæ suæ fidelissimo cursu, jamjam carnis exuvias relinquere cupit, et ideò » sibi succedi in animarum regimine rogat: precor vestræ sanctitatis bonita- » tem, quatenus Fratri Gervino permittatis ejus loci accipere pastoralita-

Cap. 15.

B » tem ».

Venerandus autem vir, tametsi tanti sodalis dispendium ægrè ferret, concessit, et Fratri Gervino donum regium suscipere imperavit. Tunc reverendus Princeps jubet, concito gressu cum aliquantis aulicis viris*** venit. Excipiuntur nimis gratanter, dein disponunt maturatò Centulam expectere. Tunc Gervinus obstitit, dicens locum se non visurum, donec unanimis Fratrum electio suis auribus referretur. Diriguntur ergo è Clero viri prudentes, qui hæc Centulensi nuntiarent Congregationi. Aditur venerabilis Angelrannus, indicatur ei electum esse à Rege virum, qui Christi ovilis opilio dignè debeat dici; sed nolle eum præcipitanter istuc venire, donec ipsius velle cognoscat, omniumque Fratrum electionem. Et venerabilis Angelrannus his exultat, et confitetur se id optare, ut talis homo sibi succedat, qui Christi gregem pascere norit. Dein congregata Fratrum unione,

C intimat lætus regium opus, qui eorum curam providendo benignè, virum delegisset boni amicum, rectique tenacem, ut eis præsit jure Abbatis: « Agite, inquit, et quid super isto vester animus velit, nobis intimate, ut » vestra turma tanto pastore citò ornetur ». Hæc audientes, omnes collaudant approbantque factum: deinde scribitur consensus electionis; redditur à sancto viro cura pastoralis, in qua se non dignè ministrasse humiliter valdè confitebatur. Recipiunt ista legati Pontificis, et præpeti gradu redeunt Ambianis, designantes Episcopo et Abbati benignam Fratrum electionem, et sancti senis concessionem. Ea igitur die qua intemeratæ Virgini Domini Jesu Nativitas futura per Angelum Gabrielem nuntiata est, Abbas sacatur; sicque sequenti luce nostris sedibus infertur Pastor optatus. Sublimatus ergo

D honore regiminis, arripit arma continuæ humilitatis, non veste subtili, non cibo delicatiori, non supercilio dominii utens, sed victu communi humilitateque pari fratribus et filiis amorem sui immittens. Sanè è sui Monasterii Monachis aliqui eum, gratiâ charitatis attrahente, extemplò prosequuntur viri honesti, et tam litterarum peritiâ quàm et sæculari providentiâ admodum clari. Horum unum Præpositum fecit, dictum Guarinum; alium ordinavit Decanum (c), nomine Regneguardum.

Accidit necessitudo pro qua ad regalem Curiam (d) mittere necessarium fuit. Præcepit itaque dominus Gervinus, qui jam loci dominatum retinebat, uni è Fratribus ut id negotii expleret. . . . Frater viam arripuit, et ea propter quæ mittebatur, apud regias aures optimè allegavit. . . . His pro quibus missus fuerat expletis, revertebatur, cum subitò in civitate Ambianensi, **E** quò causâ hospitandi diverterat, de obitu Patris (e) [Angelranni] dira eum nuncia percellunt. . . . Promiserat suum corpus terram non intrare, donec idem Monachus de Regis Curia reverteretur.

Cap. 16.

(a) Richardus scilicet Viridun. Abbas et Gervinus, qui non multò antè à Jerusalem ad propria reversi erant, ut narratur in Capite præcedenti.

(b) Cap. XI: *Quia tantus scientiæ fulgor non facile poterat abscondi, multi Nobiles ejus se subdidere magistratui; è quibus fuerunt duo honorifici viri Guilo Præsul Ambianensis et Drogo Episcopus Tarvonnensis. . . . In tantum disciplinæ ejus bonitas sparserat, ut ubique ab omnibus Angelrannus Sapiens specialiter non immeritò vocaretur.* Et Cap. VIII: *Præcipiente sibi suo quondam magistro Fulberto Carnot.*

Episcopo, S. Richarii Vitam versu heroico jocundiorum fecit. Alia plura hujus ferè modi composuit Angelrannus, ut videre est in utroque laudato capite.

(c) Cap. XX dicitur Prior. Sic cap. X, *Odelgerus sub Angelranno Decani vel Prioris potiebat ministerio.*

(d) Cap IX. *Alia vice ad Regis Curiam similiter [Angelrannus] Fratres miserat.*

(e) *Carnis claustra, ut paulò antè legitur, cævit V Idus Decembris.*

Cap. 17. Sepultum verò est sancti viri corpus infra militis Christi S. Richarii vene- A
An. 1045. rabile Templum, eo loci quo B. Laurentii veneratur martyrium... Acta
sunt hæc anno incarnati Filii Dei MXLV, Indict. XIII.... Guido tunc
Ambianensis Ecclesiæ Archidiaconus, postea ejusdem sedis Episcopus, qui
illius fuerat in studio litterarum discipulus, ejus tumbam Epitaphio (a) de-
coravit.

Cap. 19. A nobis relatum est venerabilem Angelranuum Neustriam isse, et donatione
Ducis Richardi, Scabelli-villæ Ecclesiam in usus nostratis loci accepisse.
Verùm Richardo Marchione, qui hoc nobis bonum contulerat, obeunte,
filio ejus Richardo Ducatum, quem pauco tempore tenuit, Roberto fratri
relinquente, atque post hunc Robertum Guillelmo exurgente, jam dicta Ec-
clesia impediabatur nobis à quadam Abbatissa, quæ in suum jus illam con-
An. 1048. vertere quâ nescio arte moliebatur. Qua occasione memorabilis Gervinus B
Neustriam vadit... exoraturus præfatum Ducem Guillelmum... At Comes me-
moratus valdè eum pro suâ sanctitate diligens et honorans, ei per omnia favit...
Abbatissa (b) parentilitate ejusdem Ducis illustrabatur.

Cap. 20. Marchio verò Guillelmus, misso ad nos Monacho de Monasterio Cera-
siaco nomine Guarino, unum S. [Vigoris] Episcopi de dextero brachio os
promeruit, quod apud idem Monasterium Cerasiacum infinita venerabilitate
colitur. Est autem idem locus in territorio Bajocasinensium situs... Mona-
chi ibidem degentes voluerunt experiri utrumnam verè illud os de S. Vigo-
ris corpore fuisset. Sciebant autem quòd... nullomodo ignis ardore lædi aut
comburri posset. Itaque struem lini, quod scilicet facilè nimis incenditur, fa-
ciunt, et brachium illud sanctissimi Pontificis superponunt; deinde linum desu-
per congerunt, et ita aridam et tenuem materiem igne (c) supposito inflam- C
mant; et licet Deus omnipotens in sui servi merito tentandus non fuisset...
tamen miraculi ac virtutis eventus non fefellit: nam non solùm Sancti dexte-
ram ignis ille non læsit, sed etiam linum quod fuerat appositum, ab igne
permansit intactum. Sic Fratres illi de patris pignore certi facti sunt.

Cap. 21. Hugo [Pontivorum Comes] post expletum vitæ tempus, dum morti pro-
ximum se videret, villam, quæ dicitur Portas delegavit S. Richario... Ge-
nerat verò quatuor filios, quorum primus nomine Angelrannus*, homo
formæ mirabilis, qui patri succedebat, in die depositionis (d) ejusdem patris
sui jam dictam villam Sancto contradidit... Præterea quidam Miles no-
mine Gualterus, quem vulgus vocitabat (e) Tirel, villam S. Richarii
dictam Noguèrias volens sibi vindicare, post illa omnia quæ suprâ scripta
sunt tempore domni Angelranni gesta fuisse de hac eadem villa à Rege D
Henrico et à perfido Hucherto, cujusdam quasi justitiæ rectitudine sibi eam
deberi ex aliquo successionis jure adstruebat... villam invasit, tenuit, et
per aliquod tempus, Fratribus eum excommunicantibus, sibi usurpavit...
Aliquatenus cessit... Terram vocabulo Campaniam (f), Gervini anteces-
sores cuidam concesserant Agenardo, ut quamdiu vixisset, firma manu possi-
deret. Hic accessit ad Gervinum Abbatem, postulans ut eam quam ipse te-
nebat, terram duo filii (g) sui permitterentur tenere post mortem suam.

Cap. 22. Interea mortuo Rege Francorum Henrico post annos sui regni XXVIII,
An. 1060. Philippus adhuc puer, regiæ dignitatis culmine jam suscepto à patre, re-
gendi posse et scire nondum habens, Balduino Flandrensi Comiti custo-
diendus cum regno traditur; quo regnum moderante, Gualterus Miles
* Al. Pin-
cernæ
* Feuquieres [potens], filius Hugonis regii Buticularii*, terram quamdam [Filcarias*]

(a) Hoc excepiunt Versiculi, in quibus de Angel-
ranno dicitur:

*Terras servavit pervasas atque redemit,
Sicut Noguèrias, Gaspannas, et Drusiacum,
Guibrenti Ecclesiam, Froocort, Montisque-Ro-
chonis;
Ecclesiam Sacri-campi, etc.
Ecclesiam sanctæ reficit moriendo Maria.*

(b) Scilicet Villaris-Monasterii (Montivilliers) ut
legitur in Diplomate Willelmi Ducis. Actum hoc
anno Dom. Incarn. MXLVIII, apud Argentulum
III Kal. Nov. Testes Storinstingus, Richardus
filius ejus, Yvo de Belismo, Arnulfus nepos ejus,

Rodulfus Taxo.

(c) Igne sic probabantur reliquiæ Sanctorum.
Nota usum temporis.

(d) XII Kal. Decembris in Charta quæ sic incipit:
Ego Angelrannus gratiâ Dei Comes.

(e) Miles quidam Walterus, quem vano cognomine
Tirellum plerique appellamus... præsentem uxore sua
Ermina, etc. in Charta quæ sic desinit: Acta
sunt hæc VII Idus Oct. anno Dom. MLIII, Indict.
VI... regnante Henrico Rege Fr. anno XXI.

(f) Terram, quæ Rebellis-mons dicitur... et ter-
ram de Valeriis, etc.

(g) Guenerannus scilicet et Anscherus, quorum
mater dicitur Hildesendis. Actum hoc VIII Idus
Decemb. regnante Henrico R. anno XVI.

A in Vimmaco pago sitam nobis subripere voluit . . . Tribuit . . . Gervinus precibus aggreditur Comitem Guidonem de villa quadam . . . Reddidit (a) . . . Regi Anglorum Hetguardo Gervinus semper charus et venerabilis fuit . . . Regina etiam conjux ejusdem, nomine Edith, satis superque Gervinum pro suæ merito sanctitatis diligebat et venerabatur . . . Quadam verò vice accidit, ut Abbati nuperrimè terram illam ingresso osculum salutationis (b) et pacis Regina porrigeret; quod ille, gratiâ conservandæ sinceritatis, abhorrens excipere noluit. At illa ferox, videns se Reginam spretam à Monacho, nimis molestè tulit . . . Placata est Regina; et hujusmodi factum non solum in illo non vituperavit, sed magnæ laudis attollens præconio, in sui regni Episcopis vel Abbatibus talem manere consuetudinem deinceps conquesta est . . . Ad Comitem paulisper veniamus Guidonem, qui cùm fuerit

B Comitis Hugonis filius, et post Angelrannum fratrem, quem suprâ de villa Portas vice patris donationem fecisse retulimus, Normannorum dolo occisum; patriæ Comitatum receperit, ac per hoc Advocatus quoque noster hereditariè sit effectus; villas S. Richarii et earum colonos nimiè affligebat . . . qui Advocati sumptus et nomen tenebat . . . Apud efferam mentem, et culmine potestatis elatam seu rapacitatis studio sauciam, justa supplicatio parùm valebat . . . Ille de indultâ vel moderatâ suæ advocacionis consuetudine testimonium confecit (c).

Hetguardus Anglorum Rex, decurso feliciter vitæ mortalis spatio, ut creditur, migravit ad æternam gloriam. Sed dum adhuc vivens terreno regno floreret, quidam Nobilis natione Britto, nomine Radulfus, apud ipsum Regem potens et honoratus, donavit S. Richario prædia . . . Postquam autem mortuus est Rex Ethguardus *, Herioldus quidam Comes regnum sibi accepit contra fas, et contra fidem sacramenti quod prædicto Regi juraverat, spondens quòd pronepoti ipsius Regis, nomine Elfgaro, regnum cederet absque ullo impedimento. At cùm regni potestate et fascibus injustè uteretur, expulso Ethguardi pronepote Elfgaro . . . Deus signo mirabili [è] cælo ostenso, destinavit Guillelmum Ducem Normannorum, Anglorum Regem fieri; et quia Dei nutu idipsum Guillelmus appetebat, rei prosperitate probatum est. Sed quia illius gestorum recens habetur memoria, nos ea seponentes, nostra potiùs exsequamur. Anno regni ejus II, venerabilis Gervinus, illa quæ superiùs meminimus prædia visurus, ad maris ingressum properavit, quem nominant plebeiales Guizant (d); ubi fuerunt cum illo tam Abbates quàm Monachi plusquàm centum, prætereà militarium virorum et negotiatorum pluriuna multitudo; qui omnes mare conscenso in Angliam transveli cupiebant. Februarii tum mensis ducebatur.

In territorio Ambianorum Cellam possedit, eo loci quo Martyris Gratiani corpusculum quiescere perhibetur. In eodem etiam territorio aliam acquisivit, vocabulo Luliacum, ubi in honore B. Luciani Martyris et S. Richarii Ecclesia habetur. Sed et in solo Neustriæ, in neuore scilicet Augensi, tertiam habuit Cellam [Gervinus], Ecclesiam in honore B. Martini continentem, quam cæteris ampliùs diligens, frequentius visebat.

Neustriam et Flandriam, Galliam quoque et Aquitaniam, necnon Hungariam piâ gyraus sedulitate, criminorumque confessiones acceptans . . . Evangelistæ et Apostoli opus absque nomine perexplebat . . . Vidimus persæpè, cùm esset in Centulo, totius diei spatium in conclavi absque omni corporali edulio illum peregisse; aliis recedentibus, aliisque succedentibus qui animæ curâ indigebant . . . Erat enim super hoc officio ei deputata cellula, quam Fratres

(a) Ego Comes Pontivæ patriæ Guido, annuntibus Proceribus meæ provinciæ, in præsentia Regis Philippi, Marchionisque Balduini, necnon etiam Principum regalis palatii, reddo S. Richario quartam partem villæ quæ Ultrabaiz vocatur. . . Auctoriali roboratur [charta] signo dextræ regis †. . . S. Balduini juvenis Comitæ, S. Frederici, etc. Actum est hoc anno Regis Philippi VI, Incarn. Dom. MLXVII, Indict. VI, Epactâ III, Concurr. VII.

(b) Nota usum singularem in Angliâ.

(c) Ego Guido gratiâ Dei Pontivorum Comes. . . in villa quæ dicitur Majoch, etc. Paulò suprâ fit mentio villarum Argubii et Montis-Elisii.

(d) Aliâ igitur appellatione gaudebat is locus, ariditas cujus infrâ memoratur. Hinc Caubdenus meritò forsàn ait, Guizant seu Wisan, nunc Witsan, Icium portum esse, pridem obstructum. Quanquam Valesius arbitratur Icium portum esse, non Witsantum, sed Stapulas, Estaples en Boulonnois; qui portus est in Morinis ad os Quantiaæ fl. adversus Cellæ S. Judoci. Alii putant Icium portum esse Caletum, frequens oppidum, Calais vulgò dictum; alii, et immeritò quidem, Gesoriacum seu Bononiam. Multi denique Bononienses asserunt Icium portum esse locum Isque, nunc à mari unâ leucâ dissitum.

Cap. 23.

An. 1066.

Eduardus

An. 1068.

Cap. 25.

Cap. 27.

- Confessionem (*a*) vocabant . . . Clerici multi nostrum Equitium verbis vene- A
natis carpebant ; cur absque Apostolici licentia homo non Episcopus prædi-
care auderet , et peccatorum confessiones seu conversiones cur præsumptor
non sui officii inquireret , oblatrantes . . . Gervinus itaque edicto Papæ acci-
tus, ovans expetit Romam : . . . Et quia Ambianorum Præsulem tunc temporis
Fulconem non animarum saluti , sed volucrum captioni et ferarum venatui
studere compererat , tali auctoritate roborat [Leo IX] venerandum Abba- B
tem, his eum verbis confirmans . . . « Concedimus et imperamus te in reci-
» piendis scelestorum confessionibus et tradendâ pœnitentiâ , nostri officii
» participium tenere » . . . Papa simul et sandalia offert, jubens ut his Ger-
vinus utatur ; ut qui prædicationis exercebat studium , prædicatoris insigni-
bus ornaretur. Venerabilis tamen Abbas, custos veræ humilitatis, eadem
ornamenta recusavit . . . Leo Papa , natione Teutonicus , parentum excel- B
lentissima nobilitate præfulgens, et cœlesti visione denuntiatus antequàm na-
tus, in Lotharingia mundo processit : qui sacris litteris atque liberalibus stu-
diis acutissimè eruditus . . . electione Cleri et populi , Ecclesiæ Tullensi ordi-
natus est Episcopus , cùm jam ejus propinqui , viri imperiales , de Ro-
mano Apostolatu ei conferendo tractarent . . . Non recusavit homo inclytus
pauperculæ civitatis curam suscipere , imò obtentu majoris evitandi honoris,
ad hunc facilè deductus est. Et cùm Episcopus esset Tullensis oppidi ,
electione Pontificum cum Imperatoris assensu in Romanum levatus est
Pontificem ; et qui antea vocatus fuerat Bruno, propter Papatum vocari me-
ruit Leo : qui tantâ mentis puritate virtuteque vigit, ut per illius merita
Domino omnipotenti placuerit miracula magna patrare : qui etiam cùm B.
An. 1026. Remigii Remorum Pontificis Ecclesiam dedicare venisset , venerabilem Ger- C
vinum, ut ejusdem Confessoris corpus efferret, cum aliis tribus æquè sanctis
viris delegit.
- Cap. 29. In castro quoque Augensi, quod est situm in ipso Neustriæ ingressu ,
aliud (*b*) pro ejus [Gervini] meritis Christus Dominus. peregit ingens
prodigium. Nam cùm illò advenisset aliquando Gervinus , erat ibidem qui-
dam puer nomine Odelricus , qui litteris discendis insudabat. Hic vi fe-
brium irretitus . . . omnimoda caruit febre. Sanè is Odelricus hodieque
vivit , et apud Corbeiam Monachi et Abbatis habitu vel honore po-
titur.
- Cap. 31. Ab aquilonali plaga Monasterii S. Richarii quadam vice orto pergrandi in-
cendio . . . jam ignis plus centum locis super Ecclesiam sparserat ; jam plumbum
superante igne liquescens defluebat . . . ignis Richario mediante absque humano D
auxilio extinctus est . . . Corbeix multam sanitatum gratiam per merita Sanctorum
loco patrocinantium Dominus eo contulit tempore . . . Quodam tempore S.
Richarii corpus ad villam Asliacum ferebatur ; cùmque ineundo per Buxu-
dem villam nostram transitus haberetur, contigit, etc. . . . Jam verò quis
enumerare queat, quanti vinculati et catenati (*e*), dum illum [S. Richa-
rium] invocarent, exstiterunt liberati ?
- Cap. 32. Multorum librorum copiam venerabilis Gervinus nobis contulit . . . Epis-
tolas Ignatii etc. (*b*) . . . Hæc omnia in XXXVI voluminibus compingens ,
gravi et inabsolubili anathemate condemnavit quicumque ea sancto loco de-
mere et qualibet occasione subtrahere auderet . . . Sanctum Angilberti (*e*)
Abbatis corpus invenit . . . Sancti quoque Caydoci sociique illius corpora à
terra levavit. E
- cap. 34. Latiùs ergo latiùsque aggravescente ipso languore , cùm agnosceret
(Gervinus Abbas) se non prævalere ad conservandam curam animarum , va-
letudine præpediente , advenienti fortuitò Regi Francorum tum juveni
Philippo sui allegavit causam languoris (*f*) , orans ut Monasterio ,

(a) Nota rem et modum Confessionis , quæ nunc est in usu.

(b) Sancti Abbatis (sic enim vocabatur à populis) virga pastoralis , quam vulgus Crociam vocat, et quæ pro more summoteniùs curvabatur, jam sanaverat ægotam. Vide Cap. XXVIII.

(c) Vide Caput IX , ubi bojæ Sancto offeruntur.

(d) Qui Bibliothecam temporis voluerit cognoscere, legat integrum Catalogum in ipso Acherii Spicilegio.

(e) Cùm ejus celeberrima memoria in ore universorum Franciscorum vel Pontivorum, atque aspectu egregiè Templi quondam ab eo fundati resplendet.

(f) Sic Cap. 36 sepultus dicitur Gervinus

A quod ipse pro posse bonis ampliarat, talis daretur pastor et custos, qui congregata non disgregare, sed disgregata nosset unire: flagitavitque ut pius Princeps cederet suo regimen nepoti, quem et dicebat ad tale opus sat eruditum, qui erat S. Remigii Monachus, nomine Gervinus. Et quia omnes qui eum nosse poterant, non illi obedire uti sancto viro putabant sacrilegum; Rex præfatus annuit, et ut suus post se regimen obtineret nepos, concessit. Anno igitur Dominicæ Incarnationis MLXXI, finiente mense Octobri, die X Kal. Novembris, Indict. IX, ordinatus est secundus Gervinus Centulensis Monasterii Abbas... Anno suæ ægritudinis * IV... ita angustiatum est, ut fissis et partitis naribus et labris, cæteraque cute in hispidam versa faciem, vix posset [Gervinus I] verbum formare... Evenit intrante Dominicæ Nativitatis anno (a) MLXXIV, Indict. XI, ut II die mensis Februarii Missam faceret... Superveniente autem Quadragesimali observatione, in ipsa feria IV, quam caput jejunii vocat consuetudo Ecclesiæ, convocavit Fratres... Feriâ III secundæ hebdomadæ [sacri jejunii], quæ habebatur V Nonas Martii (b)... spiritum efflavit... Nec moram ruit omnis provincia Pontivorum ad exequias viri Dei.

* lepre

An. 1075.

Cap. 35.

anno Verbi incarnati MLXXIV, Indict. XI, regnante Philippo Fr. Rege anno XIV. Uterque autem locus sic corrigendus: Anno MLXXV, Indict. XIII, etc. Nam anno tantum 1075 dies 3^a seu V Non. Martii concurrebat cum feria III 2^o hebdomadæ Quadrag. Hæc verò anno 1074 incidebat in XV Kal. Aprilis seu in diem

18^{ma} Martii.

(a) In Epitaph. Mars, tua tertia lux abstulit.

(b) Cap. 36: Eodem anno obiit Wido Ambianensis Episcopus: cujus Charta Cap. 22 sic orditur: Guido Dei gratiâ Ambian. Episcopus. Ibidem pariter: Ego Gervinus gratiâ Dei Centul. Abbas.

C

EX GESTIS (a) PONTIFICUM CENOMANNENSIVM.

Apud Mabillonium, pag. 305 Analect. edit. in-folio.

G ERVASIUS (b), vir nulli in regno sapientiâ et honestate secundus, secundem Avesgaudi avunculi sui gaudenter suscepit: qui cum esset benedictionem adeptus, Herbertus Comes, cognomine Bacco, avunculus Herberti qui fuit temporibus Avesgaudi Episcopi, invidiæ stimulo inflammatus eò quòd rebus ditior... per duos annos aditum intrandi prohibuit ei. Expleto autem duorum annorum spatio, recepit eum in sede Herbertus Bacco. Ille verò in cathedra gloriosissimè repositus, dedit suis Canonicis dona... regali auctoritate perpetualiter corroborata, et sigillo Henrici Francorum Regis signata. Domino autem Gervasio in sede residente, Herbertus Bacco cepit eum irritare. Videns verò Præsul suum Episcopatum nec per Regem, nec per seipsum à Baccone posse defendi; petivit quidam à Rege Henrico, quod utinam non petisset; scilicet ut daret Episcopatum Gaufrido Andegavorum Comiti solummodo dum viveret, ut liberius à Comite Cenomannico illum defenderet: illo etenim mortuo in regiam manum rediret: quod factum versum est in malum. Audiens autem Herbertus Bacco, quòd ita Præsul egisset, invidiâ motus, accusavit eum apud Gaufridum Comitem, multum deprecans, ut ab Episcopatu et honore paterno privaret eum, si posset. Quod cum audisset Gervasius Præsul, consilium iniit cum parochianis et heroibus terræ, dicens illis, ut exheredarent illum Baconem, forasque civitatem projicerent; et rectum heredem,

Cap. 31.

An. 1036.

(a) Ex posteriori scilicet parte, quæ à variis Auctoribus scripta est, pro variis Pontificibus sub quibus quisque vixit, ut Mabillonius notat pag. 336.

(b) In Charta de fundatione Monasterii B. Johannis Bapt. de Mota, quæ præcedit hoc Caput, sic legitur: Ego Suavis Miles quemdam locum meo tempore constructum à genitore meo jam defuncto Achardo, nec non genitrice mea adhuc superstite Helvisa... juxta castellum quod jure hereditario dono senioris mei Gervasii teneo, permissione ejusdem, cum consensu matris Helvisæ fratrumque meorum Harduini, Hugonis, Raynaldi, Rodulfi ac sororum mearum

Hildegardis, Hisceline, Adelæ, Agnetis, Helvisæ... in potestatem Monasterii Miciacensis trado... Dominus meus Gervasius quæ ibidem proprium tenebat concessit cuncta... Tam ego quam dominus meus Gervasius, admonitu à [Miciac.] Congregationis Patre venerando capitis canitie dealbato, Fulcone nominato, adivimus in cunctis egregium Antistitem Cenoman. Avisgaldum Comitemque Herbertum... Domino meo assistente Gervasio, fratribusque ipsius Avisgauldo Guillelmo, Roberto, Comes Herbertus mee cunctis intromavit, etc.

Hugonem videlicet Herberti filium, bonæ indolis adolescentem omninò honore exheredarent; quod et factum est. Hugone autem apicem Comitatus adepto, Monachus effectus est Herbertus Bacco. In tantum autem Pontifex Gervasius dilexit Hugonem, quem de sacro fonte susceperat, ut quæreret ei uxorem, Bertam videlicet nobilissimam feminam, Alani Britannorum Comititis olim conjugem. Quæ res Gaufrido Comiti valdè displicuit, sicut probavit rei eventus. Hugo cum suis militibus propter uxorem abiit: Gaufridus autem castellum Lit igne cremavit. Pro talibus enim factis extunc nimis alter alterum odivit, scilicet et Comes Pontificem, et Pontifex Comitem. Videns ergo Gaufridus quòd consilio domini Gervasii Episcopi, ad ruinam et ad suum detrimentum Hugo Comes uxorem fortissimam duxisset, Judam portans in pectore, mandavit in dolo Gervasium Episcopum, ut traderet eum: quem traditum misit in carcerem, ac tenuit eum in vinculis usque ad septem annos, sperans se pro hoc castrum (a) Lit habiturum: sed nihil ei profecit, quia illud bene custodierunt milites castellani. Dum hæc ita se haberent, mortuus est Comes Cenomannicus Hugo, Gervasio Præsule adhuc in vinculis constituto. Dominus verò Gervasius de morte Comititis valdè est contristatus; et Gaufridus Andegavensium Comes è contrà est gavisus. Comite autem Hugone secundum legem Christianorum sepulto, Gaufridus Comes honorem suscepit usque ad decem annos. Cives vero Cenomannici uxorem Hugonis cum infantibus plorantem per unam portam projecerunt, et Gaufridum Comitem gaudentem intrare fecerunt. Cùm autem audisset Præsul Gervasius in vinculis, quæ fecissent heroes Cenomannici; vitæ diffidens, non habuit aliquam spem ultrà vivendi: velit (b) an nolit, castellum Lit reddidit. Dum hæc agerentur, Comes Gaufridus Gervasium de carcere exire permisit; tali videlicet sacramento, ut quandiu ipse Gaufridus adviveret, intra civitatem Cenomannicam Gervasius non intraret. Cùm verò videret Præsul, quòd neque in urbem, neque in castellum suum posset intrare; abiit (c) ad Willelmum Normanniæ Comitem, ac quidquid ei Gaufridus fecit, ut quomodo eum tradidit, illi mœrens retulit. Quod cùm audisset Comes, motus, dedit ei aurum et argentum, castella fortia et bona largissima. Dum autem Præsul Gervasius in Normannia apud Comitem moraretur, accidit ut Wido Remensis Ecclesiæ Archipræsul moreretur. Audito autem à Rege Henrico, quòd mortuus esset Wido, dedit Archipræsulatum Præsuli Gervasio: qui gaudens suscepit illum, postquam XX annos Cenomannicam rexit Ecclesiam (d).

An. 1055.

Cap. 32.

Ut audivit Gaufridus Comes... congregavit populum terræ suæ et omnem Clerum, ut Cenomannensi Ecclesiæ eligerent Episcopum. Illis verò in unum congregatis, Vulgrinum Monachum et Abbatem, virum prudentem et bonum aedificatorem [elegerunt]. Hic namque Vulgrinus ex Vindocinensi castello ortus, miles quidem primùm, deinde Monachus effectus in Cœnobio S. Martini Monasterii-majoris sub abbate Alberto, qui tunc temporis Monasterium illud honestè regebat, Christo regulariter militavit... Gaufridus Andegavorum Comes petivit ab Abbate Alberto ut daret eum sibi, quatinus SS. Sergii et Bacchi Monasterio, quod destructum erat, et in quo vix duodecim Monachi vivere poterant, Abbatem constitueret: cujus petitioni Albertus Abbas obtemperavit; et Vulgrinus Prior, Abbas constituitur Monasterio illi... Quinto ordinationis suæ anno fundamenta matris Ecclesiæ ampliora quàm fuerant, inchoavit; sed morte inopina superveniente, perficere non potuit... Vixit in episcopatu annos IX, menses VIII, dies XI; et mortuus est ac sepultus in Capitulo S. Vincentii Martyris.

(a) Al. Lid; id est Lidi vel Ligeri, seu potiùs Liderici castellum, quod Lidericus fl. le Loir, præterfluit.

(b) Malè apud Mabillonium, venit Annolit.

(c) Dum Cenomannensium Episcopus erat [Gervasius], et curiam Willelmi Ducis Normannorum, cui valdè familiaris erat, crebrò expeteret, apud Uticum sæpè fuerat honorificè susceptus. Ex libr. 3 Orderici Vit. pag. 474.

(d) In Charta quæ ibidem sequitur, sic de se et parentibus suis tradit Gervasius: Pro requie

sancti antecessoris et avunculi mei Avesgaudi necnon genitoris cum genitrice mea, Haimonis scilicet et Hildeburgæ... Annuale avunculi mei domni Avesgaudi Episc. agatur, qui Jerosolymis rediens apud Verdunum VI Kal. Nov. obiit, ibique sepultus est à Ramberto Episc. in Basilica suæ sedis. Sic et qui et eadem die accidit sorori ejus, quippè matri mee Hildeburgæ. Nec prætermittatur illud patris mei Haimonis XVIII Kal. Febr. accidens, necnon ordinationis mee XIV Kal. Jan.

A Post obitum domni Vulgrini domnus Arnaldus Episcopatum Cenomannicæ urbis adeptus est. Hic verò Arnaldus ex Abrincensi territorio oriundus, nepos fuit Rotberti cujusdam Grammatici sapientis ac religiosi viri, qui tempore suo tam sanctæ doctrinæ exercitio, quàm sacrorum librorum instructione, seu dirutarum Ecclesiarum restauratione maximam Cenomannensi Ecclesiæ utilitatem noscitur contulisse. Cujus disciplinæ prædictus Arnaldus admodum eruditus, et cum eo ab ipso pueritiæ tempore conversatus, honestatis quoque ipsius exemplum studuit imitari. Unde post ejus mortem loco ipsius successit, et scholarum regimen prudentissimè gubernavit. . . Electioni contradixere nonnulli. . . quia fuerat filius Sacerdotis (a). Unde Cenomannenses Clerici ad Papam Alexandrum legationem miserunt. . . Papa rescripsit, quòd videlicet in Christo spiritualiter renato generatio carnalis nihil posset officere. . . si nullus eo melior in Ecclesia illa poterat reperiri. . . Fabrica novæ Ecclesiæ quam Præsul Vulgrinus inchoaverat, fundamentorum mobilitate atque lapidum debilitate corrupta. . . nocturno tempore collapsa est. . . Episcopus totam cœpti operis fabricam usque ad ima fundamenta destruens, denuò ipsam Ecclesiam fundamento firmiori et lapide solidiori (b) construere cœpit.

Cap. 33.

(a) De Arnaldo filio Sacerdotis intelligendus est Gratianus Di. 63 cap. 34.

(b) Restauratio, ut legitur infrà, tantos sumptus

tantumque studium exposcebat, ut sexaginta annorum spatio nequaquam consummari potuerit.

C EX HISTORIÆ ANDEGAVENSIS FRAGMENTO (a),

AUCTORE FULCONE COMITE ANDEGAVENSI.

Apud Acherium Spicilegii Tom. III in-folio, pag. 233.

SUCCESSIT ei [Fulconi] filius ejus, avunculus meus, Goffridus Martellus; cujus probitas et prudentia in rebus sæcularibus multa fuit, et fama laudabilis per totum regnum Franciæ. Ille autem in vita patris sui Miles existit, et novitatem militiæ suæ contra finitimos exercuit, fecitque duo prælia; unum apud Montemconsularem (b) contra Pietavos, ubi Comitem Pictavensem apprehendit; et aliud contra Cenomanenses, ubi Comitem eorum similiter cepit, qui vocabatur Herbertus Baconus: contra suum etiam patrem guerram habuit, in qua mala multa facta fuerunt, unde postea valdè pœnituit. Postquam autem pater ejus de Jerusalem, ut prædictum est, rediens, vitam hanc exiit * possedit terram patris et civitatem Andegavis; cepitque guerram contra Theobaldum Comitem Blesensem, filium videlicet Comitis Odonis; et ex voluntate Regis Henrici accepit donum Turonicæ civitatis ab ipso Rege; unde postea guerra inter eum et Comitem Theobaldum adeò ingravata est, quòd inierunt prælium inter civitatem Turonum et Ambasium castrum; in quo prælio ipse Theobaldus captus est, et usque ad mille de equitibus suis. Accepit itaque civitatem Turonicam, et castella in circuitu, Chinonum et Insulam et Castrum-Rainaldi et S. Anianum. Pars E autem alia Turonici pagi sibi contigerat possessione paterna.

An. 1040.

* Al. exiit

(a) Infrà consignatur ætas Auctoris. Ceterum vide paginam 203 Tomi nostri X, ubi primam edidimus partem hujus insignis monumenti.

(b) In Gestis Consulum Andeg. prope oppidum Caput-Vultonæ. Valesius arbitratur Montem-Consularem esse Montem-Contorium, *Moncontour*: quod castellum jacet inter Mirebellum et Lausdunum. « Certè, inquit, à Fulcone Reclino Mons-Consularis » in pago Pictav. Mirebello et Faia medius interponitur. Mirebellum autem Moncontorio et Faia » Vinosæ in Pictonibus proximum esse constat, et »

» inter utrumque castellum ferè medium... Robertus de Montecontorio litteris Goffridi Martelli » pro Vindocin. Monasterio testis præ cæteris sub » eripsit anno ML, Indict. III, regnante Henrico » Fr. Rege anno imperii XIX... Beslius, *Montcontour* latinè Montem-Comitis interpretatur. Mons » autem Comitis et Mons-Consulis, sicut Comes » et Consul, una res est. Moncontorii tamen » Pictonici vulgarem appellationem, *Moncontour*, à Monte-Comitis deducendam esse non » puto ».

lis et cum Bituricensibus, et cum Guillelmo Consule Pictavorum, et cum Aimerico Vicecomite Thoarcensi, et cum Hoëllo Comite Namnetensi, et cum Britannorum Comitibus qui civitatem tenebant Redonensem, et cum Hugone Cenomanensi Consule qui exierat de fidelitate sua; propter quæ omnia bella, et propter magnanimitatem quam ibi exercebat, meritò Martellus nominatus est, quasi suos conterens hostes.

* *Al. cujus* In hujus * extremo vitæ anno me nepotem suum ornavit in Militem (a) in civitate Andegavi, festivitate Pentecostes, anno ab Incarnatione Domini An. 1060. millesimo sexagesimo; et commisit mihi Santonicum pagum cum ipsa civitate, causâ cujusdam guerræ quam habebat cum Petro Didonense. Ætas autem mea decem et septem erat annorum, quando me fecit Militem. In eodem porrò anno Rex Henricus obiit (b) in nativitate S. Johannis; et meus avunculus Goffridus tertio die post festivitatem B. Martini, hono fine B quievit: nocte siquidem illa, quæ præcessit diem finis ejus, deponens omnem curam militiæ rerumque sæcularium, Monachus factus est in Monasterio S. Nicolai, quod pater ejus et ipse multa devotione construxerant, et rebus suis suppleverant.

Honorem itaque suum, quem ab exteris gentibus defendendo, multa tranquillitate securum et opulentum tenuerat, sub aliquanta tribulatione vexandum dimisit; surgente videlicet dissentione propter eundem honorem inter me et meum fratrem. Quam tribulationem cum per annos octo protendissemus, guerram sæpè facientes, et interdum inducias habentes; cum etiam fratrem meum de vinculis, ubi eum teneram, liberavissem jussu Papæ Alexandri; invasit me iterum idem frater, ponens obsidionem circa quoddam castrum * meum, quod vocatur Brachesac; ubi equitavi contra C illum cum illis proceribus, quos Dei clementia mihi permiserat; et pugnavi cum eo campestri prælio, in quo eum Dei gratiâ superavi; et fuit ipse captus, et mihi redditus, et mille de civibus suis cum eo. Proinde accepi civitatem Andegavim, et Turonum, et Lochas, et Londunum * (c); quæ sunt capita honoris Andegavorum Consulium. Tenui igitur honorem illum XXVIII annis, usque ad terminum illum quo scriptum illud facere disposui; in quibus XXVIII annis et in aliis octo (d) qui præcesserunt, si vis audire quæ gessi, proseguere quæ scribo, et cognosces quæ facta sunt.

(a) Nota usum temporis inter Optimates Regni.

(b) Sic in Ms. Codice 1261 Reginae Sueciæ: apud Acherium verò, in civitate.

(c) Castrum hoc, *Loudun*, positum est in confinio Andegavorum, Turonum et Pictonum. Inter probationes Historiæ Trenorc. exstant Isenberti Episc. Pictav. litteræ, in quibus Hugo nobilissimus vir *Ecelesias tres, quas in castro Laus-*

dun. de feodo gloriosissimi Principis Gaufridi Com. Andeg. tenere videbatur, Monachis Trenorc. pro redemptione animæ suæ, Arsendis uxoris suæ, et filiorum suorum Hugonis scilicet atque Teobaldi, D concedit in manu Guilelmi Abb. anno MLX.

(d) Per quos scilicet de honore Andegav. contendit cum fratre suo, ut suprâ legitur. Fulco igitur seriùs quàm notavimus pag. 203 Tomi X, scripsit; nempe anno 1096 aut 1097.

EX GAUFREDI MALATERRÆ HISTORIA SICULA (a)

Apud Muratorium Tom. V Scriptorum Rerum Italicarum pag. 549.

Cap. 1. libr. 1. NORMANNIA patria quædam est in partibus Galliæ, quæ quidem non semper Normannia dicta fuit; sed regalis quondam Francorum Regum E fiscus, cum suo toto cujus pars erat, generali nomine Francia nuncupabatur. . . Est piscosis fluminibus et feralibus silvis abundantissima, accipitrum exercitio aptissima, frumenti et cæterarum segetum fertilis piscinis uberrima, pecorum nutrix. . . Porrigitur terra illa à pago Pontiniensi * quem ab Cap. 2. * Pontivensi orientali parte sui habet secus mare Anglicum, quod ab aquilonari parte adjacet, usque in Britanniam quæ fines ejus occidentales claudit; ab occidentali verò et meridiano cornu, pago Cenomannico terminatur usque in

(a) Hanc Historiam, quæ ad annum duntaxat 1098 producitur, *elegantem Libellum* vocat Ordericus Vitalis. Pagio tamen barbarus videtur ejusdem Auctor. Is fuit Gaufridus Malaterra,

Normannus et Monachus Benedictinus, qui stilo quidem simplici, non tamen per humum repente, scripsit rogatu Rogerii Siciliæ Comitis qui obiit anno 1101.

A Carnotensem ; et à Carnotensi clauditur Velcassino et Belvacensi usque Pontinum * . . . Est gens astutissima, injuriarum ultrix ; spe aliàs plus lucrandi, patrios agros vilipendens, quæstus et dominationis avida, cujuslibet rei simulatrix, inter largitatem et avaritiam quoddam medium habens ; Principes verò delectatione bonæ famæ largissimi ; gens adulari sciens ; eloquentiæ studiis inserviens in tantum, ut etiam ipsos pueros quasi Rhetores attendas ; quæ quidem nisi jugo justitiæ prematur, effrenatissima est ; laboris, inediæ, algoris, ubi fortuna expetit, patiens ; venationi, accipitrum exercitio inserviens ; equorum, cæterorumque militiæ instrumentorum et vestium luxuriâ delectatur. Ex nomine itaque suo terræ nomen indiderunt : North quippè (a) Anglicâ linguâ, aquilonaris plaga dicitur ; et quia ipsi ab aquilone venerant, Normanni dicti terram ipsam etiam Normanniam appellarunt. In cujus quidem provincia civitas est, quæ Constantinum dicitur ; in cujus territorio villa est, quæ Altavilla nuncupatur.

* Pontivum
Cap. 3.

B Erat Miles quidam præclari admodum generis, qui ab antecessoribus suis hæreditario jure sibi hanc villam relictam possidens, Tancredus nomine, duxit uxorem moribus et genere splendidam mulierem, nomine Moriellam ; ex qua legali successione annorum quinque filios, postea futuros Comites, suscepit ; Guilielmum videlicet cognomine Ferrea-brachia, Drogonem, Hunifredum, Gaufredum et Serlonem. Horum matre defuncta, cum ipsa ætas adhuc viridis patri continentiam denegaret, honestus inhonestos coitus abhorrens, secundas nuptias celebravit . . . Ducta verò Fransendis vocabatur, generositate et moribus priore non inferior ; quæ legitimis terminis marito septem peperit filios, non minoris pretii vel dignitatis futuros à prædictis fratribus ; quorum nomina subtitulamus hîc : primus Robertus Guiscardus, postea totius Apuliæ Princeps et Calabriæ Dux, vir magni consilii, ingenii, largitatis et audaciæ ; secundus Malgerius ; tertius Guilielmus ; quartus Alveredus ; quintus Humbertus ; sextus Tancredus ; septimus Rogerius minor, postea Siciliæ debellator et Comes. Mater verò accuratissimè et materno affectu filios suos nutriens, tanto amore ipsos qui non sui, sed mariti sui ex præcedenti uxore erant, amplectebatur, ut vix discernere posses, nisi ex aliqua causa didicisses, quis filius vel quis non filius esset. Unde et à marito plus amabatur, et à circumstantibus plurimum adpretiatur. Infantes verò, ut ætas illis ministrabat, pueriles annos transcendentibus, cum jam adolescentiam unus post alium attigissent, cœperunt militaribus disciplinis adhiærere, equorum et armorum studia frequentare, discentes seipsos tueri

Cap. 4.

C et hostem impugnare.

D Sed cum viderent, vicinis senibus deficientibus, hæredes eorum pro hæreditate inter se altercari, et sortem quæ uni cesserat, inter plures divisam singulis minus sufficere ; ne simile quid sibi in posterum eveniret, consilium inter se habere cœperunt ; sicque communi consilio prima ætas, præ cæteris adhuc minoribus magis roborata, primò (b) patriâ digressi, per diversa loca militariter luerum quærentes, tandem apud Apuliam Italiæ provinciam, Deo se ducente, pervenerunt.

Cap. 5.

Juniores verò fratres quos ætas adhuc domi immorari cogebat, præcedentes

Cap. 11.

(a) Eandem etymologiam Vacæus in sua Historia fabulosa exprimit his versibus :

*Oir devez done Normanz furent,
Et dont Normanz cest nom rechurent,
Quant a vers Septentrion,
Que nos char el ciel apelon,
C'est air, c'est eiel ou terre ou mer,
Tuit seulement gent Nort apeler ;
Par Nort un vent qui sort et vient
De là où le ciel le char tient.
Engleiz dient en leur langage,
A la guise de lor usage,
En Nort allon, de Nort venon,
Nort fumes touz, en Nort manon,
Des autres venez sont ensement
Mer de Nort dironz solement.
Mant en Engleiz et en Norroiz
Seusefe home en Francheoiz :
Ajoutez ensemble Nort et Mant ;*

Ensemble dites donques Normant.

*C'est hors de Nort en Romanz ;
Delà vient le nom as Normanz,
Normanz doivent estre apelé ;
Normandie qu'ils ont peuplé,
Por ceu que Normanz la peuplerent,
Qui en la terre converserent.
Franchois dient que Normandie,
Ce est la gent de Normandie,
Por ceu qu'ils vindrent d'autre terre,
Por miez avoir et por miez querre.
Jadis soloient Ortenoiz
Cil de Norverge et li Danoiz,
Et autres gens de North aler
Autres terres prendre et rober.*

(b) Scilicet Guillelmus, Drogo et Hunifredus seu Umfridus : quorum digressionem perperam refert Muratorius ad annum 1035, ut patebit ex Guillelmo Apuliensi.

seniores fratres apud Apuliam fortiter agendo altioris culmen honoris et dominationis ascendisse fama referente cognoscentes, quàm citò ætas permisit, ipsi quoque subsecuti sunt, duobus tantùm in patriâ relictis, ne hæreditas vel competens stirps alienaretur. Abeuntes verò remanentibus ut remanerent vix persuaserunt; sed in hoc potiùs prævaluerunt, quòd hæredibus eorum, si se sequerentur, de his quæ adquisituri erant, sese benefacturos polliciti sunt. Sed perlongum est huic Operi per singula perstringendo inserere, qualiter apud Apuliam egerunt. Hoc tantùm summatim non solùm nos, sed etiam res ipsa testatur, quòd omnem patriam armis domantes sibi (a), subjugaverunt. Subsequente enim se suorum et parentum et compatriotarum, sed et reliquarum circumadjacentium regionum ipse quæstûs maxima multitudine, ipsi impigri largitores, quasi fratres suscipientes, equis, armis et vestibus ac diversis muneribus ditabant. Quibusdam etiam terrarum loca largissimè impertiebantur, omnibus divitiis hujus mundi auxilia fortium militum præponentes.

Cap. 19. Rogerius verò minor frater, quem adhuc domi juvenilis ætas et amor parentum detinuerat, subsecutus in Apuliam venit... Erat juvenis pulcherrimus, proceræ staturæ, eleganti corpore, linguâ facundissimus, consilio callidus, in ordinatione agendarum rerum providus, omnibus jocundus et affabilis, viribus fortis, militiâ ferox; quibus artibus brevi tempore omnem gratiam meruit.

Cap. 38. Sed ne aliquis existimet illos, qui in Apuliam cum aliis fratribus non venerunt, minoris valentiæ à reliquis fratribus fuisse, et ideò in Normannia remansisse, de Serlone pauca dicenda sunt. Hic denique cùm in Normannia inter militiæ laudabiliores appetiaretur, à quodam potente injuriam passus, C dum vindicari studet, illum interficit. Unde iram Roberti Comitis, filii Ricardi II, patris verò famosissimi Regis Anglorum Guilielmi ferre non valens, in Britanniam declinavit; ubi aliquandiu commoratus, omnium gratiam strenuitate sua obtinuit; perque legatos pacem à Comite Roberto expetens nec obtinens, multis incursionibus Normanniam laccessivit. Et cùm quodam tempore idem Comes Robertus in confini Franciæ et Normanniæ castrum quod Taulerias (b) dicitur obsedisset, miles quidam Francigena à castro diatim exiens, et singulare certamen ab exercitu Normannorum expetens, multos prosternebat. Comes verò damnum suorum timens, omnibus interdixerat ne aliquis illi obviaret; sic suis excusationem tribuens, ut cùm quod periculosum erat refugerent, non hoc jam timori sed Principis interdictioni ascriberent. Quod cùm Serloni in Britannia, ubi tunc temporis morabatur, D relatum fuisset, ignominiam populi sui non ferens, duobus tantùm armigeris comitatus Taulerias venit: summo diluculo ante portam singulare certamen offerens, de equo hastâ innixus expectat. Porrò ille, qui alios dejicere solitus erat, indignatus, cum maximo furore splendidus in armis ferventi equo advolat; quis sit requirit, ut à loco recedat vitam tuendo hortatur. Illo nomen revelante, sed à loco recedere nolente, dum fortiter congreditur, aliorum prostrator forti hastili prosternitur. Serlo, pluribus utriusque partis aspicientibus, non tamen quis esset scientibus, victor ad gloriam Normannorum efficitur: sicque caput abscissum lanceæ supponens, per medium suæ gentis castrorum, nulli verbum faciens, in Britanniam redire accelerat. Comes ergo legatum mittens, quisnam sit perscrutari jubet, et ut ad se veniat præcipit. Sed cùm renuntiatum fuisset hunc Serlonem E filium Tancredi esse, et à Britannia causâ improprietatis à populo suo expellendi

(a) *Franci infrascripti, videlicet Drobertus Biscardus, Guillelmus Ferabrachia, Unfridus, Drognus et Rogerius fratres quinque, iidem filii domini Goffridi Comitis de Normandia, quorum fuit caput et Dux dictus Drobertus, recedentes cum eorum comitiva de suis partibus Normandiæ, venerunt ad partes Ducatus Apuliæ et Principatus Capuæ; et obtinuerunt aliqua ex dictis locis, anno videlicet Dom. MLVII, et deinde transiverunt ad insulam Siciliæ anno Dom. MLX... Ad urbem Panormi acquirendam nimium laborantes per annos XI... in fine dictorum XI annorum habuerunt in totum urbem præfatam anno Dom. MLXXI. Ex Chronico Sicil. cap. 6. apud Martenium Tom.*

3. Anecd. col. 8. Hos autem Normannos cave ne confundas cum aliis, de quibus in Chronico Casariensis sive Piscariensis Monasterii apud Acherium Tom. 5 Spicil. legitur: *Anno ab Incarn. Dom. MXVI, Normanni Melo Duce cæperunt Apuliam expugnare.* Variis enim et solidis rationum momentis probat Pagius, primum Normannorum in Apuliam adventum cum anno 1016 copulandum.

(b) Alii vocant Tegulense et Tegulariense castrum, alii Tegularias et Telerias, Gallicè *Tilliers* et *Tillers*, corruptè pro *Tuilliers*. Locus est autem in Normannia ad Arvam fl. *Aure*, Franciæ Normanniæque terminum.

A venisse ; se autem iram Principis, quia infensus erat, declinare ; & patriâ quamvis penuriosum, libenter donec Principis ira sedetur, dum ipse jusserit, exulare ; Comes pietate motus, et tanto viro ulterius carere nolens, ad se jubet accersiri. Venienti occurrit, gratiam suam indulget, osculo securè reddit, quæ habita amiserat restituit ; uxori, cui plures possessiones compe-
tebant, auget ; inter sibi familiares retinet.

De Tancredo verò tantorum filiorum patre aliquid memoriâ dignum dicere nec absurdum est. Tempore quippe juventutis suæ militaribus exercitiis deditus, et diversarum regionum et Principum curias perlustrans, multa strenuæ laudis avidus agendo, cum ipsa laude et plurima lucratus est. Cum autem esset in familia Comitis Normannorum Ricardi II, quadam die idem Princeps venatûm pergens, tali enim exercitio, ut mos est divitibus, non
B minimum (a) delectabatur ; aprum miræ enormitatis, quem singulare dicunt, movit. Erat autem sibi mos, sicut et pluribus aliis Potentibus est, ut venationem quam ipse moveret, nullus præter ipsum occidere præsumeret. Porrò canibus aprum velocius insequentibus, cùm Comes præ opaca densitate spinosis saltibus tardius insequeretur, canibus infestioribus aper timens à fine lacerari, rupe quadam inventa, ipsâ pro muro à cauda utitur, et dentosum caput ad se tuendum canibus offert : sicquè canibus venatoris auxilio destitutis, cùm jam aper de ipsis spumante dente multas strages faceret, casu Tancredus supervenit ; visaque strage molossorum, quamvis morem Principis non ignoraret, tamen succurrendum canibus accelerat. Aper verò ipso
C viso, canibus spreto, firmo impetu super eum irruit. Sed Tancredus cùm esset fortis viribus, audaci ense illum suscipiens, non quidem illum ictu feriendo, sed acuto mucrone per durissimam frontem usque ad præcordia impingendo, capulum fronti adjunxit, nihil ex longissimo ense præter capulum extra corpus apri remanente : sicque dejecto ense in fronte linquens, ipse ne à Comite hoc fecisse deprehenderetur, longius avulsus est. Comes verò veniens, aprum mortuum miratus, utrum vulnus aliquod habeat, socios lustrare jubet ; deprehensoque ense adhuc in fronte defixo, impulsus miratur, cujus ensis sit requirit ; ne se hujus facti actor celet, ita condonatur. At cùm à Tancredo factum deprehensum fuisset, à Comite et cæteris omnibus plurima laude extollitur ; et cùm antea in pretio fuerit, majori deinceps habitus est, et dudum postea in curia Comitis decem milites sub se habens servivit. (b)

Cap. 40:

(a) Quant Guillaume [Comte d'Hiesmes] fut hors de prison, il ne sceut où aler : si se mucha par III jours, pensant qu'il feroit. Car bien sçavoit que Richard son frere estoit moult amé du Roi de France et de tous ses voisins. Si regarda Guillaume que son frere estoit moult pitoyable et de bonne nature, et espia une fois que son frere estoit alé chassier en la forest de Vernucil: si y ala et trouva son frere qui estoit loings de ses gens, et n'avoit avec lui que Radolf son oncle, etc. Ex Historiâ Ms. Normanniæ, Gallicè scripta.

(b) Excerptum aliud ex Gaufredo Malaterra, Chesnii imitatores, edemus in Volumine sequenti ; ibique fusiùs agemus de eodem Scriptore, et refellemus commentum seu delirium Job. Harduini, qui in suis Adnotationibus in Librum cui titulus, *Défense de la Monarchie de Sicile contre les entreprises de la Cour de Rome 1716*, tradit Gaufredum fuisse falsarium et impostorem, qui non scribebat nisi post annum 1302. Adnotationes autem laudatæ Harduini, Gallico idiomate exarantur, et leguntur in Ms. Codice Reg. 6178. A. art. 1.

EX BREVI CHRONICO (a) S. MARTINI TORNAC.

Apud Martenium Tom. III Anecd. col. 1453.

ANNO MXXXV. Balduinus Barbatus Comes Flandrensis obiit; et Balduinus filius ejus (b) succedit.

MXLI. Infra octavam Pentecostes bis ebullivit sanguis ex pavimento in Monasterio S. Amandi Helnonensis.

MLIV. Henricus Imperator super Balduinum irruit: Tornacum igni tradidit.

An. 1060. MLXI. (c) Henricus Rex obiit: Philippus filius ejus succedit.

MLXVI. Willelmus Normannorum Comes Angliam intrat. Obiit S. Tietbaldus.

MLXVII. Obiit Balduinus Comes: Insulæ sepelitur: Balduinus filius ejus succedit.

MLXX. Balduinus Comes obiit: Hasnonio sepelitur.

MLXXII. Arnulfus puer Comes Flandriæ, filius supradicti Balduini à Roberto patruo suo apud Cassellum (d) perimitur.

MLXXIV. Gelu magnum à Calendis Novembris usque in medio Aprilis fuit.

MXCII. Restauratio Cœnobii S. Martini apud Tornacum.

MXCIX. Jerusalem capitur [à Crucesignatis].

(a) Hic finem accipit Chronicon præsens. Adeat autem lector Notam pag. 205 Tomi nostri X, ubi ejusdem Opusculi pars exhibetur.

(b) Is Balduinus V est hujus nominis, quem anno tantum 1036 Balduino IV patri successisse quidam contendunt. Idem verò præcedentium Flandriæ Comitum gloriam facile offuscavit, inquit Meyerus, addens eum Pium fuisse cognominatum.

(c) Corrig. *MLX*. Gravius peccat vetus Chronicon anno 1135 scriptum, quod refert Tomus I Ms. Durandi in Biblioth. S. Germani à Pratis ex Ms. Cod. Reginae Sueciæ 1627, et in quo sic legitur: *Anno MLXXI regnavit super Francos Philippus annis XLIX.*

(d) Alii Scriptores habent, *apud Casletum.*

EX CHRONICO VIRIDUNENSI (a),

AUCTORE HUGONE ABBATE FLAVINIACENSI.

Apud Labbeum Tom. I Novæ Biblioth. Libr. Mss. pag. 184.

An. 1033. ANNO à Passione Domini M, ab Incarnatione verò MXXXIII (b), cœpit placida serenitas terræ dulcedinem Creatoris ostendere, et frugum abundantiam (c) portendere. Tunc per Aquitaniam, et Arelatensem et Lugdunensem provincias, ac per universam Burgundiam Concilia (d) instituta sunt, et pax firmata. Statutum est etiam sextâ feriâ à vino, et septimâ à carnibus abstinere, nisi gravis infirmitas intercederet; et tunc tres pauperes reficerentur. Eo quoque anno tanta copia frumenti, vini ceterarumque frugum extitit, quantam in subsequente quinquennio quis sperare non potuit.

An. 1028. Postquàm Robertus Comitatum Normanniæ est adeptus, hunc ter beatum Richardum [Abbatem Viridun.] inter primos habuit, consilioque ejus E regni Normanniæ tractabantur negotia. Tunc exstitit quidam Britto, nomine

(a) De Viridunensi Chronico quod ad annum 1102 perducitur, et de ejusdem Auctore egimus pag. 205 Tomi nostri X.

(b) Sic juxta Glabrum, à quo hîc et infra Hugo Flaviniac, quædam mutuatur, annus 1033 ab Incarnatione concurrit cum anno 1000 à Passione. Vide pag. 47, 49 et 53 ejusdem Tomi X.

(c) Ex Glabro Auctor noster malè ad annum 1028 suprâ, scilicet ibid. pag. 209, retulit horrendam famis ac luis cladem. Fames autem à messe anni 1030 grassata est usque ad messem proculdubio

anni 1033. Nam, ut tradit Glaber Scriptor cœvus, orbem triennio afflixit hoc malum; et ipsi finem attulit annus 1033, quo *prope Ecclesiam S. Johannis in Castanedo (Chastenay) quidam feralis homo inventus [fuerat.] cum XLVIII capitibus trucidatorum, quorum carnes voraverat: tunc etiam carnes humanæ in forum Trenortii delatæ [fuerant] ac si venundandæ, etc.*

(d) Ad extinguenda scilicet privata bella, quæ passim tunc temporis excitabantur inter provincialium Duces Comitibusve, ut monuius in Glabro pag. 49. Consule hunc locum.

- A Ermenoldus, homo mentis perversæ detestandæque famæ, qui totam vitam suam Diabolo dicaverat, ut post experimentis probatissimis compertum est. Hic horis et momentis omnibus cum Diabolo loquebatur, et quidquid sibi agendum foret, illius nebuloso alloquio disponebatur. Hic per suscepta iniquitatis consilia... apud præfatum Principem omnes Optimates totius regni accusavit, quasi qui ejus meditati essent dejectionem et necem; et ita statum totius terræ perturbavit, ut verè Diaboli (a) hoc opus esse, ejus hoc artificium, ejus commentum agnosceretur. Inflammatur Princeps adversus Optimates, fiunt dissidia, excitantur jurgia, et uno intestino bello tota debacchatur Normannia. Hac crescente discordia, Comitatum Pater Richardus adire compellitur, et adjuncto sibi domno Ermenfrido Rotomagum advenit; et pace inter Principes restituta, prædictum Ermenoldum aliquantisper mitiorem, quia ante conspectum servorum Dei cassabatur omnis diabolica
- B astutia, convictum et correptum secum Virdunum deduxit, Monasticis vestimentis induit... Simulabat ille ad tempus se philosophum, ut crederent eum, qui non noverant, theosophum... Omnis ejus astutia et nequitia brevi cognita est... Redit ad sua, utitur arte imprudentissima, et iterum perversitate malignitatis ejus corrumpitur Normannia... Postquàm plures Optimatum Normanniæ, conjuratione conficta et imposita, duello superavit, quos convictos principalis severitas oculis terrisque privaverat, à quodam forestario convictus, superatus et occisus, finem vitæ fecit et criminum.
- Veniamus igitur jam nunc ad illud lacrymabile bellum, apud Bar (b) castrum habitum anno Incarn. Dom. MXXXVII, in quo cecidit Odo filius Odonis, filii Tetbaldi Carnotensis cujus cognomen fuit Tricator, qui
- C Willelmum Normannum Rollonis filium dolo interfecit; qui ex sorore Heriberti Trecorum Comitis genuit Odonem, ut diximus, patrem hujus Odonis. Et ut plenius illucescat rei veritas, dicamus quæ fuerit causa tanti certaminis. Conradus Burgundiæ Rex accepit uxorem Mathildem, sororem Lotharii junioris Regis Francorum; et data est ei à Lothario in dotem Lugdunum, civitas Galliarum nobilissima. Ex illa Mathilde genitus est Rodulfus Rex, qui præfuit Burgundiæ post patrem; et Gisla quam Conradus Imperator duxit uxorem, ex qua genuit tertium Heinricum; Berta etiam, quam accepit Odo Carnotensis, ex qua genuit hunc Odonem. Rodulfus verò Rex absque liberis existens, Conrado Imperatori Burgundiæ regnum dereliquit; dans ei lanceam S. Mauricii, quod erat insigne regni Burgundiæ. Eo verò defuncto, et Conrado regno potito, Odo, quia erat ex sorore
- D Rodulfi, sumpta tyrannide, ad regnum cœpit aspirare: et qui erat acris animi et ferocis ingenii, frequentibus irruptionibus irrupit fines Burgundiæ; obtinuitque civitates (c) et castella usque ad Juram et Montem Jovis; et magnus factus est vehementer. Obsedit quoque Viennam quam ea conditione in fœdus recepit, ut præstituto termino in eadem urbe Rex appellari et coronari debuisset. Infra hunc terminum expeditionem movit in regnum Lotharingiæ, et Bar castrum cepit; dimissisque ibi militibus quingentis, ad alia se convertit, quia curis (d) agitabatur innumeris. Rebellerat enim contra Heinricum Francorum Regem, Roberti filium; et è contra cœptis ejus obsistebat Conradus Imperator, quorum lis magna fuit: qui misit ad expugnandum illum Gozelonem (e) Ducem. Hoc Odo agnoscens rediit, et se ad bellum contra Lotharienses accinxit. Gozelo autem Dux totius primæ
- E Retiæ, cum nimio exercitu irruens in eum, cum diu utrimque pugnatum fuisset, exercitum ejus in fugam vertit; et ibi Odo ipse miserabiliter corruit. Cujus corpus lacerum venerabilis pater Richardus et Rogerius Catalaunensis

Pag. 185.

An. 1037.

An. 1032.

(a) Ermenoldi mala mens, profectò erat ipsi Diabolo. Interim adverte genium Scriptoris seu ætatis.

(b) Dux Fredericus suæ utilitatis insudans negotiis, castrum cognominatum Barrum construxit in prædio Tull. Ecclesiæ: qua de causa Gerardus [Episc. Tull.] Ottonem Majorem adiit, et ei injuriam illatam suæ urbi intimavit: à quo Dux satisfacere jussus pro pervasione prædii, mutue vicissitudinis conditione, duas Abbatis Mediani Monasterium et Galileam cum aliquot villis patrimonii sui contradidit ei. Ex cap. 10 lib. 2

Gest. Abbatum Mediani-Monasterii apud Marten. Tom. 3 Anecd. col. 1121.

(c) Apud Wipponem cepit pro cepit secundum horum temporum loquendi morem.

(d) Confer hanc narrationem cum cap. 9 lib. 3 Glabri Histor. pag. 41, et facillè deprehendes Abbatem Flaviniac. in multis usum fuisse laudato Scriptori.

(e) Gozilo, qui obiit anno 1044, Dux erat Lotharingensis. Lotharingiam autem aliquando dictam fuisse Rhetiam commentum est Glabri, ut notavimus ibidem pag. 52.

Episcopus à cæde susceptum, reddiderunt uxori; et est sepultum Turonis. A
Cecidit in bello illo et Manasses Comes et Eurvinus et Dido, et Virduni
sepulti. Walerannus quoque Comes in bello ipso à Godefrido Gozelonis
Ducis filio graviter vulneratus, cùm jam deficeret pugnans, vitam poposcit
et membra, ut liceret ei apud Virdunum sub regimine Patris Richardi Mo-
nasticis indui vestimentis, sicut Deo devoverat; quod et obtinuit: et bello
exacto, cum præfato Patre rediit, et Monachus factus est.

An. 1035.
Pag. 186.

Anno ab Incarn. Dom. MXXXV Robertus Comes Normannorum Hiero-
solymam ivit, infinitam pecuniam secum ferens, quam omninò pauperibus
partitus est; et in redeundo apud Niceam obiit: cui successit Willelmus in ætate

* Henricum

puerili... Willelmus fraude suorum Normannâ pulsus, Robertum * Fran-
corum expetivit Regem; qui bello et manu vâlda congressus, victis et pro-
stratis Normannis, de traditoribus iudicio dato, Comitatum ei restituit. Qui B
postea Mathildem Balduini Flandrensis sororem in matrimonium accepit.
Hic etiam tanto amore venerabilem hunc, de quo sermo agitur, coluit,
ut ejus consiliis in illa tempestate palatina disposeret moderamina.

An. 1038.

Rambertus Virdunensis Episcopus Hierosolymam vadens, villa Belgrada
obiit anno Dom. Incarn. MXXXVIII, pontificatûs sui anno XIII; et post-
modum tempore Richardi successoris sui à Clericis Bernero et Bernardo relatus,
Virduni est sepultus in Monasterio. Hoc etiam anno obiit Amedeus Abbas
Flaviniacensis, XIII. Kal. Aprilis.

* III

An. 1039.

Anno ab Incarn. Dom. MXXXIX, die * Kal. Julii, VI feriâ, lunâ
XXVIII, facta est eclipsis solis. Sol enim factus est saphirini coloris: et
eadem die Natali Apostolorum quidam Romanorum in Clementem Papam C
insurgentes, et interimere eum volentes, cùm non potuissent, à sede eum
depulerunt. Sed Conradus Imperator illuc veniens, propriæ eum sedi resti-
tuit; et eodem anno apud Saxoniam obiit, et tertius Henricus successit.

An. 1044.

Glab. pag. 61.

Clemens quoque Papa obiit. Henricus verò post mortem Ramberti, primo
regni sui anno, viro Dei Richardo Episcopium Virdunense concessit: sed
vir mitissimus hoc renuit; et Richardum suum in baptisate filiolum, Hil-
dradi Comitum filium, inthronisari fecit. Eo tempore in mense Novembrio,
lunâ XXVIII, facta est eclipsis solis; et visa est stella, quæ Lucifer dicitur,
vespere sursum et deorsum agitari, quasi comminando terrigenas.

An. 1031.

Fuit quoque in illis diebus suprataxatis, circa annum millesimum Domi-
nicæ Incarnationis, dissentio maxima post mortem Burchardi (a) Lugdu-
nensis Archiepiscopi; qui hoc solùm fecit nobile, quòd periit pro Episco-
patu ipso quem multi superbè appetebant. Et primus omnium, prædicti D
Burchardi nepos, Burchardus Augustanus Episcopus, relicta propria sede,
procaciter Lugdunensem arripuit; et post multas perpetratas nequitas cap-
tus à militibus Imperatoris, perpetuo est condemnatus exilio. Post eum Ge-
raldus Comes filium suum puerulum arroganter ibi, sola præsumptione auc-
tore, constituit: et hic in fugam versus, delituit.

An. 1025.

Glab. pag. 60.

Regebat eo tempore regnum Francorum Henricus, Roberti Regis ex
Constantia filius. Nam Hugo, qui adhuc decennis coronatus est, immaturâ
morte præventus est. Tertium Robertum cùm voluisset mater facere Regem,
nec potuisset, Ducem constituit Burgundiæ. Fuit quoque dissentio magna
inter ipsum Henricum et filios Odonis, qui apud Barrum obiit, Tetbaldum
et Stephanum; adeò ut idem Rex, ablato ab eis dominio Turonicæ urbis,
daret illud Gotfredo Tuditi filio Fulconis, qui eam toto anno obsedit: et E
inito bello, Stephanus fugatus est; Tetbaudus captus cum suis, ante civi-
tatem deductus, reddidit eam Gotfrido, et in captione remansit. Mille sep-
tingenti, et eo ampliùs, viri absque sanguinis effusione in prælio capti sunt.

Pag. 187.

Ea tempestate Imperator ex omni imperio suo Episcopos congregari fecit,

(a) Hugo Flaviniac. sequutus Glabrum, confusè
hic et forsàn interurbato ordine res narrat; quas
Galliæ Christ. novæ Auctores recta serie sic dispo-
nunt: Burchardus II obiit anno 1031: statim Odilo
designatus est ejus successor, cui Johannes XIX
renuente scripsit anno 1032: interea Burchardus
defuncti nepos sedem occupavit, et tenuit ad annum
1034: successit Gerardi filius, sed haud magis

felici eventu. Vide Tomi X nostri pag. 61 et 62,
ubi non dissimulamus verisimile haud esse, tam
longo tempore, nempe usque ad annum 1041,
vacasse Lugdun. sedem. Girardi enim filius modi-
cum tempus hanc cathedram tenuit, ut ait Glaber
ex quo Pagius colligit Burchardum anno circiter
1029 demortuum.

A et contra simoniam agens, ita orsus est: « Lugens vobis incipio loqui, etc. (a) ».

Hic [Gregorius VI (b) Papa] S. Odilonem instituens Lugdunensi Ecclesie ordinari Pontificem, misit ei pallium et anulum. Sed vir religiosus humilitati studens, hoc renuit; pallium tamen et anulum retinuit, servans illud Pontifici qui dignus esset: quod usque hodie Cluniaci habetur. Heinricus verò, recepto regno Austrasiorum, comperta dissentione condoluit; et apud Bysuntium anno ab Incarn. Dom. MXLI, electione Cleri et populi firmatum, domnum Odelricum Lingonensem Archidiaconum, speciosis ornatum indumentis, ad Lugdunensem destinavit sedem; et facta est provincie quies, et gaudium populo. Anno ipso Treva Dei primum statuta est et firmata; et pax ipsa Treva Dei appellata, quae non solum humanis praesidiis, sed et di-

An. 1041.

B vinis confirmata est terroribus. Quam cum nolisset recipere gens Neustriae, viro Dei Richardo praedicante, et ut eam susciperent, quia voluntas Domini erat, et a Deo non ab homine decretum hoc processerat, ammonente, divino judicio coepit in eos desævire ignis qui eos torquebat: et eo anno ferè totus orbis penuriam passus est pro raritate vini et tritici. Sequuta est è vestigio mortalitas hominum praemaxima anno ab Incarn. Dom. MXLII. Multi eorum, qui torquebantur ab igne, venientes ad virum Dei, meritis ejus et precibus curabantur medica virtute Dei. Superest adhuc domnus Eduensis Episcopus, vir vitae longævitate grandævus, qui et referre solitus est, quia cum à S. Odilone et caeteris ipsa pax divinis revelationibus instituta, Treva Dei appellata, et ab Austrasiis suscepta fuisset, et voluntas omnium in hoc esset una, ut ubique servaretur; negotium hoc strenuitati hujus patris nostri Gratiae-Dei ab

An. 1042.

C omnibus impositum est, ut ejus studio et industria pax eadem in Neustria servaretur; eò quòd certi essent de eo, quòd tanta esset ejus erga omnes et omnium erga eum gratia, ut quidquid servandum doceret, servaretur à cunctis, quidquid vitandum monstraret, id cuncti vitarent. Quamobrem satagit pater venerabilis, ut tantum bonum gratanter ab omnibus susciperetur; sed perversa quorundam voluntas et mens indomita, quasi inauditum hoc respuit; quasi qui nollent instituta paterna violare, et nova atque inaudita suscipere. Unde et subsequuta est divina ultio, ignis scilicet in rebelles et contumaces desævians à Domino, quo torquebantur qui viro Dei resistere et mandata ejus contemnere non verebantur. Videres Monasterium eximii Patris, ardentium turmis refertum; quos ipse Sanctorum reliquiis, aqua benedicta respersis et vino lotis, et pulvere qui de petra sepulchri Domini radebatur vino ipso consperso et ad potandum miseris dato, pace firmata et jurata pristinae sanitati reddebat. Pro innumeris autem turbis confluentium infirmorum vas potui illi paratum erat, ut si advenirent aegroti, potus salutaris non deesset; ne fallerentur, si hora incompetenti venissent; neve tunc foret necessitas recurrendi ad abluionem Reliquiarum; quod post expletionem Missae impleri mos erat.

Anno igitur ab Incarn. Dom. MXLV Heinricus duxit uxorem nomine Agnetem (c) filiam Willelmi Pictavensis apud Bysontium, ubi affuerunt Episcopi XXVIII. Cum enim esset alias bonus, et omnes ejus sitirent dominium, carnis tamen incontinentiam frænare non potuit . . . Quando lues illa de qua mentionem fecimus, populum vastavit, cum populus dilaberetur et civitas Virdunensis ferè redigeretur in heremum . . . communi voto

An. 1043.

Pag. 188.

E deliberatum est, B. Vitoni implorandum esse praesidium . . . Quarto necdum exacto anno, viribus corporis coepit Pater [Richardus] destitui . . . Mox itaque Abbatiae S. Petri Catalaunensis Odilardum Abbatem instituit, Bello-loco Patrem Richardum delegit, Cœnobio S. Huberti Theodericum, S. Urbani Stephanum . . . Has enim Abbatias ipse per se regebat . . . Illucescente itaque

Pag. 189.

(a) Ut apud Glabrum cap. 5 lib. 5, pag. 62.

(b) Sic Auctor Chronici Ms. Cluniae. Gregorium VI nominat. Attamen non Gregorius, qui non nisi anno 1044 electus est, Archiepiscopatum Lugdun. obtulit Odiloni; sed Johannes XIX, qui obiit anno 1033. Apud Acherium enim Tom. 2 Spicil. pag. 387 exstat Johannis ad Odilonem Epistola, qua eum

urget ut hoc onus non refugiat.

(c) Hoc matrimonium ad annum 1043 referendum est, cum Hermann Contracto, Hepidanno, Lamberto et Chronographo Andegavensi. Graviter enim peccat Glaber qui illud differt in annum 1045; quem Hugo Flaviniac. imitatus est.

- die mensis Junii XIV, quod est XVIII Kal. Julii, hora jam imminente A
 An. 1046. tertia . . . requievit hic Pater noster, anno ab Incarn. Dom. MXLVI, regi-
 Pag. 190. minis sui anno XLII, regnante terris Heinrico Conradi filio. Supervixit
 verò [Virdunensis] Episcopus Richardus usque ad mensem Novembrium,
 et obiit VIII Id. Novemb. . . . Eodem anno ordinatus est Lugdunensi Ec-
 clesie Archiepiscopus domnus Halinardus . . . Regimen quoque Virdunensis
 Cœnobii (a) Walerannus suscepit, homo in seculo (b) nobilissimus, Gel-
 duini (c) Comitis filius; qui in bello apud Bar castrum in geniculo vulnera-
 tus, claudicabat: cujus frater fuit Hugo Lingonensis Episcopus, postea à
 S. Leone IX in Remensi Concilio depositus. Episcopatum autem Virdunen-
 sem Theodericus suscepit, Wezelonis Comitis filius; cujus primo bene-
 An. 1047. dictionis anno Templum S. Mariæ à Duce Godefrido et Balduino (d) suc-
 census est, vasa sacra ablata, civitasque destructa VIII Kal. Novembris. B
- Theodericus Basiliensium Episcopus vir multæ auctoritatis et gratiæ . . .
 in deducendo novo Episcopo Virdunum missus ab Imperatore . . . Rodulfus
 tertius post eum [Richardum Abb. Virdun. fuit] successor . . . Abbas S. Tri-
 nitatis de Monte Rotomagensi, Hugo nomine, cum esset in obsequiis Co-
 mitis Normanniæ Willelmi, jam tunc Regis Anglorum . . . [accidit] ut, cum
 Pag. 191. pro legatione quadam idem vir, à quo hæc audivimus, quadam vice Virdu-
 num mitteretur, inter alia id ab eodem Rege et honorabili ejus conjuge ei
 daretur in mandatis, ut Cœnobium nominatissimum S. Vitoni expeteret . . .
 Pag. 192. Tempore quo id gestum est, (e) puerilis adhuc ferula nos [regebat].
- Anno ab Incarn. Dom. MLI Leoni IX successit Victor, et III anno obiit;
 An. 1055. et successit ei Stephanus, qui et Fredericus, frater Godefridi Ducis; cujus
 An. 1057. primo Papatûs anno obiit apud Goslare Henricus Imperator, et exsequiis C
 An. 1056. ejus interfuit; qui et Spiræ sepultus est anno ab Incarn. Dom. MLVI. Et
 remansit Agnes Imperatrix cum filio parvulo, qui et regnum obtinuit sub
 An. 1058. tutore regni Annone Coloniensi Archiepiscopo. Obiit quoque Stephanus
 anno MLVIII . . . Successit ei Nicolaus, qui II anno ordinationis suæ Con-
 cilium habuit in Basilica Lateranensi, mense Aprili, Indict. XII, ubi . . .
 An. 1059. ait . . . « Decernimus (f) atque constituimus, ut obeunte hujus Rom. univer-
 » salis Ecclesiæ Pontifice, imprimis Cardinales Episcopi diligentissimâ simul
 » consideratione tractantes, mox sibi Clericos Cardinales adhibeant, sicque
 » reliquus Clerus et populus ad consensum novæ electionis accedant; ut
 » nimirum ne venalitatis morbus qualibet occasione subrepat . . . salvo debito
 » honore et reverentiâ dilecti filii nostri Henrici, qui impræsentiarum Rex
 » habetur, et futurus Imperator Deo concedente speratur, sicut jam sibi D
 » concessimus; et successorum illius, qui ab hac Apostolica sede personaliter
 » hoc jus impetraverunt, etc. »
- Cum reverteretur [Româ Walerannus] apud Aremari Monasterium ve-
 Pag. 194. neno periit, et Grimoldus successit . . . Nicolaus quoque Papa obiit anno
 An. 1060. eodem, id est MLX (g) ab Incarn. Domini; et sequenti anno Walerannus
 An. 1061. decessit, et sepultus apud eundem locum. Anno igitur MLXI Nicolao Pa-
 An. 1063. pæ successit Alexander II. Millesimo quoque LXV anno, Indict. III, stella quæ
 cometes dicitur, apparuit; et eodem anno (h) Edwardus Anglorum Rex
 obiit: qui quia sine filiis fuit, consanguineum suum Willelmum Normannorum

(a) His et suprâ jam dictis de eodem Waleranno consona narrat Laurentius de Leodio in sua Episcoporum Virdun. Historia Tom. 12 Spieil. pag. 278. Adde Vitam B. Richardi, sæc. 6 Bened. part. 1 pag. 562.

(b) *Vir consanguineus tuus Walerannus Abbas*, inquit Nicolaus II in litteris ad R. Comitem Ruthen. *pro fundis Virdun. Ecclesie sitis in Ruthen. Comitatu, quos S. Vitono auferebat, id est Maderniacum, Pulniacum, etc.*

(c) Ejus memoria in Necrologio Viton. habetur his verbis: *XP Kal. Jun. Golduinus pater Waleranni, conversus et Monachus, qui plurima nobis dedit.* Sic adnotat Mabillonius ad Vitam B. Richardi.

(d) Incendium hoc ad sequentem annum rejicitur in Chronico S. Vitoni.

(e) Sic pluribus in locis ætatem suam prodit

Auctor.

(f) Decretum, quo Cardinalibus attribuitur Romani Pontificis electio, edidit Nicolaus ad frequentia schismata præcavenda. Ex hoc tempore dignitas Cardinalium longè majori in pretio esse cœpit, ut notant Historici. Electionem autem tunc ad Cardinales, nudam verò electi approbationem ad Clerum et populum pertinuisse, eruitur ex decreto electionis Gregorii VII et ex Epistola XX lib. 1 Petri Damiani: qui Clerus et populus à jure approbationis exclusus est sæculo sequenti.

(g) Obiit Nicolaus II anno 1061; et in Chronico S. Vitoni Walerannus mortuus dicitur anno 1060.

(h) Auctor, cujus annos plures emendavimus in margine, hîc veterem computandi modum sequitur: nam juxta novum calculum Eduardus obiit tantum anno sequenti.

A Comitem post se regnare instituit. Sed Heroldus contra sacramentum quod Willelmo fecerat, regnum invasit. Ipso anno, mense Octobri, Willelmus mare transiit; et commisso prælio II Idus Octobris, ruit Heroldus: et Willelmus die Natalis Domini apud Londoniam in Regem elevatus et coronatus est. . . Alexander Papa Giraldum Ostiensem Episcopum qui Petro successerat, ad Gallias destinavit, et vices suas ei per Franciam et Burgundiam commisit. At ille ex præcepto Papæ Concilium apud Cabilonem instituit, cui præerat Roelenus Episcopus, litteris apprimè eruditus, et in lectione divinorum voluminum studiosissimus. An. 1066.

Anno igitur ab Incarn. Dom. MLXXVIII (a), præsidente Romanæ Ecclesiæ Papa Alexandro, Giraldus Ostiensis Episcopus, Romanæ Sedis legatus in Galliis, Concilio Cabiloni habito, Romam rediens et apud Diens urbem hospitatus, cum Clericis in Ecclesia de utilitate Ecclesiæ loquebatur. Erat enim in eadem urbe Lancelinus simoniacus dictus Episcopus; qui vocatus ad audientiam, cum venire renueret, et se in domo Episcopali manu militari defenderet, et Episcopatum retinere tentaret; tractabat Legatus cum civibus, Canonicis et plebis majoribus, quid de Episcopo agerent. . . Ecce personit ad aures eorum advenisse illuc, et Ecclesiam qua tenebantur, intrasse orationis gratiâ donnum Hugonem Lugdunensem Camerarium, præcinctum et paratum ad equitandum: ibat enim Romæ ad S. Petrum. Nec mora, Spiritûs Sancti gratiâ eorda suorum illustrante, fit clamor et concursus fidelium: ocreatus cum calcaribus invenitur, rapitur, tenetur; in conspectu Apostolicæ Sedis Vicarii summo omnium favore et gratiâ deducitur; quòd dignus sit qui possit Ecclesiæ præesse et prodesse, acclamatur. Reclamabat ille, etc. . . . Cum ferè omnes Ecclesiæ possiderentur à militibus et quibuslibet secularibus. An. 1073.

Obierat ipso anno Papa Alexander in ipso Apostolorum Petri et Pauli natalitio, et substitutus erat unanimi Cleri et populi electione Gregorius VII, etc.

Migravit ad Dominum [Robertus Abbas et fundator Casæ-Dei] anno MLXVII, successorem suum designans nomine Durannum. Pag. 195.

(a) Ita scriptum est in Ms. quod est ipsum Hugonis autographum: sed corrigendum MLXXIII; quandoquidem hoc ipso anno, quo electus est Hugo Diensis, mortuus est Alexander II, ut infra dicitur. Deinde tradit Auctor factum hoc esse à Giraldo Ostiensi, præsidente Ecclesiæ Rom. Papa Alexandro: atqui Alexander obiit anno 1073. Pag. 197.

D

EX EPITOMA (a) MS. HISTORIÆ WILLELMI GEMETIC.

Ex Apographo D. Danse Canonici Belvac. et Sociorum ejus.

RICHARDUS II, peracto vitæ suæ tempore, moritur anno ab Incarnatione Domini MXXVI; terramque reliquit Richardo III filio suo, alteri verò Roberto Comitatum Oximensem. Is autem Robertus fratri suo Richardo invidens, dominiumque ejus contemnens, post biennium (b) intra Falesiæ castrum se contulit ad resistendum illi. Richardus autem Dux Falesiam obsedit, et tandiu oppugnavit, donec Robertus datis dexteris subjeceretur, et in concordiam rediret. At verò Dux Richardus, soluta obsidione, Rotomagum rediit; et cum suorum nonnullis, ut plurimi ferunt, veneno vitam finivit: quo decedente Robertus frater ejus in totius Normanniæ Ducatum ab omnibus subrogatur. Is, quamvis ferox esset moribus, tamen erga Dei cultum pius exstitit ac devotus. Cum autem egregiè et militariter terram suam diserneret, Rex Henricus, patre Roberto adhuc vivente, in An. 1026.

(a) Opus hoc ab Hastingo ad annum 1106 deducitur. Illud autem descripserunt viri eruditi Belvac. à nobis laudati, ex Codice Ms. membrano; qui ipsis videtur exaratus sæculo XII, et qui olim fuit Abbatiae S. Geremari Flaviacensis.

(b) Sic apud Willelmum Gemet. mors Richardi III anno tantum 1028 contigit. Verum

contendit Pagius Willelmum in emortuali anno Richardi deceptum fuisse. Nam, inquit, non solum in Chronicis Virdunensi, in priori S. Michaëlis de Monte et in Rotomagensi ad annum 1026, Richardus III eodem anno, id est, ut existimo, Ducatus, mortuus dicitur; sed etiam in Chronico Fontanell. ab Auctore hoc tempore vivente elucubrato.

- Regem unctus ; postremò (*a*) dum à matre Constantia tam novercali odio est A
afflictus, ut de regno eum expellere satageret, et Robertum fratrem ejus
Ducem Burgundiæ in loco illius subrogare. Qua de re Henricus Rex Rober-
tum Normanniæ Ducem adiit, et per fidei debitum sibi ab eo subveniri
An. 1032. petiit. Recepit autem Dux eum honorificè ; et tandiu crebris conflictionibus
rebelles Regis oppugnavit, donec coacti Regi suo subicerentur, Reginæ-
que conatus exinanirentur.
- An. 1033. Postmodum mandavit Dux Robertus Chunuto Regi ut jamjamque mise-
reretur Etuardi et Alvredi, filiorum scilicet Edelredi Regis Anglorum, quem
Suenus de regno expulerat, ut præfatum est, cum eisdem filiis suis. Sprevit
autem Chunutus legatos ejus. At verò Robertus Dux naves et exercitum
An. 1034. copiosum apud Fiscannum paravit ; se in velificando retroacti à vento,
transfretare nequiverunt. Verum non longè post adsunt legati Chunuti Re- B
gis nunciantes illum medietatem Anglici regni velle reddere filiis Edelredi
Regis, eò quòd gravi premeretur incommodo. Idcirco Dux Robertus dis-
tulit illam navigationem, viamque Jherosolimitanam aggressus est : in qua
peragratis Sanctorum locis, in revertendo diem clausit extremum apud Ni-
ceam urbem, sepultusque est in eodem loco. Successit autem ei Guillelmus
An. 1035. filius ejus, ex concubina natus, nomine Erleva, filia Fulberti Cubicula-
rii. Qui mox, ut potè nothus, penè ab omnibus spretus est : sed auxilio
Henrici Regis Francorum, qui tribus millibus armatorum cum triginta mil-
libus Normannorum pro eo pugnavit, tandem ad culmen Ducatus victor at-
tigit. Eadem tempestate Chunutus Rex Anglorum obiit ; cui successit filius
ejus Heroldus ex concubina nomine Effigiva natus. Cujus mortem Etuardus
An. 1036. audiens, qui cum Duce apud Normanniam degebat, quantocius sulcato C
mari cum XL navibus, Hantoniam appulit ; et cum innumeris Anglorum
populis congressus, qui ibi morabantur, victor rediit. Frater ejus Alveredus,
per Guitsantum (*b*) trans fretum fretans, venit Doroberniam : quem
quidam Goduinus Comes in fide sua suscipiens, sub eadem nocte prodiit ;
eumque cum nonnullis suorum destinavit Heroldo Regi, ligatis post eum
An. 1040. manibus ; qui mox eum oculis privavit. Non multò post obiit Heroldus, cui
successit Hardechunutus ex Emma matre Etuardi natus : qui confirmatus in
An. 1042. culmine regni, fratrem suum Etuardum totius regni reliquit heredem.
- Sub ea tempestate bellum exortum est inter Henricum Regem Franco-
rum et Guillelmum Comitem Normannorum : qua de re bellum grave com-
An. 1054. missum est inter eos apud Mortuum-mare anno Dominicæ Incarnationis
MLIII, ubi victores fuerunt Normanni. Porrò Rex Etuardus (*c*) prole D
carens, Guillelmum Ducem Normanniæ statuit regni sui heredem. Misit
etiam ei Heraldum, ut de corona sua fidelitatem ei faceret, et sacramento
promissum firmaret. Qui tempestate impulsus, Pontivum appulit ; captusque
à Guidone Comite Pontivi, mox requisitus est à Guillelmo Duce, et vio-
lenter extortus. Fecit ergo Heraldus Comiti Guillelmo fidelitatem regni An-
glici. Sed cum longè post Etuardus obiisset, perjuravit, regnumque quod
An. 1066. Guillelmo juraverat, sibi usurpavit. Unde Guillelmus indignatus, congre-
gans tria nullia navium, apud Sanctum-Gualaricum Pontivo transfretavit ;
factoque congressu, Anglos quidem superavit, occidit autem Heraldum.
Facta est hæc victoria anno ab Incarnatione Domini MLXVI. Deinde in se-
quenti Nativitate Domini in Regem Anglorum unctus est : qui multis strenuè
gestis, ad finem vitæ veniens, alterum quidem Robertum nomine Nor- E
mannico Ducatui præposuit, alterum nomine Guillelmum regno Anglorum.
Porrò tertium filium imposuit Comitatus Constantiniensi, nomine Henricum.
- An. 1100. Mortuus est autem iste Guillelmus minor Rex Anglorum sine liberis, cujus

(*a*) Loco postremò dum lege postmodum.

(*b*) Witsantum proximum Calasio, ab alba arena in qua situm est, nomen invenisse ait Lambertus in Giscn. Comitibus, Wît ergo album, Sant aut Sand atque etiam San, sabulum arenamve, Morinorum linguâ, olim significavit. Britannicum portum prope Stronas Witsantum nuncupavit idem Lambertus, hoc est Galliæ portum, Britannicæ adversum ac proximum, et unde commodissimus in Britanniam insulam trajectus est.

Falesius.

(*c*) Edwardus Normannorum consultu quorum fido vigeat solatio, indignam Alvredi fratris sui perniciem ei [Godvino in Anglia Comiti potentissimo] benigniter indulsit : ac ut inter eos firmus amor jugiter maneret, Editham filiam ejus uxorem, nomine tenus duxit. Nam revera, ut dicunt, ambo perpetuam virginitatem conservaverunt. Ex Cap. 9 Lib. 7 Willelmi Gemet. Histor.

A regnum obtinuit Henricus frater ejus; qui etiam confligens cum Roberto fratre suo Comite Normannorum, in vincula eum conjecit; sicque cum Anglia etiam Normanniam obtinuit. An. 1106.

EX HISTORIA ANDAGIN. MONASTERII S. HUBERTI,

AUCTORE (a) ANONYMO, EJUSDEM LOCI MONACHO.

Apud Martenium Tom. IV Ampliss. Collect. col. 921.

B

ANNO incarnati Verbi MXXXIV, decedente Renualdo Abbate, successit ei dominus Adelardus à Reginardo Episcopo Ecclesiæ B. Huberti Abbas ordinatus, qui fuerat Monasterii S. Trudonis Scholasticus et Thesaurarius. Ipse ut erat vir industrius et prudens, cum gravaretur longâ et maximâ famis necessitate, tum etiam inter Imperatorem Henricum et Ducem Godefridum Majorem diuturna et inexorabili seditione, castri Mirvoldi Ecclesiæ acriter imminentis ex edicto imperiali omnium ferè Principum eis Rhenum consistentium gravissima obsidione, tamen commissum sibi locum viriliter detinuit... Habito quoque colloquio apud Evodium inter Imperatorem Henricum itemque Henricum Regem Francorum, ejusdem Imperatoris banno et auctoritate firmatum Ecclesiæ mercatum procuravit, etc. An. 1034.

ANNO incarnati Verbi MLV cum decessisset, successit dominus Theodericus Lobiensis Cœnobii Monachus, à Richardo [Virdun.] Abbate nutritus... litteris adprimè eruditus... In Philosophia famosus et pia concertatione à vicinarum Congregationum Abbatibus ad regendas scholas evocatus, Stabulaus sub Abbate Poppone, deinde Virduni sub Abbate Gualeranno domni Richardi successore, postremò Mosomi sub Rodulfo Abbate, tam studiis liberalibus quàm probis moribus multos instituit... Consecratus est Abbas in Purificatione S. Mariæ... Lambertus [erat ibi] Organista (b)... Se ipsum obstinatione salubri [quidam Lambertus] puniens, ferro (c) per ventrem perque brachia et tibias vinctus, prosequente illum Abbate cum lacrymis, Monasterium exiit, tandemque cum magna defectione pedes Mosomum devenit; ibique tunc temporis vigeat regularis districtio sub Abbate Rodulfo. Col. 922. An. 1055.

ANNO incarnati Verbi MLXXI Helinandus Laudunensis Episcopus monuit eum [Theodericum Abb.] et adjuvit Cellam unam in Episcopio suo construere, videlicet ante Novum-castellum super Axonam, apud Eberneicurtem... Nec multò post Elinandus Pontifex cum Joffrido (d) Parisiacensi Episcopo Coloniâ rediens et ad nos divertens. Col. 929. An. 1071.

ANNO Verbi incarnati MLXXIV Philippus Rex Francorum ab eodem Abbate rogatus, omnes capellas Novi-castelli, quod tunc tenebat, matri suæ Ecclesiæ B. M. quæ est in Ebernei-corte recognovit et reddidit, easque privilegio suæ auctoritatis cum prædicta Cella Ecclesiæ B. Petri et B. Huberti habendas confirmavit. Col. 930. An. 1074.

ANNO Verbi incarnati MLXVIII Arnulfo Comiti Chiniacensi ex patrimonio suo provenerat Cella Pyrensis... Præfatam Cellam Ecclesiæ B. Petri et B. Huberti perpetuò habendam legaliter donavit, addens ei quidquid inter Marbais et Faimum sui erat juris... Pontifex Rem. Manasses altare An. 1068.

(a) Cantatorii seu Historiæ Andagin. Auctor, vir sanè exquisiti judicii, nec pro sua ætate mediocriter doctus, sed et valdè pius, scribebat, ut monet Martenius, incunte sæculo XII, vel anno 1106 in quem desinit ipsius opus, aut sequenti. Diligens certè et accuratus Scriptor, eodem iudice nihil prorsus asserit, quod Monasterii sui monumentis antiquis, aut certè testibus oculatis non sit subnixum. Plures etiam virorum illustrium profert integras Epistolas, multaque adducit in medium quæ ad illustrandam cum civilem tum Ecclesiasticam historiam, præsertim Leodiensem, non parùm conducunt.

(b) Hic locus præsertim observandus, quia

tunc rarissima in Monasteriis erant organa. Marten.

(c) Hæc erat olim pœnitentia eorum qui propinquiores parentes gladio impetebant, ut ex eodem ferro circulo confecto corpus pœnitentis stringeretur, ac peregrinari ad loca sancta, donec circulus ferreus spontè esset disruptus, juberetur: quam pœnitentiam Lambertus tanquam spiritalis parricida in se suscepit. Idem.

(d) Joffridus seu Godefridus filius Eustachii I Comitum Bolon. et Matbildis Lovaniensis, Godefridi Bullion. patruus, Ecclesiam Paris. rexit ab anno 1060 ad 1092. Idem.

B. Hilarii quod est in Guistineo cum capella Guarcenti, altare etiam S. Mariæ in Noviando super Mosam dedit Ecclesiæ S. Huberti... Contigit autem non multò post ut Adelais uxor Arnulfi, soror autem Ebali Rocciensis, defuncta et in introitu Ecclesiæ versus claustrum sepeliretur; Manasses quoque frater ejusdem Arnulfi, divino flagello compellente, Monachus effectus, et post infra mensem mortuus ibidem apponeretur. Erant prætereà quatuor fratres, videlicet Hugo et Ludovicus, Rodericus et Riquinus, filii Richizonis ex Liegarde amita Arnulfi Comitis: horum unus Riquinus ab Heribrando * Bullionensi interfectus, ad caput prædictæ Adeladis est sepultus. Hinc erga locum facti devotiores et Arnulfus et nepotes ejus. Nepotes quidem pro fratre suo dederunt Ecclesiæ quidquid habebant apud Linaium et Carnetum, et quartam partem pontis quæ erat eorum apud Gabelium. Arnulfus verò præter Cellam Pirensem, remisit exactiones quasdam apud Gabelium... Ottone filio suo secum deducto.

* Castellano

Col. 932. Albertus Comes Namurcensis cum in Arduenna silva moraretur gratiâ venandi, et veneratione loci diverteret eum uxor sua Ida, quæ prius fuerat uxor Ducis Frederici, ad Ecclesiam B. Huberti; Theodericus Abbas Comitatum (a) Anseromiæ obtinuit ab eis perpetuò remittendum Ecclesiæ... An. 1066. Hoc etiam anno Willelmus Comes Normannorum debellatis Anglis factus est Rex eorum; qui ne ingratus esset honoris à Deo sibi collati, per Cœnobia totius Angliæ undequaque evocatis præceptoribus religiosis, ordinem perfectæ religionis vel instituit vel reformavit, et per exterioris administrationis leges publicas ad civile decus excoluit. Idem Rex erat largus in donariis.

Col. 933. Hugo Lingonensis Episcopus Hierosolymam iturus, ad expetendum vitæ subsidium eundem Regem adiit, eique quasi ad decentem gratiam hujusmodi salutationem præsentavit:

*Si quis in antè videt qui te circumspicit, ex te
Colligit, antè Comes, Rex modò, Cæsar erit.*

Quæ laus multorum favore exposita et commendata, cum placuisset Regi, longum est memorari quot et quantis donis Episcopum honoraverit... Britannico cuidam Clerico Marbodoni cum recubaret ad prandium Guillelmi Regis, delata est ad bibendum aurea vel argentea navis; quam dum manu teneret, talem de illa versum dixit:

Nec pice nec clavis eget hæc argentea navis.

Col. 934. Adeladis Comitissa Aralæonis fuerat filia nobilissima Ducis Theoderici, soror verò Sigefridi patris Marchissæ Beatricis. Hujus quidam Cubicularius à rabido cane morsus et infectus, solum quod supererat ei remedium salutis ad B. Huberti patrocinium confugit. Ejus enim apud Deum meritis habetur in loco eodem singulare privilegium probatæ virtutis, ut si quis infectus morsu rabido canis aut lupi aut eujuseumque insani pecoris, illò confugiens (b) incisus fuerit, ritumque ejusdem incisionis servaverit, sine dubio evadit periculum certissimæ mortis... Surrexit Abbati [Theoderico ad se venienti Adeladis Comitissa], mirantibus filiis ejus Fulcone et Gualeranno (c)... Videns Abbas copiam magnorum lapidum in fundamento veteris quondam civitatis, nunc autem pro castello mœnibus abbreviatis, ex eisdem lapidibus Ecclesiæ donari expetiit... Libenter illa quod petebatur concessit... Abbas Adelidi et filiis ejus valedixit et ad Monasterium rediit. Mox quoque à Leodio cæsoribus conductis, criptam et claustrum in præsentem statum composuit, advectis ab Ara-leonis columnis cum capitellis et basibus suis et altarium mensis... Illuminavit quoque oratoria quæ extruxerat, pulcherrimis

(a) Hujus Vicecomites *Guillelmus de Virvia cum Hermannus et fratre ejus Rodulfo de Houhaia.*

(b) Haetenus perseverat ille ritus incisionis apud S. Hubertum. Nimirum à rabido animali morsus, post deposita ad Sacerdotem peccata, sacrâ communionem refectis fit cum instrumento in fronte parva incisio, et in vulnere inseritur particula stolæ S. Huberti, quam linteo ad frontem alligato per novem dies morsi deferunt; certam interim vivendi rationem observan-

tes, indubiè sani revertuntur. Hujus etiam ritus meminit Auctor Libri Miraculorum S. Huberti cap. 14 apud Johannem Roberti. *Martenius.*

(c) *Quædam præpotens matrona, Comitissa de castello quod Aralune dicitur, mater videlicet Comitum Walrami et Fulconis, etc.* Ex Gestis Archiepiscoporum Trevir. apud Martenium Tom. 4. Ampliss. Coll. col. 182.

A fenestris, quodam Rogero conducto ab urbe Remensi, valenti admodum viro et promptissimo, hujus artis et peritissimo.

Thietboldus Advocatus ad Ducem Godefridum Majorem se contulit, utque ad firmandum vallum castrum Bulloniensis exigeret injustam angariam de hominibus S. Huberti [frustrà] importunè suggestit... Dux erat vehementis animi.

Col. 937.

Dux Godefridus (a) in Italia infirmatus, et exinde Bullonium reiectus, cum jam desperaret vitæ suæ, missis ad Abbatem Theodericum legatis, satis humiliter ut se visitaret expetiit... Gladium suum sibi deferri jussit, quem assistenti filio suo Godefrido, continuato gemitu pœnitentiæ, Abbati reddendum præsentavit, eumque sibi testem futurum in judicio Dei pro abrenunciatione militiæ sæcularis satis humiliter, magis verò dolenter inelamavit...

Col. 938.

An. 1070.

B Cujus cor non emolliret pœnitentia tam devota tamque humilis illius quondam [superbi] nominatissimi Romanæ urbi Patricii et Præfecti Anthonitani, et Pisani Marchionis, et totius interjacentis Tusciæ et Italiæ dominatoris, invictique Viridunensium Comitum et Lotharingiæ Ducis, Henrici etiam Imperatoris per tot annos acerrimi impugnatoris? Nec multò post ad Ecclesiam B. Petri trans pontem sitam jussit transportari, prosequentibus cum Abbate Theoderico, et Gonzone Florinensi, et Hermendo Viridunensi, filioque Godefrido cum Optimatibus suis... Ibi recensuit, ex edicto Alexandri Papæ separatim se esse à Marchissa Beatrice, et pro ejusdem separationis conditione structurum se Congregationem Monachorum de communibus possessionibus utrimque Deo devovisse... Ad filium inquit: « Præsentem Ecclesiam

C » matremque ejus Saltiacum-rivum confirmo eorum ditioni... privilegio » et auctoritate Alexandri Papæ, ex consensu conjugis meæ Beatricis, » tuoque, mi charissime fili, et sponsæ tuæ Mathildis... » Interea cum vitæ suæ funditus diffideret, Viridunum se deferendum statuit, ubi olim se condixerat sepeliri gratiâ satisfactionis, ex quo eandem civitatem succenderat in contumelia Henrici Imperatoris. Præfixa autem die suæ hujus evectiois, fecit se primum deferri ad Ecclesiam P. Petri... Ab Abbate, ut destinaverat, Viridunum deductus: cum adhuc vivens ibidem moraretur, quæcumque promiserat ei mentitus est filius, factus jam potens hæreditatis paternæ... Supervixit verò ferè per mensem. Viriduni XIII Kal. Jan. terribiliter cœlum intonuit, et in crastinum (b) vitâ decessit. Tunc tandem junior Godefridus (c) qui esset apparuit... Consilio tamen Heribrandi Castellani disposuit Bellam-vallem, etc.

An. 1070.

D Erat non longè à majore Ecclesia fiscus Caviniacus ex patrimonio Richeldis Montensis Comitissæ, quæ viduata Balduino juvene Flandrensium Comite, Flandrias amiserat, occiso filio suo Arnulfo à patruo ejus Roberto Frisone, per manus ejusdam Gerbadonis. Qui Gerbaldo non multò post confusus conscientiâ tantæ injustitiæ et temeritatis Romam petiit, et manus quibus dominum suum interfecerat, domno Papæ Gregorio VII pro pœnitentiâ ejusdem criminis detruncandas obtulit. Gregorius executionem hujus detruncationis magistro coquorum suorum publicè commisit. Edueto Gerbodone ad pœnam quam decreverat pati, prædictum ministrum Papa revocari præcepit, eique secretò edixit, ut si elevato ferro, aliquo modo

Col. 942.

E manibus motis titubaret, continuò eas incideret; si verò constanter persisteret, patientiæ persistentis statim retento ictu parceret. Gerbodo ad ictum perstitit, statimque incolumem deputatus percussor Papæ representavit. Lætatus Papa sic provenisse... Postea [Gerbodo] eximius sub eo [Hugone

(a) Godefridus iste, cognomento Barbatus seu Senior, duas uxores habuit; priorem Dodam appellatam, ex qua suscepit Godefridum Gibbosum, et B. Idam viduam, Comitissam Bononiæ, cujus Vita exstat in Actis Boll. ad diem 13 Aprilis; secundam Beatricem, viduam Bonifacii Tusciæ Marchionis, quæ eidem Bonifacio antè genuerat Mathildem Comitissam.

(b) Bertoldus Constant. scribit obitum Godefridi Ducis accidisse anno 1069 in vigilia Natalis Domini. Lambertus autem Schafn. qui annum à Nativitate Christi sicut Bertoldus inchoat, conjungit mortem

Godefridi cum anno 1070. Lamberto suffragatur Siebertus in Chronico, ubi etiam annum à Natali Christi incipit; licet neuter diei emortualis Godefridi mentionem faciat. Sic etiam ex Fiorentino Godefridus videtur adhuc vixisse anno 1070, Indict. IX. Videat autem Pagius utrum Bertoldus ex probissimo aliquo monumento acceperit diem emortualis ejusdem Ducis.

(c) Godefridus Gibbosus anno ipso 1070 aut superiori, ut videtur Pagio, Malbildem filiam Beatricis uxorem acceperat eaque ratione jus in Principatum Hetruriæ habuit.

AN. 1072. Abb. Clun.] Monachus claruit. Comitissa verò gratiâ Flandrias recuperandi, A et filium suum occisum vindicandi, Philippum Francorum Regem, ipsum quoque Godefridum Ducem, et Albertum Comitem Namurcensem multosque alios Lotharingiæ et Franciæ Principes adversus Robertum condixit, taxato singulis pretio ejusdem conditionis... Richildis cùm amissis tot expensis nihil profecisset, fugato etiam Philippo Francorum Rege à Roberto Frisone, ad domnum Theoduinum Leodiensem Episcopum se contulit, et ei Montense castrum cum omni honore illi subjecto, S. Mariæ et S. Lamberto eundem obtulit. Quæ coëmptio Ecclesias Episcopii afflixit gravissimè, nostram quoque spoliavit ex maxima parte. Intendebat enim Comitissa viribus Episcopi adversus Robertum aliquid posse moliri, sed non prævaluit. Venditum tamen castrum cum suis appenditiis in feodum recepit.

B

EX ACTIS TULLENSIUM EPISCOPORUM (a).

Apud Martenium Tom. III Novi Thes. Anecd. col. 1004.

STEPHANUS successor [Gerardo (b)] exstitit, nobili Parisiensium stirpe editus, de Linerivilla antiqua propagine ortus... [Post hunc] Ottonis III Augusti decreto, Bertholdus... electus, in hac sede est V Idus Oct. Col. 1005. Pontifex ordinatus... Hic acquisivit à Theoderico Duce Askim villam et Alradi-villam et Monoldi-villam, dans in concambium Vamplenam villam et reliquas quas dōmnus Gerardus Præsul à Duce Beatrice pro Barro monte (c) C acceperat. Adeptus est etiam Ecclesiam de Sorciaco ab Hugone Clerico, et prædium Dominica-via dictum, et Ecclesiam quæ dicitur Castellum, et alodium Baddonviler dictum, et Ecclesiam et castellare de Pauniaco, et prædium de Pauniaca-villa, et tertiam partem silvæ de Haseio*, prædium de Marceio, et partem Odelrici in villis de Vasleio et de Longort et de Laio et de Orcadis. Idem impetravit ab Imperatore Henrico et bannum venationis super Mosam fluvium à Segintensi Comitatu usque Sortiacum. Ipse reimpetravit ab eodem Imperatore reddi Ecclesiæ suæ villam in Halsatio sitam, quæ vocatur Belchem, et theloneum et districtum minæ. Adquisivit etiam ab Emma Comitissa prædium quod dicitur Fontiniacum, et à præfato Imperatore quidquid in Caulei-villa videbatur habere. Cœnobium quoque in honore S. Salvatoris in saltu Vosago construxit... Ecclesiam B. Johannis Bapt. quæ dicitur D ad Fontes, necnon Basilicam S. Vedasti intra suam sedem ædificavit, cum Ecclesia S. Genovefæ Virg. in saltu Vosago. Restruxit Bodonis-Monasterium, necnon S. Deodati Cœnobium... Funditùs evertit castrum de Reuvalt et de Pauniaco... XXII annis Pontificali honore potitus... VIII Cal. Sept. Col. 1006. [obiit]... Subsecutus est Herimannus... litterarum studiis, ut decet Nobiles, apprimè eruditus... XIII Cal. Jan. Pontificali sacratus unctione... Septennali vixit tempore... Corpus B. Amonis transtulit... Perfecit castrum Rodortei à suo prædecessore inchoatum, Dominique Martini castellum à fundamentis construxit firmum... Cal. Apr. [obiit]... Successit (d) Bruno, postea Leo IX... Successor Leonis [Udo]... fuit ex nobilissima

(a) Tullensium Episcoporum Acta scripta sunt ab Auctore Anonymo, qui florebat incunte sæculo XII; sic enim desinunt: Anno ordinationis suæ XXXVIII, ab Incarn. MCVII, VII Cal. Decemb. Pibo requievit in Christo.

(b) S. Gerardus anno 963 Episcopus Tull. constitutus fuerat curâ Brunonis Colon. Archiepiscopi, Ottonis Magni fratris, qui, ut col. 1003 ibid. legitur, perpendens [Leucham] urbem Franciæ regno confinem, Romano nuperrimè adjunctam imperio, etc. Sic et col. 1052 in Vita S. Gerardi.

(c) Precariam faciens de Barro-monte, accepit à Duce Beatrice LVIII mansos, videlicet villam Vemplonam; Brilloni-villam, Longam-villam, Reson, Tannum, Nant cum molendino, Corcellas, item Corcellas, Basini-cortem, Malberch: ipse concessit Duci

Beatrici tempore vitæ suæ et post se uni filio suo tenere Abbatis Mediani-monasterii et S. Deodati, retinens in vestitura indominicata Monasteria et X mansos de utroque Monasterio, et altare S. Deodati et decimas minæ argenti, etc. Ex ead. Vita, col. 1069.

(d) In Miraculis S. Gerardi ibid. col. 1077, de regione Tull. ante Episcopatum Brunonis hæc habentur: Gravissimis pestium afflictionibus tota regio diutissimè contabuit... Durissima aëris intemperie desuper tempestatibus et procellis incumbente, dolenda famis subsequente miseria, mortalitatis etiam flebili pestilentia cunctos fines perurgente, diutina quoque Comitæ Odonis persecutione omnia circumquaque prædis ac incendiis devastante, tota penè patria funditùs ad nihilum devenisset, etc.

- A parentum stirpe ortus, ex utraque parte regali stemmate clarus. Pater ejus dictus est Comes Riquinus, ex Reubariorum regione ortus: mater verò ejus Mathildis nomine, ex Alemanniâ duxit genus... Bruno Udonem Romam duxit... Biennio autem ferè exacto, dominus Apostolicus antiquam patriam primamque sedem revisere voluit; et interventu ejusdem Udonis, congregationi S. Stephani Ecclesiam de Franculfi-villa et prædium de Mundrivalle restituit, et eisdem Canonicis privilegium libertatis Apostolica excommunicatione subnixum corroboravit... Dominus Apostolicus demùm disposuit eum [Udonem], præcedente Cleri plebisque electione, in hujus sedis Præsulatûs officio sibi subrogare, legatione ad Henricum III directam... XV Cal. Sept. [unetus est]... ut moris est, posito super humeros ejus sanctorum Evangeliorum libro... Adquisivit ab Haimone Comite Ecclesiam quandam... In destruendo castello Vallicolor (a), in quo annulando suus antecessor Bruno sine fine laboraverat, ita multimodo preeatu et pretio per circumvicinos compatriotas effecit, quòd bis cum armis bellicis à fundamentis dejecit. Monasterium S. Gengulfi (b) * jam diu penè dirutum, et etiam igne combustum fuerat, in congruum reparavit statum... Prædium S. Aniani cum suis appenditiis, in suburbio suæ civitatis situm, ab Indensi Abbate regali auctoritate gloriosi Henrici III Romanorum Imperatoris per commutationem accepit... Urbs Leucha suo tempore multis adversantibus * à circumvicinis compatriotis et extraneis aggravata... Castellum Vallicolor, quod penè XL annis Leuchorum Ecclesiam vehementer afflixerat, se vivente, destructum dimisit; quamvis eodem quo præsentem vitam transiit, fraude quorundam restructum fuerit... Pridie Idus Jul.
- C XVIII suæ ordinationis anno, ab hæc luce subtractus est... Pibo mox successit, etc.

Col. 1007.

Col. 1008.

Col. 1009.

* quod

* adversantibus

(a) Vulgò *Vaucouleur* dicitur, estque castrum ad fl. Mosam, inter Novum-Castellum et Commerceiacum positum. Johannes Paris. in Memoriali Histor. Vallem-Coloris initium Lotharingiæ facit, cui et Verdunum, Tullum ac Mediomatricos urbes attribuit. *Vales.*

(b) *Juxta introitum urbis [Tull.] versus meridiem in honore S. Gengulfi novam construxit Ecclesiam, Sanctimonialium Abbatiam, S. Gerardus; ut legitur in ejus Vita, col. 1055. Hodie hæc in S. Gengulfi Ecclesia insignè est Canonicorum collegium.*

EX INGULFI (a) ABBATIS CROYLANDENSIS

D HISTORIA EJUSDEM MONASTERII.

Inter Rerum Anglicarum Scriptores, etc. Francofurti 1601 fol. p. 895.

EDWARDUS anno Dom. Inearn. MXLIII coronatus [est] in die sancto Paschæ... cui data est in uxorem filia Godwini Comitis puella pulcherrima, litteris (b) apprime erudita... nomine Egitha... Vidi ego illam multotiens... Rex autem Edwardus natus in Anglia, sed nutritus in Normannia et diutissimè immoratus, penè in Gallicum transierat, adducens ac attrahens de Normannia plurimos, quos variis dignitatibus promotos in immensum (c) exaltabat. Præcipuus inter eos erat Robertus Monachus Gemmeticensis, factus per cum Episcopus Londoniensis, postea in Archiepiscopum Cantuariensem elevatus, et Willielmus, Regis Capellani... factus est posterior Episcopus Dorcacistriæ. Cæpit ergo tota terra sub Rege et sub

(a) Ingulfus, vir in omni ferè litterarum genere versatus, obiit anno Domini 1109. In multis rebus non tam ille testium faciliè princeps meritò dicendus est, quàm solus forsitan cui par sit ut credamus. Etenim Ingulfus non solùm oculatus Normanni in Anglia imperii initiorum testis fuit, verum etiam in aula apud Willelmum Regem ad jura sui Cœnobii stabilienda assiduam navavit operam. Sed audiat ipse in nostro Excerpto infra, ubi de se loquitur.

(b) Præsertim *Grammatica soliditate ac Logica levitate.*

(c) *Tempore Regis Edwardi successit [in Episco-*

patu Crid.] Lefrieus apud Lotharingos altus et doctus... Successit Lefrico Osbernus Regis Willelmi tempore, natione Normannus, frater Willelmi præcellentissimi Comitis, in Anglia sub Edwardo Rege liberaliter et domesticè conversatus; quippè qui cognitionem regiam vicino attingeret gradu: unde in victualibus et cæteris rebus ad Anglicos mores priorior, parim Normannorum pompam suspiciebat, consuetudines domini sui Regis Edwardi efferens; et cum per alios exhiberentur, cum assidentibus manu et gestu aggaudens. Ex Willelmo Malmesb. in Gestis Pontificum Angl. lib. 2 pag. 256.

- aliis Normannis introductis Anglicos ritus dimittere, et Francorum mores **A**
in multis imitari: Gallicum idioma omnes Magnates in suis curiis tanquam
magnum gentilitium loqui, Chartas et chirographa sua more Francorum con-
ficere, et propriam consuetudinem in his et in aliis multis erubescere...
pag. 897. Anno Dom. MXLIX terræ motus factus est magnus Kal. Martii die Do-
minica, et magna mortalitas hominum et jumentorum consecuta est... Anno
pag. 898. Dom. MLI. Hoc in tempore illustrissimus ac gloriosissimus Normannorum
Comes Wilhelmus cum multo militum comitatu in Angliam ad Regem
Edwardum venit: quem Rex honorificè suscipiens et aliquandiu secum reti-
nens, ad civitates et castella regia circumduxit, et condignam humanita-
tem exhibens, tandem multis donatum muneribus ad propria dimisit. De
successione autem regni spes adhuc aut mentio nulla facta inter eos fuit...
Anno Dom. MLII Emma, Regina quondam, obiit... Anno MLXV Rex **B**
pag. 899. Edwardus senio jam gravatus, cernens Clitonis (*a*) Edwardi nuper de-
functi filium Edgarum regi solio minùs idoneum tam corde quàm corpore,
Godwinique Comitis multam malamque sobolem quotidie super terram
crescere, ad cognatum suum Wilhelmum Comitem Normanniæ animum ap-
posuit, et eum sibi succedere in regnum Angliæ voce stabili sancivit. Wil-
helmus enim Comes tunc in omni prælio superior, triumphator contra
Regem Franciæ, ac omnes Comites Normanniæ contiguos, publicè per-
sonabat invictus in armorum exercitio, iudex justissimus in causarum judi-
cio, religiosissimusque ac devotissimus in divino servitio. Hinc Rex Ed-
wardus Robertum, Archiepiscopum Cantuariæ, Legatum ad eum à latere
suo direxit; illumque designatum sui regni successorem, tam debito cogna-
tionis quàm meritò virtutis, sui Archipræsulis relatu insinuavit. Ad hoc **C**
Haroldus Major domùs regiæ veniens in Normanniam, se Wilhelmo Comiti
post regis obitum regnum Angliæ conservaturum non tantùm juravit; sed etiam
se ducturum filiam Wilhelmi Comitis in uxorem, data fide spondit; et
super hæc magnificè muneratus ad propria revenit. Anno autem Dom.
MLXVI cometa in cælo apparuit; quod regni mutationem, magnam po-
puli stragem et multam terræ miseriam portendit: unde dicitur illud
metricum:

*Anno milleno sexageno quoque seno
Anglorum metæ crinem sensere Cometæ.*

Ut enim Philosophi dicunt, quò dirigit crinem, illuc dirigit et discrimen (*b*).
Rex enim Edwardus circa Natale Domini ad mortem ægrotabat... In cras- **D**
tino regii funeris Comes Haroldus contra suum statum et jusjurandum
contemptor præstitæ fidei, ac nequiter oblitus sui sacramenti, throno regio
se intrusit... et regnavit mensibus IX. Willielmus autem Comes Norman-
niæ (*c*) Legatos mittit, foedera fracta dicit, pacta patefacit, promissa petit,
et aliquod justum medium confici requirit. At Rex Haroldus Legatos vix
auscultat, foedera fracta negat, pacta recusat, promissa excusat, ac omnia
justa media oblata sufflat et subsannat. Cùmque hæc intermedia quotidie
agerentur, et solùm nunciorum cursus ac recursus tota æstate sine fructu
consummarentur, Willielmus præproperâ querelâ Papam consuluit (*d*), et
ab eo animatus etiam vexillum legitimæ victoriæ pro munere accepit. Ha-
roldus verò iudicium Papæ parvipendens, militiam colligit... Dum (*e*) vic-
toriâ contra Nòricos gloriaretur, Normannos in australi parte regni solidam **E**
terram cepisse in dies per novos nuncios narratur. Rex lætus hesternâ victo-
riâ, simili cum fortuna somniat succedere futura. Prævolat igitur universos,
exercet stimulos; nec de toto exercitu præter paucissimos eum, aliquis con-
comitatur. Perveniens igitur citiùs Hastings, collectaque illic popularium
aliquali turba, confectaque ex iis acie adhuc rudi nimis et tenera, exercitum

(*a*) Quod nomen filiis Regum in Anglia tribuebat. Vide vocem *Clito* in Glossario Cangii.

(*b*) Nota ignorantiam seu superstitionem.

(*c*) Willielmus erat Dux Normanniæ; sed Comes ab Ingulpho, à quibusdam aliis Marchio appellatur, quia hæc tres voces jam diu indiscriminatim sumebantur.

(*d*) Infrà pag. 911: *Edwardi Regis cognatione ac consanguinitate Willielmus fundat conscientiam suam regnum Angliæ invadendi, ceteris Regibus de Danorum sanguine quasi nullius auctoritatis ad alle-gandum interim intermissis.*

(*e*) Hæc potitus fuerat, *cæsis Tostio Comite fratre suo et Haroldo Rege Norwagiæ.*

A non expectat; sed, fatis urgentibus, contra Comitem in crastino dimicat; et fortissimè tota die usque ad vesperum invictus perdurans, ac sæpiùs more gregarii militis manu ad manum congregiendi, cum adversariis robustissimè digladians à dextris et à sinistris, corrui tandem in diei crepusculo, in quodam ubi suos collegerat monticulo cunius sagittatus. Cecidit ibi Rex Haroldus, Comites etiam sui et fratres Gurtha et Leswinus, ac reliquus ejus exercitus nobilium Angliæ universus. Victoriosissimus Rex Willielmus obtentâ palmâ, pervagatâque parvo tempore occidentali Angliæ orâ, Londonias cum Episcopis plurimis petit, et lætanter receptus, ovanterque Rex conclamatus, in ipso die Natalis Domini ab Alfredo Archiepiscopo coronatus, regale solium conscendit... Contra novum Regem plurimi principes terræ aliquandiu reluctati, sed postea fracti viribus ejus et superati, tandem

Pag. 901.

B se Normannorum nutui submiserunt... Comitatus et Baronias, Episcopatus et Prælatias totius terræ suis Normannis Rex distribuit, et vix aliquem Anglicum ad honoris statum vel alicujus domini principatum ascendere permisit... Anglorum erat consuetudo quòd, qui militiæ legitimè consecrandus esset, vespera præcedente diem suæ consecrationis ad Episcopum vel Abbatem vel Monachum vel Sacerdotem aliquem contritus et compunctus de omnibus suis peccatis confessionem faceret, et absolutus, orationibus et devotionibus et afflictionibus deditus, in Ecclesia pernoctaret (a); in crastino quoque Missam auditurus, gladium super altare offerret, et post Evangelium Sacerdos benedictum gladium collo Militis cum benedictione imponeret; et communicatus ad eandem Missam, sacris Christi mysteriis denudò Miles legitimus permaneret. Hanc consecrandi Militis consuetudinem

C Normanni abominantes, non Militem legitimum talem tenebant, sed socordem Equitem et Quiritem degencrem deputabant. Et non tantum hunc morem, sed alias etiam consuetudines immutabant. Nam chirographorum confectionem Anglicanam, quæ antea usque ad Edwardi Regis tempora fidelium præsentium subscriptionibus cum crucibus aureis aliisque sacris signaeulis firma fuerunt, Normanni condemnantes, chirographa chartas vocabant, et chartarum firmitatem cum cerea impressione per uniuscujusque speciale sigillum sub instillatione trium vel quatuor testium astantium conficere constituebant. Conferebantur etiam primo multa prædia nudo verbo, absque scripto vel charta, tantum cum domini gladio vel galea vel cornu vel cratera, et plurima tenementa cum calcari, cum striguli, cum arcu, et nonnulla cum sagitta. Sed hæc initio regni sui; posterioribus annis immu-

D tatus est iste modus. Tantum tunc Anglicos abominati sunt, ut quocumque merito pollerent, de dignitatibus pellerentur; et multò minùs habiles alienigenæ, de quacunque alia natione quæ sub cælo est extitissent, grantanter assumerentur. Ipsum etiam idioma tantum abhorrebant, quòd leges terræ statutaque Anglicorum Regum linguâ Gallicâ tractarentur; et pueris etiam in scholis principia litterarum Grammatica Gallicè, ac non Anglicè traderentur; modus etiam scribendi Anglicus omitteretur, et modus Gallicus in Chartis et in libris omnibus admitteretur (b)... Yvoni Talbois post necem fratrum et Comitum Edwini et Morcarii Luciam sororem eorum cum omnibus terris et tenementis ad eosdem pertinentibus inelytus Rex Willielmus dederat in uxorem... Yvo Comes Andegaviam mittit ad

Pag. 902.

(a) Utinam potius refugerint Normanni à perverso quodam alio pervigilio, ejus apud Francos, Burgundiones, Aquitanos, Lotharingos ac Italos vigeat usus. Monomachiam videlicet singulareve certamen obituri, priusquam in arenam descenderent, ut Deum sibi propitium conciliarent seseque ab objectis criminibus purgarent, orationis causâ secedebant in aliquod Templum, et ibi pernoctabant. Sic imprimis longè latèque celebris evasit Ecclesia Monasterii B. M. Sussion. ubi religiosè asservatur et colitur corpus B. Drausii Episc. Sness. quem duello dimicaturi solebant invocare. Iste Sanctus, ut credebant, pugiles qui ad memoriam ejus pernoctabant, reddebat invictos. Erga B. Drausium in his occasionibus religionem et cultum præsertim prædicat Johannes

Sarisber. in Epist. 159. Huc spectant verba Ademari Caban. de quodam Stephano qui victor gratias retulit ad tumulum B. Eparchii, ubi nocte præterita pervigil exebuerat. Id quoque actitare consueverant, in ludicris certaminibus sive torneamentis decertari.

(b) Narrant Historiæ, inquit Holkorius, quòd cum Willielmus Norm. Dux regnum Angliæ conquisivisset, deliberavit quomodo linguam Saxoniam posset destruere, et Angliam et Normanniam in idiomate concordare; et ideò ordinavit quòd nullus in curia Regis placitaret nisi in Gallico, et iterum quòd puer quilibet ponendus ad litteras, addisceret Gallicum, et per Gallicum Latinum: quæ duo usque hodie observantur [sub Edwardo III].

dominum Natalem Abbatem S. Nicolai, exorans quatenus Monachos dirigat... **A**
 Veniunt itaque Andegavenses Monachi. . . Comitis Waldeni crudelis decollatio . . . et licet eum venerabilis Archiepiscopus Lanfrancus, Confessor
 Pag. 903. suus, totius factionis et conjurationis eum assereret penitus immunem, et si moreretur in causa, futurum pro innocentia Martyrem; impiissima tamen uxore sua novas nuptias affectante, ac ideò viri sui mortem sceleratissimè maturante, inhiantibus etiam nonnullis Normannis ad ejus Comitatus. . . cupidissimo maximè Comite Andegavensi Yvone Talbois pro terris suis et tenementis sanguinem suum sitiante, innocens et innoxius martyrizatur . . . Post modicum verò tempus quum inclytus Rex Wilhelmus dictam neptem suam nuptui tradere cuidam generoso Normanno, nomine Simoni Sylva-nectensi, disposeret, illa nuptias ejus respuit, quia dictus Simon in altera sua tibia claudicavit: unde supra modum Rex iratus Comitatum [ejus] dicto **B** Simoni dedit. . . Filiam ejus seniore, nomine Matildem, post multa consilia prædictus Simon uxorem assumpsit. . . Aliciam autem sororem uxoris suæ dedit dictus Simon Comes illustrissimo viro Rodolpho Tornacensi. . . Ego Ingulphus, natus in Anglia et à parentibus Anglicis. . . factus adolescentior palatia Regum aut Principum appetebam. Et ecce inclytus nunc Rex noster Angliæ, tunc adhuc Comes Normanniæ, Wilhelmus ad colloquium tunc Regis Angliæ Edwardi cognati sui cum grandi ministrantium comitatu Londonias adventabat. Quibus citius insertus, ingerens me ubique ad omnia emergentia negotia peragenda, cum prosperè plurima perfecissem, in brevi agnitus illustrissimo Comiti et astrictissimè adamatus, cum ipso Normanniam enavigabam. Factus ibidem Scriba ejus, pro libito totam Comitis curiam ad nonnullorum invidiam regebam; quosque volui humiliabam, **C** et quos volui exaltabam (a) . . . Comes Normanniæ Willielmus, funere piissimi Regis Angliæ Edwardi cognati sui per quotidianos nuncios intellecto, ad transfretandum pro jure suo conquirendo cum fortissimo exercitu auram favorabilem in portu S. Walerici diutius expectabat. Quò tunc ego accedebam cum domini Abbatis mei xenio; et explorato opportuno aditu, duodecim juvenes electos, equites et armatos cum centum marcis pro suis sumptibus in suam expeditionem ex parte prædicti patris Ab-batis mei offerebam. . . In Conversione S. Pauli Croilandiam primùm introi-bam installatus [Abbas] anno Dom. MLXXVI. . . Miles Richardus (b)
 Pag. 905. Rulos Regis Camerarius [erat]. . . Quum Rex Daciæ Canutus, congregata maxima classe, invadere Angliam parasset, inclytus Rex Willielmus, undique de Francia, Almania atque Hispania soldariis conductis, universos **D** per Monasteria totius regni dimisit, moraturos maximè per illa Cœnobìa, quæ de militia non exhibenda sua dominia tenebant de Rege. Unde ad Croilandiam VI milites et XXVIII balistarios destinavit. . . Scotiam sibi subjecit et Maltonium * Regem ejus sibi hominium facere et fidelitatem jurare apud Abennithi coëgit. Reversusque in Angliam, apud Londonias hominium sibi facere et contra omnes homines fidelitatem jurare omnem Angliæ incolam imperans, totam terram descripsit; nec erat hida (c) in tota Anglia, quin valorem ejus et possessorem suum scivit; nec lacus nec locus aliquis quin in Regis rotulo exstitit descriptus, ac ejus reditus et proventus et ejus
 Pag. 908. possessor. . . Abbatia nostræ [sedes] dicitur habere IV leucas in latitudine; quum leuca, usualis mensura terram metientium apud Francos, constet de duobus millibus passuum: et fortè leuca dicitur à Leucon, quod in Scy-thica lingua interpretatur Philippus. Unde Magister in Isagogis suis dicit. . . Deum adamasse christianitatem regni Franciæ, id est Philipporum; quum apud Francos nomen Philippi frequentissimum habetur; in tantum, ut Rex Henricus, qui modò regnat in Francia, filium suum primogenitum jam Philippum fecerit appellari. . . B. Philippus cum Scythis verbum Dei prædicasset, rediens in Asiam, per Sicambros viam fecit, ac illis Christi nomen primus annunciavit. De quibus exeuntes Franci, ut plures eorum Hiero-cronographi testantur, B. Philippum Apostolum suum adhuc tenent. . . Ex

* Malcol-mum

Pag. 910.

(a) Ingulfus postea in Fontanissensi Cœnobio factus est Monachus sub Abbate Geberto vel Gerberto, deinde Prior.

(b) Filiam et hæredem Hugonis de Evermue du-

xerat in uxorem.

(c) Anglicè terra unius aratri culturæ sufficiens per annum. Henricus Huntindon.

- A his omnibus colligitur, quòd leuca dicitur à Leucon, id est mensura terræ Philippicæ, id est Philippi vel Philipporum. Angli autem utuntur terram metiendo milliaribus, et dicitur milliare, quia constat de mille passibus... Seire debetis Anglos sub dominio Normannorum transisse in multis ad mores Franeorum, et ideò loco milliarium leucas dixisse, sed milliaria intellexisse... Detuleram mecum Londonias chartas ac chirographa... quæ partim duplicatè tam Gallicanâ manu quàm Saxonicâ scribebantur. Manus etenim Saxo-
Pag. 912.
- B et Normannis manus Saxonica extiterat inusitata penitus et invisâ, ac tunc maximè cum gente sua contemptui habita et nimum inacceptata... Uni-
Pag. 914.
- versa monumenta nostra tam manu Saxonica quàm Gallicana conscripta, confirmata [sunt]... Attuli eadem vice (a) mecum de Londoniis in meum Monasterium Leges æquissimi Regis Edwardi, quas dominus meus inclytus Rex Wilhelmus authenticas esse, et perpetuas per totum regnum Angliæ inviolabiliter tenendas sub pœnis gravissimis proclamarat, et suis justitiariis commendarat, eodem idiomate quo editæ sunt.

(a) Quo Guillelmi anno hoc fecerit Ingulfus, disertè non explicat; sed colligi potest fuisse post annum regni XV aut circiter. Referuntur hæc Leges ad calcem Operum S. Anselmi in Notis Seldeni in Eadmerum. Vocatæ sunt autem Leges Regis Edwardi, non

quòd ipse priùs adinvenisset eas; sed quòd, eum usque ad tempora sua prætermisæ fuissent et oblivioni penitus deditæ à morte avi sui Regis Edgari, qui priùs earum inventor fuisse dicitur, illas suscitaverit et observandas præscripserit.

EXCERPTUM (a) HISTORICUM.

Ex Collectione Freheri, pag. 515, et ex Ms. Regio num. 8394.

IDEM Rex Henricus neptem (b) Henrici Alamannorum Imperatoris duxit in uxorem: ex qua filiam unam procreavit; quæ infra lustrum defuncta est, matre ejus paulò post eam subsequente. Post cujus obitum Rex sibi quærens conjugii solatium, ad Rutenorum Regem Galterum, cognomine Saveir, Meldensem Episcopum direxit, postulans ut ei suam mitteret filiam. Quod et factum est. Hujus nomen erat Anna. Convocatâ igitur regni sui Procerum multitudine, sicut decet tantum virum, illam celebriter duxit in uxorem. Hæc autem Deo devota, plus de futuris quàm de præsentibus cogitans, in æterna vita mutuam multipliciter recipere credens, apud Sylva-nectum Ecclesiam in honore S. Vincentii construxit. Cum qua Rex feliciter vivens, ex ea genuit tres filios, Philippum videlicet, Robertum, et Hugonem cognomine Magnum. Iste Hugo genuit Rodulfum Viromandunorum Comitem. Procedente verò tempore, anno MXLII fames valida cœpit, quæ septem annos duravit.

Philippus autem major Regis filius, vivente patre et jubente, anno Domini MLIX unctus est in Regem. Rex autem Henricus anno sequente obiit. Igitur Philippus Rex magnificus, cui tempore suo multa adrisit prosperitas, accepit sibi uxorem Bertam (c) Balduini Comitis filiam, Roberti verò Comitis Flandriæ sororem. Genuit autem ex ea Ludovicum, et Constantiam Boamundi Antiochiæ Principis uxorem. Rex autem videns dominium suum per insolentiam prædecessorum suorum esse diminutum et

(a) Præcedentia edidimus pag. 219 Tomi X, in Fragmento Chronici Fr. Hugonis, de S. Maria dicti, Floriacensis Monachi; quem hujus Excerpti, quippe parùm accurati, nolimus auctorem inscribere.

(b) Corrig. sororem Henrici. Mathilda enim filia erat Conradi Imper. et Gisela. Ceterum quæ hîc

narrantur, conciliari non possunt cum verbis Wipponis in Vita Conradi Salici. Idem infra dicendum de Historiæ Francicæ Fragmento, ubi Regina Mathildis obiisse legitur an. 1044.

(c) Corrig. Florentii Comitis Frisicæ filiam.

An. 1042.

An. 1059.

An. 1060.

An. 1071.

ferè adnihilatum, cupiensque illud reaugere; à quodam Milite (a) Harpino A nomine, emit Bituricas pretio sexaginta millium solidorum. Postea verò mota est guerra inter Gaufridum Barbatum Andegavensem Comitem, et fratrem ejus Fulconem Rechin Comitem Wastinensium. Conquerens siquidem prædictus Fulco de fratre suo super eo quòd ei parvam terræ partem dedisset, Regem adiit; et fideliter promisit, quòd totum Wastinense ei relinqueret, si de guerra ei non noceret. Rex autem super hoc accepto consilio, quòd petebat concessit. Invadens igitur Fulco fratrem suum, per auxilium Andegavensium et Turonensium Baronum, hominum multa strage facta, eum in campo devicit, cepit et usque ad finem vitæ suæ in carcere tenuit. Qua peracta expeditione, Wastinense, sicut promiserat, Regi revivit. Rex autem juravit se servaturum consuetudinem terræ illius; aliter enim volebant Milites facere ei hominia sua. Postea aliquot intercurrentibus B annis, malitia crescente, concupiscentia invalescente, Rex Vilcassinum occupavit, suo illud adjungens dominio. Firmavit etiam contra Hugonem Domni-Martini Comitem castrum quod dicitur Monmeliandum.

An. 1061.

An. 1066.

[Anno (b) MLXI obiit Adraldus Abbas, suscepitque Hubertus post eum Abbatiam: qui post quinquennium decedens, hoc est anno Domini MLXVI, Roberto Abbati quondam S. Gandregisili Abbatiam reliquit]. Quo etiam tempore VII Kal. Maii cometes apparuit ferè diebus V, magnum jubar emittens contra occidentem. Nec multò post, in ipso videlicet anno, die festo Michaëlis, Comes Normannorum Willermus mare transiit, et Anglorum regnum invasit (c), etc.

(a) Interturbato ordine res hæc narrantur.

(b) Uncinis includimus quæ de suis Abbatibus inseruit Anonymus Sangermanensis, quòd hæc desint in Codice Regio.

(c) Quæ deducta ad obitum Philippi I, edemus in alio Volumine. Ad eundem annum 1108 pervenit Chronicon Regum Fr. à Merovæo ad

C Ludovicum cognomento Grossum, apud D. Estiennot, Tom. 8 Fragm. Mss. pag. 38, ex Ms. Cod. S. Severi in Capite Wasconia; ubi sic legitur: *Quo mortuo [Roberto], filius ejus Ainricus regnum tenuit, et post XXIII [XXIX] annos obiit, anno Incarnati Verbi MLIX [MLX], relinquens regnum totius Franciæ Philippo filio suo, etc.*

EX CHRONICI VETERIS EXCERPTO (a),

seu ex Fragmento Chronici Fr. Hugonis de S. Maria dicti, Floriac. Monachi.

Apud Chesnium Tom. IV Scriptorum Historiæ Franc. pag. 97.

An. 1031.

HENRICUS igitur, defuncto patre Roberto, regnavit annis ferè XXX. Hujus mater Constantia maximam regni portionem in suam post funus mariti detorserat dominationem; Silvanectensem scilicet urbem, atque Senonensem; castellum etiam Bistisiacum, et Domnummartinum, Puteolumque et Meledunum, necnon et Pissiacum, et Codiciacum. Multos etiam Franciæ et Burgundiæ Proceres sibi conciliaverat, quos à filii fidelitate mala fraude subduxerat: inter quos præcipuè Odonem Campaniæ Comitem sibi devinxerat, cui medietatem Senonicæ civitatis donaverat. (b) Verùm Rex Henricus, cum esset miles acerrimus; et matrem adversus eum calcitrantem citâ devicit fortunâ, et perfidorum machinamenta Procerum suâ pessumdedit prudentiâ. Siquidem prima congressionum suarum principia (c)

(a) Excerpti hujus, quod attingit annum 1109, partem dedimus pag. 215 Tomi X; et ibi duntaxat innuimus, illam esse fragmentum Chronici Hugonis Floriac. Monachi. Nunc autem cum Riveto fidentiores, reliquum ejusdem Excerpti non dubitamus adscribere nominatim laudato Scriptori; cujus Epistola nuncupatoria ad Mathildem Imperatricem in Librum de Gestis modernorum Regum Fr. exstat apud Martenium Tom. I Anecd. col. 327. Sed de his alibi, nempe ubi Epistolam ad Mathildem proferemus.

(b) In alio Codice, seu in Fragmento Historiæ Ms. Auctoris Incerti, quod ex Bibliotheca Alex.

D Petavii edidit Chesnius Tom. IV Scriptorum Fr. pag. 148, additur: *Ipsa denique Constantia eum à culmine regni deponere, et Robertum fratrem ejus, Burgundionum Ducem, in ejus loco subrogare toto annisu exoptabat. Porro Fragmentum hoc, cum nihil contineat, ut supra jam notavimus, quod non habeatur tum ibi, tum apud Willelmum Gemeticensem, amandavimus à nostra editione.*(c) Ibid. *Henricus igitur Rex, contractis undecumque validissimis copiis, bellum cum matre sua Constantia primò conseruit, et castrum adorsus Pissiacum, etc.*

A eum matre conseruit Constantia, et castrum adorsus Pissiacum, mox illud suum retorsit ad dominium. Demùm verò Puteolum obsedit, atque recepit. Quod cernens Constantia, mox ab eo dextram expetiit; et deinceps quoad vixit tempore, sibi fidelis extitit. Deinde Odonem aggressus Comitem Rex Henricus, Gornacum castrum illi abstulit, et Senonicæ urbis partem ad suum iterùm dominium revocavit. Post hæc verò cum Marchione Flandrensium Balduino, Hugonis (a) Bardulfi castellum Merisvillam evertit; et Petueram castrum biennali obsidione * conelusum, suam redegit in potestatem.

* *Al. obses-*
sione
An. 1037.

Anno denique Incarnationis Dominicæ MXXXVII memoratus Princeps, Campaniæ Comes, videlicet Odo, contra Alamannos et Lotharingos nimio fastu ducens exercitum, magnum de se eis præbuit triumphum. Nam commisso prælio cum potentissimo (b) Alamannorum Duce Gothelone, multâ suorum amissâ copiâ, terga vertit, et confossus occubuit. Quo defuncto, Tetbaldus filius ejus major natu Carnotensem urbem et Turonensem sibi vindicavit. Minor frater Tetbaldi, nomine Stephanus, Meldensium et Tricassinorum sortitus est civitates. Sed hi ambo contra Regem Henricum rebellare cœperunt. Rex autem primùm cum Stephano congressus, illum facilè superavit atque fugavit, Comite Rodulfo retento. Medandicum (c) etiam post hæc devicit Galerannum, quem exhereditavit; et terram ejus sibi subjugavit. Demùm autem Gaufridum Comitem Andegavensium contra Tetbaldum Comitem excitavit. Unde ejus nutu Comes Gaufridus urbem obsidione cinxit Turonicam. Quod audiens Tetbaldus, cum suis viribus eò tetendit. Sed Gaufridus ei obviam procedens, cum eo viriliter decertavit, eumque superavit, et cum septingentis et sexaginta militibus cepit. A quo etiam eodem tempore Turonicam extorsit civitatem. Denique Rex Henricus construxit Ecclesiam prope mœnia Parisiacæ urbis in honore S. Martini. Comes etiam suprataxatus Gaufridus extruxit S. Trinitatis Cœnobium apud Vendocinum castrum.

Anno denique Incarnationis Dominicæ MXLVII sæpenominatus Rex Henricus cum tribus tantùm milibus armatorum commisit bellum cum XXX milibus Normannorum, eosque superavit; et venerabilem adolescentem Willelmum, magni Normannorum Principis Roberti filium, eis vi superposuit, quem exhereditare volebant. Hic Rex pacato sibi regno, uxorem duxit nomine Annam, filiam Georgii Selavi (d) Regis Rutiorum; ex qua genuit filios tres, Philippum, Robertum, Hugonem. Ex quibus Robertus puer mortuus est. Hugo verò factus juvenis, uxorem duxit filiam Herberti Comitis Vermandensis, natam ex filia Rodulphi Comitis; per quam obtinuit Comitatus duos, Vermandensem et Vadensem: ex qua cum genuisset filios et filias, divino amore succensus, cum exercitu Gallorum et Germanorum Ierosolymam profectus est, et in hoc itinere defunctus est. Philippus verò adhuc puer hoc ordine in Regem sublimatus est.

An. 1047.

Anno ab Incarnatione Domini MLIX præfatus Rex Henricus, senio se gravari conspiciens, præfatum filium suum Philippum in die (e) Pentecostes consecrari fecit ante altare B. Mariæ à Gervasio tunc Remensi Archiepiscopo, astantibus quamplurimis Franciæ, Burgundiæ et Aquitaniæ Archiepiscopis, et Episcopis (f) viginti duobus. Affuit etiam Hugo Bisuntinus Archiepiscopus, Nicolai Papæ Legatus. Affuerunt Abbates quamplurimi, et Primates Regni; Wido Dux Aquitaniæ, Hugo filius Roberti Ducis Burgundiæ, cum multis aliis. Non multo post, defuncto patre, puer positus est sub custodia Balduini Flandrensium Comitis; qui eum fideliter et nobiliter educavit, et regnum ejus strenuè rexit et defendit. Rex verò postquàm ad juveniles annos pervenit, regnum suum integrum recepit; et defuncto tutore suo Balduino Comite, consilio Roberti Frisonis, filiam Florencii Ducis Frisonum Bertam in uxorem duxit.

An. 1059.

An. 1060.

An. 1067.

(a) Ibid. *Hugonis Radulfi castrum Merclis-villam.* Sic etiam in Ms. Regio.

(b) Ibid. *præpotentissimo... Cocclonc.*

(c) Ibid. *Meldandicum*: in Ms. Reg. *Metlandicum.*

(d) Sic et in Mss. Codd. sed corrig. *Jerostai.*

(e) Vide suprâ paginam 32. *Conventus Remensis*

seu coronatio Philippi recitatur Tomo IX Conciliorum; sed ibi loco *IV Kal.* legendum *X Kal. Junii*, in quem diem anno 1059 festum Pentecostes incidit, in diem nempe 23 mensis Maii.

(f) In Fragmento Historiæ Ms. Auctoris Incerti apud Chesnium Tom. IV Scriptorum Fr. pag. 150, et *XXXII Episcopis.*

EX HISTORIÆ FRANCICÆ FRAGMENTO (a).

A pud Chesnium Tom. IV Scriptorum Historiæ Franc. pag. 86.

- An. 1037. **A** NNO Dominicæ Incarnationis MXXXVII, horâ diei primâ post octavas Paschæ, amisit sol radios suos; et apparuit in ea specie, quâ solet luna II apparere; et circa horam III, speciem lunæ V habuit; et post paululum, octavæ. Eodem anno Liger fluvius sua littora bis transgressus, haud modica suis vicinis intulit detrimenta. Quo anno Comes, cujus suprâ meminimus, Odo contra Regis Ainrici voluntatem, cum maximis bellorum copiis contra Alamannos et Lotharingos properavit ad bellum. Conserto igitur prælio cum eorum Duce Gothelone, cum multis suorum millibus corruit. Porro Constantia Regina (b) post tertium obitûs viri sui annum, diem clausit ultimum, sepultaque est juxta eum. Perempto Odone, Tetbaldus et Stephanus filii ipsius, more suorum patrum qui semper infidi Regibus extiterunt, contra Regem Ainricum rebellaverunt, Odonem fratrem illius falsâ spe regni illicientes. Qui pollicitationibus eorum credulus, fratri manifestus factus est inimicus. Exin cædes, rapinæ, incendia depopulationesque penè universam demolita sunt Franciam. Rex verò Dei adjutus auxilio, contra fratrem arma corripuens, eum in quoddam municipium fugere compulit, quem aliquantis suis cepit cum complicitibus, Aurelianisque in custodia deposuit. Cum Stephano etiam congressus vicit eum, fugavit, multis de ipsius exercitu captis, in quibus retentus est Comes Rodulfus, in quo tota vis factionis sita erat. In Tetbaldum quoque Gaufredum Andegavensium Comitem animans, effecit eum sibi acerrimum inimicum. Hic urbem Turonicam, quæ illius erat ditionis, exercitu circumdat, aggeribus extructis, machinisque et omnibus, quæ ad obsidionem pertinent, paratis. Quo cognito, Tetbaldus, undecunque collectis auxiliariis, cum fratris et suorum militum cohortibus, tendit Turonis. Gaufredus autem comperiens eum cum valida manu adventare, suis et ipse in unum contractis, obviare prædictis properat hostibus. Commisso demùm certamine, Tetbaldus et sui terga vertentes fugam ineunt. Ille ac si inermes invadit, ipsum eorum Principem cum multitudine maxima capit. Deinde reversus ad obsidionem prædictæ urbis, cepit eam, et suo mancipavit juri; quam usque hodie Comites possident Andegavenses.

An. 1042.

* *Al.* perturbavit.

An. 1049.

Post hæc Stephanus frater Tetbaldi moriens, reliquit filium Odonem nomine; quem Tetbaldus hæreditate privavit patris. Ille autem ad Comitem confugit Normannorum, qui ei uxorem et aliquas dedit possessiones. Ugo Bardulfus circa idem tempus contra eundem Regem Petueris castrum munerat: quem Rex biennali obsidione cingens, inclusis inediâ consumptis, ad deditionem compulit, castrumque recepit: ipsum verò omni honore expoliatum à tota proturbavit * Francia. Eodem Rege regnante, Leo Papa in Franciam venit, rogatu Hermeri Cœnobii S. Remigii Abbatis. Qui Remis pertingens, Monasterium ejusdem S. Remigii ab eodem Abbate magnis

(a) Auctor, qui testatur se floruisse anno 1108, opus suum deduxit ad annum 1110. Quæ autem, ubi et unde, ejusdem Fragmenti partes editæ jam fuerint, edocet Tomi X pagina 210.

(b) Emendandus sanè Auctor, quando Constantia obiit anno 1032. Interim miremur, annum mortis ejusdem Reginae à tam paucis signatum fuisse Scriptoribus. Horum plerique, dum agunt de seditionibus bellicisque motibus, à Constantia excitatis, multis ac diuturnis, tum de pace seu concordia quæ subsequuta est, et de matre filio postea fideli quoad vixit; videntur innuere vitam ejusdem Reginae productam fuisse ultra annum 1032, quando hæc omnia geri vix potuerunt intra spatium unius anni. Verùm obstat auctoritas Glabri, Scriptoris cœvi; cujus quidem verba juvat huc revocare: Anno

[1031], mense Julio Robertus Rex diem clausit extremum... Tunc rursus oritur inter matrem et filios rediviva discordiæ crudelitas, ac præteritarum irarum fræna laxant inveterata odia. Diu multumque vastando res proprias, debacchatum est; donec Fulco Andegavorum Comes, cognatus scilicet ipsorum, matrem redarguens cur bestialem vesaniam erga filios exercebat, utrumque parentem in pace reduceret. Sequenti verò anno, eodem mense atque in eodem castro [Meledun.] quo Rex obierat, et ipsa obiit. Quanquam dici forsitan potest, Glabri verba hæc, Sequenti verò anno et ipsa obiit, referri, non ad mortem Roberti Regis, sed ad concordiam quæ facta est inter matrem et filios; ita ut obierit Regina anno qui subsequutus est laudatam pacem, id est anno 1034.

A sumptibus constructum, cum maxima consecravit gloria. Ubi etiam multorum adunavit Concilium Episcoporum et Abbatum; in quo simoniacam hæresim, quæ ferè totam resperserat Galliam, anathematis sugillavit gladio; multos humilians quos ea pestis extulerat, et SS. Patrum statuta, quæ propemodùm apud Gallos abolita fuerant, reformans.

Anno MXLIV incarnati Verbi, VI Idus mensis Decembris *, octavâ horâ noctis, feriâ V, lunâ XIV, eclipsis lunæ inter Hiadas et Pleiadas contigit. Eodem quoque anno et mense, et feriâ eâdem, horâ diei secundâ, X Kal. ejusdem mensis *, solis eclipsis evenit. Eodem anno, in pago Aureliano inventi sunt duo panes sanguine madentes; unus subcinericius, et alter in clibano coctus. Quo anno Mahildis Regina obiit. Enimverò tribus post hæc exhaustis annis, idem Rex movit exercitum in Normannos, qui

An. 1044.

* Novemb.

* Decemb.

B obeunte Ricardo * suo Principe, filium ipsius Guillelmum postea Regem Anglorum, Normanniâ pepulerant, nolentes eum ipsorum habere primatum, eo quòd non esset natus de legali connubio. Hic ad Regem suprâ memoratum confugit auxilium petens, à quo benignè susceptus est. Rex ergo fines Normannorum cum tribus tantùm armatorum millibus ingressus, hostes paratos invenit. Erant enim ferè triginta millia hominum instructa ad bellum. Commisso igitur prælio, regius exercitus tanta animositate in hostes irruit, ut maximam partem eorum sterneret, et ceteros in fugam verteret. Exterriti verò qui de prælio superfuerant Normanni, Regi eidem colla subdiderunt; et jam dictum Guillelmum ut suum dominum receperunt. Rex autem cum integro suorum numero reversus est in Franciam. Qui post Mahildis Reginae humationem, accepit aliam conjugem, videlicet filiam Ju-

An. 1047.

* Roberto

C riseloh * Regis Russorum, nomine Annam; quæ ei genuit tres filios, Philippum, Hugonem, Rotbertum (a). Quorum Rotbertus puer obiit. Hugo postea donatus est Comitatu Virmandensium à fratre suo Philippo jam Rege. Ea tempestate Berengarius Andegavensis Ecclesiæ Archidiaconus, cujus tunc nomen inter sectatores divinæ philosophiæ celeberrimum habebatur, in hæresim de corpore et sanguine Domini incidit, dicens esse tantùm sacramentum, quod consecratur super altare, non rem sacramenti. Qua de causa à Papa Nicolao evocatus, Romam petiit; ubi in præsentia ejusdem Papæ et multorum Episcoporum examinatus, suum confitens anathematizavit errorem; Joannem Scottum igni comburens, cujus lectione ad hanc nefariam devolutus fuerat sectam. Professus est deinde esse in veritate corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi, quod consecratur super altare, non tantummodò sacramentum;

* Jeroslai

D et suam ipse professionem in eodem Concilio suo recitavit ore.

Ainricus ergo, per XXVII (b) annos post obitum patris regno Francorum strenuè gubernato, Vitriaci defungitur, anno incarnati Verbi MLIX; relinquens regnum totius Franciæ Philippo suo filio, quem ante obitum suum Remis civitate in Regem ungi cum magna fecerat ambitione. In cuius obsequio Gervasius ejusdem Metropolis Præsul expendit non modicum apparatus. Qui Præsul quantæ fuerit strenuitatis, difficile est prosequi. Rege defuncto, Regina Anna Rodulfum Comitem in conjugio accepit. Quo mortuo, nativum repetiit solum. Philippus igitur, quoniam puerulus erat, tutorem et nutritorem à patre accepit Balduinum Flandrensium Comitem, probum sanè virum, et justitiam tenacem. Qui usque ad intelligenabilem ætatem eum benignè fovit, regnum gnave administravit, rebelles et inquietos

An. 1060.

E virgâ directionis correxit. Adolescenti verò demùm ex integro regnum restituit. Ipse autem non post multum tempus ex hac vita decessit, relinquens filium sibi æquivocum Balduinum, qui etiam paucis supervixit annis. Is quoque reliquit hæredem nomine Arnulfum: cui inimicans Rotbertus patruus suus, exhæredare nisus est: quod et fecit. Arnulfus autem Regem

An. 1067.

(a) Robertus piissimus Rex genuit tres filios, Hugonem piissimum et amantissimum Regem, et Henricum robustissimum qui fratri successit, Robertumque Burgundiæ Ducem. Henricus fortis vir et Rex genuit Philippum Regem et Hugonem Magnum, etc. Ex Genealogia Regum Fr. in Ms. Cod. Reg. 6186, Colbert. 6322. Hic autem obiter notabimus, in laudato Codice Ms. exstare Hugonis Floriac. Monachi de modernis Regibus Fr. ad Mathildem Imper.

Libellum; sed usque ad annum duntaxat XIII Ludovici Transmarini, eò quòd folia desiderantur, quo casu nescimus. Hinc definire non facile est, an Fragmentum Historiæ Fr. sit idem cum Libello Hugonis. Id quidem enuntiavit Tom. 8 D. Bouquet, sed utriusque discrimen interim non satis perpendit.

(b) Ita Codex Regius. In Editis, per triginta septem. Corrig. per XXX.

An. 1072.

petens Philippum, auxiliari sibi ab eo exposcebat. Porrò Rex congregatis A multis armatorum millibus, Flandriam petit, cum Rotberto congressurus. Rotbertus diffidens viribus, primò cum Rege congredi timuit. Postremò assumptâ audaciâ, regium fudit exercitum, ipsumque voti incompetem regredi in Franciam compulit. In qua pugna Arnulfus nepos Rotberti, qui Regem in auxilium sui invitaverat, cum pluribus aliis nobilibus occubuit. Rotbertus autem fratris sui Balduini obtinuit hereditatem.

An. 1066.

His temporibus Dux Aquitanix Guillelmus, et quidam alii Optimates Galliarum, quisque de suo exciti loco, copiosum in Hispaniam conduxerunt exercitum: cujus ditissimam urbem Barbastam, et quamplura capientes castella, maximamque ejusdem provinciæ partem ferro et igni depopulantes, demùm ad sua reversi sunt, multamque et variam supellectilem secum afferunt, multaque mancipia adducunt. Eodem tempore cometes apparuit B ferè per trium spatia mensium, ad Austrum plures emittens radios. Ea tempestate Comes Normannorum Guillelmus, contracto à Normannia, Francia, et Aquitania, non modico exercitu, extractaque multa navium classe, in Angliam transfretavit. Siquidem Rex ejusdem insulæ Edvardus nomine, quoniam proximus fuerat sanguine, sibi regnum reliquerat Anglorum. Eiraudus autem unus Optimatum gentis illius, diadema regni sibi imposuerat: quem præfatus Guillelmus cum maximo belli apparatu transito mari aggrediens, primo certamine vicit, peremit, omnesque copias ipsius fudit. Deinde totam illam multis præliis adeptus est insulam: cujus demùm Rex effectus, barbaros illius mitigavit mores, cultumque Christianæ religionis, qui in ea modicus erat, ampliavit. Cujus postremò potentia penè toti innotuit orbi. Rotberto Duce Burgundionum obeunte, quem suprâ retulimus Ainrici Regis fuisse fratrem, filio quoque ipsius Ainrico ante obitum patris mortuo, filius ipsius Ainrici Hugo Ducatum Burgundiæ (a) suscepit. Quo facto Monacho, post aliquot annos Principatum ipsius frater ejus Odo obtinuit.

(a) Hæc pars Burgundiæ ad Reges nostros pertinens, dicebatur Burgundia Inferior. Continebat autem olim Lugdunum, Matisconem, Cabillonum, Augustodunum, urbem Lingonum, Autissiodurum quoque, [quam ob causam incertum, inquit Valesius,] Aballonem, Belnum, Divionem, Latonam, castrum S. Gengulfi [S. Jangou] et alia loca; quibus Nivernum quoque accenseri potest ac debet. Appellabatur autem, Ducatus Burgundiæ; seu Ducatus

Divionensis, propterea quòd Duces qui eam beneficio Regum Fr. obtinebant, Divione sedere conserverant. Sic à provinciæ suæ capite Duces Norm. dicti sunt Rotomagenses Duces; Comites Provinciæ, Arelatenses Comites; Comites Gothiæ vel Septimaniæ, Tolosæ Comites; Comites Campaniæ et Briegii, Comites Treocarum atque Meldorum; Comites Hainoi, Comites Montenses.

D

EX SIGEBERTI (a) GEMBLAC. MONACHI CHRONICO.

Ex Editione Auberti Miræi Antverpiæ in-4^o. 1608.

ANNO MXXXII. S. Bardo ordinatur Moguntix Archiepiscopus. Rotbertus et Richardus, minuendæ domo multitudinis causâ, hoc tempore à Nortmannia Francorum digressi, Apuliam expetunt; et Italis inter se dissentientibus, dum alteri contra alterum auxilium præstant, hac oportunitate Italos callidè et fortiter debellant; et successus urgendo suos, nomen suum dilatant, et futuræ prosperitatis sibi viam parant. E

Anno MXXXIII. Eclipsis solis facta est circa meridiem III Kal. Julii. Hujusmodi decretum à Franciæ Episcopis datum est (b), etc. Hanc mandatorum novitatem cum multi cupidi novarum rerum libentiùs justo amplecterentur, Gerardus Cameracensis, qui solus Lothariensium appendebat ad parochiam Francorum, nullius hortatu potuit adduci ad hæc recipienda;

(a) De Sigeberto hujusque Chronico vide Tomi X paginam 246. De utroque autem alibi iterùm agemus.

(b) Quæ ex Camerac. Chronico Auctor verbo tenus huc transtulit cum hoc tantùm discrimine:

A carne et liquamine abstinerent... Nullam sibi scirent aliam adjiciendam poenitentiam. Hæc ad annum 1034 refert Baronius; ex quo constat eo tempore per totam penè Galliam frequentia Concilia fuisse celebrata.

A sed singula capita refellebat, dicens genus humanum ab initio trifariam esse divisum, in oratoribus (*a*), pugnatoribus, agricultoribus; et unum duorum, et duos unius egere auxilio: ideò debere arma ferri, et rapinas reddi per auctoritatem legis et gratiæ; ultorem percussi vel occisi non exacerbari cogendo, sed secundum Evangelium ei reconciliari; jejunium in sexta vel septima feria nec omnibus unum esse imponendum, quia non est una omnibus possibilitas; nec omnes hoc uno jejunio contentos esse, quia non est una omnibus pœnitendi qualitas: hæc sacramento firmare, vel sacramenti violationem perjurio augere, non esse utile. His contradicentes excommunicari, infirmis visitationem, vel mortuis sepulturam negari, esse detestabile: sufficere authentica Patrum decreta, et super his neglectis impositum congruentis pœnitentiæ modum.

B Anno MXXXIV. Friderico Mosellanorum Duce mortuo, quia mares filios non habebat, quibus Ducatus competeret, Gothelo Dux, impetrato ab Imperatore etiam Mosellanorum Ducatu, in Lotharingia potentiùs principatur.

Anno MXXXV. Burgundionibus non desistentibus à consueta contra Regem suum insolentia, Rex Rodulfus (*b*) regnum Burgundiæ Conrado Imperatori tradidit; quod à tempore Arnulfi Imperatoris per annos plusquam CXXX gentis suæ Reges tenuerant. Sicque Burgundia iterum redacta est in provinciam.

Anno MXXXVI. Odo Campanensis regnum (*c*) Rodulfi Regis avunculi sui à Conrado Imp. repetens, ut sub eo regat Burgundiam efflagitat. Heinricus Rex filius Conradi uxorem ducit filiam Regis Anglorum. Odo **C** contra Imperatorem bellans, Lotharingiam incursat, castella oppugnat, urbem Leucorum, quæ Tullus dicitur, obsidet, et in nullo temperat furori suo.

Anno MXXXVII. Herimannus Coloniae ordinatur Archiepiscopus. Odo Barum castrum obsidet et caput. Gothelo Dux ægrè ferens insolentiam Francorum, cum Lotharingis occurrit Odoni; et conserto prælio apud Barum, Odo perimitur; et Francorum exercitus gravi cæde attritus, à Lotharingia fugere compellitur.

Anno MXXXVIII. Northmanni in Apulia copiis suis à Northmania paulatim adauctis, ad invadendam Apuliam fortitudine sua et Itolorum imbecillitate animati, castellis et urbibus aut dolo aut virtute captis, in Apulia potenter agunt, vicinisque gentibus terrorem sui nominis ineunt.

D Anno MXXXIX. In mense (*d*) Aprili, VIII Idus, visa est in cœlo inter australem et orientalem plagam ignea trabs miræ magnitudinis, quæ currens super solem jam ad occasum vergentem, visa est in terram cadere: cujus vestigia diu videri potuerunt... Pridie Idus Maii eclipsis solis fuit, et pridie Nonas Junii Imperator obiit.

Anno MXLII. Guatho (*e*) ex Clero S. Lambertii, vir spiritu sapientiæ et scientiæ et fervore religionis insignitus, ordinatur Leodicensium Episcopus.

Anno MXLV. Fames (*f*) valida Galliam et Germaniam profligat. Gothelo Dux obiit; cujus filius Godefridus, dum ei Ducatus Mosellanorum denegatur, altero Ducatu repudiato, contra Imperatorem rebellat.

E Anno MXLVI. Godefridus hortatu quorundam Dei fidelium ad recuperandam Imperatoris gratiam adductus, ab Imperatore capitur, et custodiæ mancipatur: sed filium suum obsidem dans, relaxatur. Quo mortuo in obsidatu, ad rebellandum grassatur.

(*a*) Id est, in liberos, in milites, in servos; vel potiùs ut alii volunt, in Sacerdotes, in milites et servos.

(*b*) Rodulfus Rex obierat anno 1032, et regnum Burgundiæ Conrado tradiderat. Conradus autem anno 1033 Burg. regnum armis sibi subegit, et Rex coronatus est, ut refert Wippo. Idem ferè narrat Heppidannus in Annualibus; sed ad annum 1034 perperam addit Imperatorem in festivitate S. Petri ad Vincula coronatum fuisse et in regnum Burg. electum fuisse: id enim anno superiori contigit.

(*c*) Hæc ad annum 1032 referenda.

(*d*) In Chronico Camerae, Anno antè transacto; proinde anno 1038.

(*e*) In Chronico Leod. Waltho nominatur, diciturque Nithardo successisse anno 1040: qui Nithardus ex eod. Codice successerat Raginaldo anno 1036.

(*f*) In eodem Chronico hæc ad annum 1044 referuntur. Quæ hic narrantur annis 1046 et 1047, in eodem Codice cum annis 1043 et 1046 componuntur.

Anno. MXLVII. Instinctu Godefridi Comes Flandrensiū Balduinus A contra Imperatorem rebellat. Deoderico Mettensium Episcopo defuncto, succedit Adelbero fratruelis ejus, vir magnæ prudentiæ et sanctitatis.

Anno MXLVIII. Godefridus palatium Neomagi incendit (a), et inreparabiliter destruit. Urbem quoque Claborum, quæ Virdunus dicitur, cum majori S. Mariæ Ecclesia incendit. Franco Scholasticus Leodicensium, et scientiâ litterarum et morum probitate claret; qui ad Herimannum Archiepiscopum scripsit Librum de Quadratura circuli.

Viri religiosi et illustres sanctitate in Christo dormiunt, Odilo Abbas Cluniacensis, Poppo (b) Stabulensis, Guatho Episcopus Legiensis, Olbertus sanctæ memoriæ Abbas Gemblacensis. Guathoni Deoduinus in Episcopatu succedit. Albertus, qui Ducatum Mosellanorum Godefrido negatum susceperat, à Godefrido perimitur. Ducatum ejus Gerardus de Alsatia, alterum B verò Ducatum Fridericus obtinet. Bruno Leucorum Episcopus Romanæ Ecclesiæ CXLVIII præsidet, qui vocatus Leo IX hujus nominis Papa.

Anno MXLIX. Leo Papa in Gallias veniens, ut motus Imperii à Balduino et Godefrido concitatos sedaret, Godefridum quidem Imperatori reconciliavit: Balduino pertinaciùs agente, contra eum Imperator exercitum duxit. Sed tandem Balduinus flexus, condicto die Aquis Imperatori satisfecit.

Anno ML. S. Tietbaldus inter nobiles Francorum non infimus hoc tempore clarebat; qui mundo et semetipso abnegato, secutus Christum, in Vincentia Venetiæ urbe reclusus, ibi XII conversionis suæ anno beato fine quievit... Leo Papa, dum Northmannos à Romanorum terminis deturbare satagit, multam calamitatem incurrit, quia cum multis etiam ipse capitur: C sed tamen relaxari noluit, nisi etiam suis relaxatis. Bardo Moguntiæ Episcopus obit, cujus sanctitas per multam miraculorum gratiam patuit.

Anno MLI. Balduinus Flandrensis, in vaso Hagionensium Comitatu, contra Imperatorem rebellat. Francia turbatur per Berengarium Turonensem, qui asserebat Eucharistiam, quam sumimus in altari, non esse revera corpus et sanguinem Christi, sed figuram corporis et sanguinis Christi. Unde contra eum et pro eo multum à multis et verbis et scriptis disputatum est.

Anno MLII. Leo Papa Gerardum Leucorum supra se quintum Episcopum, sanctitate vitæ mirabilem, Synodo habita, per auctoritatem Apostolicam decrevit in numerum (c) Sanctorum in Ecclesia solenniter habendum.

Anno MLIII. Balduinus Comes terminos Lotharingiæ incursans, Hoium opidum incendit. Godefridus iterum rebellat, quia ducta uxore Bonifacii D Marchionis, jussu Imperatoris à Langobardia excluditur.

Anno MLIV. Heinricus Imp. filio suo Heinrico puero quinquenni in Regem sublimato Aquis, contra Balduinum proficiscitur; qui Scaldim fluvium, Balduino fugiente, transiens, omnia depopulatur; et insuper apertis sibi Clausulæ (d) portis, multam cædem inimicorum facit; et ultrà progressus, Lantbertum Comitem Balduini satellitem cum multis perimit: multos etiam Flandrensiū Primates, exercitum suum prosequentes, concludit intra urbem Tornacum, et obsessos capit. Leo Papa moritur.

Anno MLV. Balduinus Flandrensis cum Godefrido avunculum suum Fredericum Ducem intra Andoverpum obsidet: sed concurrentibus Lotharingis, ab oppugnatione desistit.

Anno MLVII. Colonia generali conventu habito, Balduinus (e) et Godefridus, mediante Victore Papa, ad gratiam Regis et pacem reducuntur: et omnes bellorum motus sedantur.

(a) Ibidem hoc incendium ad annum 1047 refertur.

(b) Poppo Abbas, mortuo S. Henrico Imper. anno 1024, Principes Imperii inter sese reconciliaverat, et Argentinensis civitatis Episcopatum sibi à Conrado Salico Imper. oblatum ingepiosè et humiliter subterfugerat.

(c) Sigebertus malè ad Synodum Romanam anni 1052 vel 1053 canonizationem S. Gerardi Episc. Tull. refert; nam Sigebertum hac in re falli, eamque canonizationem anno 1050 in alia Synodo Romana peractam, eo anno ostendit Pagius

(d) Rivi-bullientis [*de Boulennieu*], per quem fluit Eurinus. Pergit deinde is fluviolus per pontem *Decy* juxta castrum *Raimbaucourt*, Ro et Belforestum. Quæ loca omnia uti et vicina, cum palustria sint, non facillè exercitui Imperatoris transitum præbebant. Inde fluit Eurinus inter sacellum S. Leonardi et pontem à Rasse ante Monasterium Flinense versus Marchianas, ibique tandem in Scarpum sese exonerat. *Colvenerius*.

(e) Vide infrà Vitam Lietberti Episcopi Cameraensis, à Monacho Rodulfo scriptam, et ab Acherio editam Tom. 9 Spicil. pag. 713.

A Anno MLIX. Fridericus filius Gothilonis Ducis ex Clerico S. Lantberti, VII Levita Romanæ Ecclesiæ, quia exosus erat Imperatori Heinrico pro odio fratris sui Godefridi Ducis; post legationem Constantinopolitanam, apud Casinenses Monachus, et postea Abbas factus, electione Romanorum Romanæ Ecclesiæ CL præsidet, alteratus nomine Stephani. In pago Bracbatensi juxta Tornacum multitudines colubrorum altrinsecus congregatæ, prodigioso prælio inter se concurrunt; et multis utrimque occisis, victa pars fugiens, in cavo arboris se abscondit; altera pars vincentium more insequens, cum sibilo circumstrepebat, donec circumjecto ab hominibus igne omnes concrematae sunt.

Anno MLX. Henricus Rex Francorum obit. Philippus filius ejus post eum regnat annis XLIX.

B Anno MLXV. Friderico Duce mortuo, Godefridus Ducatum recepit.

Anno MLXVI. Cometes apparuit tota Paschali hebdomada... Interim Guillelmus Comes Northmannorum cum Francis Angliam intrat; et conserto cum Anglis prælio, Araldum cum multis millibus perimit; et regnat in Anglia annis XXX * (a).

* XXI

Anno MLXVIII. Hinc Francis, hinc Scottis Angliam infestantibus, Angli fame consumuntur: multi eorum etiam humanis carnibus vescuntur.

Anno MLXX. Gerardus Dux Mosellanorum moritur. Moritur etiam Dux Godefridus. Gerardo filius ejus Deodericus; Godefrido succedit filius ejus Godefridus Gibbosus, etsi corpore exiguus, tamen animo eximius.

C Anno MLXXII. Balduino juniore Flandrensi Comite defuncto, Rotbertus frater ejus consensu Flandrensi contra Arnulfum fratrualem suum Flandriam occupat. Arnulfus cum Philippo Francorum Rege occurrit patruo suo Rotberto; et pugna consertâ, Arnulfus perimitur, Philippus Rex fugâ liberatur; et multis occisis, hinc Richildis Arnulfi mater, illinc Rotbertus capitur; et altero pro altero relaxato, bellum inter eos vario eventu protrahitur.

(a) In minùs correctâ editione Sigeberti, ad annum 1067 fundatio Abbatiae S. Quintini Belvac. narratur; ubi loco *Virdunensis* legendum *Vermandensis*. Sed hæc desunt in editione à Miræo curata, ideòque et additicia. Descripta sunt nempe ex fundatione et dedicatione Ecclesiæ S. Quintini, recitata à Dacherio Tom. 2 Spicil. in Vita S. Romanæ.

D EX ACCESSIONIBUS ROBERTI (a) DE MONTE AD SIGEBERTUM.

*Apud Acherium ad calcem Operum Guiberti Abbatis
Novig. pag. 720.*

A NNO MXXXII. Lanfrancus disciplinas liberales et litteras divinas in Galliis multos edocens, tandem Beccum (b) venit, et ibi Monachus factus est.

E Anno MXXXIV. Herhinus venerandæ sanctitatis, Abbas Beccensis Ecclesiæ primus, inspirante Domino J. C. omnium bonorum authore, qua antè juxta modum suum non parùm floruerat, fastuque terreno relicto, hoc anno cingulo militiæ deposito, ad Christi paupertatem tota devotione se contulit; et ut soli Deo liberiùs vacaret, sola Dei dilectione habitum Monachalem cum gaudio suscepit. A Danis (c), etc... [Omnes omnium totius Normanniæ majorum familiæ in electis illum habebant, in armis omni que rei militaris usu et cultu corporis sui attollebant... Domi ac militiæ commilitonum suorum præstantissimus erat]... Hic talis et tantus

(a) De Roberto Montensi et ejusdem Accessionibus ad Sigebertum dicemus in alio Volumine. Adeat interim Lector paginam 269 Tomi nostri X, ubi jam prolusimus.

(b) Id est, anno 1042, ut infra legitur.

(c) Ut apud Willelmum Gemeticensem cum

hoc solo discrimine: *Mater proxima Ducis Flandriæ consanguinitatem attigit.* Sed et ansulis inclusa, quæ sequuntur, ejusdem Scriptoris verba sunt: quæ et referuntur in Chronico Beccensi, in Appendice ad Opera B. Lanfranci Cantuar. Archiepiscopi.

vir cum prædiis ac facultatibus, licèt minimis, ad Monachatum desiderans, A et in fundo sui juris, qui Burnevilla dicitur, haud procul à Brionnio volens Cœnobium construere, Ecclesiam ædificavit in honorem S. Mariæ; ibique religionis habitum ab Episcopo Lexoviensi Herberto, maximæ sanctitatis viro, XL ætatis suæ anno devotè suscepit: nec multò post ab eodem Præsule Sacerdos ordinatus est, et Abbas constitutus: quia propter paupertatem ipsius loci quivis alius regimen ipsum nolebat suscipere. Verùm quia campestris et inaquosus est locus, monitus per soporem à B. Dei Genitrice Maria, in vallem ad rivum, qui Beccus dicitur, Deo adjutore, secessit; ibique nobile ædificare cœpit in honorem Dei matris Domini Monasterium.

An. 1040.

Anno MXXXV. Obiit Robertus Dux Normannorum, frater tertii Richardi, ab Jerosolymis (a) rediens, apud Niceam civitatem: cui successit Willelmus filius in puerili ætate; qui Angliam postea acquisivit, pater B Willelmi Regis Rufi et Henrici.

Anno MXXXVII. Obiit Robertus; cui successit Malgerius nepos ejus, XLV Archiepiscopus Rothomagensis.

Anno MXXXVIII. Haraldus Rex Anglorum filius Cnut exulavit Emmam novercam suam, matrem Hardecnut; quæ divertens ad Balduinum Consulem Flandriæ, accepit ab eo castrum Bruge, ut ibi et inde viveret. Willelmo namque domino Normannorum adhuc in ætate puerili cum Rege Francorum manente, Normannia fiscus (b) regalis erat.

Anno MXL. Proceres igitur Anglorum jam Dacorum dominio liberati, hilares pro Alvredo primogenito filio Adelredi, ut regni diademate sublimaretur, nuncios mittunt. Ille autem cum esset patre Anglicus, matre Normannus, aliquos ex consanguineis matris suæ, multos ex coævis commilitantibus à Normannia secum duxit in Angliam. Goduinus verò cum esset Consul fortissimus, et proditor sævissimus, præcogitavit se Edwardo fratri juniore et simpliciori posse filiam suam dare in Reginam. Hunc verò Alvredum, quia primogenitus (c) erat, et magnæ probitatis, nullo modo filiam suam ducere dignaturum prævidebat. Intimavit igitur Proceribus Angliæ, Alvredum nimiam copiam Normannorum secum adduxisse, terras Anglorum eis promississe, gentem fortissimam et subdolan inter eos instirpare Anglis securum non esse: hos persolvere pœnas oportere, ne alii posthac audeant pro Regis cognatione se Anglis ingerere. Capti sunt ergo Normanni et ligati, qui venerant cum Alvredo; et cum ordine sederent, novem semper excapitati sunt, et decimus remansit apud Geldeforte. Cum autem omnes interfecti essent, nisi decima pars, nimium visum est Anglis tot superesse; D feceruntque decimam decimari, et sic paucissimi evaserunt. Alvredum verò captum duxerunt in Heli, et oculos ejus eruerunt, et mortuus est. Miserunt ergo pro Edwardo juniore in Normanniam nuncios et obsides, mandantes ei quòd paucissimos Normannorum secum adduceret, et eum in Regem firmissimè stabilirent. Paruit Edwardus, et cum paucis venit in Angliam, et electus est in Regem ab omni populo; et sacratus est ab Eadsi Archiepiscopo apud Vincestre in die Paschæ.

Obiit Hugo Episcopus Baiocensis, et successit Odo. Fundamenta Ecclesiæ S. Mariæ in Gemetico innovata sunt ab Abbate Roberto, postea Cantuariorum Archiepiscopo.

Anno MXLII. Lanfrancus de Senatorum Papiæ nobili genere natus, in septem liberalibus artibus mirabiliter eruditus, Deo omnium bonorum E auctore disponente, apud Beccense Cœnobium, magnis tunc temporis facultatibus inornatum, secundum S. Herluini ibidem Abbatis desiderium, Monachalem suscepit habitum.

Anno MXLVI. Hoc anno commissum est bellum apud Wallesdune inter Henricum Regem Francorum, et Proceres Normannorum et Guidonem scilicet filium Richardi * Comitis Burgundiæ, cognatum Willelmi Ducis Normanniæ, quia nolebant eundem Willelmum in dominum recipere.

* Rainaldi

(a) Peregrinatio Hierosolymitana, ut tradit Glaber lib. 4. cap. 6, frequentior haberi cœpit anno 1035, scilicet post famem et pestilentiam quibus orbis terrarum valdè afflictus fuit.

(b) Nota jus Regis Fr. et usum temporis.

(c) Res aliter narrantur in Encomio Emmæ Reginæ. Hujus autem Encomiasti eò major fides habenda, quòd narret quæ videre potuit.

A Quos cùm Dux Willelmus auxilio Henrici Regis Francorum victos obtinisset, quosdam exulavit, quosdam corpore minuit.

Anno MLI. Emma Normannigena, filia (a) secundi Richardi Ducis Normannorum, uxor Regum Adelredi et Canuti, et mater Regum Hardecnut et Edwardi, morem mortis pertulit: Alvredum et Edwardum habuit de Adelredo; et Hardecnut de Canuto, qui genuit Haraldum de Alwina. Et ita hi quatuor fratres fuerunt.

Anno MLIV. Ex quo Normanni arva Neustriæ occidentalis cœperunt incolere, mos fuit Francis semper eis invidere, etc. *ut apud Willelmum Gemetic.*

B Anno MLV. (b) Hunfridus de Vetulis, pater Rogerii de Bellomonte, et Albereda uxor ejus, duo Monasteria, unum virorum, et alterum foeminarum, in fundo Pratelli ædificarunt.

Anno MLX. S. Anselmus in Augusta nobili civitate, quæ confinis Burgundiæ est et Longobardiæ, oriundus nobili parentum prosapia... audiens famam magistri Lanfranci jam Monachi Beccensis, et scholas ibidem regentis, omnium penè doctorum nomina præcellere; spretâ pro Dei nomine patriâ (c), et matris multimoda hæreditate, cum aliquantis familiarium Clericis venit ad eum: in cujus scholis aliquandiu diligenter manens, et sibi et aliis multum proficiens; tandem Lanfranci incitamento et Maurilii Rothomagensis Archiepiscopi consilio, divina providente clementia, in Beccensi Ecclesia habitum Monachalem tota devotione hoc anno suscepit, anno ætatis suæ XXVII.

C Anno MLXIII. (d) Lanfrancus Ecclesiæ Becci Prior, cùm S. Stephani Cadomi accepisset regimen, Anselmus factus est Prior Beccensis Ecclesiæ, qui tribus annis fuerat sine prælatione.

Cùm jam, Henrico Rege Francorum defuncto, Philippus filius ejus regnaret, Willelmus Dux Normannorum subjugavit sibi Cœnomaniam. Haraldus verò tunc temporis transiens in Flandriam, tempestate compulsus venit in Pontivam provinciam: quem captum Consul Ponticus Willelmo Duci Normannorum reddidit. Haraldus autem juravit Willelmo super reliquias Sanctorum multas et electissimas, se filiam ejus ducturum, et Angliam post mortem Edwardi Regis ad opus ejus servaturum. Summo igitur honore susceptus, et muneribus amplis ditatus, cùm reversus esset in Angliam, perjurii crimen elegit.

D Anno MLXIV. Willelmus Dux Normannorum tribus de causis mente stimulatus est, et intrinsecus irritatus. Primò, quia Alvredum cognatum suum Godwinus et filii sui dehonesterant. Secundò, quia Robertum Episcopum et Odonem Consulem et omnes Francos Godwinus et filii sui ab Anglia exulaverant. Tertiò, quòd Haraldus in perjurium prolapsus, regnum quod jure cognationis suum esse debuerat, sine aliquo jure invaserat.

An. 1066.

Anno MLXV. (e) Dux Normannorum Willelmus cùm consilium petisset, et omnes Normanniæ Barones ad Angliam conquirendam audisset unanimes, gavisus est valdè: quibus ad se iterum consiliandos euntibus, Willelmus filius Osberni Dapifer Ducis interfuit, qui gravissimum iter ad Angliam capescendam, gentemque fortissimam Anglorum perhibens, contra paucissimos

(a) Corrig. *soror Richardi II.* De hoc autem Richardo, ad illustrandos mores sæculi, quædam alibi à nobis ommissa juvat huc adducere; scilicet ex Additamentis ad Historiam Norm. apud Chesnium Tom. Scriptorum Norm. pag. 317. Ibi porrò sic legitur: *Ille Comes multum ampliavit terras et ornamentis Ecclesiam Fiscanni, quam pater suus Richardus I ædificaverat. Ibi etiam erat solitus ferè omnitempore suam curiam in Paschali solemnitate tenere: et aliquando in ipsa solemnitate solebat unam tinam plenam textis et thuribus et candelabris et quibusdam aliis ornamentis, et cooperatam quodam optimo pallio ipse et uxor sua ante altare S. Trinitatis portare, ipsamque pro suis peccatis Deo ibi offerre. Ipsa verò die post Missas antequam ad curiam suam iret, atque cum Baronibus suis comederet, veniebat cum duobus filiis suis Richardo et Roberto in refectorium Monachorum; et prædicti pueri*

afferentes de fenestra equinæ scutellas, sicut solebant Monachi facere, porrigebant patri suo; et ipse per se ipsum prima fercula ante Abbatem, et postea ante Monachos ponebat. Quod cum egisset, cum magna humilitate veniebat ante Abbatem; et sic ab eo acceptâ licentiâ, lætus et gaudens ibat ad curiam suam. Aliquando verò mittebat de mensa sua Abbati scutellam argenteam plenam piscibus, et mandabat ei ut eam retineret, atque inde suam voluntatem faceret.

(b) In Chronico Beccensi: *Anno Dom. MLIII Hunsfredus de Pittulis, etc.*

(c) *Ibid. patris et matris.*

(d) *Ibid. Anno Dom. MLXII Lanfrancus, etc.*

(e) Numero 1065 apud Robertum de Monte, sicut et apud Guillelmum Gemet. suprâ pag. 50, intellige 1066: uterque enim annum à Paschate tantum incipit.

An. 1066.

in Angliam ire volentes acerrimè litigavit. Quod quidam Proceres au- A
dientes, valdè gavisì sunt, fidem dederunt ei ut quod ipse diceret, omnes
concederent. Ingressus ante eos coram Duce dixit: « Paratus sum in hac ex-
» peditione cum meis omnibus proficisci ». Oportuit ergo omnes Norman-
norum Principes verbum ejus prosequi, sicut promiserant ei. Classis igitur
maxima ad portum (a) S. Valerici est præparata. Quod audiens Rex Ha-
raldus, vir bellis acerrimus, terra et mari militares turmas contra Willel-
mum præparavit. Cùm autem apud Eurohic post occisionem Haraldi Regis
Norwagiæ et Tosti fratris sui lætus pranderet, audivit nuncium dicentem
sibi: « Willelmus Normannorum Princeps littora australia occupavit, et
» apud Hastings castellum construxit ». Rex verò non segnis advo-
lans, aciem suam construxit in Hastings planiciis: Willelmus quidem
quinque catervas equitum splendidè promovit in hostem. Quibus terri- B
biliter dispositis, sermo Ducis dulcifluus tam mirabiliter in suorum majorum
exemplis diutiùs peroravit, ut si segnes antea viderentur, omnibus auda-
ciores postea probarentur. Nondùm enim ad finem Dux orationem duxerat,
omnes irà accensi ultrà quàm credi potest, secundùm acies suas impetu ineffa-
bili provolabant in hostem, Ducem jam sibi soli loquentem relinquentes.
Quidam verò nomine Taillefer, dudùm antequam coirent bellatores, ensi-
bus jactatis, ludens coram gente Anglorum, dum in eum omnes stuperent,
quendam Vexilliferum Anglorum interfecit; secundò similiter fecit; tertio
idem agens, et ipse interfectus est; et acies sibi offenderunt. Tunc incipit
letifera nubes sagittarum, tonitruum sequitur ictuum, insilit ignita collisio
galearum et ensium.

Cùm ergo Haraldus totam gentem suam in una acie strictissimè ut prudens C
locasset, et quasi castellum inde construxisset, impenetrabiles erant Nor-
mannis. Docuit igitur Dux Willelmus genti suæ fugam simulare: fugientes
autem ad quandam foveam dolosè protectam devenerunt, ubi multus eorum
numerus corruens oppressus est. Dum igitur Angli in sequendo persistunt,
acies principalis Normannorum mediam catervam Anglorum pertransiit:
quod videntes qui persequabantur, per foveam prædictam redire compulsi,
ibidem ex magna parte perierunt. Docuit igitur Dux Willelmus viros sa-
gittarios ut in hostem directè, sed in aëra sursùm sagittas immittentes, hosti-
lem cuneum sagittis cæarent: quod Anglis magno fuit detrimento. Viginti
autem equites strenuissimi fidem suam invicem dederunt, quòd Anglorum
catervam prorumpentes, signum regium, quod vocatur Standard, acciperent:
quod dum facerent, plures eorum occisi sunt; pars autem eorum, viâ gla- D
diis factâ, Standard apportavit. Interea totus imber sagittarum cecidit circa
Regem Haraldum; et ipse in oculo ictus occubuit (b). Irrumpens autem
multitudo equitum, Regem interfecit vulneratum, necnon et Girdh Con-
sulem et Levine Consulem, fratres ejus cum eo. Sic igitur contritus est
Anglorum exercitus, et Normannis à Deo victoria conceditur. Willelmus
igitur Dux Normannorum tantâ, Deo donante, potitus victoriâ, susceptus
est à Londoniensibus pacificè, et coronatus apud Westmoster ab Aldredo
Eboracensi Archiepiscopo, quia Stigandus Cantuariensis Archiep. erat ex-
communicatus. Sic dexteræ Excelsi mutatio gloriosa comprobatur esse facta;
quam Cometa ingens in exordio ejusdem anni designaverat. Unde dictum:
« Anno, (c) etc. » Commissum est autem hoc bellum mense Octobri, in
festivitate S. Callixti; quo in loco Rex Willelmus Abbatiam nobilem in ho- E
nore S. Martini construxit, et eam dignè nomine Belli vocavit. Regnavit
autem idem Rex Anglorum et Dux Normannorum XXI annis.

Anno MLXVII. Obiit Conanus Dux Britanniae. Willelmus Rex Anglo-
rum mare transiit in Normanniam, ducens secum obsides et thesauros: qui
interfuit dedicationi S. Mariae Gemeticensis. Obiit Maurilius Rothomagensis

(a) Hac in re profectò favit Willelmo Rex Fr. Philippus, seu potius Balduinus V Flandr. Comes: is enim Regnum administrabat, socerque erat Ducis Normannorum qui Mathildem habebat uxorem.

(b) Regem Haraldum, qui imperium Angliæ usurpaverat, regno simul ac vitâ privavit [Willelmus Dux]: quamvis quidam contendant ipsum Haraldum

inter occisos delituisse; nocturnaque fugâ lapsum, post multas peregrinationes apud Cestriam Eremiticam vitam duxisse, et usque ad ultima tempora Regis Henrici II in sancto proposito perdurasse. Ex Chronico Angl. Auctore Radulfo Coggeshale Abbate, apud Martenium Tom. 5 Ampliss. Collect. col. 801.

(c) Ut suprâ apud Ingulfum Abb. pag. 154.

A Archiepiscopus, prius Fiscannensis Monachus: cui successit Joannes filius Radulfi Comitis, fratris Richardi I.

Anno MLXX. Lanfrancus prius Monachus Beccensis, deinde Abbas Cadomensis, constitutus est Archiepiscopus Cantuariensis.

Anno MLXXI. Anno proximo idem Rex * exercitum Anglorum et Francorum duxit in Cœnomanicam provinciam. Angli verò terram illam destruxerunt, villas comburendo, vineas cædendo; et eam Regi subdiderunt. * Anglorum

Anno MLXXII. Secundus Balduinus (a) Flandrensium Comes, pater Mathildis uxoris Regis Anglorum Willelmi, habuit duos filios, Balduinum et Robertum; quorum uterque, etc. *ut apud Willelmum Gemetic. lib. 8 cap. 14.*

Tandem hoc anno mortuo secundo * Balduino (b) Comite Flandriæ, cum * VI
B Ermulfus Comes Hainaucensis deberet ei succedere, ut potè nepos, etc. *ut apud eundem Willelmum Gemet. ibid.*

Intereà tamen Richildis Arnulfi mater, illinc Robertus capitur; et altero pro altera relaxato, bellum inter eos vario eventu protrahitur.

(a) Is erat Balduinus V qui per annos VII quietum regnum reliquit.

(b) Vide infra vitam S. Lietberti Episcopi Cameracensis. Balduinus VI obiit anno 1070.

C EX CHRONICO (a) ANDEGAVENSI ALTERO.

Apud Martenium Tom. III Aneidot. col. 1380.

ANNO MXXXV, Fulco Nerra obit (b); cui Gaufridus Martellus filius ejus succedit.

MXXXIX (c), Gaufridus Comes Andegavensis, vicit Theobaldum Blesensem, et eum cepit.

MXLV, factum est castrum Reginaldi. Constructa est Ecclesia S. Sepulchri in Bituria à Gaufrido (d) [Bituricensi Vicecomite].

MXLVI, fundata est Abbatia Vindocinensis à Gaufrido Martello.

D MLIII, fuerunt duæ mulieres in Britannia uno corpore inferiùs,

MLIV, Bartholomæus Turonis Episcopus datur.

MLV, Gaufredus Martellus obit; cui Fulco Rechin nepos ejus succedit.

MLVI, Ecclesia B. Mariæ de Caritate fundatur.

MLVII, Henricus imperat annis XV. Guillelmus Nothus Dux Normanniæ claret.

MLVIII *, Nicolaus Papa annis II, mensibus II; à quo Berengarius * Ms. MLIX
Grammaticus damnatur.

MLX, Henricus Rex Franciæ obit [pridie Non. Augusti].

MLXIII, Gaufridus de Prulliaco (e), qui torneamenta invenit, apud Andegavum occiditur.

MLXIV, Guillelmus Nothus (f) ad regnum Angliæ coronatur.

An. 1066.

E MLXVI, Molisium Cœnobium Lingonense fundatur.

An. 1075.

MLXXIV, Ordo Grandimontis in Lemovicensibus invenitur.

MLXXVI, Radulfus (g) Dei inimicus Turonis datur Episcopus.

MLXXIX, Turci Antiochiam capiunt (h).

(a) Vide pag. 271 Tomi nostri X, ubi partem hujus Chronici edidimus, et quedam notavimus.

(b) Fulconis mortem ad annum 1040 rejiciunt plerique Scriptores. His autem potior fides adhibenda, quàm Andegavensi Anonymo, qui in pluribus annis errare deprehenditur.

(c) MXXXV in Ms. Cod. Reg. 4955, quem præ manibus modò habemus.

(d) Gaufridum istum non habet Codex Ms. modò laudatus.

(e) Hæc maxime notanda sunt in Scripto aliunde

sat inutili.

(f) Jam monuimus Anonymi chronologiam esse vitiosam; et hæc res ipsa per se patet.

(g) Indè conjicit Rivetus Anonymum Auctorem fuisse Monachum Majoris-monasterii.

(h) Folium sequens in Ms. Cod. 4955 exhibet partem Chronici S. Albini Andegav. ab anno tantum 1126; ibique paulò recentior deprehenditur membrana et scriptura. Sed et Martenio Editore ipso judice, quæ sequuntur, scripta sunt manu alterâ.

[Anno MLXXXVII (a), obiit Guillelmus Rex Anglorum, V Idus Septembris; ejus filius, Guillelmus Russet, Cantuariæ Rex consecratur].

(a) Quæ ansulis hinc circumscribuntur, addimus ex Ms. Cod. Reginæ Sueciæ 173, seu ex Tom. 2 Miscell. Mss. Durand Bibl. S. Germani à Pratis.


EX GENEALOGIA (a) REGUM FR. A PHARAMUNDO AD PHILIPPUM I.

Ex optimæ notæ Ms. Codice, olim Colbert. 2578, nunc Regio 4955, art. 12.

- * Lotharius CLOTARIUS*: qui Othoni Imperatori de regno Clotarii calumnias facere cepit.
- Ludovicus: iste obsidionem Marsonis fecit super Odonem Ruffinum, in qua B mortuus est Gosfridus pater.
- Req̄r. filius Hugo Abbas.
an fr.
- Req̄r. filius Odo Rex ad tempus. Iste Dux Francorum factus est et nutritus
(b) VI fr. Rodbertus Rex tyrannicus. Ludovico Caroli Calvi filio, infantulus parvus admodum admiserat*. Tutelam illam per annos fideliter VII, per multa et periculosa bella administravit; et ob ipsum servitium in beneficium perpetuum per consilium Francorum Nustriam recepit, hoc est terram quæ est inter Sequanam et Ligerim ab Aurelianis et Parisiis inferiusque in Oceanum exceptis, exceptis episcopandis.
- * remanserat Ninus Rodberti superioris tyranni gener.
- * Rodulfus Rodbertus* Burgundio, filius Ricardi Ducis. Hic factus est Rex Franciæ. C

* cædis Hugo Dux, qui dictus est Magnus. Iste non se passus est Regem fieri, exemplo territus paternæ legis*. Ludovicum Transmarinum in regnum revocavit; cui tamen postea infidelis extitit.

Otho. Hugo item Rex factus per tyrannidem simul cum Rodberto filio; qui ambo ex perfidia sua ad contemptum et invaliditudinem redacti, inertissimè et solo nomine regnaverunt: quod usque hodie itidem fieri conspiciamus in illorum sobole (c). D



(a) Monumenti hujus Scriptor, ut ex ejusdem verbis patet, æqualis fuit Philippo I. Idem probat et scripturæ et membranæ vetustas. Delirat igitur Joh. Harduinus in sua Disquisitione critica in instrumentum consecrationis Philippi I Regis Fr. an. 1059, Gallico idiomate in Ms. Cod. Reg. 6178. A. dum ibi contendit nullas Regum nostrorum genealog. series contextas fuisse ante initium sæculi XIV.

(b) Legendum fortè, non, vel ut, aut vel.

(c) Cùm in calce Chronici S. Albini legatur hæc genealogia, ejus Auctor, ut potè usque ad calumniam Regibus nostris infensus, profectò fuit Andegavensis; scribebatque, cùm ferverent studia partium, et Andegavenses odio furerent

in Francos. Simile quid de eodem aut alio forsan Scriptorè notavimus pag. 176 Tomi nostri X.

(d) Sic desinit brevis alia genealogia paulò infra in eodem Ms. Cod. 4955. En verba: *Clotarius genuit Ludovicum, qui adhuc puer Blanchiam accepit uxorem; in quo etiam Reges de familia Karoli Magni defecerunt: huic quoque ex alia familia successit in regnum Hugo Hugonis Magni filius; cui Robertus filius ejus: post hunc Hainricus filius Roberti, cui successit Philippus filius ejus.* Deliramentorum igitur aliorum numero accensendum est id quod in Disquisitione suprâ laudata docet Harduinus, nempe Philippum I non fuisse filium Henrici I.

A

EX HISTORIA ^(a) MONASTERII S. LAURENTII LEOD.*Apud Martenium Tom. IV Ampliss. Collect. col. 1057.*

A NNO Dom. Incarnationis MXXV Reginardus post Durandum fit Episcopus. Hic non attendens ostium, aliunde ascendit in ovile ovium. Designatus enim ad Episcopatum Viridunensem, ipse Leodiensem Ecclesiam eodem tempore, Durando mortuo Præsule, vacantem magis ambivit; aditoque Cunrado tunc temporis Imperatore, pecuniâ obtinuit ut optato potiretur.

Lib. 5.

Hoc tempore Frederico Mosellanorum Duce mortuo, quia mares filios non habebat quibus Ducatus competeret, Gozelo Dux, impetrato ab Imperatore etiam Mosellanorum Ducatu, in Lotharingia nobilius principabatur. Burgundionibus verò non desistentibus à consueta contra Regem suum insolentia, Rex Rodolphus regnum Burgundiæ Conrado Imperatori tradidit, quod à tempore Arnulfi Imperatoris per annos plusquam CXXX gentis suæ Reges tenuerunt; sicque Burgundia iterum redacta est in provinciam. Odo autem Campaniensis regnum Rodulfi Regis avunculi sui à Conrado Imperatore nepote suo repetens, ut sub eo regat Burgundiam efflagitat. Quod cum ei Rex negasset, ille contra eum bellans Lotharingiam incursat, castella oppugnat, urbem Leuchorum quæ Tullus dicitur, obsidet, et in nullo temperat furori suo. Erat tunc temporis ejusdem civitatis Episcopus domnus Bruno, qui postea factus est Papa. . . Ille tamen nihilominus sæviit, castrumque Barum obsidet et capit. Tam ancipiti periculo permotus Dux Gozelo ^(b), Leodium venit, domnum Reginardum Episcopum rogat plurimum et obtestatur, ut non solum sibi, verum etiam omni Lotharingiæ, immò verò universo subveniret Imperio, quod æterno notaretur elogio*, si prævaleret prædictus Odo; omnes Francigenas omnemque Burgundiam conjurasse cum illo, nihilque aliud meditari nisi irruptionem in regno Romano. « Hnjus, inquit, nobis curæ absolutionem diligentia vestra usu explorata » promittit. Nihil moramini, mihi satis subsidii est si venitis. Sed vereor in » indulgere verbis præconii vestri, ne proximus esse videar blandienti, quam » quam dulces sit certamen familiaris officii. In defectu rerum nihil operæ » est indulgere dietis. Res ipsa vestram satis excitat experientiam ». Episcopus habito cum suis consilio, suum pollicetur auxilium; præcederet ipse ne absentiam ejus hostibus audacia, suis verò cresceret timor et desidia; subsecuturum se citius, cum suus paratus fuerit exercitus. Dux lætificatus promissis ejus quem sciebat multum valere in ejusmodi, tum et sapientiam quæ multum præstat in arte bellica, ac nobilium militum multitudine quæ sub eo erat, properè recedit, suosque oppidò lætificat quos in magno mœnore varioque curarum æstu reliquerat: nec tamen congredi cum hoste ausus fuit, donec Episcopus adventaret ^(c), donec suam exercitum præsentiam lætificaret. Mox ut ille advenit, divisus in procinctu per turmas et cuneos militum alis, personantibusque hinc inde tubis, commissum est prælium, diuque incerta belli alea decoxit exercitum. Multitudo quæ cum hostibus erat, victoriam illis promittebat, hos innocentia sola protegebat; superbia illos armaverat, istos justitia. Odo Princeps, hostium sinistro cornu protrito, milites suos convertit; totum belli negotium in Episcopum agit, à cujus se

An. 1032.

* opprobrio

(a) In Historiæ parte quam hic exhibemus, habet Lector excerpta tantum ex Ruperti opere abbreviato. Rupertus autem seu Robertus, ex S. Laurentii Monacho Abbas Tuitiensis prope Coloniam circa annum 1114, res gestas Episcoporum Leod. et Abbatum S. Laurentii quinque digessit libris, quorum vix modo quartus et quintus supersunt. Vir illa ætate cum religione tum eruditione et scriptis præstantissimus, agmen ducit Auctorum hujusmodi Historiæ. Ruperto accessit Reinerus ejusdem Cœnobii Asceta, qui sub finem sæculi XII florebat Leodii,

et Ruperti opus ad sua usque tempora continuavit. Tertius subsecutus est Lambertus seu quivis alius Scriptor, etc.

(b) Fuit frater Gozelonis Ducis, ut legitur supra col. 1046, nobilissimus Comes Hezelo, qui alio nomine Heinricus dicebatur, vir consilio et sapientia clarus. Hic Hermannus alius dictus, Comes fuit Dasburgensis.

(c) Sic ætate illa Episcopi quidam pessimo more et exemplo arma tractabant ac bella gerebant: quibus non favet Epistola Fulberti pag. 479 Tomi nostri X.

militibus cernebat præ omnibus et sentiebat prægravari. Episcopus Dei auxilium in præsentis discrimine invocans, nobilium mentes juvenum hortatu paterno excitabat; senibus ut pristinae memores essent industriæ, neve suprema virtus nutaret prædicabat; illius gesta nobiliter olim declarata memorabat; hunc ex nomine proprio compellans, ut fortiter hostem cæderet exorabat. Gozelo Dux, recollectis suis quos palantes revocaverat, legiones iteratò restaurat, eum Episcopo fortiter prælianti gradum firmat: ferrum denuò imbre lethali conseritur; plurima mortis imago vertitur: Episcopus à latere lacescentes protudit, lectas retrò legiones immisit. Albertus Comes Namuncensis qui cum Episcopo erat, dum præ nimio zelo hostem conterendi in confertissimos hostes incursat, unde unde telis obruitur; sed dum cedere censet esse pudori, cum multo hostium detrimento non inultus perimitur. Crevit in adversis virtus: nam Episcopus eum Duce eernentes Comitem interiisse, jam totis habenis in hostem irruunt, Odonem cum omnibus suis nobilioribus interimunt, cæteros ubi ubi palantes confodiunt. Nec apposuerunt ultrà Francigenæ fines Lotharingiorum incursare. Leuca civitas (a) diutinâ obsidione attrita, jamque, nisi divina affuisset misericordia, in deditionem futura, liberatur. Episcopus Bruno qui illâ obsessus tenebatur, gratias Deo agebat exauditum se fore * subactis prædonibus. Episcopus Reginardus victoriâ plenâ potitus, et ab omnibus magnificè glorificatus, Leodium redit, et pro cunctis suorum qui in expeditione oppetierant obtulit Deo sacrificium laudis; factaque est ingens lætitia Imperatori Conrado cunctisque Primoribus Aulæ; domnus Reginardus ab universis prædicatur, qui tantum Imperii hostem protrivisset.

Vadit [Reginardus] Romam cum tam ingenti pompa nobilium, ut non tam peregrinatio quàm exercitus crederetur, aliis pro honore, aliis pro sua devotione secum proficiscentibus... Mox ut Apostolicum Benedictum intuitus est, in conspectu Ecclesiæ suorumque comitum cum ingenti gemitu ad pedes ejus procidit... Fatetur quòd Episcopatum obtinisset per pecuniam.

Visitavit locum [S. Laurentii Leod.], et consolatus est Abbatem Stephanum... Diruto itaque veteri ædificio, fundamenta novæ Ecclesiæ deducta sunt... Anno Dom. Incarnationis MXXXIV, Indict. II, ipsius autem Reginardi Episcopatus anno X, cum summo gaudio et honore Ecclesia dedicata est... Reginardus Episcopus nimium cita morte præventus est. Itaque moriens eo in loco sepulturam habere concupivit... Orat pro illo ad Dominum elemosyna magni pontis, quem super Mosam multis sumptibus ex-

struxit (b)... Anno Domini MXXXVI (c) obiit, Nonis Decembris.

[Benefactores S. Laurentii]; anno Dom. MLXXXII Anselmus de Solre; anno Dom. MLXXXI Elbertus de Helmeis et frater ejus Emmo de Grunes... Gerardus de Jamapia.

Episcopus Henricus, convocatis Principibus suæ diocesis, pacem Leodii ordinavit; propter quod Pacificus dictus est. Obiit anno MXCI, et Hoi sepelitur.

(a) Odo Comes Brunonem à fide Conradi avertere conabatur. Hinc Tullum urbem obsederat. Odone autem interfecto, pacem inter Imperatorem et Francorum Regem composuit Bruno.

(b) Hactenus Ruperti Abbeviator ante annos quingentos exaratus. Quæ sequuntur, ex Renero et cæteris Scriptoribus antiquis collegit atque exscripsit Adrianus de Veteri-busco. Marten.

(c) Corr. An. MXXXVIII. Nam Lambertus Parvus S. Jacobi Monachus in Chronico: Obiit Raynardus Episc. Leod. anno 1038; succedit Nithardus. Confirmatur ex inventa in tumulo Reginaldi lamina plumbea cum inscriptione hac: Ego Reginardus Leod. Episc. excessi de vita anno ab Incarn. Dom. MXXXVIII, Indict. V, Nonis Decemb. et sepultus sum in Basilica S. Laurentii quam construxi.

EX GENEALOGIA DUCUM NORTHMANNORUM.

Apud Chesnium Tomo Scriptorum Norm. pag. 213
ex veteri Codice Ms.

WILLELMUS Longa-spata genuit (a), Richardum Senem. Hic genuit filiam nomine Emmam, de qua natus est Eduardus Rex Anglorum. Richardus autem Senex genuit Richardum. Richardus verò secundus genuit Richardum III et Rodbertum. Richardus autem genuit Nicolaum S. Audoëni Abbatem. Robertus verò genuit Willelmum Nothum, qui post mortem Eduardi transfretavit in Angliam anno Domini MLXVI, regnumque obtinuit jure hereditario; quia ejus atavus, Richardus Senex fuerat, ejus Emma filia Eduardum Regem genuerat. Willelmus iste Nothus tres filios habuit, Rodbertum videlicet et Willelmum Rufum atque Henricum, ex Mathilda filia Balduini Comitis Flandriæ, qui sepultus est apud Insulanum oppidum. Willelmo Notho defuncto, Willelmus Rufus ejus filius Rex creatus est, et Rodbertus Comes Northmanniæ, etc.

An. 1066.

(a) Qui [genuit] Richardum I: qui Richardum II: qui Richardum III. Post Robertus, qui genuit Willelmum Bastardum Ducem Normanniæ. Iste Willelmus cum magnis exercitu et forti transiit in Angliam; et factus est Rex Angliæ primus de Ducibus Normannorum, adversarius fugatis et interfectis. Qui genuit Robertum Ducem Normanniæ... Willel-

mum Regem Anglorum... Henricum Regem Angliæ et Ducem Normannorum... Item Willelmus Bastardus genuit Comitissam Boloniæ, etc. Ex Genealogia Rollonis primi Ducis Norm. scriptâ regnante S. Ludovico, et editâ ab Acherio Tom. 2 Spicil. in-fol. pag. 494.

EX WILLIELMI (a) MALMESBURIENSIS LIBRO II.

DE GESTIS REGUM (b) ANGLORUM.

Inter Rerum Anglicarum Scriptores Francofurti 1601, fol. pag. 76.

ANNO Dom. Incarn. MXXXVI Haroldus, quem fama filium Cnutonis ex filia Elfelmi * Comitum loquebatur, regnavit annis IV et totidem mensibus. Elegerunt enim Dani, et Londoniæ cives qui jam penè in Barbarorum mores propter frequentem convictum transierant. Angli diu obstiterunt, magis unum ex filiis Ethelredi, qui in Normannia, vel Hardecnutum filium Cnutonis ex Emma, qui tunc in Danamarchia erat, Regem habere volentes. Maximus nunc pugnator justitiæ fuit Godwinus Comes, qui etiam pupillorum tutorem se professus, Reginam Emmam et regias gazas custodiens, resistentes umbone nominis sui aliquandiu dispulit; sed tandem vi et numero impar, cessit violentiæ. Haroldus, sceptro confirmato, noveream exiliavit. Illa in Normannia nihil sibi tutum arbitrata, ubi, defunctis fratre et nepotibus, recens deserti orphani fervebat invidia, in Flandriam transit ad Baldwinum Comitem, expertum probitate virum; qui postea, defuncto Rege Henrico qui Philippum parvum reliquerat filium, regnum Francorum nobiliter annis aliquantis rexit, fideliterque adulto (nam ejus amitam uxorem habebat) restituit. Hujus sub umbra Emma securum triennium egit: quo peracto, Haroldus mense Aprili defunctus [est]... Tunc Anglis et Danis in unam sententiam convenientibus propter Hardecnutum missum, ille per Normanniam in Angliam mense Augusto venit. Nam filii Ethelredi jam serè omnibus despectui erant, magis propter paternæ socordiæ memoriam, quàm propter Danorum potentiam. Hardecnutus biennio

Cap. 12.

* Al. Altelmi

(a) Guilielmus Monachus et Malmesburie Bibliothecarius, de Gestis Anglorum, ut ipse testatur pag. 173, dicit ab adventu eorum in Angliam usque ad annum Henrici I vigesimum, al. vicesimum octavum. Tanta autem fide et diligentia res pertexuit, ut principem locum teneat

inter rerum Anglicarum Scriptores. Plura vide pag. 243 Tomi nostri X.

(b) Polo, inquit idem in Epistola ad Robertum Comitem, hoc Opus esse multarum historiarum breviarium, quamvis à majore parte vocaverim Gesta Regum Anglorum.

præter dies X regnans, spiritum inter pocula amisit . . . Juvenis, qui egre- A
 giam pietatem animi in fratrem et sororem ostenderit. Germanum enim Ed-
 wardum, annosæ peregrinationis tædio et spe fraternæ necessitudinis natale
 solum revisentem, obviis, ut aiunt, manibus excipiens, indulgentissimè
 * *Al. Egel-* retinuit. . . Sanè ne silentio premam, quod de primogenito Ethelredi * Elfredo
 * *Al. Gin-* rumigeruli spargunt; ille inter mortem Haroldi et expectationem Hardec-
 * *Al. Gun-* nuti fluctuans, regnum ingressus, compatriotarum perfidiâ et maximè God-
 * *nildam* wini, luminibus orbatus est apud Gillingham *; inde ad Cœnôbium Heliense
 directus, miseram vitam paucò tempore pane cibario sustentavit; omnibus
 decapitatis comitibus præter decimos: nam sors decimum quemque mortì
 exemerat. Hæc, quia fama sevit, non omisi; sed quia Chronica tacet, pro
 solido non asserui . . . Cæterum, ut dicere cœperam, Hardecnutus Gun-
 hildam * sororem (a), filiam Cnutonis ex Emma, spectatissimæ speciei B
 puellam, à multis procis tempore patris suspiratam nec impetratam, Henrico
 Imperatori Alemannorum nuptum inisit. Celebris illa pompa nuptialis fuit,
 et nostro adhuc sæculo etiam in triviis cantitata . . . Erat Imperator multis et
 magnis virtutibus præditus, et omnium penè ante se bellicosissimus.

Cap. 13. Anno Incarn. Dm MXLII S. Edwardus filius Ethelredi suscepit re-
 gnum (b), mansitque in eo annis XXIV non plenis; vir propter morum
 simplicitatem parùm imperio idoneus, sed Deo devotus . . . Supellex matris
 ejus, præcipiente illo penitus abrasa . . . Mater nihil (c) unquam de suo largita,
 hæreditario scilicet odio parentis in prolem. Nam magis Cnutonem et
 amaverat vivum, et laudabat defunctum . . . Edgitham filiam Gothwini Rex
 in connubium accepit; fœminam in cujus pectore omnium liberalium artium
 esset gymnasium, sed parvum in mundanis rebus ingenium: quam cum vi- C
 deres, si litteras stuperes, modestiam certè animi et speciem corporis de-
 siderares. Hæc et vivo marito et mortuo, probri suspicione non caruit . . .
 Aliquantos Normannos Rex accersierat, qui olim inopiam exulis pauculis
 beneficiis levarant: inter quos Robertum (d) ex Monacho Gemmeticensi
 Archiepiscopum . . . Ita se res habet quòd Angli aspernanter ferant superio-
 rem, Normanni nequeant pati parem . . . Eustachius Comes erat Bononiæ,
 pater Godefridi et Baldwini, qui nostro tempore Reges Jerosolymorum
 fuerunt: habebatque sororem Regis Godam legitimis nuptiis desponsatam,
 quæ ex altero viro Waltero Medantino filium tulerat Radulfum, qui eo
 tempore erat Comes Herefordensis, ignavus et timidus . . . Eustachius
 * *Al. Dove-* ergo transfretato mari de Whitsand in Dovoriam *, Edwardum Regem, nes-
 * *ram* cio qua de causa, adiit. Collocutus cum eo, et re impetrata quam petierat, D
 per Doroberniam redibat: unus antecursorum ejus ferociùs agens cum cive,
 et vulnere magis, quàm prece aut pretio hospitium exigens, illum in sui
 excidium invitavit. Quo cognito, Eustachius ad ulciscendam necem servi
 cum toto comitatu profectus, homicidam quidem cum aliis decem et octo
 interemit; sed civibus ad arma convolantibus, XXI ex suis amisit, innumeris
 vulneratis: ipse vix cum altero ipso tumultu subterfugit. Inde ad Curiam pe-
 dem referens, iram Regis in Anglos exacuit . . . Godwinus restitit, quòd
 omnes alienigenas apud Regis gratiam invalescere videret . . . Godwinus et
 Swanus Flandriam, Haroldus [exul] concessit Hiberniam . . . Præfecti classis
 Odo et Radulphus Comites et Regis cognati . . . Godwinus probè se
 expurgavit: tantùmque brevi valuit, ut Normannos omnes ignominix

(a) *Accusata adulterii, puerulum delatori ad monomachiam opposuit. . . Itaque conserto duello, per miraculum Dei Gunhildis insperato triumpho tripudians, viro repudium dedit.*

(b) *Anno MXLIII, inquit Guilielmus in Historiæ Novellæ lib. 1, pag. 175, Rex Edwardus in regnum sublimatus est, id est coronatus fuit; nam anno præcedenti Rex fuerat renunciatus. Sic secum conciliatur Willelmus Malmesbur.*

(c) *Angustos filii jam dudum riserat annos.*

(d) *Rex Robertum, quem ex Monacho Gemmeticensi Londoniæ fecerat Episcopum, Archiepiscopum creavit annis duobus, amplissimo prænio bona sibi quondam in Normannia exulanti ab ipso impertita recompensans. Is ergo et amore antiquo et recenti honore primas par-*

tes in consiliis regalibus sibi vindicabat: quos vellet, deponeret; quos liberet, sublimaret. Angli ergo Normanno invidere, et Regis benevolentiam extenuare. Ille contrà pertinaciùs insistere, donec præcipuos Optimates, Godwinum dico et filios ejus, proditiõnis apud Reges accusatos, Angliâ expelleret. . . Sed posteriori anno causa in suffragium popularium deducta, exules restituit. . . Archiepiscopus Romam ivit. . . Rediens finem vitæ apud Gemmeticum invenit. Ex Gestis Pontificum Angl. pag. 204, Auctore eodem Guillelmo. Robertus Archiepiscopus et omnes Franci, quorum consilio Rex Consulens [Godwinum] exulaverat, exulati sunt. Ex lib. 1 Hist. Henrici Huntindon. pag. 366.

A notatos ab Anglia effugaret; prolatâ sententiâ in Robertum Archiepiscopum ejusque complices, quòd statum regni conturbarant, animum regium in provinciales agitantes... Verùm ille Romam profectus, cùm per Gementicum verteretur, defunctus ibique sepultus est in Ecclesia S. Mariæ, quam ipse præcipuo et sumptuoso opere construxerat... Wlnodus à Rege Edwardo Normanniam missus, quòd pater * eum obsidem dederat, ibi toto tempore Edwardi inextricabili captione irretitus, regnante Willielmo in Angliam remissus, in vinculis Sarisburiae consenuit... Tostinus infensus omnibus cum uxore et liberis Flandriam abiit; ibique interim usque ad Edwardi obitum fuit.

* Godwinus

Pag. 83.

Pag. 87.

An. 1042.

In confinio Britanniae et Normanniae portentum visum est in una vel potius duabus mulieribus: duo erant capita, quatuor brachia, et caetera gemina omnia usque ad umbilicum; inferius duo crura, duo pedes, et caetera omnia singula. Ridebat, comedebat, loquebatur una; flebat, esuriebat, tacebat altera. Ore gemino manducabatur; sed uno meatu digerebatur. Postremò unâ defunctâ, supervixit altera; portavit penè triennio viva mortuam, donec et mole ponderis et nidore cadaveris ipsa quoque defecit. Putatum est à quibusdam et litteris etiam traditum, quòd hæ mulieres Angliam et Normanniam significaverint... Mortuam et penè exhaustam Normanniam vicens pecuniis sustentat Anglia, donec et ipsa fortassis succumbat exactorum violentiâ... Nunc gemit calamitatibus afflicta, pensionibus addicta...

Rex Edwardus miraculis et prophetiae spiritu claruit... Erat discretæ proceritatis barba... Adolescentula, luxuriantibus circa collum humoribus, turpem valetudinem contraxerat, glandulis protuberantibus horrenda. Jussa somnio lavaturam Regis exquirere, Curiam ingreditur: Rex ipse per se opus pietatis adimplens, digitis aquâ intinctis collum pertractat mulieris; medicam dextram sanitas festiva prosequitur... Multotiens eum in Normannia hanc pestem sedasse ferunt, qui interiùs ejus vitam noverunt. Unde nostro tempore quidam falsam insununt operam; qui asseverant istius morbi curationem non ex sanctitate, sed ex regalis prosapiae hæreditate fluxisse (a)...

Pag. 91.

Pag. 92.

Henricus Imperator defunctus est, successoremque Henricum filium habuit, qui multas oppressiones urbi Romanæ fatuitate nequitiaeque sua intulit. Eodem anno Henricus Rex Francorum, miles strenuus et bonus, potionis haustu interiit. Non multò post cometes stella, ut ferunt, mutationes regnorum præterens, longos et flammeos crines per mane ducens apparuit... Quidam nostri Monasterii Monachus, Elmerus * nomine, erat litteris bene imbutus... immanem audaciam prima juventute conatus. Nam pennas manibus et pedibus, haud scio qua, innexuerat arte, ut Dædali more volaret, fabulam pro vero amplexus; collectaque è summo turre aurâ, spatio stadii et plus volavit: sed venti et turbinis violentiâ, simul et temerarii facti conscientiâ, tremulus cecidit; perpetuò post hæc debilis et erura effractus. Ipse ferebat causam ruinæ, quòd caudam in posteriori parte oblitus fuerit... Anglia facta est exterorum habitatio et alienigenarum dominatio. Nullus hodiè Anglus vel Dux, vel Pontifex, vel Abbas: advenæ quique divitias et viscera corrodunt Angliæ.

* Al. Eilmerus

Pag. 93.

Rex Edwardus quòd ipse non susceperat liberos, et Godwini videret invalescere filios, misit ad Regem Hunorum, ut filium fratris Edmundi Edwardum cum omni familia sua mitteret; futurum, ait, ut aut ille aut filii sui succedant regno hæreditario Angliæ; orbitatem suam cognatorum suffragio sustentari debere. Ita venit Edwardus; sed continuò apud S. Paulum Londoniæ fato functus est, tribus liberis superstibus, vir neque promptus

(a) Anglorum Reges curandi strumas vel scrophulas privilegium à S. Eduardo repetunt, eique acceptum referunt. Hujus rei meminit Petrus Bles. in Epist. Cl. et Malmesburiensis. Denique Polydorus lib. 8. ritum illum strumas curandi, Regum Angl. jus quasi hæreditarium vocat. « Quod quidem, inquit, immortale munus jure quasi hæreditario ad posteriores Reges manavit. Nam Reges Angl. etiam nunc tactu ac quibusdam hymnis, non sine ceremoniis priùs recitatis, strumosos sanant ». Sed illæ ceremoniæ non nisi ad majorem decentiam adhi-

bitæ: solo enim tactu tam à Regibus Angl. quàm à Regibus Fr. ac à septimis masculis nullo interjecto partu femineo curantur; quòd de his ultimis centies et ampliùs propriis oculis vidi. Quare non est quòd quidam Medici hæc commentitia, et quidam Theologi superstitionosa esse dicant. Sunt hæ gratiæ gratis datæ, quæ à Deo tam bonis quàm malis conferuntur, non ad propriam eorum, sed ad communem aliorum utilitatem. Sic somniat Pagius, quem penès fore fidem vix crediderimus.

manu, neque probus ingenio ; Eadgaro , qui post occisionem Haroldi à qui- A
busdam in Regem electus est, et vario lusu fortunæ rotatus , nunc penè de-
crepitem diem ignobilis ruri agit ; Christinâ , quæ Sanctimonialium habitu
apud Ramesiam consenuit ; Margaritâ , quam Macolmus Rex Scottorum le-
gitimo matrimonio duxit . . . Rex itaque, defuncto cognato , quia spes prioris
erat soluta suffragii , Willielmo Comiti Normanniæ successionem Angliæ
dedit. Erat ille hoc munere dignus, præstans animi juvenis, et qui in supre-
mum fastigium alacri labore excreverat ; prætereà proximè consanguineus ,
filius Roberti filii Richardi II , quem fratrem fuisse Emmæ matris Edwardi
non semel est quòd diximus. Ferunt quidam ipsum Haroldum à Rege in hoc
Normanniam missum : alii , secretioris consilii conscii , invitum venti vio-
lentiâ illuc actum , quo se tueretur invenisse commentum ; quod , quia prop-
pius vero videtur, exponam. Haroldus in prædium juris sui Boscam venerat : B
ibi , ut animum oblectaret suum , piscatorium conscendit navigium ; et in-
terim quidem longiusculo ludo in altum proceditur ; sed subito adversa tem-
pestate coorta , ipse cum sodalibus in Pontivum (a) pagum compellitur.
Homines regionis illius , pro more gentis insito , repente ex omni parte
convolavere ; inermes ab armatis , pauci à pluribus , quod facile fuit , op-
pressi, manus manicis, pedes compedibus præbuere. Haroldus astuto pectore
volvens casûs remedium , hominem promissis ingentibus sollicitatum , ad
Willielmum misit ; missum se à Rege Normanniam , ut quod minores nunfra-
tiii balbutierant , ipse potissimùm suâ confirmaret præsentia ; in vinculis à
* Widone Gowine * Pontivi Comite detineri , quominus mandata exequatur ; barba-
rum et effrænatum morem regionis esse , ut qui evaserant in mari nau-
gium, in terra invenirent periculum ; convenire tanti nominis viro ne im- C
punitum dimittat, quòd fidem ejus appellanti bus vincula injecta non nihil de
majestate ipsius diminuerint ; si pecuniis exuenda captivitas esset , libens daret
* Al. God- Willielmo Comiti , non seniviro Gwidoni *. Ita Haroldus, Willielmo
win mandante, liberatus, et ab ipso Gwidone Normanniam ductus est. Comes
eum magna dignatione, gentilitio ornatu in cibus et vestibis coluit ; et ut
notiorem faceret simul et virtutem experiretur , Britannica expeditione ,
quam tunc fortè susceperat, secum habuit. Ibi Haroldus et ingenio et manu
probatus , Normannum in sui amorem convertit ; atque ut se magis com-
mendaret , ultrò illi tunc quidem castellum Doroberniæ , quòd ad jus suum
pertineret, et post mortem Edwardi regnum Anglicum sacramento firmavit.
Quare et filia adhuc impubis desponsione , et totius patrimonii amplitudine
donatus, familiarium partium habebatur. Nec multum temporis intercessit , D
quòd illo domum reverso, Rex in Natale Domini apud Londoniam coro-
natus est ; ibidemque morbo ictus quo se moriturum sciret , Ecclesiam
Westmonasterii die Innocentium dedicari præcepit . . . et in eadem Ecclesia
die Theophaniæ sepultus est ; quam ipse illo compositionis genere primus in
An. 1066. Anglia ædificaverat, quod nunc penè cuncti sumptuosis æmulantur expensis.
Haroldus ipso Theophaniæ die , extorta à Principibus fide , arripuit dia-
dema ; quamvis Angli dicant à Rege concessum : quod tamen magis bene-
volentiâ , quàm judicio allegari existimo , ut illi hæreditatem transfunderet
suam, cujus semper suspectam habuerat potentiam. Quamvis, ut non celetur
veritas, pro persona quam gerebat, regnum prudentia et fortitudine guber-
naret, si legitimè suscepisset. Denique, vivente Edwardo, quæcumque con-
tra eum bella incensa sunt, virtute sua compressit . . . Eodem anno Tostinus E
Pag. 94. à Flandria in Humbram navigio LX navium delatus [est] . . . Regi Nori-
corum Haroldo Harvagre obvio manus dedit, qui cum CCC navibus An-
gliam aggredi meditabatur . . . Angli Noricos in fugam egerunt . . . Rex
Harvagre et Tostinus interempti . . . Haroldus triumphali eventu superbus,
nullis partibus prædæ commilitones dignatus est. Quapropter multi , quò
quisque poterat, dilapsi , Regem ad bellum Hastingsense proficiscentem

(a) Pontivus aliàs Ponticus , Pontius et Pon-
tiu pagus, est magna pars veterum Ambiano-
rum, quæ vulgò hodiè que *le Pontieu* nuncupatur.
Jacet autem inter Suminam vel Somenam (*la
Somme*) et Alteiam (*l'Autie*) fluvios, Comitatus
appellatione veteri nobilis. In vetustis duobus

instrumentis pagus iste legitur fuisse olim plenus
antiquis nemoribus, desertus ac invius. Denique
ex Haimonis Ducis sede in Pontivo colligit Va-
lesius, huic pago, quòd Campaniæ Gallicæ,
contigisse, ut de Ducatu postea Comitatus
fieret.

A destituere. Nam præter stipendiarios et mercenarios milites, paucos admodum ex provincialibus habuit: unde cum suis, quos ductabat, post IX menses et aliquot dies accepti regni, astutiâ Willielmi circumventus, fusus est; levi videlicet belli negotio, sed occulto et stupendo Dei consilio; quod nunquam postea Angli communi prælio in libertatem spiraverint; quasi cum Haroldo omne robur deciderit Angliæ, qui certè potuit et debuit etiam per inertissimos solvere pœnas perfidiæ. Nec hæc dicens, virtuti Normannorum derogo, quibus tum pro genere tum pro beneficiis fidem habeo. Sed mihi videntur errare, qui Anglorum numerum accumulunt, et fortitudinem extenuant. Ita Normannos, dum laudare intendunt, infamiâ respergunt. Insignis enim planè laus gentis invictissimæ, ut illos vicerit, quos multitudo impeditos, ignavia fecerit timidos: immò verò pauci et manu promptissimi fuere, qui charitati corporum rennuciantes, pro patria animas posuerunt.

EX LIBRO TERTIO (a).

ROBERTUS alter filius Richardi II, postquam VII annis gloriosè Ducatum Normanniæ tenuit, Jerosolymam pergere * mentem appulit. Habebat tunc filium septennem ex concubina susceptum; cujus speciem in choreis saltantis fortè conspicatus, non abstinuit quin sibi nocte conjungeret: deinceps unicè dilexit; et aliquandiu justæ uxoris loco habuit. Puer ex ea editus, Willielmus à nomine abavi dictus; cujus magnitudinem futuram matris somnium portendebat, quo intestina sua per totam Normanniam et Angliam extendi et dilatari viderat. Ipso quoque momento quo, partu laxato, in vitam effusus pusio humum attigit, ambas manus junco, quo pulvis pavimenti cavebatur, implevit, strictè quod corripuerat compugnans. Ostensum visum mulierculis læto plausu gannientibus, obstetrix quoque fausto omine acclamat puerum Regem futurum. Paratis ergo omnibus, quæ Jerosolymitani itineris viaticum informarent, apud Fiscanum consilium Proceribus indicitur. Ibi, jubente patre, in nomen et fidem Willielmi ab omnibus juratur: Gilebertus Comes tutor pupilli constituitur; tutela tutoris Regi Francorum Henrico assignatur. Roberto cœptam viam expediente, Normanni omnes communi umbone patriam per sua quisque munimenta tutari, parvum herum ex amore venerari. Stetit hæc fides usque ad famam obitûs ejus; quâ ubique gentium disseminatâ, cum fato mutatus amor; mox quisque sua munire oppida, turres agere, frumenta comportare, causas aucupari, quibus quamprimùm à puero dissidium meditarentur. Inter hæc ille, haud equidem reor sine Dei auxilio, qui eum tanto principaturum præviderat imperio, tutus adlescebat; cùm solus penè Gislebertus æquum et bonum armis defensitaret suis: cæteri studiis partium agebantur. Jam verò interfecto Gisleberto à Radulpho patruale suo, ubique cædes, ubique ignis versabantur. Clarissima olim patria, intestinis dissentionibus exulcerata, pro latronum libito dividebatur... At ille, ubi primùm potuit per ætatem, militiæ insignia à Rege Francorum accipiens, provinciales in spem quietis erexit. Sator discordiarum erat Gwido quidam Burgundus à patre, nepos Richardi II è filia: infantiam cum Willielmo concurrerat; tunc quoque januas adolescentiæ pariter urgebant. Convictus familiaritatem, familiaritas amicitiam paraverat: huc accedebat, quòd ei Brionium et Vernonium castella dederat, nihil pro sanguinitate negandum putans. Horum Burgundus immemor, afflictis criminibus, quibus id facere meritò videretur, abalienavit se à Comite. Longum est et non necessarium, si persequar quæ hinc inde acta, quæ castella capta. Receperat enim perfidia socios, Nigellum Vicecomitem Constantini, Radulphum Vicecomitem Tembaiocensem, Haimonem Dentatum, avum Roberti qui nostro tempore

Pag. 95.

* Al. peregrè

(a) De Willielmo Rege, inquit Guilielmus Malmesbur in Prologo hujus Libri, scripserunt diversis incitati causis et Normanni et Angli: illi ad nimias efferrati sunt laudes, bona malaque juxtâ in cælum prædicantes: isti pro gentilibus iniunctis, sædis dominum suum proscidère convitiis. Ego autem, quia utriusque gentis sanguinem traho, dicendi tale temperamentum servabo: bene gesta, quantum cognoscere potui, sine fuco palam efferram: perperam

acta, quantum sufficiat scientiæ, leviter et quasi transeunte attingam; ut nec mendax culpetur historia, nec illum notâ inuram censoria, cujus cuncta penè, etsi non laudari, excusari certè possunt opera... Mihi hæc placet provinciæ, ut malum, quantum quoque sine veritatis dispendio, extenuem; bona non nimis ventosè collaudem... De Willielmo stylus observabit, ut nihil nimè, nihil nisi verè dicatur.

in Anglia multarum possessionum incubator extitit. Cum his per totam A
Normanniam grassabatur prædo improbissimus, inani spe ad Comitatum
illectus. Necessitas Regem tutorem excivit, ut desperatis partibus pupilli
succurreret. Itaque paternæ benevolentiae recordatus, quòd eum favore suo
in regnum sublimaverat, apud Walesdunas (a) in defectores irruit. Cæsa
* Al. Olva: illic multa eorum millia; multi fluminis Olnæ * rapacitate intercepti, quòd
in arcto locati, equos ad transvadandos vortices instimularent. Gwido vix
elapsus, Brionio se recepit; inde per Willielmum expulsus, non ferens
prohri famam, ultrò Burgundiam, nativum scilicet solum, contendit. Nec
ibi inquietus animus quietem invenit: nam à Comite illius provinciae fratre
suo Willielmo, quem insidiis impetiverat, fugatus, incompertum est quem
finem habuit. Nigellus et Ranulphus in fidem recepti sunt: Haimo in acie
cæsus; ejus insignis violentia laudatur, quòd ipsum Regem equo dejecerat: B
pag. 96. quare à concurrentibus stipatoribus interemptus, pro fortitudinis miraculo,
Regis jussu egregiè tumulatur. Tulit hujus gratiæ stipendium Rex Henricus,
à Normanno domino contra Gaufridum Martellum apud Molendinum-Her-
le, quod castrum in Andegavensi regione est, summa vi adjutus. Nam jam
in virile robur excreverat, majoribus natu, et pluribus solus metuendus;
solus caput discriminibus inferre; solus, vel cum paucis, in confertissimos
diversæ partis insilire. Quapropter ab illa expeditione, laudatæ fortitudinis
specimen amicitiarum apud Regem culmen retulit; adeò ut quasi paterno
consilio sæpè admoneret, ne ad pericula promptus, vitam suam despiceret,
quæ esset Francis decori, Normanniæ tutamento, utrisque exemplo.

Eo tempore erat Comes Andegavorum Gaufridus cognomento Martellus,
quod ipse sibi usurpaverat, quia videbatur sibi felicitate quadam omnes obsis- C
tentes contundere. Denique dominum suum Comitem Pictavensem aperto
marte cepit, ferreisque vinculis innodatum ad ignobiles pacis condiciones
adduxit; Burdegalâ et confinibus urbibus cederet, de cæteris annum vec-
tigal pensitaret. Sed ille, ut creditur, pro ferri injuria et ciborum inedia,
beneficio opportunæ mortis post triduum perpetuæ ignominiae exemptus est.
Tum Martellus, ne quid deesset impudentiæ, novercam defuncti matrimo-
nio sibi copulavit, fratres in tutelam recipiens, quoad possent principatui
regendo sufficere. Mox Theobaldi Blesiensis Comitis ingressus limites, ur-
bem Turonicam obsedit; ipsum civibus suis auxilium ferre volentem, con-
sortio ærumnæ implicuit: siquidem captus et in ergastulo reclusus, urbem sibi
omnibusque suis hæredibus in posterum abjuravit. Pudendam miseriam homi-
nis quis dixerit, ut pro ambitione quantulæcunque vitæ, tantæ urbis dominio D
successores suos perpetuo fraudaret... Ita Martellus tantarum virium aug-
mento turgidus, etiam Normannum Comitem Allentii (b) castelli possessione
vellicavit, pronis in perfidiam habitatoribus. Quâ is irritatus injuriâ, par
pari retulit, et Danfrunt (c), quod tunc erat Comitis Andegavorum, obsi-
dione coronavit. Nec mora obsessorum querelis commonitus Gaufridus, non
segnis advolat, innumero stipatus milite. Nuntio advenientis accepto, Wil-
lielmus Rogerium de Monte-Gomerico et Willielmum filium Osberni ex-
ploratum mittit. Illi pro alacritate juventæ brevi multa milliaria progressi,
equitantem Martellum conspicati, certiolem de domini sui audacia faciunt.

(a) Locus iste, qui nunc ignotus videtur, differebat à Valle-Duni, loco in Caletis diocesi- que Rotomagensi, posito ad Talam vel Dunum fl. vulgò *le Val-Dun*. Situs enim erat ad fl. Olinam in Comitatu pagove Oximensi et in diocesi Saiensi. Olina autem, quibusdam Olena, contracto nomine Olva appellatur, vulgò *Orne*: qui fluvius fontem habet apud Olinonem vel Olnonem, *Aunon-Source-d'Orne* inde dictum; et ad *Stratæhammum*, *Estrehan*, in Oceanum effluit.

(b) Alentio et Alencio, Alanco et corruptè Alenconium, vulgò *Alençon*, oppidum est positum ad flumen Sartam, Ducatus titulo insigne. Alentionensi vel Alenconiensi pago, *l'Alençonnois*, nomen dedit.

(c) Damfrons seu Danfrons in Passaio, Dnefrons, Donnifrons, Donnofrons et Domni-

frons in Passaio, castrum est, positum in Cenomanis ad amniculum Varennam in Meduanam effluentem; vulgò *Domfront* vel *Danfront* en *Passais*. « Verum et incorruptum castelli nomen, » est *Dominifrons*, inquit Valesius; sed quoniam niam *Domnum* apud nos *Dam* aut *Dan* vulgus appellabat, Latini Scriptores fecerunt *Damfrontem* et *Danefrontem* seu *Danfrontem*: » quod quibusdam persuasit, *Danifrontem* vel *Danorumfrontem*, hoc est Normannorum limitem, nuncupatum primò fuisse, atque eo » nomine appellari oportere. Ita autem dictum » esse mihi videtur hoc castrum, quòd esset in » confinio Normanniæ et Cenomaniae conditum à Comitibus Cenomanorum, ac Duci » Normannorum oppositum in limite, atque » frontis adversæ instar objectum ».

A Ille contrà fremere, immania minari; postridie se illuc venturum, ostensurum mundo quàm præstet in armis Andegavensis Normanno; simul eximiâ arrogantiam colorein equi sui, et armorum insignia quæ habiturus sit, insinuat. At exploratores non minori fastu eadem de Willielmo annunciantes, regrediuntur, et suos in certamen accendunt. Hæc ideò seriatim retuli, ut Martelli tumor legentibus elucescat. Cæterùm nihil tunc de solita magnanimitate ausus, antequàm in manus veniretur, terga ostendit. Quo audito, Alentini se dedidère, pacti membrorum salutem. Pòst etiam Danfruntini feliciora signa sequuti sunt.

Posterioribus annis rebellavit Willielmus Comes de Archis, patruus ejus, sed nothus, à primis auspiciis Ducatus infidus et versipellis. Nam et obsidione Danfronti clam profugerat, et multis sæpè animi sui latebras aperuerat. Quapropter Willielmus quibusdam, quos fideles falsò arbitratur, firmitatem castelli commiserat: verùm ille astu quo callebat, multa largiendo, plura pollicendo, in suas partes eosdem traduxit. Munitione igitur potitus, bellum domino suo denunciavit. Ille solito more alacerrimè Archas obsedit, dissuadentibus amicis; palam professus nihil latrones ausuros, si in conspectum ejus venissent. Nec promissio fide caruit; namque plusquam CCC milites, qui pabulatum et populatum processerant, eo penè solo conspecto, intra munitiones refugère. Dux sine sanguine rem peragere volens, obfirmato contra Archas castello, ad alia quæ magis urgebant bella conversus est; simul quia sciebat Regem Francorum jam pridem, nescio qua simultate, sibi infensum, ad opem obsessio ferendam adventare. Namque prædicandi moderaminis consilio, quamvis justiore causam habere videretur, cum eo decernere ferro cavebat (a), cui et pro sacramento et pro suffragio obnoxius erat. Reliquit tamen Primates aliquos, qui impetum regium tardarent; quorum astutiâ insidiis exceptus, Isembardum Pontivi Comitum coram se obruncari, Hugonem Bardulfum capi meritò ingemuit. Nec multò pòst dulcem Franciam, quia res malè cesserat, repetente, Comes Arcensis fame tabidus, et vix ossibus hærens, deditioi consensit, ad exemplum clementiæ, ad indicium industriæ, vitæ et membrorum reservatus. Hujusce obsidionis intervallo populus castri, quod Molendinis dicitur, exolescens ad partes Regis, incentore quodam Gwalterio, transit. Imponitur ibi non segnis militum manus, præfecto Gwidone fratre Comitum Pictavensis. Is aliquantis diebus sedulò militiæ munia executus est; verùm crebrescente fama Archensis victoriæ, Franciam elapsus, non leve incrementum accessit Ducalis gloriæ. Nec Rex Henricus otio indulset, quin grunniret exercitus suos ludibrio fuisse Willielmo. Coactis itaque omnibus viribus, et copiis bipartitis, totam inundavit Normanniam. Ipse de parte Galliæ Celticæ (b), quæ inter Garumnam et Sequanam fluvios jacet, quicquid militum erat suo ductu trahens, Odonem fratrem populo Galliæ Belgicæ, quæ est inter Rhenum et Sequanam, præficiens. Eodem modo Willielmus suos, qua poterat animositate, divisit, juxta Regis castra sensim obambulans, quæ jam in Ebriocensi * pago metabatur; ut nec cominus pugnandi copiam faceret, nec provinciam coram se vastari sineret. Duces ejus Robertus Comes Aucensis, Hugo Gornascensis, Hugo Montis-fortis, Willielmus Crispinus ad castellum, quod Mortuum-mare vocatur, infestis signis contra Odonem constitère. Nec ille pro numero militum, quo tumebat, moram pugniæ fecit; sed parumper resistere ausus, mox impetum Normannorum non ferens, terga nudavit, omen fugæ primus auspicatus. Ibi dum Guido Pontivi Comes studiosiùs ultioni fratris intendit, captus fatalem familiæ suæ manum exhorruit; prætereà plures alii præcellentes opibus, turgentes majorum natalibus. Hunc successum ex adventantibus * cognitum Willielmus circum Regis tentoria nocte intempesta præconari curavit. Quo audito, post aliquot dies quos in Normannia egit, refugit in Franciam. Nec multo pòst tempore discurrentibus utrobique nunciis, pacificè conventum, ut regii captivi

* Al. Ebriocensi

* Al. adventantibus

(a) Priusquàm enim prælium consereret cum Henrico Rege, debebat Willielmus homagio et fidei rennitiare: quod quidem fieri poterat ob regium malefactum.

(b) Sic Pomponius Mella, qui Claudio imperante situm orbis dixit eleganter, sed strictim; à Garumna ad Sequanam Celtas, inde ad Rhenum pertinere Belgas tradidit.

absolverentur, Comes erepta vel eripienda Martello, jure vendicaret legitimo. A

Longum est et non necessarium referre quantæ inter eos contentiones versatæ sunt, quomodo Willielmus semper superiorem manum retulerit. Quid, quòd inæstimabili præsumptione fortitudinis, nunquam subitò, nec nisi prænunciata die illum aggredi dignatus, nostri temporis morem animi magnitudine contempserit? Illud quoque prætereo, quòd iterum ruptis amicitiiis Rex Henricus Normanniam ingressus, per pagum Exiomensem usque ad fluvium Divæ pervenerit, jactitans solum Oceanum progressioni suæ esse obstaculum. Verum Willielmus, qui se videret propter fidei dissimulationem immoderatè premi, tunc tandem consciæ virtutis arma concutiens, regias copias quæ circa flumen erant (nam pars paulò antè ejus adventu audito transvadaverat) tanta internitæ cecidit, ut nihil postea Francia plus metueret, quàm Normannorum ferociam irritare. Terminum discordiarum fecit properata mors Henrici, nec multò post Martelli. Rex moriens Baldewino Comiti Flandriæ tutelam admodum parvuli Philippi filii delegavit. Is erat fide et sapientiâ æquè mirandus, præviridantibus membris incanus, prætereà regiæ sororis connubio sublimis. Filia ejus Mathildis Willielmo jamdudum nupserat; fœmina nostro tempore singulare prudentiæ speculum, pudoris culmen. Hinc factum est, ut pupilli et generi mediator tumores Ducum et provincialium salubri proposito compesceret. B

Sed quia totiens Martelli se occasio ingessit, genealogiam Comitum Andegavensium (a), quantum relatoris nostri memoria attingit, transeurram. Fulco antiquior pluribus annis usque ad senium illum moderatus Comitatum, multa fecit industriè, multa egregiè. Unum omninò est, quo eum notari audierim, quòd Herbertum Comitem Cinnomanensem Sanctonas sponsione turbis illectum, in medio colloquio ab apparitoribus arctari et, quibus placuit conditionibus, irretiri fecit. Cæterum sanctus et integer, extremis ferè annis filio sæpedicto Gaufrido principatu vivens cessit. Ille in provinciales (immane) quàm durè, in ipsum collatorem honoris quàm superbè actitans, jussusque magistratum et fascies deponere, adeò sibi arrogavit, ut contra patrem arma sumeret. Tunc senis frigidus jam et effœtus sanguis irâ incaluit, filiumque juveniliter insultantem paucis diebus maturiori consilio adeò infregit, ut per aliquot milliaria sellam dorso evehens, pronum se cum sarcina ante pedes patris exponeret. Ille, cui vetus animositas adhuc palpitaret, assurgens, et pede jacentem pulsans, « Victus es tandem, victus », ter quaterque ingeminat. Superfuit victo spiritus, et quidem egregius, ut responderet: « Tibi, pater, soli, quia pater es, victus, cæteris omnibus invictus » sum ». Hoc relatu tumentis animus emollitur, patriæque pietate verecundiam prolis consolatus, principatui restituit monitum, ut maturiùs se ageret; provincialium fortunas et pacem, suum esse decus ad extraneos, commodum ad domesticos. Eodem anno veteranus, et sæcularibus stipendiis emeritus, jam de animæ viatico cogitans, Jerosolymam adiit. Ibi à duobus servis sacramento adactis, ut quod juberet facerent, per publicum ad sepulchrum Domini nudus, inspectantibus Turcis, tractus est. Alter restem * ligneum collo ejus intorserat, alter flagellis terga expoliati urgebat. Inter hæc ille clamabat: « Accipe, Domine, miserum Fulconem, perjurum tuum, fugitivum tuum; confessam dignare animam meam, Domine Jesu Christe ». Nec tamen quod desiderabat, tunc impetravit; sed domum placidè regressus, post aliquot annos obiit. Filii ejus Gaufridi præruptam audaciam superior D E

* Al. vectem

(a) Andegavorum Comites fuisse tunc primi seu magni judices regni dicuntur: hæreditariis enim Majoratu et Senescalcia Franciæ gaudebant, juxta hæc verba: *Cum Deus voluit sublimare Robertum, filium Ducis, in Regem, Goffridus Grisa-gonnella cum tribus armatorum millibus serviebat domino suo Regi Roberto... Videns autem Rex tantam Principis strenuitatem, sibi et successoribus suis jure hereditario Majoratum Regni et regiæ domûs Dapiferatum exinde constituit, etc.* Vide Tomi nostri X paginam 249; et ibi, ex Hugonis de Cleriis Commentario apud Chesnium Tom. IV Script. Fr. pag. 328, adde var.

lectiones has: lin. 5, *Persecutus est itaque Rex Robertus Regem Alemannicum, præeunte Goffrido Grisa-gonnella, usque ad fluvium*: lin. 7, *tantam stragem ediderat*: lin. 9, *congregato generali Concilio, consilio patris*: lin. 12, *sic quæ verò... acquirere pessent, eadem libertate... sibi commendavit. Sed nequitia Comitûs Triacensis*: lin. 16, *obsedit itaque Meludunum; et cum ibi diu sedisset, vidit quòd nihil proficeret. Vocato itaque Goffrido Grisa-gonnella*: lin. 22, *situm, erat circumdatum*: lin. 24, *perrumpunt... transeunt fluctus Sequanæ*: lin. 26, *per tres menses, illi dimidiæ*: lin. 29, *tantum armis, quantum consilio; et quia hęc.*

A narratio patefecit. Is moriens Gaufrido sororis filio hereditatem suam contradidit; sed industriam seculi transfundere non potuit. Nam ille simplicium morum juvenis, magis in Ecclesiis orare, quàm arma tractare consuetus, homines regionis illius, qui quietè victitare nescirent in contemptum sui excitavit. Quare totâ terrâ prædonibus expositâ, Fulco frater illius ultrò Ducatum corripuit. Fulco Rhetin * dictus, quòd germani simplicitati crebrò infrendens, ad ultimum honore spoliatum perpetuâ custodiâ coercuerit. Habuit uxorem, quæ pruritu altioris nominis allecta, illo relicto, Philippo Regi Francorum nupsit; quam is, immemor dieti,

* Rechin

« Non bene conveniunt, nec in una sede morantur
» Majestas et amor, »

B tanta venere ardebat, ut eum aliis omnibus imperare cuperet, ab ea sibi imperari æquanimitè ferret. Denique omnium digitis quasi fatuus notari, ab omni orbe Christiano excommunicari propter ejus libidinem aliquantis annis sustinuit. Filii Fulconis fuerunt Gaufridus et Fulco: Gaufridus cognomen Martelli hæreditarium sortitus, suis sudoribus ampliavit, tanta pace et quiete per terras illas partâ, quantam nemo viderit, nemo visurus sit. Quapropter suorum insidiis necatus, egregiæ probitatis decus luit. Fulco in regimine succedens, adhuc in rebus humanis versatur; de quo forsitan tempore Regis Henrici dicturus, nunc de Willielmo explanabo quod restat.

C Ille, ubi civile dissidium multo exercitio composuit, rem majoris gloriæ animo sequens, terras olim Normanniæ appendices (a), quæ longo usu insolaverant, restituere intendit; Cinnomanicum dico Comitatum et Britanniam. Quorum Cennomanus dudum à Martello succensa, et domino suo Hugone privata, tunc nuper aliquantulum sub Herberto Hugonis filio respiraverat; qui ut tutior contra Andegavensem esset, Willielmo se manibus dederat, in ejus fidelitatem sacramento juratus. Præterea filiam ipsius petierat et desponderat; quæ priusquam nubilibus annis matura conjugio fieret, ille morbo decessit; hæredem sibi Willielmum pronuntians adjuratis civibus ne alium susciperent; habituri, si vellent, lenem et probum dominum; si nollent, recti sui exactorem immodicum. Quo defuncto, Cinnomanenses magis ad Gwalterium Medantinum declinantes, cui soror Hugonis nupsit, serò tandem ut Willielmum susciperent resipuere,

D gravibus sæpè damnis admoniti. Illud fuit tempus, quo Haroldus invitus Normanniam importunâ sibi aurâ est evector: quem, sicut suprâ dictum est, Willielmus in Britannicam expeditionem duxit, volens ejus manum explorare; simul et strictiori consilio apparatus ostentans suum conspiciaturo, quantum præstaret Anglicis bipennibus ensis Normannicus. Alanus tunc ibi Comes viridis juventâ et præcellens robore, Eudonem patrum vicerat, multa egregiè fecerat; Willielmum non solum non timebat, sed et irritabat.

E At ille Britanniam ut hæreditarium solum calumnians, quòd eam Carolus Rolloni cum filia sua Gisla dederat, brevi effecit ut ultrò Alanus adveniens, suppliciter se suaque dederet. Sed quia de Britannia parùm aliàs dicturus sum, hîc quoddam miraculum, quod illis fermè diebus in Naunetis civitate contigit, pancis inseram. Erant in urbe illa duo Clerici, nondum patientibus annis Presbyteri... Paciscuntur, ut quisquis eorum antè obiret, superstiti vel vigilantibus vel dormienti appareret... Ecce mors halitum uni eorum extraxit: remansit alter (b)... Astitit subito vigilantibus [mortuus], vultu qualis solet esse morientium anima fugiente exanguis. Tum tacentem vivum prior mortuus compellans: « Agnosceis me, inquit (c), etc. »

(a) Anno DCCCCXXI Britones in cornu Galliæ constituti, adversus Normannos, quibus subditi erant, insurgentes, repressi sunt à Willielmo Longa-Spata; ex Libello Hugonis Floriac. Monæchi pag. 319 Tomi VIII nostri: ubi ex Ms. Codice Reg. 6186 appone variantes has lectiones: Tolosanam provinciam petere compulerunt, ubi præfatus Berengarius à suis perimitur, et ita Gallia ab eorum infestatione liberatur... Quoddam ejus castellum Dominicum nomine cepit ac diruit.

(b) Is postea ibidem dicitur effectus Monachus Redonis apud S. Melaniam.

(c) Hæc vide apud ipsum Willielmum Malmesburiensem, quem alibi meritò monuimus vitio credulitatis laborare, nimiumque esse in referendis anilibus fabulis. Sic pag. 86 seriò narrat, Palumbum Presbyterum necromanticis artibus fuisse instructum, magicasque excitasse figuras; et pag. 92, septem Dormientes latus invertisse, indeque risisse Edwardum Angl. Regem, etc.

Pag. 99.

Nunc de Willielmo loquar. Nam quia breviter, nec ut puto inutiliter, A res ejus quas duntaxat ut Comes in Normannia annis XXX actitavit, percurri; modò aliud narrandi exordium ordo temporum flagitat, ut de regno ejus, quantum nostra sciscitatio penetrare potuit, mendacium arguam, veritatem pronuntiem. Rex Edwardus fato functus fuerat; Anglia dubio favore nutabat, cui se rectori committeret incerta, an Haroldo, an Willielmo, an Edgardo. Nam et illum pro genere proximum regno, proceribus Rex commendaverat, tacito scilicet mentis judicio, sed prono in clementiam animo. Quare, ut prædixi, Angli diversis votis ferebantur, quamvis palam cuncti bona Haroldo imprecarentur: et ille quidem diademate fastigiatus, nihil de pactis inter se et Willielmum cogitabat, liberatum se sacramento asserens, quòd filia ejus quam desponderat, citra nubiles annos obierat. Fertur enim vir ille, non paucis virtutibus præditus, parùm adversus perfidiam sibi B consuluisse, dummodò posset quibuscunque præstigiis hominum ratiocinationes suspendere. Præterea, qui putaret minas Willielmi nunquam ad factum erupturas, quòd ille conterminorum Ducum bellis implicaretur, totum animum otio cum subjectis indulserat. Nam profectò, nisi quòd Noricorum Regem adventare didicit, nec militem convocare, nec aciem dirigere dignatus fuisset. Alter interea illum per nuntios leniter convenire, de rupto fœdere expostulare, precibus minas insuere; sciret se ante annum emensum ferro debitum vindicaturum, illuc iturum quòd Haroldus tutiores se pedes habere putaret. Contra ille, quæ dixi de puellæ nuptiis, referens, de regno addebat præsumptuosum fuisse, quòd absque generali senatûs et populi conventu et edicto alienam illi hæreditatem juraverit: proinde stultum sacramentum frangendum. Nam si jusjurandum vel votum quod C puella in domo patris, nesciis parentibus, de suo corpore volens fecerit, judicatur irritum; quantò magis, quod ille sub Regis virga constitutus, nesciente omni Anglia, de toto regno necessitate temporis coactus impegerit, videatur * non esse ratum. Præterea iniquum postulat, ut imperio decedat, quod tanto favore civium regendum susceperit, hoc nec provincialibus gratum, nec militibus tutum. Ita revertebantur inanes nuntii, vel veris vel verisimilibus argumentis præstricti. Sed Comes toto illo anno bello necessaria expediebat, largis sumptibus milites continebat suos, alienos invitabat; ordines aciesque ita instituebat, ut milites proceri corpore, præcellentes robore essent; duces et antesignani, præter scientiam rei militaris, etiam consilii et ætatis maturitate pollerent; ut si singulos vel in acie vel alibi cerneret, non Proceres, sed Reges putares. D Ita Episcopi et Abbates illius temporis religione, ita Optimates magnanima liberalitate certabant; ut mirum sit quòd (a) nondùm LX (b) annis evolutis, utraque turba abortium bonitatis effecti, jurata bella contra justitiam susceperunt; illi pro ambitione sacrorum magis distortum, quàm æquum et bonum amplectentes; isti rejecto pudore, undecunque captatis occasionibus, compendia pecuniarum velut quotidianam stipem emendicantes. Verùm tunc Willielmi industria cum prudentia Dei consentiens, jam spe Angliam invadebat; et ne justam causam temeritas decoloraret, ad Apostolicum, qui ex Anselmo Lucensi Episcopo Alexander dicebatur, misit, justitiam suscepti belli quantis poterat facundiæ nervis allegans. Haroldus id facere supersedit, vel quòd turgidus naturâ esset, vel quòd causæ diffideret, vel quòd nuntios suos à Willielmo et ejus complicibus, qui omnes portus obsidebant, E impediri timeret. Quare perpensis apud se utrinque partibus, Papa vexillum in omen regni Willielmo contradidit: quo ille accepto, conventum magnum apud Lillibonam fecit, super negotio singulorum sententias sciscitatus. Cùmque omnes ejus voluntatem plausibus excipientes, magnis promissis animasset, commeatum navium omnibus pro quantitate possessionum indixit. Ita tunc discessum, et mense Augusto ad S. Walericum in

* *Al. judicatur*

(a) Aliàs, quòd paucissimis annis evolutis, pleraque et omnia penè in utriusque ordinibus mutata videas. Illi in quibusdam hebetiores, sed largiores: isti in omnibus prudentiores, sed tenaciores: utriusque tamen in defensanda patria manu validi,

consilio providi, fortunas suas evehere, inimicorum deprimere parati.

(b) Ætatem suam Auctor prodit ibi; et infra pag. 115, dum ait: *Calixtus, qui modo Apostolicæ sedi præsidet*. Idem alibi passim videre est.

A commune ventum. Portus ita * per metonymiam dicitur (a). Congregatis ita undecunque navibus, felix exspectabatur aura, quæ illas ad destinatum eveheret: qua multis diebus remorante, vulgus militum, ut fieri solet, per tabernacula mussitabat; insanire hominem, qui vellet alienum solum in jus suum refundere *; Deum contrà tendere, qui ventum arceret; idem patrem voluisse, eodemque modo inhibitum; fatale illi familiæ esse, ut altiora viribus spirans, Dominum adversantem experiatur. Ista per publicum serebantur, quæ possent fortium robur inervare. Dux itaque facto cum Senioribus consilio, corpus S. Walerici foras efferri, et pro vento deprecando sub divo exponi jussit. Nec mora intercessit, quin prosper flatus carbasa impleret. Tunc lætus clamor exortus, omnes ad naves invitavit. Comes ipse à continenti primus in altum provectus, cæteros in medio ferè B mari anchoris jactis sustinuit. Omnibus itaque ad prætoriae puppis vermiculatum velum convolantibus, post cibum sumptum placido cursu Hastings appulerunt. In egressu navis pede lapsus, eventum in melius commutavit, acclamante sibi proximo milite, « Tenes, inquit, Angliam, Comes, Rex » futurus ». Omnem exercitum à prædâ continuit; parcendum rebus, quæ suæ forent, prælocutus; continnisque XV diebus ad eò se quietè agens, ut nihil minùs quàm bellum cogitare videretur.

Intereà Haroldus de pugna Noricorum revertebatur, sua æstimatione felix, quòd vicerat; meo judicio contrà, quòd parricidio victoriam compararat: allatoque ad se nuntio adventus Normannici, sicut erat cruentus in armis, paucissimo stipatus milite Hastings pertendit. Præcipitabant enim nimirum fata, ut nec auxilia convocare vellet, nec, si vellet, multos parituros inveniret: ita, ut antè dixi, omnes illi erant infensi, quòd solus manubiis borealibus incubuerat. Præmisit tamen qui numerum hostium et vires specularentur; quos intra castra deprehensos Willielmus circum tentoria duci, moxque largis eduliis pastos, domino incolumes remitti jubet. Redeuntes percunctatur Haroldus, quid rerum apportent. Illi verbis amplissimis Ductoris magnificam confidentiam prosequuti, seriò addiderunt, penè omnes in exercitu illo Presbyteros videri, quòd totam faciem cum utroque labro rasam haberent. Angli enim superius labrum, pilis incessanter fructicantibus, intonsum dimittunt. . . Subrisit Rex fatuitatem referentium, lepido insecutus cachinno, quia non essent Presbyteri, sed milites armis validi, animis invicti. Rapuit ergo ex ore ipsius sermonem Gurtha frater, plus puero adultus, et magnæ ultra ætatem virtutis et scientiæ. « Cùm, D » inquit, tantam fortitudinem Normanni prædices, indeliberatum æstimo » eum illo configere, quo * et robore et merito inferior habearis. Nec » enim ibis in inficias, quin illi sacramentum vel invitus vel voluntarius » feceris; proinde consultiùs ages, si instanti necessitati te subtrahens, » nostro periculo colludium pugnæ tentaveris. Nos omni juramento expe- » diti, justè ferrum pro patria stringemus. Timendum ne, si ipse decernas, » vel fugam vel mortem oppetas: sed nobis solis præliantibus, causa tua » utrobique in portu navigabit; quia et fugientes restituere, et mortuos ul- » tisci poteris ». Noluit effrænata temeritas aurem placidam monenti com- modare, existimans inglorium, et anteactæ vitæ opprobrium, cuicumque discrimini terga nudare: eademque impudentiâ, vel, ut indulgentiùs dicam imprudentiâ, Monachum Willielmi legatum, nec bono vultu dignatus, E turbidè abegit; hoc tantum imprecans, ut Deus inter eum et Willielmum judicaret. Afferebat ille tria; ut vel regno secundum conditiones descenderet, vel sub eo regnaturus teneret, vel certè, spectante utroque exercitu, gladio rem ventilarent. Calumniabatur enim Willielmus regnum, eò quòd Rex illi Edwardus concesserat, consilio Stigandi (b) Archiepiscopi et Godwini et Siwardi Comitum; ejusque doni obsides, filium et nepotem

* Al. ille

* Al. fundere

* Al. qui

(a) Duplex hujus nominis portus distinguitur; unus in Ambianis ad ostium Suminæ positus, qui olim Leuconaus vel Legonaus et Luganau vocabatur, et nunc à Cœnobio dicitur *S. Valeri*; alter in Normannia et in regione Calctorum diœcesique Rotomagensi situs, qui olim *S. Walericus* in planis, *S. Valeri les Plains*, dicebatur,

et nunc vulgò *S. Walaricus* in Caletis, *S. Valeri en Caux*, appellatur. De Priori autem ad fl. Suminam in pago Vinemaco vel Vinaco hinc sermo habetur: *In Pontivo apud S. Walericum*, inquit Willelmus Gemet, suprâ pag. 51, *in anchoris*, etc.

(b) *Stigandus nunquam Pallium à Roma meruit*,

Godwini Normanniam miserat: si id negare velit Haroldus, iudicio se A
sedis Apostolicæ vel prælio acturum. Quibus omnibus solo, quod dixi,
nuncius frustratus responso, discessit; suisque ad dimicandum vivaciores
animos dedit.

Ita utrinque animosi Duces disponunt acies, patrio quisque ritu. Angli,
ut acceperimus, totam noctem insomnem cantibus potibusque ducentes,
manè incunctanter in hostem procedunt. Pedites omnes cum bipennibus,
conserta ante se scutorum testitudine, impenetrabilem cuneum faciunt:
quod profectò illis ea die saluti fuisset, nisi Normanni, simulatâ fugâ,
more suo confertos manipulos laxassent. Rex ipse pedes juxta vexillum stabat
cum fratribus, ut in commune periculo æquato, nemo de fuga cogitaret.
Vexillum illud post victoriam Papæ misit Willielmus, quod erat in hominis
pugnantis figura, auro et lapidibus arte sumptuosa contextum. Contrâ B
Normanni tota nocte confessioni peccatorum vacantes, manè Dominico
corpore communicarunt. Pedites cum arcibus et sagittis primam frontem
muniunt; equites retrò divisis alis consistunt. Comes vultu serenus, et
clara voce suæ parti, ut potè justiori, Deum affuturum pronuncians, arma
poposcit: moxque ministrorum tumultu lorica inversam indutus, casum
risu correxit: « Vertetur, inquiens, fortitudo Ducatûs mei in regnum ».
Tunc cantilena (a) Rollandi * inchoata, ut martium viri exemplum
pugnatorios accenderet: in clamatoque Dei auxilio, prælium utrinque
consertum, bellatumque acriter, neutris in multam diei horam ce-
dentibus. Quo comperto, Willielmus innuit suis, ut fictâ fugâ
campo se subtraherent. Hoc commento, Anglorum cuneus solutus,
quasi palantes hostes à tergo cæsurus, excidium sibi maturavit. Normanni C
enim, conversis ordinibus reversi, dispersos adoriuntur et in fugam cogunt.
Ita ingenio circumventi pulchram mortem pro patriæ ultione meruère:
nec tamen ultioni suæ defuère, quin crebrò consistentes, de insequentibus
insignes cladis acervos facerent. Nam occupato tumulo, Normannos ca-
lore succensos, acriter ad superiora nitentes, in vallem dejiciunt; levique
negotio in subjectos tela torquentes, lapides rotantes, omnes ad unum
fundunt. Item fossatum quoddam præruptum compendiario et noto sibi
transitu evadentes, tot ibi inimicorum conculcavere, ut cadaverum cumulo
planitiem campi æquarent. Valuit hæc vicissitudo, modò illis, modò istis
vincentibus, quantum Haraldo * vita moram fecit. At ubi jactu sagittæ
violato cerebro procubuit, fuga Anglorum perennis in noctem fuit. Emi-
cuit ibi virtus amborum Ducum. Haroldus non contentus munere impera- D
torio, ut hortaretur alios, militis officium sedulò exequabatur; sæpè hos-
tem cominùs venientem ferire, ut nullus impunè accederet, quin statim
uno ictu eques et equus prociderent. Quapropter, ut dixi, eminùs lethali
arundine ictus, mortem implevit. Jacentis femur unus militum gladio pros-
cidit; unde à Willielmo ignominie notatus, quòd rem ignavam et puden-
dam fecisset, militiâ pulsus est. Item Willielmus suos clamore et præsentia
hortari, ipse primus procurrere, confertos hostes invadere. Ideò dum ubi-
que sævit, ubique infrendet, tres equos electissimos sub se confossos eo
die amisit. Perstitit tamen magnanimi Ducis et corpus et animus, quamvis
familiaris susurro à custodibus corporis revocaretur; perstitit, inquam, do-
nec victoriam plenam superveniens nox infunderet. Et procul dubio divina
illum manus protexit, ut nihil sanguinis ex ejus corpore hostis hauriret, E
quamvis illum tot jaculis impeteret.

Illam fuit dies fatalis Anglis... Litterarum et religionis studia obsoleverunt,
non paucis ante adventum Normannorum annis. Clerici litteraturâ (b)

quamvis et ibi venalitas multum operetur... Coronam regni de manu ejus Rex detrectavit suscipere, astutiâ quâ consueverat, prohibitores ex parte Apostolici subornans. Nec multò post in Normanniam navigans, sub velamine honoris, illum renitentem secum traxit; ne quid perfidie, se absente, per ejus auctoritatem in Angliâ pullularet. Inter quæ difficile dictum est, quantis eum exceperit officiis, dignanter ubique locorum assurgendo, et contra eum in omnibus Episcopatibus Normanniæ et Abbatibus longæ serie pompæ

procedi faciendo. Sed quid his tegebatur involueris, erupit in clarum; scilicet cum depositus est Stigandus, fidem Willielmi appellans. Ex Gestis Pontificum Angl. pag. 204, Auctore Guillelmo Malmesbur.

(a) Rivetus noster, Tom. VII Hist. Litt. Franc. pag. LXXII, feliciter inde probat, linguam Gallicam sen Romanam jam tunc à multis annis apud nos fuisse in usu; scilicet anno 1066.

(b) Oswaldus [Archiep. Eborac.] apud Floriam tumultuariâ

- A tumultuariâ contenti, vix Sacramentorum verba halbutiebant. Stupori et miraculo erat cæteris, qui Grammaticam nosset . . . Potabatur in commune ab omnibus, in hoc studio noctes perinde ut dies perpetuantibus: parvis et abjectis domibus totos sumptus absumebant*; Francis et Normannis absimiles, qui amplis et superbis ædificiis modicas expensas agunt. Sequebantur vitia ebrietatis socia, quæ virorum animos effœminat. Hinc factum est, ut magis temeritate et furore præcipiti, quàm scientia militari, Willielmo congressi, uno prælio et ipso perfacili, servituti se patriamque pessumdederint . . . Ad summam, tunc erant Angli vestibus ad medium genu expediti, erines tonsi, barbas rasi, armillis aureis brachia onerati, picturatis stigmatibus cutem insigniti: in cibis urgentes crapulam, in potibus irritantes vomicam. Et hæc quidem extrema victoribus suis participarunt, de cæteris in eorum mores transeuntes . . . Porro Normanni, ut de eis quoque dicamus,
- B erant tunc, et sunt adhuc vestibus ad invidiam culti, cibis citra ullam nimietatem delicati: gens militiæ assueta, et sine bello penè vivere nescia, in hostem impigrè procurrere; et ubi vires non successissent, non minùs dolo et pecuniâ corrumpere: domi ingentia adificia, ut dixi, moderatos sumptos moliri; paribus invidere, superiores prætergredi velle, subjectos ipsi velliantes, ab alienis tutari; dominis fideles, moxque levi offensa infideles: cum fato ponderare perfidiam, cum nummo mutare sententiam. Cæterùm omnium gentium benignissimi, advenas æquali secum honore colunt: matrimonia quoque cum subditis jungunt: religionis normam in Anglia usquequaque emortuam adventu suo suscitaverunt. Videas ubique in villis Ecclesias, in vicis et urbibus Monasteria novo ædificandi genere consurgere;
- C recenti ritu patriam florere, ita ut sibi perisse diem quique opulentus existimet, quem non aliqua præclara magnificentia illustret. Sed quia de his satis dictum est, Willielmi gesta prosequamur.

* *Al. abliguerant.*

- Ille ubi perfectâ victoriâ potitus est, suos sepeliendos mirificè curavit; hostibus quoque, si qui vellent, idem exequendi licentiam præbuit. Corpus Haroldi matri repetenti sine pretio misit, licet illa multum per legatos obtulisset . . . Sensim ergo Willielmus, ut triumphatorem decebat, cum exercitu suo non hostili, sed regali modo progrediens, urbem regni maximam Londoniam petit: moxque cum gratulatione cives omnes effusi obviam vadunt. Prorupit omnibus portis unda salutantium, auctoribus Magnatibus . . . Tunc ille haud dubiè Rex conclamatus, die Natalis Domini coronatus est . . . Ultrò solitus erat quoscumque Anglos suspectos haberet (a), quasi honoris
- D causâ Normanniam ducere, ne quicquam se absente in regno turbarent . . . Weldefus amplæ prosapiæ Comes . . . Judithæ neptis Regis connubio privatâque amicitia donatus, non permansit in fide . . . In Radulphi de Waher perfidia se immiscuit (b) . . . Inde propositum Regis fortassis meritò excusatur, si aliquando durior in Anglos fuerit, quòd penè nullum eorum fidelem invenerit. Quæ res ita ferocem animum exasperabant, ut potentiores primùm pecuniis, mox terris, nonnullos etiam vitâ exueret . . . Laïcorum potentia subrutâ, stabili quoque obfirmavit edicto, ut nullum ejus gentis Monachum vel Clericum ad aliquam dignitatem conari pateretur . . . Videntes quosdam canonicè deposuit, et in locum illorum qui mererentur, cujuscumque gentis industrium hominem, præter Angligenam, imposuit. Exigebat hoc, nisi fallor, indurata in Regem pervicacia; cum
- E sint Normanni, ut antè dixi, in conniventes advenas naturali benignitate proclives.

Pag. 103.

Pag. 104.

cum in Gallia alteratus est in Moachum, familiari per id tempus Anglis consuetudine... Litteris excellentes viros in Angliam evocatos [consueverat] munificenter curare... quorum unus fuit Abbo Floriac. Monachus, qui multam scientiæ frugem Angliæ invexit... Is domum reversus postea, et ibidem Abbas constitutus, severitati religionis sedulus existit; quem morem cum in Cella quadam Cœnobii Floriac. quæ in Wasconia posita hodieque ad Regulam dicitur, exercere contederet, non tulit Wasconia; sed lan-

ceâ exanimatum superis transmissere. Ex eodem Willielmo Malmesb. lib. 3 Gestorum Pontificum Angl. pag. 270.

(a) *Pag. 105: Rex Willielmus in subjectos leniter turbidè in rebelles agas.*

(b) *Quamvis quidam dicant, necessitate interceptum, non voluntate addictum, infidelitatis sacramentum agitasse. Anglorum est illa excusatio... quorum astipulationi Divinitas suffragari videtur, miracula multa, et ea permaxima ad tumbam illius ostendens.*

pag. 105.

cognatam Regis, filiam Willielmi filii Osberni, desponderat, majora justo A mente metiens, tyrannidem adoriri meditabatur. Itaque ipso nuptiarum die magnis apparatus conviviis agitatum, quod Normannorum gulæ jam Anglorum luxus influxerat; ebris convivis et vino tumentibus, amplo verborum ambitu propositum suum aperit. Illi, quia in eorum animo pro potu omnis ratio caligabat, ingenti plausu dicenti acclamant. Ibi Rogerus Comes Herefordensis, uxoris Radulphi frater; ibi Weldeofus, ibi præterea quàm plurimi in necem Regis conjurant. Sed postero die, cum digesto calore vini, temperatior aura eorda quorundam afflasset, major pars facti poenitens à convivio est dilapsa. Unus eorum, Weldeofus fertur, qui consilio Lanfranci Archiepiscopi (a) Normanniam ultrò enavigans, rem Regi, causâ suâ duntaxat celatâ, detulit. . . Re comperta, Radulphus (compulsus est), ut mari se committeret. . . Rogerus à Rege vinculis irre- B titus, totâ vitâ carcerem frequentavit, vel potius incoluit, detestandæ perfidiæ juvenis, nec moribus patrissans. Siquidem genitor ejus Willielmus filius Osberni Principis, optimis comparandus fuerit, haud scio an etiam præponendus. Ejus consilio Rex Willielmus primò animatus ad invadendam Angliam; mox virtute adjutus ad manu tenendam. Erat in eo mentis animositas, quam commendabat manûs penè prodiga liberalitas. Unde factum est ut militum multitudine, quibus larga stipendia dabat, hostium aviditatem arceret, civium sedulitatem haberet. Quare pro effusis sumptibus asperri- mam Regis offensam incurrit, quod gazas suas improvidè dilapidaret. . . Secundos eventus turpi fine fortuna conclusit, dum tanti regni sustentator, Angliæ et Normanniæ Consiliarius, pro foeminae cupidine Flandriam per- gens, ab insidiatoribus impetitus interiit. Nam Baldwinus, antiquus C ille, de quo dixi, pater Matildis, duos filios habuit; Robertum, qui patre superstite Comitissam Frisiæ uxorem nactus, Frisonis cognomen accepit; Baldwinum, qui post patrem aliquot annis Flandriæ præfuit, immaturèque fato functus est; superstites duobus liberis, Arnulpho et Baldwino de Richelde uxore, quorum tutelam Regi Francorum Philippo, cujus amitæ filius erat (b), et Willielmo filio Osberni commendaverat. Libens id munus suscepit Willielmus, ut foederatis cum Richelde nuptiis altius nomen sibi pararet. At illa foemineo fastu altiora sexu spirans, novaque à provincialibus exigens tributa, in perfidiam illos excitavit. Misso quippè propter Robertum Frisonem nuncio, ut supplicantis patriæ habenas acciperent omnem fidelitatem Arnulpho, qui jam Comes dicebatur, abjurant. Nec verò defuere, qui pupilli partes fulcirent. Ita multis diebus Flandria intesti- nis dissentionibus conturbata. Id filius Osberni, qui totus in amorem mu- D lieris concesserat, pati nequivit, quin militari manu coactâ Flandriam intraret: susceptusque primò ab his quos tutari venerat, post paucos dies securus de castello in aliud equitabat, expeditus cum paucis. Contrà, Friso quem hujusmodi fatuitas non latebat, occultatis insidiis inopinum excepit; et nequicquam fortiter agentem, ipsum et nepotem suum Arnulphum cecidit. Ita Flandriâ potitus, sæpè Willielmum Regem Normannicis prædis irritavit. Filia ejus Cnutoni Regi Danorum nupsit; de qua genitus est Carolus, qui modò (c) principatur in Flandria. Pacem cum Philippo Rege comparavit, datâ sibi in uxorem privignâ; de qua ille Ludovicum tulit, qui modò regnat in Francia. Nec multò post pertæsus connubii, quòd illa præpinguis corpulentia esset, à lecto removit, uxoremque Andegavensis E Comitissæ contra fas et jus sibi conjunxit. Eorum affinitate tutus Rodbertus*, nihil quod deploraret suo tempore vidit; licet Baldwinus frater Arnulphi, qui in Hanoëa provincia et castro Valentianis Comitatum habuit, Regis

* *Al. Rothbertus.*

(a) Pag. 110: *Ejus consilio Rex pronum se fecerat, ut nihil negandum duceret, quod is faciendum diceret.* Pag. verò 109: *Willielmus Monasterium in Normannia construxit Cadonis, ubi Lanfrancum Abbatem instituit; virum Antiquis scientia et religione comparandum; de quo serè dici potest: Tertius è cælo cecidit Cato; adeò latinitas omnis in liberarum artium scientiam, per doctrinam ejus se incitabat, etc.*

(b) *oRobertus [Rex Fr.] genuit Henricum, qui*

XXIX annis regnavit: Henricus genuit Philippum qui, Henrico Rege Francorum patre suo mortuo, parvulus remansit; cujus Balduinus Comes Flandriæ tutor fuit; nam ejus amitam, sororem Henrici Regis, uxorem duxerat. Ex Libro de Castro Ambasiæ apud Acherium Tom. III Spicil. in-fol. pag. 272.

(c) *Hic, et paulò infrà ubi de Ludovico VI Rege Francorum, nota ætatem Auctoris.*

A Willielmi auxilio plures assultus faceret. Tribus ante mortem annis, jam canis sparsus caput, Jerosolymam contendit pro peccatorum alleviamento. Regressus, mundanis involucris renunciavit, finem vitæ quietus à negotiis Christiana sollicitudine operiens. Filius ejus Robertus fuit, etc.

Rex Willielmus trans mare nunquam otiosus, Cenomannico solo penè exterminium indixit, dueta expeditione illuc de Anglis; qui sicut facilè in solo suo potuerunt opprimi, ita in alieno semper apparuerunt invieti. Apud Dolium castellum transmarinæ Britanniæ, dum nescio qua simultate irritatus, manum illuc militarem duxisset, innumeros ex suis desideravit. Philippum Regem (a) Francorum, cujus amitæ filiam uxorem duxerat, semper infidum habuit; quòd scilicet ille tantam gloriam viro invideret, quem et patris sui et suum hominem esse constaret. Sed Willielmus

An. 1075.

Pag. 106.

B nihilo seciùs ejus conatibus improbè obviabat, quamvis primogenitus filius ejus Robertus fatuo consilio contra patrem illi assisteret (b). Unde contigit, ut in quodam assultu apud Gibboracum filius patri resultans, eo vulnerato equam ipsius confoderet; Willielmus medius filiorum saucius abiret, multi ex regiis caderent. Cæterùm totâ viâ ita fortunatus fuit, ut exteræ et remotæ gentes nihil magis quàm nomen ejus timerent. Provinciales adeò nutu suo substraverat, ut sine ulla contradictione primus censum (c) omnium capitum ageret, omnium prædiorum redditus in tota Anglia notitiæ suæ per scriptum adjiceret, omnes liberos homines ejuscunque essent, suæ fidelitati sacramento adigeret. Solus ejus majestatem conentiebat Cnuto Rex Danorum, qui et affinitate Roberti Frisonis et suapte potentiâ in immensum extollebatur, rumore in populos sato, quòd Angliam invaderet...

C Is mille et eo ampliùs navium in Angliam parat: auxilio erat ei soeer Robertus Friso, sexcentarum navium dominus. Sed duobus penè annis venti adversitate coërcitus, voluntatem mutavit... Rex igitur Danorum, ut dixi, solus erat obstaculum, ne Willielmus continuatâ feriretur lætitiâ; cujus respectu tantam multitudinem stipendiariorum conducebat militum ex omni quæ citra montes est provincia, ut eorum copia regnum gravaret. Sed ipse pro magnanimitate sua, dispendium expensarum non sentiens, etiam Hugonem Magnum, Regis Francorum fratrem, cum illius commilitio inter militares numeros sibi servitutum redegerat. Animabat et excitabat ipse virtutem suam propter Roberti Wiscardi memoriam, pronuncians pudendum, si illi fortitudine cederet, quem nobilitate præiret. Siquidem Robertus medioeri parentela in Normannia ortus, quæ nec humi reperet, nec altum quid tumeret, paucis ante adventum Willielmi in Angliam annis cum quindecim militibus abierat Apuliam, penuriam necessariorum gentis illius ignavæ stipendiis correcturus. Nec multi fluxerunt anni, quòd stupendo Dei munere totam terram in potestatem accepit. Nam ubi viribus destituebatur, ingenio callebat, oppida primò, mox civitates suæ ditioni associans. Ita ergo profecit, ut se Ducem Apuliæ et Calabriæ, fratrem Richardum Principem Capuæ, alterum Rogerum Comitem Siciliæ faceret, etc.

Pag. 107.

Quia Hildebrandi mentio se ingessit, de eo dicam quæ non frivolo auditu hausi, sed seria relatione ejus audivi, qui se illa ex ore Hugonis Abbatiss Cluniacensis audisse juraret... In Gallia vice Papæ præsederat Concilio; ibique plures Episcopi, olim per Simoniam in Ecclesias introducti, degradati potioribus locum dedere. Unus erat, quem suspicio istius apostasiæ insimulabat; sed nullis testibus argui, nullis argumentis confutari poterat, quem cum putares constrictum maximè, more anguis lubrici elapsum miraveris; ita dicendi arte callebat, ut omnes eluderet. Tunc Archidiaconus: « Cesset hominis eloquium... Dicat iste *Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto*: quòd si expressè et sine titubantia dixerit, constabit apud me,

Pag. 108.

(a) Apud Rogerum Hovedenum Rex Angl. Willielmus castellum Rodulfi Comitis, quod Dol nominatur, tandem obsedisit dicitur, donec Francorum Rex Philippus illum inde fugaret.

(b) Al. conatibus ejus assisteret.

(c) Censuales Guillelmi I Regis Angl. Tabulæ Barones hos memorant: *Episcopus Constan-*

tinensis, Comes de Mollent, Albericus Comes, Hugo de Grentemaisnil, Henricus de Fereres, Robertus de Staldfort, Rogerius de Lury, Richardus Venator, Radulfus Limesi, Willielmus Bonvallet, Willielmus filius Corbucion, Goiffridus de Magnavill, Goiffridus de Wirce, Gislebertus de Gant, Gislebertus Buili, Osbernus filius Richardi, etc.

» illum non venaliter, sed legitimè Præsulatu functum ». Libens hanc conditionem ille accepit, nihil minùs quàm horum verborum difficultatem ratus : et verè *Gloria Patri et Filio* integrè protulit, sed in *Spiritu Sancto* hæsit. Suscitato cunctorum strepitu, nullo conatu vel tunc, vel in reliquo vitæ spatio, Spiritum Sanctum nominare potuit. Hujus miraculi testis fuit Abbas sæpè nominatus, qui dejectum Episcopum per loca secum ducens, illius rei experimentum sæpè risit : de quorum verborum certitudine dubitantem omnis Europa confutat... Alexandro successit Hildebrandus, Gregorius VII dictus. Hic quod alii inusitaverant, palam extulit, excommunicans electos, qui investituras (a) Ecclesiarum de manu laici per anulum et baculum acciperent... Obiit vir apud Deum felicis gratiæ, apud homines austeritatis fortassis nimix. Denique fertur, quòd inter eum et Imperatorem primi tumultùs initio, illum nudipedem et forcipes cum scopis portantem, nec etiam foribus admiserit, abominatus hominem sacrilegum, et sororii incesti reum. Abscessit Cæsar exclusus, repulsam eam multorum necis causam protestans; statimque quæcunque posset, incommoda Romanæ Sedi infligens, etc.

Pag. 109.

Nunc familiarem ejus [Willielmi] vitam et mores interiores Lector, qui volet, audiet. Inprimis Dei famulis humilis, subjectis facilis, in rebelles inexorabilis erat. Religionem Christianam, quantum secularis poterat, ita frequentabat, ut quotidie Missæ assisteret, vespertinos et matutinos hymnos audiret... Penè puer et maturiore ætate sapiens, patrum suum Malgerium ab Archiepiscopatu Rotomagensi removit. Is erat litteris quidem non mediocriter cultus; sed pro natalium conscientia professionis oblitus, venationibus et avium certaminibus sæpiùs justo intendebat, et gazas Ecclesiasticas conviviis profusioribus insumebat... Ferunt quidam arcanam esse depositionis causam; Matildem, quam Willielmus acceperat, proximam sibi sanguine fuisse: id Christianæ fidei zelo Malgerium non tulisse, ut consanguineo cubili fruerentur; sed in nepotem et comparem excommunicationis jaculum intentasse: ita, cum iræ adolescentis uxoriæ querelæ accederent, excogitatas occasiones, quibus persecutor peccati sede pelleretur: sed postmodum provectoribus annis pro expiatione sceleris, illum S. Stephano Cadonis (b) Monasterium ædificasse, illam B. Trinitati in eodem vico idem fecisse, utroque pro sexu suo personas inhabitantium eligente. Malgerio successit Maurilius Fiscanensis Monachus, multis virtutibus sed maximè abstinentiâ laudatus... Successit ei [Walkerio Dunelmensi Episcopo] Willielmus Abbas S. Carilefi, qui Monachos in Dunelmo posuit. Prætereà anno antequam moreretur proximo, mortalitas hominum et juvenitorum, vis tempestatum frequens, violentia fulgurum quantam nemo viderat, nemo audierat. Illo quoque anno quo obiit, promiscua febris plusquam dimidiam partem plebis depasta; adeò ut plures incommoditas morbi extingueret; deinde pro intemperie aëris fames subsequuta vulgo irrepsit, ut quod febribus erat reliquum, ipsa corripere. Præter cæteras virtutes præcipuè in prima adolescentia castitatem suspexit in tantum, ut publicè sereretur, nihil illum in fœmina posse. Veruntamen ex Procerum sententiâ matrimonio addictus, ita se egit ut pluribus annis nullius probri suspicione notaretur. Tulit ex Matilde liberos multos; quæ et marito morigera et prole fœcunda, nobilis viri animum in sui amoris incitabat aculeum: quanquam non desint, qui ganniant eum cœlibatui antiquo renunciasse, cum regia potestas accevisset; volutatum cum cujusdam Presbyteri filia, quam per satellitem succiso poplite Matildis sustulerit. Quapropter illum exhæredatum, illam ad mortem fræno equi cæsam. Sed hoc de tanto Rege credere dementiæ (c) ascribo, hoc constanter asseverans, quòd aliquantula similtas

Pag. 110.

An. 1086.

An. 1087.

Pag. 111.

(a) *Laudatus est Adrianus I*, inquit Gregorius VI apud eundem Willielmum Malmesbur. cap. 13 lib. 2, pag. 84, quòd investituras Ecclesiarum Carolo Magno concesserit; ita ut nullus electus consecraretur ab Episcopo, nisi priùs à Rege insigniretur et annulo et baculo... Duæ sunt personæ in Ecclesia Dei ad rescanda vitia constitutæ; una quæ eacuat eloquium, altera quæ portet gladium.

(b) Vulgò *Cacn*. Ridiculè igitur Britto et quidam

alii putant, Cadomum Caii domum à Caio Julio Cæsare dictam fuisse. Cadomensibus *feriam trium dierum*, id est nundinas triduanas, concessit Willielmus Conquæstor, ut patebit infrà ex ejusdem litteris.

(c) Stultum igitur ac omninò fabulosum hac in parte est Chronicon Normanniæ, dum id monstri fert, et illud ipsum contra Scriptorum æqualium auctoritatem exhibet tanquam occa-

A inter eos innata extremis annis fuerit pro Roberto filio, cui mater manum militarem ex fisci redditibus sufficere dicebatur. Verùm propter hoc nihil conjugalis gratiæ diminutum ipse ostendit, dum quatuor annis ante se defunctam, et magnificentissimis inferiis extulit, et lachrymis per multos dies ubertim prosecutus, amissæ charitatem desideraverit: quin ex eo tempore, si credimus, ab omni voluptate descivit. Sepulta est Regina Cadonis in Monasterio S. Trinitatis.

An. 1083.

Filios habuit Robertum, Richardum, Willielmum. Henricum. Postiores duo successione continua in Anglia regnare: Robertus, patre adhuc vivente, Normanniam sibi negari ægrè ferens, in Italiam obstinatus abiit, ut filiâ Bonifacii Marchionis sumptâ, patri partibus illis adjutus adversaretur: sed petitionis hujusmodi cassus, Philippum Regem Francorum contra patrem excitavit. Quare et genitoris benedictione et hæreditatè frustratus, Angliâ post mortem ejus caruit, Comitatu Normanniæ (a) vix retento... Richardus magnanimo parenti spem laudis alebat, puer delicatus, et ut id ætatulæ pusio altum quid spirans: sed tantam primævi floris indolem mors acerba citò depasta corrupit. Tradunt cervos in Nova-foresta terebrantem, tabidi aëris nebulâ morbum incurrisse. Locus est quem Willielmus pater, desertis villis, subrutis Ecclesiis, per triginta et eo ampliùs milliaria in saltus et lustra ferarum redegerat, infando prorsus spectaculo... Filie ipsius fuerunt quinque; prima, Cæcilia Cadonensis (b) Abbatissa, quæ vivit; altera Constantia, Comiti Britannicæ Alano Fergant in conjugium data, austeritate justitiæ provinciales in mortiferam sibi potionem exacuit; tertia, Adala, Stephani Blesensis Comitis uxor, laudatæ in sæculo potentiæ virago, noviter apud Marcenniacum Sanctimonialis habitum sumpsit. Duarum aliarum nomina excederunt; unius, quæ Haroldo, ut diximus, promissa, infra maturos conjugii annos obiit; alterius, quæ Aldefonso Gallicie Regi per nuncios jurata, virgineam mortem impetravit à Domino. Repertus in defunctæ genibus callus, crebrarum ejus orationum index fuit.

Patris memoriam, quantis poterat occasionibus, extollens, ossa olim Nicee condita sub extremo vitæ tempore per legatum transferebat; sed ille prosperè rediens, audita morte Willielmi, apud Apuliam resedit, sepultus ibi illustris viri exuviis. Matrem, quantum vixit, insigni indulgentia dignatus est; quæ ante patris obitum cuidam Herlewino de Comitibus-villa, mediocri opum viro nupsit. Ex eo Willielmus fratres habuit; Robertum, quem Comitem Moritonii fecit, crassi et hebetis ingenii hominem; Odonem, quem ad Episcopatum Baiocensem provexit Comes, Comitem Cantie Rex instituit. Callidioris pectoris ille, totius Angliæ Vicedominus sub Rege fuit post necem Willielmi filii Osborni. Itaque in aggerandis thesauris mirus tergiversari, miræ abstinentiæ, penè Papatum Romanum absens à civibus mercatus fuerat, peras peregrinorum epistolis et nummis infarciens: cujus futuri itineris opinione cum certatim ex toto regno ad eum milites concurrerent, Rex indignè ferens, compedibus irretivit (c), præfatus non se Baiocarum Episcopum, sed Comitem Cantie prendere. Clientes ejus minis impulsus, tantam auri copiam prodidit, ut nostri sæculi æstimationem superaret fulvi congeries metalli. Denique et cullei plures è fluviis extracti, quos per certa loca, sublatis consciis, infoderat plenos auro molito. Post mortem fratris absolutus, nepotique Willielmo adversatus, partem Roberti fovibat, etc.

Pag. 112.

sionem constructionis duarum Cadomi Abbatiarum. Vide Apologiam Willielmi, quam Dominus noster Matthæus de la Dangie de Rauchie, Cellerarius Abbatie S. Stephani Cadomensis, ibidem edidit in-8º.

(a) Voces Comitatus et Ducatus, sicut Comitibus et Ducibus, promiscuè ab hujus temporis Historicis usurpabantur.

(b) Baldricus Burgul. in versibus inscriptis *Cæcilia Regis Anglorum filia*, ineminit sororis quam Cæcilia secum in Monasterium traxerat. Sic enim habet:

*Audivi quandam te detinuisse sororem,
Cujus fama meas aliquando percussit aures.*

Nomen ut elapsum, vultisse tamen reminiscor.

(c) Hæc antequàm evenerint, Historiam profectò scribebat Guillelmus Pictavinus, De Odone enim Baiocensi agens supra pag. 102, ait: *Regi cujus frater erat uterinus, unicè constantissimèque fidelis fuit.* Erravimus igitur supra pag. 75, cum post Rivetum asseruimus, Lexoviensem Archidiaconum nonnisi post mortem Willielmi, quem vulgò Conquæstorem appellant, manum operi admovisse. Ipsius forsàn è manibus calamum excussit casus Odonis Episcopi, cui non parùm erat addictus.

Exterarum nationum homines dignanter ad amicitiam admisit, indifferenter honoribus extulit; eleemosynæ curam habuit; transmarinis Ecclesiis multas possessiones in Anglia largitus est; nec ullum ferè Monasterium, præsertim in Normannia, vel ejus vel Ducum munificentia transiit, ut Angliæ copiâ tenuitas illorum sustentaretur... Justæ fuit staturæ, immensæ corpulentiae, facie fera, fronte capillis nuda, roboris ingentis in lacertis: ut magno sæpè spectaculo fuerit, quòd nemo ejus arcum tenderet, quem ipse admissso equo pedibus nervo extento sinuaret: magnæ dignitatis sedens et stans, quanquam obæsitâ ventris niniis protensa regium corpus deformaret; commodæ valetudinis, ut qui nunquam aliquo morbo periculoso præter in extremo decubuerit; exercitio nemorum adeò deditus, ut, sicut prædixi, multa millia ejectis habitatoribus silvescere juberet, in quibus à cæteris negotiis avocatus animum remitteret. Convivia in præcipuis festivitatibus sumptuosa et magnifica inibat... Omnes eò cujuscunque professionis Magnates regium edictum accersebat, ut exterarum gentium legati speciem multitudinis apparatusque deliciarum mirarentur: nec ullo tempore comior aut indulgendi faciliior erat, ut qui advenerant, largitatem ejus cum divitiis conquadrare ubique gentium jactarent... Sola est de qua meritò culpetur, pecuniæ cupiditas (a), quam undecunque captatis occasionibus, nihil unquam pensi habuit, quin corroderet; faceret, diceret nonnulla et penè omnia, tanta majestate indigniora, ubi spes nummi effulsisset... Pro timore inimicorum provincias suas pecuniâ emulgebat, quâ impetus eorum vel tardaret, vel etiam propelleret, persæpè, ut fit in rebus humanis, viribus cassatis, fidem hostilem præmio pignoratus.

Extremo vitæ tempore in Normannia habitans, contractis inimicitiiis cum Rege Francorum, aliquantisper se continuit: cujus abutens patientiâ Philippus, fertur dixisse: « Rex Angliæ jacet Rotomagi, partu absolutarum » more fœminarum cubile fovens »; jocatus in ejus ventrem, quem potione alleviavit. Quo præstrictus convitio, respondit: « Cùm ad Missam post partum iero, centum millia candelas ei libabo »: talia per resurrectionem et splendorem Dei pronuncians, quòd soleret ex industria talia sacramenta facere, quæ ipso habitu oris terrificum quiddam auditorum mentibus insonarent. Nec multò post Augusto mense declinante, quando et segetes in agris, et botri in vineis, et poma in viridariis, copiam sui volentibus faciunt, exercitu coacto, Franciam infestus ingreditur, omnia proterit, cuncta populatur. Nihil erat quod furentis animum mitigaret, ut injuriam insolenter acceptam multorum dispendio ulcisceretur. Postremò Mundantium (b) civitatem injectis ignibus concremavit. Combusta illic Ecclesia B. Mariæ, Reclusâ unâ ustulatâ, quæ spelæum suum nec in tali necessitate deserendum putavit: fortunæ omnes civium pessundatæ. Quo successu exhilaratus, dum suos audaciùs incitat ut igni adjiciant pabula, propiùs flammam succedens, foci calore æstûsque autumnalis inæqualitate morbum nactus est. Dicunt quidam quòd præruptam fossam sonipes transiliens, interanea sessoris diruperit; quòd in anteriori parte sellæ venter protuberabat. Hoc dolore affectus, receptui suis cecinit; Rotomagumque reversus, crescente in dies incommodo, lecto excipitur. Consulti Medici, inspectione urinæ certam mortem prædixere. Quo audito, querimonia domum replevit, quòd eum præoccuparet mors emendationem vitæ jamdudum meditantem. Resumpto animo, quæ Christiani sunt, executus est in confessione et viatico. Normanniam invitus et coactus Roberto, Angliam Willielmo, possessiones maternas Henrico delegavit. Vincetos suos omnes educi et solvi, thesauros efferi et Ecclesiis dispergi præcepit. Certum numerum pecuniæ ad reparationem Ecclesiæ nuper crematæ ipse indixit. Ordinatis ergo bene rebus, VIII Idus Septembris decessit, anno vitæ LIX (c), regni XXII,

Pag. 113.

(a) Ex Orderico Vit. ad annum 1070 Guillelmus, vel amotis vel debellatis vel conciliatis sibi adversariis, sua felicitate abusus est, paulatimque cœpit potentiorum bonis inbiare, et servitutis jugum, quod cervicibus Anglorum injecerat, fortiùs premere.

(b) Alii vocant Meduntam, Medantem et Medan-

tiam: vulgò *Mante*.

(c) *Ferè sexagenarius*, inquit Robertus de Monte. Legitur quidem apud Ordericum Vitalem, Willelmum Regem obiisse, natum LXIV annos, et anno Ducatûs LVI; sed uterque error emendandus: nam idem Ordericus alibi non senel scribit, Willelmum I, cùm successit

A Comitatus LII, Dominicæ Incarnationis MLXXXVII. Ille fuit annus... quo Sarraceni Hispani in Christianos efferati, mox ab Aldefonso Rege Gallicæ ad sua redire coacti, etiam urbibus quas olim tenerant, inviti cessere. Corpus regio solenni curatum, per Sequanam fluvium Cadonom delatum; ibi in magna frequentia ordinatorum, laïcorum paucâ, humi traditum. Varietatis humanæ tunc erat videre miseriam, quòd homo ille totius olim Europæ honor, antecessorumque suorum omnium potentior, sedem æternæ requiei sine calumnia impetrare non potuit. Namque Miles quidam, ad cuius patrimonium locus ille pertinuerat, clarâ contestans voce rapinam, sepulturam inhibuit, dicens avito jure solum suum esse, nec illum in loco quem violenter invaserat, pausare debere. Quocirca volente Henrico filio, qui solus ex liberis aderat, centum libræ argenti litigatori * persolutæ, audacem calumniam compescuère. Nam tunc Robertus primogenitus in Francia contra patriam hellabat: Willielmus, antequàm pater planè exspiraverat, Angliam enavigaverat, utilius ducens suis in posterum commodis prospicere, quàm exequiis paterni corporis interesse.

* Al. litigario

Fuit hoc tempore Berengarius Heresiarcha, qui panem et vinum in altari apposita, post consecrationem Sacerdotis, verum et substantiale Corpus Domini, sicut sancta Ecclesia prædicat, esse denegabat. Jamque scatebat omnis Gallia ejus doctrinâ per egenos scholares, quos ipse quotidiana stipe sollicitabat, disseminatâ. Unde soliditati catholicæ timens sanctissimæ memoriæ Leo Papa, Vercellis contra eum instituto Concilio, tenebrosos nebulosi erroris Evangelicorum testimoniorum fulgore depulit. Sed cùm post obitum ejus virus hæreseos diu in sinibus quorundam nebulonum con-

An. 1050.

C fotum iterum erumperet, Hildebrandus cùm Archidiaconus esset Turonis, mox Papa, Romæ adunatis Conciliis, convictum ad dogmatis sui anathema compulit: quæ scripta suis locis, qui desiderat, inveniet. Responderunt ei Libris Lanfrancus (a) Archiepiscopus; sed præcipuè et fortiter Guimundus, prius Monachus de S. Leofredo Normanniæ, postea Episcopus Aversanus Apuliæ, nostri temporis eloquentissimus. Porrò licet Berengarius primum calorem juventutis, aliquarum hæresum defensione infamaverit, ævo austriore ita resipuit, ut sine retractatione à quibusdam habeatur sanctus, innumeris bonis, maximè autem humilitate et eleemosynis approbatus, largarum possessionum dispertiendo dominus, non abscondendo et adorando famulus: fœmineæ venustatis adèò parcus, ut nullam conspectui suo pateretur admitti... Unde eum laudat Cenomanensis Pontifex Hildebertus, inprimis

D Versificator eximius... Videas in his Versibus, quòd laudis excesserit modum Episcopus... Illa fuit tempestas, quâ Henrici miserabile et penè funestum per quinquaginta annos Alemannia ingenuit* imperium. Erat is neque ineruditus, neque ignavus; sed fato quodam ab omnibus ita impetitus, ut rem religionis tractare sibi videretur, quisquis in illum arma produceret. Habebat duos filios, Conradum et Henricum... Sub isto Imperatore regnante floruit Maurianus * Scotus, primò Fuldensis Monachus... Is longo vitæ (b) otio Chronographos scrutatus, dissonantiam Cyclorum Dionysii Exigui ab Evangelica veritate deprehendit. Itaque ab initio sæculi annos singulos recensens, viginti duos qui circulis prædictis deerant superaddidit; sed paucos aut nullos suæ sementiæ sectatores habuit... Adeò inveteratus usus placet; adeò ferè nullus novis licet probabiliter inventis serenitatem

E assensùs pro merito indulget! Totis conatibus in sententiam veterum reptatur; omne recens sordet.

Pag. 115.

* f. ingenuit

Pag. 116.

* Al. Maurinianus et Marimannus

patri Roberto cujus mortem ad annum 1035 referunt omnes Chronographi, fuisse duntaxat natum annos VIII; et quidem incompletos, si crediderimus S. Michaëlis de Monte Chronico, quod nonnisi VII annos tribuit Willielmo tempore mortis Roberti Ducis Norm.

(a) Scripsit, inquit Sigebertus, invectivas contra Berengarium Turonensem Epistolas, refellens Scripta ejus de Corpore et Sanguine Domini. Lanfrancus, teste eodem Bibliographo, scripsit laudes, triumphos et res gestas Guillelmi Normannorum Comitæ.

(b) Accepit sedem [Hereford.] Robertus Lotharin-

gus... Erat tunc temporis Monachus Marianus apud Mogontiam inclusus, qui longe solitudinis otio... dissonantiam vel primus vel solus animadvertit... magnam et diffusissimam Chronicam facere adorsus. Eum librum Robertus miratus unicè, æmulatus mirificè, Angliæ invehcadum curavit. Denique captus Mariani ingenio, quidquid ille largiùs dixerat, in arctum contrahens desloravit; adèò splendide, ut magis valere videatur desloratio, quàm ingentis illius voluminis diffusio. Ex eodem Willielmo Malmesbur. in Gestis Pontificum Angl. pag. 286.

EX EADMERI ^(a) CANTUAR. MONACHI

HISTORIÆ NOVORUM LIB. I.

Ad calcem Operum S. Anselmi Paris. 1675, fol. pag. 28.

Pag. 29.

GODWINUS Cantiae Comes, magnanimus per Angliam terra marique habebatur. Hic orto inter illum et Regem [Edwardum] dissidio, exul ab Anglia cum suis omnibus ferè judicatus est. Ivit itaque ad Comitem B Baldwinum in Flandriam, et Haraldus filius ejus in Hiberniam. Hinc, matre Regis Imma defuncta, Godwinus et Haraldus in Angliam reversi sunt, numerosis uterque navibus et valida militum manu vallatus... Vulnothus filius Godwini et Hacun filius Suani filii sui, obsides [Regi] dantur; ac in Normannia Willelmo Comiti, filio scilicet Roberti filii Richardi fratris matris suæ, custodiendi destinantur. Haraldus Comitatum Cantiae patri succedens obtinuit. Is, elapso modico tempore, licentiam petivit à Rege Normanniam ire, et fratrem suum atque nepotem qui obsides tenebantur, liberare, liberatosque reducere. Cui Rex: « Hoc, inquit, non fiet per me. Verum- » tamen ne videar te velle impedire, permitto ut eas quò vis, ac experiare » quid possis. Præsensio tamen te in nihil aliud tendere, nisi in detrimentum » totius Anglici regni et opprobrium tui. Nec enim ita novi Comitem men- C » tis expertem, ut eos aliquatenus velit concedere tibi, si non præscierit in » hoc magnum proficuum sui ». Ascendit itaque Haraldus navem, [magis] suo quàm Regis consilio credens, cum ditioribus et honestioribus hominibus suis, auro et argento vesteque pretiosa nobiliter instructis. Mare turbulentum navigantes exterritat, et navem undarum cunulus vehementer exagitat. Ejecta tandem cum omnibus, quæ ferebat, in Pontivum fluvium qui Maia vocatur, à domino terræ illius, pro ritu loci (b), captivitati addicitur; et homines in ea consistentes diligentiori custodiæ mancipantur. Constrictus igitur Haraldus quemlibet ex vulgo, promissa mercede illectum, clam ad Comitem Normanniæ dirigit, exponere illi quid sibi contigerit. At ille festinatò per nuncios mandat domino Pontivi, Haraldum cum suis ab omni calumnia liberum sibi quantociùs mitti, si pristinâ amicitia suâ amodò vellet D ex more potiri. Sed cùm ille hominem dimittere nollet, iterùm in mandato accepit se necessariò Haraldum missurum, alioquin certissimè sciret Willelmi Normanniæ Ducem armatum pro eo Pontivum iturum. Mittit igitur virum cum sociis, primò tamen eis quæ meliora detulerant ablatis. Hinc ad Willelmum Haraldus veniens, honorificè suscipitur: et audito cur patriam exierit, bene quidem rem processuram si in ipso non remaneret, Willelmus respondit. Tenuit ergo virum aliquot diebus circa se, et in mora illa more prudentis aperuit ei quod habebat in mente. Dicebat itaque Regem Edwardum, quando secum juvene olim juvenis in Normannia demoraretur, sibi interposita fide sua pollicitum fuisse, quia si Rex Angliæ foret, jus regni in illum jure hæreditario post se transferret. Et subdens ait: « Tu quoque si » mihi te in hoc ipso adminiculaturum sponderis, et insuper castellum Do- E » fris cum puteo aquæ ad opus meum te facturum; sororemque tuam quam » uni de Principibus meis dem in uxorem, te ad me, tempore quo nobis con- » veniet, destinaturum; nec ne filiam meam te in conjugem accepturum fore » promiseris; tunc et modò nepotem tuum, et cùm in Angliam regnaturus

(a) Eadmerus seu Edmerus, et corruptè Edinerus, cognomine Cantor, fuit S. Anselmi auditor et discipulus, deinde victor et amicus. Exiliorum ac laborum ejus individuus comes, ab eo nusquam recessit, Regis irâ et odio nihil territus. Ætatem suam prodit, dum pag. 33 ait: *Quantus mæror Lanfrancum ex morte ejus [Willelmi I Regis] perculerit, quis dicere possit, quando nos qui circa illum nuncia morte*

illius eram, statim eum præ cordis angustia mori timeremus? Humana posuit Eadmerus anno 1121.

(b) Mos priseus etiannum restat ferè per omnia littora Christiani orbis, ut naufragorum bona fisco applicentur; quod tamen apud Anglos haud obtinet, nisi ubi neque homo quispiam neque canis aut felis vivus evaserit. *Seldenus.*

A » venero, fratrem tuum incolumen recipies. In quo regno si aliquandò fuero
 » tuo favore confirmatus, spondeo quia omne quod à me tibi rationabiliter
 » concedi petieris, obtinebis ». Sensit Haraldus in his periculum undique,
 nec intellexit quâ evaderet, nisi in omnibus istis voluntati Willelmi ad-
 quiesceret. Adquievit itaque. At ille ut omnia rata manerent, prolatis
 Sanctorum reliquiis, ad hoc Haraldum perduxit, quatenus super illas ju-
 rando testaretur, se cuncta quæ convenerant inter eos opere completurum,
 nisi communi mortalibus sorte præsentis vitæ præriperetur. His ita gestis Ha-
 raldus, adepto nepote, in patriam suam reversus est. Ubi verò quid accide-
 rit, quid egerit, Regi percunctanti narravit: « Nonne dixi tibi, ait, me
 » Willelmum nosse, et in illo itinere tuo plurima mala huic regno contin-
 » gere posse (a) »? In brevi post hæc obiit Edwardus. Juxta quod illic ante
 B mortem statuerat, in regnum ei successit Haraldus. Dein venit nuncius in
 Angliam à præfato Willelmo directus, expetens sororem Haroldi juxta
 quod convenerat Willelmo et illi. Alia etiam quæ, violato sacramento, ser-
 vata non erant, calumniatus est. Ad quæ Haroldus hoc modo fertur respon-
 disse: « Soror mea quam juxta conductum expetis, mortua est. Quod si
 » corpus ejus quale nunc est vult Comes habere, mittam, ne judicer sacra-
 » mentum violasse quod feci. Castellum Dofris et in eo puteum aquæ, licet
 » nesciam cui, ut vobis convenit, explevit *. Regnum quod necdum fuerat
 » meum, quo jure potui dare vel permittere *? Si de filia sua, quam debui
 » in uxorem, ut asserit, ducere, agit; super regnum Angliæ mulierem ex-
 » traneam, inconsultis Principibus, nec debere nec sine grandi injuria posse
 » adducere noverit ». Reversus nuntius responsa retulit domino suo: quibus
 C ille auditis, iterum ei amica familiaritate mandavit, quatenus aliis omissis,
 servata fidei sponsione saltem filiam suam uxorem duceret; alioquin se pro-
 missam regni successionem armis sibi vindicaturum procul dubio sciret. At
 ipse nec illud quidem se facere velle, nec hoc formidare respondit.
 Unde Willelmus indignatus, magna spe vincendi belli ex hac Haroldi
 injustitia est animatus. Parata igitur classe, Angliam petit; consertoque
 gravi prælio, Haroldus in acie cecidit, et Willelmus victor regnum
 obtinuit. De quo prælio testantur adhuc Franci qui interfuerant; quoniam
 licet varius casus hinc inde exstiterit, tamen tanta strages ac fuga Norman-
 norum fuit, ut victoria quâ potiti sunt, verè et absque dubio soli miraculo
 Dei adscribenda sit... Rex factus Willelmus... usus atque leges, quas
 patres sui et ipse in Normannia habere solebant, in Anglia servare volens,
 D de hujusmodi personis Episcopos, Abbates et alios Principes per totam
 terram instituit, de quibus indignum judicaretur, si per omnia suis legibus,
 postpositâ omni alia consideratione, non obedirent; et si ullus eorum pro
 quavis terreni honoris potentia caput contra eum levare auderet, scientibus
 cunctis unde, qui, ad quid assumpti fuerint. Cuncta ergo divina simul et
 humana ejus nutum exspectabant. Quæ cuncta ut paucis animadvertantur,
 quædam de eis quæ nova per Angliam servari constituit, ponam... Non
 ergo pati volebat quemquam in omni dominatione sua constitutum Romanæ
 urbis Pontificem (b) pro apostolico, nisi se jubente, recipere, aut ejus lit-
 teras, si primitus sibi ostensæ non fuissent, ullo pacto suscipere. Primatem
 quoque regni sui, Archiepiscopum dico Cantuariensem, si coacto generali
 Episcoporum Concilio præsideret, non sinebat quicquam statuere aut pro-
 E hibere, nisi quæ suæ voluntati accommoda (c), et à se primò essent ordi-
 nata. Nulli nihilominus Episcoporum suorum concessum iri permittebat, ut
 aliquem de Baronibus suis seu Ministris, sive incesto, sive adulterio, sive
 aliquo capitali crimine denotatum, publicè nisi ejus præcepto implacitaret
 aut excommunicaret, aut ullâ Ecclesiastici rigoris poenâ constringeret.

An. 1066.

* f. explevi
* f. promit-
tere

(a) Addit Rogerius de Hoveden: « Magnas in hoc
 » facto tuo calamitates præsentio genti nostræ
 » venturas ».

(b) Huc spectat Epistola illa Guillelmi, quâ obse-
 quii fideique professionem Gregorio VII, eam per
 nuncium petenti, avito jure subnixus denegat.
 Hubertus legatus tuus, inquit, me admonuit, quate-
 nus tibi et successoribus tuis fidelitatem facerem, et
 de pecunia quam antecessores mei ad Romanam

Ecclesiam mittere solebant, melius cogitarem. Unum
 admisi, alterum non admisi: fidelitatem facere
 nolui nec volo, quia nec ego promisi, nec antecesso-
 res meos antecessoribus tuis id fecisse comperio.

(c) Nimius fuit Guillelmus in imperio quod circa
 sacra exercetur. Id quoque palam videre est in Diplo-
 mate pro Cœnobio Belli, quo plura privilegia tam
 sacris officiis quàm jurisdictioni Episcopi derogantia,
 stilo perquam imperioso concessit.

EX GESTIS (a) TREVIRENSIUM ARCHIEPISCOPORUM.

Apud Martenium (b), Tom. IV Amplissimæ Collectionis,
col. 165.

POPPONE itineris (c) negotio occupato, necdum reverso, Gislebertus
 Col. 168. Quidam Comes de castello Lucelemburch nominato, cum filio suo Con- B
 rado... mala inenarrabilia non cessabant perpetrare... Poppone videlicet
 Col. 169. Jerusalem profecto, et per tres ferè annos demorato. Babyloniam enim us-
 que videndi nominatissimæ illius civitatis gratiâ processerat, ubi et tentus
 Col. 171. aliquandiu in captivitate laborabat... Cum adhuc famulus Dei Symeon vi-
 tales carperet auras... fuit fames valida (d) in omni terra ista... cujus
 mali causam insipiens vulgus Symeoni imputabat... Spiritum reddidit
 [Poppo Archiep. Trevir.] sub die XVI Cal. Julii, anno Dominicæ Incarna-
 tionis MXLVII... cui successit Everardus (e)... Hic à Comite Conrado
 Col. 172. de Luzelemburg captus est... Nec multò post Comitem suscepit; cui pro
 pœnitentia peregrinationem Jerosolymam injunxit, in qua et obiit. Dein Ju-
 dæis persecutionem induxit, eosque, nisi proximo sabbato Paschæ Christiani
 efficerentur, civitate pellendos esse decrevit. Hinc igitur ejusdem nefandæ
 gentis quidam, ad similitudinem Episcopi ceream imaginem lychnis inter-
 positam facientes, quemdam Clericum de Cœnobio S. Paulini, Christianum C
 nomine non opere, ut eam baptizaret, pecuniâ corruperunt; quam ipso
 sabbato, Episcopo jam ad Baptismi solemnia præparato, accenderunt:
 quâ ex parte jam consumptâ, Episcopus super fontem sacris instans officiis,
 A. 1066. cœpit graviter infirmari, et... in sacris vestibibus obiit XVII Cal. Maii.
 Col. 173. Quo mortuo, Anno Coloniensis Episcopus, quem provisorem regni et tuto-
 rem filii sui Heinrici Heinricus Imperator moriens reliquerat, spreto Tre-
 berorum consilio et electione, adhibitâ Regis adhuc pueri investiturâ et con-
 firmatione, nepotem suum Cunonem cum magna ambitione et manu militari,
 si necesse foret, inthronizandum versus Treberim direxit... [Treberenses]
 sine mora Præsidentem suum Theodericum cum aliis Principibus evocatum,
 ad ulciscendam tanti contemptûs injuriam clamoris vocibus instigant... Cuno D
 incidit in manus impiorum hominum, qui eum de rupe præcipitantes, in Cal.
 Junii miserabili morte peremerunt... Udo inthronizatur Episcopus electione
 Cleri et populi. Hic ex Alemannorum prosapia oriundus, patre Eberhardo
 Col. 174. Comite, matre Ida, eisdemque Monasterii quod dicitur Scafuse fundatori-
 bus... Cui Egilbertus successit... Tempore illo cum Gregorius, qui et
 Hildebrant, Romani Pontificis jura disponderet, hoc decretum antiquitûs
 quidem promulgatum, nunc autem innovatum est; ut videlicet omnes in
 sacris Ordinibus constituti, Presbyteri scilicet et Diaconi à cohabitationi-
 bus feminarum se, ut decet, abstinerent, aut officio vacarent: similiter
 etiam ne quis cujuscumque ordinis, laicus videlicet sive Clericus, Epis-
 copatus, Abbatias, seu alias quaslibet spiritualium donorum dignitates, vel
 per se vel per interpositam personam emere vel vendere præsumeret; quod si
 quis infringeret, honorem quemcumque haberet, amitteret. Ubi hoc verbum E
 palam factum est... magnam suscitavit invidiam. Propterea inter Re-

(a) Annales hi, quorum Auctor Acherio nostro, Tom. II Spicil. in-fol. pag. 207, forsitan est Golscherus Monachus S. Mathiæ Cœnobia prope Treverim, desinunt in anno 1122.

(b) Eadem Gesta seu Historiam Trevirensis edidit Acherius Tomo laudato.

(c) Anno Dom. Incarn. MXV Poppo Treberorum Archiepiscopus ordinatur. Hic sæpius occupatus in expeditione et procinctu militum. Apud Acherium pag. 215.

(d) Non 1043, sed 1033 anno. Symeon enim animan, ut paulò suprâ legitur, reddidit Cal. Jun.

anno Dom. Incarn. MXXXV: et apud Brouverum in Annal. Trevir. idem Reclusus obiit Kal. Jun. anno 1034.

(e) Hic desinit Ms. Codex Aurcæ-vallis, inquit Martenius: quæ enim subjicimus, addit idem, ex eodem Codice addita sunt aliâ manu, sed antiquâ. Hucusque igitur forsitan Theodericus Monachus S. Mathiæ; ita ut quæ sequuntur, scripta sint à Golschero: hinc Trithemius initio Chronici Hirsaug. ait: Theodericus Monachus in Historia Trevirorum; Golscherus Monachus in Gestis eorundem, etc.

A gnum et Sacerdotium (a) partes exortæ sunt, et hinc inde permaximæ invidiæ succreverunt; et eò usque dissentionis hujus et inimicitiarum in invicem fomes invaluit, ut si cui Cæsarianorum occurrisset quispiam Ecclesiasticorum, qui forsitan pro amore patriæ cœlestis sæculum reliquisset, carnem macerasset, quemque aliqua corporis molestia attenuasset; sive qui, ut tunc moris erat, barbam quasi in signum religionis enutrisset, quasi regii honoris proditores contumeliis afficiebant, insultanter * eos Ecclesiasticos appellantes. Nullus enim tunc in subrogandis Pontificibus vel aliis Ecclesiasticis dignitatibus, canonicæ sanctionis ordo servabatur; sed qui tantum Regis vel Principis manum implevisset, seu aliud quaecumque obsequium sibi placitum impendisset, regiâ præficiabatur violentiâ ubi voluisset. At verò ubi Rex ejusque consentanei Principes non eò minus omittebant, sed vetitam venditionem magis ac magis instituebant; præfatus Papa non veritus, sententiâ anathematis omnes concludit; et quicumque voluisset in Catholicorum consortio numerari, faciebat sibi hujusmodi verba conscribi: « Anathematizo omnem heresim Henrici dicti Regis (b) et omnium complicum » ejus, et omnem qui eum regio nomine vel honore veneratur, Heinricum, » inquam, quartum ejus nominis Regem ». Quam excommunicationem ubi fama ad aures Imperatoris detulit... convocato suæ partis Episcoporum, Abbatum et aliorum Grandium Concilio, statuit ut Gregorius nulli eorum deinceps Apostolicus esset, nec decretum ejus quisquam reciperet; et hoc facto, ipse sub omni celeritate Italiam adiit, Wicbertum quemdam Ravennæ civitatis Episcopum in una civitatum Italiæ pro Gregorio Papam fecit, quem et Clementem nominavit. Porrò si quando Gregorius causâ cuiuslibet rei agendæ Româ fuisset egressus, iste subintrabat; illo revertente, iste fugiebat; illi Ecclesiastica, major videlicet pars, isti verò Cæsariana præsidio erat... Consensit ei [Henrico IV in electione Egilberti] ex Episcopis qui causâ electionis [Treverim] advenerant, solus Theodoricus Episcopus Virdunensis, qui cognomento Magnus vocabatur, et pars aliqua populi Treberensis. Rex ergo nil moratus, investivit eum, dans ei anulum et baculum, sub die VIII Idus Januarii, anno Dominicæ Incarnationis MLXXVIII. Pontifices verò Herimannus Metensis et Bibo Tullensis, et residuus Clerus et populus, quantum in ipsis erat, non assenserunt... Egilbertus benedictione non percepta remansit.

* *Al. insultantes**Col. 175.**An. 1080.**Col. 176.*

(a) *Eo tempore quo dissidium ortum est inter Papam Gregorium, qui alio nomine Hildebrandus dictus est, et Henricum IV hujus nominis Imperatorem, contigit sanetam Ecclesiam diversis necessitatibus et adversitatibus opprimi et fatigari; quia capite ipso, quod ex Regno et Sacerdotio constat, per morbum discordiæ infirmato, reliquum corpus à languore integrum permanere non potuit. Tunc siquidem Simonia antiquarum hæresum sola superstes, tunc Presbyterorum conjugatorum irreverentia adeò in orbe prævaluerant, ut S. Spiritus dona jam apud Principes sæculi essent venalia, et inter vitam laicorum et Clericorum penè nulla foret distantia. Super hoc sequaces Imperatoris à Sede Apost. excommunicati, quos sibi communicare nolle videbant, rapinis, tormentis et ipsis etiam mortibus puniebat. Ex Cap. 1 Histor. Afflegem. apud Acherium Tom. 2 Spicil. in-fol. pag. 770.*

(b) *Apud Acherium, et complicitum ejus, et omnes qui eum regio nomine et honore venerantur; Henricum, inquam, nominis hujus Regem IV. In gratiam seu laudem Imperatoris juvat quædam huc adducere ex Ms. Epistola Fulcoii (de quo alibi agemus) directâ Henrico Augusto. En*

igitur carmina :

*Inclytus Augustus bellis et pace...**Cesar habes aditum famæ, quo gesta sequaris**Nota patrum...**Qui sis, quid possis vi cum virtute probasti...**Pulcher es armatus Cesar, speciosus inermis...**Radulfum radit de terra...**Perfida perjuræ dat sceptrum dextra dextræ...**Fulminat Henricus, furit et ferit; ast inimicus**Iste prostratus, qui Rex non jure creatus...**Per quæ peccavit, Radulfum pœna notavit,**Justo judicio, corporis exiitio...**Perstitit in regno Henricus David ut alter,**Occubuit quantum Radulfus ut Absalon alter;**Restat ut Archifosel quis suspendatur ut alter...**Ergo triumphalem merito decus erigit arcum**Fulcoius Vates tibi, Rex, modò vita supersit;**Ut tuus inde meo vivat labor ille labore...**Cesare Henrico redierunt aurea secla...**Alter Mecenas cum Cesare tolle camenas...**Gallia non novit, nescit Normannia vates;**Tu solus genus hoc, tu nosti more parentum...**Musa tribus famulata, Deo, Regi, Munasæque.*

EX CHRONICO ^(a) S. PETRI VIVI SENONENSI,
AUCTORE ^(b) CLARIO MONACHO.

Apud D. Lucam ^(c) Acherium Tom. II Spicilegii in-fol. pag. 475.

* Ms. Seno-
nas

An. 1033.

EODEM igitur anno [MXXXII], in messione subsequenti, Rex copiosum exercitum applicuit Senonis *; et in villa quæ Masciacus Major dicitur, castra posuit. Comes itaque Andegavensium Fulco, qui primus post Regem erat in ipsa expeditione, Abbatiam S. Petri fregit, clausum Monachorum terrâ tenens incidi fecit: unde Monachis contra eos Sanctorum pignora deferentibus, quidam eorum furentes se ipsos interfecerunt; talique conflictu, et ejusdem urbis militum assultu, multi ceciderunt, cæteri verò fugerunt. Rex autem tactus amore sui patris Rotberti, qui valdè ipsum locum dilexit, vi quadam ab ipso loco eos ejecit. Deindè post tres dies rediit Parisius; et subsequenti anno venit Senonas cum tribus millibus virorum, et castra posuit in loco qui dicitur Chaliciacus: ubi diebus septem morantes, Abbatiam S. Remigii, et burgum S. Leonis necnon et S. Eracii fregerunt, prædati sunt et incenderunt; atque quosdam ante mœnia urbis jaculis interfecerunt, deinde ad patriam redierunt.

Anno MXXXIV, irripuit Odo Comes Regi Hainrico medietatem urbis Senonicæ; et Gelduinus receptus est in sede, in qua nondum fuerat, resistentibus pluribus; et Abbas Gerbertus missus in Abbatiam S. Mariæ foris muros.

Anno MXLVI, obiit Ermenaldus Abbas, quem Gelduinus Archiepiscopus, alter, ut verè dici potest, Archembaldus, omnibus modis quibus scivit et potuit, inquietavit, afflixit et injuriavit, servos et ancillas Abbatiae prædando, carcerando, et omnia mala faciendo, etiam et ornamenta Ecclesiæ, quomodocumque subripere poterat, invadendo, suisque complicibus, quorum similis erat, dando. Obiit autem VIII Kal. Novembris, et sepultus est in claustro S. Petri: cui successit dominus Gerbertus, Monachus ejusdem loci; quem suprâ diximus Abbatem S. Mariæ. Huic Gelduinus reddidit caput S. Quiriaci, quod de ipsa Ecclesia, scilicet S. Mariæ, antè fuerat translatum in matre Ecclesia S. Stephani. Eodem tempore defunctus est Frotmundus, Trecacensis Episcopus; cui successit Mainardus Archiepiscopus S. Stephani.

An. 1037.

Tunc temporis ^(d) Odo Comes exercitum congregavit, et contra Ducem Goscelonem perrexit et castrum quod Barrus vocatur; tandem postea illud cepit, et in crastinum cum ipso Duce et Alemannis pugnavit. Victus fugam iniit; fugiens cum multis Proceribus et innumerabili multitudine militum

An. 1049.

interfectus obiit. Postea S. Odilo, Abbas Cluniacensis, obiit virgo centenarius in die Circumcisionis ^(e); cui dominus Hugo successit, vir totius honestatis.

[Anno MXLVII. Hoc anno pugnavit Rex Francorum Hainricus cum tribus millibus Francis bellatoribus contra Normannos super Dura fluvium. Fuerunt autem Normanni triginta millia; de quibus perierunt decem millia, E reliqui victi fugerunt].

An. 1049.

Post hæc sequenti tempore Gelduinus, peractis in Episcopatu annis decem et octo, projectus est de Pontificatu à Leone Papa et Rege Hainrico, gaudentibus Clericis et lætante populo: cui successit Mainardus, Trecacensis

(a) Quæ præcedunt, edidimus pag. 222 Tomi nostri X; ibique nonnulla monuimus de Auctore ejusdemque Chronico. De utroque alibi, nempe suo tempore, fusiùs agemus.

(b) Hic, valdè bene litteratus, florebat anno 1120: nam, ut legitur infra, scilicet pag. 484, interfuit Belvacensi Concilio ejusdem anni. Idem aliunde docet Acherius.

(c) Acherianam editionem contulimus cum Ms.

Chronico S. Petri Vivi, unde adducimus quæ ansulis includuntur.

(d) Hic et infra perturbatur ordo temporis.

(e) Petrus Damiani in Vita S. Odilonis tradit hunc obiisse anno MXLVIII, eâ nocte quæ Dom. Circumcisionis solemnità præcedebat. Petrum autem Damiani annum à Paschate exordiri, ut quidam alii hoc tempore Scriptores, manifestè ostendunt Jotsaldus et Hermannus Contractus.

A Episcopus; et Leothericus Præcentor, ordinatus est Antistes Ecclesiæ Laudunensis. Postea ipso Gelduino reclamante se injustè depositum, et Mainardum inthronizatum, auctoritate Papæ Leonis convocati, et in Concilio dijudicati, amisit uterque donum curæ Pastoralis. Postea verò propter utilitatem tam Ecclesiæ Senonensis, quàm totius patriæ circumjacentis, totius Concilii concordante consensu Mainardus est restitutus; Gilduinus autem pro sua miserabili vita dejectus, omni honore est privatus. Reversus namque à Roma, Rodulfum Comitem adiit; et castella quæ ex paterno jure contingebant, ut se adjuvaret, dedit; sicque se ab omni honore expulit. Donnus verò Mainardus ab Apostolica sede rediens, Clerum et populum lætum propter se invenit, et in pace rexit. Ipse oblationes Ecclesiarum reddidit Canonicis, quas Præpositi abstulerant illis: Abbatiam S. Petri et Ab-

B batem et Monachos, quippè quia inter eos ab infantia fuit nutritus et litteris doctus, valdè dilexit: consuetudines pravas, injustas et malas, quas Gelduinus in ea miserat, et Rainardo Comiti suâ inertiam mittere siverat, omnes ad nihilum magna vi et potentia redegit; et plus omnibus suis antecessoribus eam sublimavit. Hoc multum obfuit, quòd parum superfuit.

In hoc tempore Papa Leo venit Lingonas civitatem, ubi ordinavit Frotmundum Treorum Pontificem; ibique obiit Petrus Diaconus ejus, sepultusque est in capitulo S. Mammetis.

Tempore illo misit Rex Hainricus Walterium Meldensem Episcopum et Wascelinum de Chalinaco * cum (a) aliis ad quemdam Regem in finibus Græciæ, qui vocabatur Geriselo *, de terra Rusciæ, ut daret sibi filiam suam in uxorem: quos ille cum pluribus donis et cum filia remisit in

* Ms. Chalinaco
* Jeroslaus
An. 1051.

C Francia.

Anno MLV, in Kalendis Augusti, II feriâ, Lunâ IV, facta est tempestas valida et nimia per totum Senonicum pagum, quæ vastavit omnia sata et segetes, et vineta et nemora, et interfecit homines et jumenta: et in eodem anno, vigiliâ Cœnæ Domini, XIV Lunâ, ante Parasceven feriâ IV *, post primum pullorum cantum, effecta est ipsa luna tota nigra, sicut carbo extinctus, ferè duabus horis; et post facta est in Eclipsin, iterum reaccensa; et in ipso anno mortuus est Comes Rainardus, filius Frotmundi, persecutor S. Ecclesiæ, sepultusque est in capitulo S. Columbæ. Tunc Rex Hainricus possedit civitatem, et omnia quæ ipse habuerat. Deinde Rex Hainricus, convocatis Proceribus Franciæ, filium suum Philippum per ma-

* Ed. V

An. 1059.

D nus Gervasii Remorum Archiepiscopi in Regem fecit ungerè.

[Anno MLVII. Hoc anno pluit sanguis in pago Parisiensi in quamdam Ecclesiam super populum audientem Missam in festo Omnium Sanctorum].

Anno MLX, obiit Rex Hainricus. Hic regale Præceptum fecit de rebus Abbatiae S. Petri, sicut fecerat et pater ejus Rotbertus. Mortuo autem Hainrico Rege apud Victriacum castrum (b) in Brieria, et sepulto in Basilica S. Dionysii, Rodulfus Comes, consanguineus ejusdem Regis, duxit uxorem ejus in conjugio contra jus et fas; unde fuit excommunicatus. Balduinus verò, Comes Flandrensis, Regem parvulum Philippum aluit, et Franciam gubernavit.

Anno MLXII, obiit Mainardus Archiepiscopus, peractis in Episcopatu annis XII et mensibus III et VIII diebus; et juxta patrem suum Mainardum, et Dainbertum Vicecomitem fratrem suum, sepultus est in capitulo S. Petri: cui successit in Archiepiscopatu domnus Richerius, ipsius Ecclesiæ Archidiaconus, Dei voluntate ab omni Clero et populo electus: qui ordinatus Parisius in die S. Paschæ ab Episcopo Gotfrido et aliis, præsentè Rege cum Principibus, rediens inde Senonas in octava Paschæ, est receptus cum gaudio in propria sede.

(a) Rotgerus II Catalaun. Episcopus procuravit etiam secundas Henrici Regis nuptias. Nam in veteri Cod. Rem: Ecclesiæ Henricus in *Rasbatiam* misisse dicitur Catalannensem Episcopum R. ut filiam Regis illius terræ, Annam nomine, sibi uxorem peteret. In Libro autem de Vita S. Lietberti Camerac. Episcopi nuptiæ Regis cum Anna Remis in eodem Conventu celebratæ dicuntur, in quo Liet-

bertus consecratus est Episcopus.

(b) Hunc locum frustrâ in Briegio ponunt recentiores. Bieria silva nunc Fontis-Blaudi vocatur, ubi ædes regiæ saltem à tempore Ludovici Junioris. Illic inter illas ædes et oppidum ad viam, quæ fert Moretum, visitur Crux Vitriaci haecenus dicta: quo in loco fortè olim castrum cognomine fuerit, ubi mortuus Henricus. *Mabill.*

[Anno MLXIII, finis fuit anni magni, qui constat quingentis triginta A duobus annis; et sequenti anno idem incipit circulus, in cuius fine erit labor et dolor].

Anno MLXIV, Rex Philippus fecit regale Præceptum de rebus S. Petri Vivi, sicut pater suus Hainricus.

Anno MLXV, Bernardus Miles et dominus castri Barris montis, in capitulo S. Petri Vivi, et uxor ejus Humberga, competierunt et receperunt ab Abbate Gerberto et Monachis ejusdem loci, quartam (a) de villa quæ dicitur Rictiacus, et de Ecclesia ejusdem villæ; similiter et de villa quæ vocatur Pauliacus (b).

[Anno MLXVI. Hoc anno apparuit stella cometes in vigilia S. Marci Evangelistæ, vespertinâ horâ, ad plagam occidentalem, per XII dies. In ipso anno defunctus est Aywardus Rex Anglorum: Dux autem Normannorum, nomine Willermus, cognatus præfati Regis, congregans exercitum copiosum valdè, perrexit super Anglos, transiens mare. Unde Angli coadunati fecerunt sibi Regem, Airaudum nomine: et venientes ex utraque parte in unum, bellum fecerunt admirabile: occisis multis, etiam et Rex Anglorum interfectus est. Willermus faciens pacem cum his qui superfuerunt, est unctus Rex in regno. Deinde Regem Scotiæ cum omnibus suis, sibi bellando subjugavit. Posthæc defunctus est Balduinus Comes Flandrensis: cui successit in Ducatu filius ejus Balduinus. Obiit etiam eo tempore Comes Rotdulfus, adhuc tenens matrem Regis; unde erat excommunicatus.] B

An. 1067.

Anno MLXVIII, incœpta est renovari Ecclesia S. Saviniani Sociorumque ejus Martyrum... Quod dum fieret, inventa sunt sepulera eorum... plena sarcofagis et loculis saxeis, plumbeis, gypseis, et septis atque complanatis lidoriis; quæ omnia plena erant corporibus honestissimè palliatis, aromatizatis; et quod mirum est, quibusdam deerant capita; quidam etiam in pedibus habebant sandalia... Suscepit opus Ecclesiæ, et largè et honestè perfecit vir quidam Balduinus, Major hujus Abbatiae et Petronilla uxor ejus. C

Anno MLXXIV, fundatum est Molismense (c) Cœnobium.

Anno MLXXV, Arnulfus Abbas S. Columbæ detulit de Italia reliquias de corpore S. Thebaudi fratris sui, et posuit in eadem Abbatia; cœpitque ædificare Ecclesiam in honore ejus Sancti, quæ est euntibus de civitate ad eandem Abbatiam juxta viam ad dexteram manum.

(a) Scilicet partem; quo loci, inquit Aeherius, fundata fuit Abbatia Molismensis: at Chronicon Ms. habet *cartam*.

(b) Polliacus (*Pouilly*) villa erat Molismo proxima, nunc excisa; quam Milo de Monte-Barro, assentiente Rainardo fratre suo, donavit Molism. Ecclesiæ. *Mabill.*

(c) Annum conditi Monasterii apud Mabilionium

exprimit hoc distichum:

*Anno milleno quinto cum septuageno,
Sub Patre Roberto crevit domus hæc in aperto.*

Prima loci Molismi donatio facta legitur ab Hugone de Marleuniaco. Polliacensis autem Ecclesiæ decimationum partem Rainaldus de Molismo cessit.

D

EX CHRONICO (a) EPISCOPORUM METENSIUM.

Apud Acherium Tom. II Spicilegii in-fol. pag. 229.

E

SUCCESSIT huic [Theoderico I] consanguineus ejus Adelbero (b)... Hic renovavit Cœnobium S. Martyris Symphoriani præcipuè, tum et alia... Sedit annis XXVIII. Obiit XVIII Kal. Januarii: sepultus est in Ecclesia S. Symphoriani, ubi et SS. Æpletius, Pappolus, Goëricus, Godo, Aptatus et Felix Pontifices meritis insignes quiescunt.

(a) Auctor hujus Chronici florebat tempore Stephani, qui Poponi successit in Episcopatu Metensi anno 1120. Cum enim ad Stephanum pervenit, ætatem suam prodit sic: *Qui [Stephanus] quoniam adhuc vitâ floret et ætate viget, tentatio sileat elationis orta*

ex peste adulationis.

(b) Scilicet Adalbero Virdun. Episcopus, II Metensis, frater Deoderici seu Theoderici Ducis Mosellorum. Relicto enim Virdun. Episcopatu, Metensem obtinuerat.

A Post hunc ascendit ad Episcopatum Theodericus II, qui Monasterium urbis principale S. Stephano Protomartyri construxit, adepto ipsius brachio à Bisontica * civitate. Inter ipsum autem et Henricum Imperatorem dissentione non modicâ ortâ, prædia multa Ecclesiarum pro auxilio distribuit per decennium . . . Rexit cum potentia cathedram annis XXX. Obiit II Kal. Maii; sepultus in Ecclesia S. Stephani. Et hujus tempore Guarinus Abbas sancto construxit Basilicam Arnulfo, quam S. Leo IX dedicavit, privilegioque suo sublimavit.

* Byzantio

An. 1047.

Huic sanctitate ac religione venerabilis (a) Adelbero successit, pacis amator et Cœnobiorum reparator. Hujus sub temporibus Ecclesiæ præfuerunt Romanæ S. Leo IX, primò Leucorum Episcopus; Stephanus qui est Fridericus, filius Gothelonis Ducis; et Alexander, cui successit Hildebrandus, qui septimus dicitur Gregorius. Hic Adelbero prædiis suis Ecclesiam S. Salvatoris infra urbem ampliavit, in qua quiescit. Obiit Idus Novembris, regnante Henrico (b) secundo post Conradum.

An. 1072.

Hinc ab Ecclesia Leodiensi adscitus domnus Herimannus, ordinatus est Metensium Præsul quinquagesimus. Hoc tempore maximum schisma exortum est inter Regnum et Sacerdotium. Imponebatur itaque Rex super Regem, Papa super Papam; et hoc diutiùs perseveravit, ex quo disciplina discubuit à sua vivacitate. Hic Herimannus Præsul, admonitus visione, sanctum levavit ab humo Clementem, et tertio die obiit . . . Revelatum est cuidam Religioso nomine Lubrico, fundatori Ecclesiæ S. Petri de Monte Brianci, quòd etc Objiciebatur ei [Herimanno] ab inimico *, quòd metu mortis inconstanter egisset inter dissentionem Regni et Sacerdotii, malens fugâ persequutiones et suæ pervasiones Ecclesiæ, violato sacramento quod exigitur more imperiali, prævenire . . . Hic Herimannus Episcopus ex Ecclesia Leodiensi assumptus, in Ecclesia S. Petri Metis est sepultus, præsidente universali Ecclesiæ Gregorio VII, vacillante Imperio. Obiit IV Nonas Maii; et cessavit Episcopatus multis annis.

* Diabolo

(a) Hujus nominis tertius, fratruelis Deoderici vel Theoderici II Episcopi. *Acherius*.

(b) Is Henricus erat quidem secundus Rex à Conrado; sed quartus hujus nominis.

EX BREVI (a) CHRONICO ABBATIÆ SAVINIACENSIS.

D

Apud D. Estiennot inter Mss. Antiquitates Bened. diœc. Lugdun. et Bellic. pag. 437.

DURANTUS Abbas stetit quasi per XIII annos; quoniam fuit Abbas anno MVII, et Iterius ejus successor anno MXX * . . . Erat [Iterius iste Cluniaci sub obedientia S. Odilonis . . . et fuit factus Abbas anno MXX . . . Prioratus S. Pauli de Botaville * Xantonensis diœcesis per domnum Gaufridum filium domni Guillelmi Comitis Engolismensis, et Petronillam Gaufridi uxorem datus est in manu Iterii Abbatis, et prædictum Prioratum ex propriis denariis ædificari fecerunt . . . Facta autem fuit hæc donatio anno Domini MXXX (b) . . . Roberto Rege regnante in Francia nobilis vir Folcardus, Gilberga ejus mater, et Almoys ejus uxor, dederunt in manu Iterii Abb. Ecclesiam S. Abundi * Martyris. Est autem sita in diœcesi Xantonensi in loco de Merpuis . . . Rodolphus Rex et uxor ejus Ermengardis fecerunt ædificare Monasterium Thallueriarum . . . et dederunt ordinandum Itherio Abbati et successoribus suis . . . Andalgaldus, Cono, Robertus, Wido et Arthaldus, filii nobilis Cononis, dederunt Deo et S. Martino

* MXVIII

* Bouteville

* S. Ahon

(a) Istud noster D. Claud. Estiennot excepit è Ms. sæculo XII exarato Codice, cui titulus est *Liber Pontii*. Is autem Pontius, qui librum chartarum sui Monasterii seu gesta superiorum Abbatum describi curavit, Abbas saltem fuit ab anno 1121 ad annum 1133. Porrò monet D. Estiennot Ms. Codicem Saviniac. quo usus est, desinere in anno 1096, non item Chronicon.

(b) *Data mense Junio, ferid III, regnante Roberto in Francia et Rodulfo in Gallia.* Tom. IV Gall. Christ. col 263, istud factum dicitur consilio Willelmi Com. Engolism. ejusque uxoris Gerbergæ, Alduini fratris sui, necnon Isli Santon. Episcopi; proinde ante annum 1030, quo decesserat Willelmus Comes.

Saviniaco (*a*), in quo Lenthio frater eorum erat Monachus, et qui postea A
 * S. Georii fuit Abbas, Ecclesiam S. Jori * Gebennensis in macello constructam . . .
 Magno et Pontius, regnante quoque Rodulfo Rege in Galliis dederunt Ec-
 clesiam S. Philiberti de Ulmis . . . Hugo et Gerardus filii nobilis Fren-
 delani, anno MXXII regnante Rodulfo Rege, dederunt Ecclesiam S. Saturnini de
 * Arnac Arnaco *. Est autem sita in diœcesi Lugdunensi in agro Valansa, in loco
 qui dicitur Arnaco . . . Hanc donationem confirmavere Adhelina Abbatisa (*b*);
 Astrudis Monacha, Wido de Bellomonte Miles et uxor sua Raymunda . . .
 Similiter Stephanus de Mauriaco dedit Ecclesiam de Mauriaco (*c*) . . . Gaus-
 marus cognomento Ronfator dedit Ecclesiam de Junicellis, quæ sita est
 in agro Vendonensi. Hugo et Gausmarus de Thorogniaco nobiles viri dede-
 runt quartam partem Ecclesiæ S. Mariæ de Alta-rivoria * . . . Similiter et
 * Autte-ri- Gausmarus dedit terram de Bibost . . . Anno MXVIII [nobiles viri] Giri- B
 voire nus et Jarento de Sal dederunt Ecclesiam S. Juliani de Sal, quæ sita est juxta
 fluvium Adoyssi. Anno MXXII Bernardus (*d*) Rumphator et Girinus Scu-
 berardus ac Vandalmotis Gerardi uxor dederunt Ecclesiam S. Mauritii
 de Cresbins in patria Forensi . . . regnante Rodulpho Rege. Girinus quoque
 et Arnulfus Calvus dederunt Ecclesiam de Fornetz, quæ sita est in patria Fo-
 rensi . . . Abbas Itherius stetit XXIV annis, et obiit anno MXLIV, VII Id. Maii.

Lento ob honorem parentum suorum hujus Monasterii fuit Abbas . . . Fuit
 turpiter dejectus ab Abbacia . . . Stetit Abbas per duos annos.

Durantis II successit Lentoni Abb. anno MXLVI. Eo sedente fuit fun-
 datus Prioratus (*e*) S. Johannis de Tarnanco. Anno MXLVI in Burgundia
 Henrico Imp. regnante, Aschiricus et Richarda ejus uxor Willelmus et
 Dalmatius dederunt Ecclesiam S. Mariæ et S. Baldomeri de Buxi . . . Sita C
 est autem hæc Ecclesia de Buxi in patria Forensi. Hugo de Sal, Hebrardus
 et Rolannus dederunt mansum de Sal . . . Durantis fuit ab Abbacia dejectus . . .
 Stetit autem Abbas per XV annos.

* la Bressle Durantis II successit Dalmatius . . . Villam Arbrevillæ, quam Arbrellam *
 dicimus, propter bella imminencia muris et turribus clausit et vallavit . . .
 Cœpit quoque Ecclesiam istam Saviniaci à fundamentis ædificare. Amblardus
 Canonicus S. Petri Xantonensis dedit Ecclesiam S. Thomæ de Cosnac, de
 consensu Amblardi cognomento Malaterræ patris sui et domini castri de Cos-
 nac, Philippo regnante in Gallia. Artaldus de Mirabello Miles dedit Eccle-
 siam S. Sebastiani de Mirabello. Est autem sita hæc Ecclesia in diœcesi Xan-
 tonensi. Facta fuit hæc donatio anno MLXII, Henrico Imp. regnante. Anno
 MLXIV Falco vir nobilis et Adalazia ejus uxor dederunt Ecclesiam S. D
 Boniti Marciaci * in agro Anse . . . et tertiam partem silvæ Ardens. Hum-
 bertus de Bello-Joco, Richoara ejus mater, et Richardus, Dalmatius ac
 Hugo, Humberti fratres, anno MLXIII, Conone Rege (*f*) in Galliis
 regnante, dederunt medietatem Ecclesiæ S. Petri in Monte Melardi. Est au-
 tem sita Ecclesia in diœcesi Lugdunensi et in agro Demiciasensi . . . Nobiles
 domini Berardus, Humbertus, Umiardus fratres, et Nazarea eorum mater,
 filia domini Berardi Rodonensis * Comitum, dederunt quæ habebant in Eccle-
 sia S. Cyriaci *. Hugo Frenzelanus dedit Ecclesiam S. Mariæ de Amplipu-
 teo * . . . ac rivulum de Rauzin. Facta fuit hæc donatio anno MLXVI, re-
 gnante Henrico Rege. Anno MLXXVIII Guillelmus Comes (*g*) Forensis,
 Falco dominus Yconii et fratres ejus dederunt Ecclesiam * S. Paulæ sitam in

* S. Bonet
 de Marcy

Al. Rodan.
 * S. Cyrgues
 * Amplepuy
 * Al. Capel-
 lam

(*a*) Saviniacense S. Martini Monasterium, situm est in agro Lugdunensi ad Brevillam fluviolum, tribus à Lugduno leucis, (*Savigny*).

(*b*) S. Petri Lugdunensis, ut putat Stephanotus.

(*c*) Idem putat legendum de Mornanco: et meritò, nam sic scribitur suprâ pag. 336, in Probat.

(*d*) In Probat. pro Monasterio S. Johannis de Randanis in Forezio, pag. 466: *Vir nobilis Bernardus, cognomento Rumphator, Girardus Comes [Forensis] et Wandalmotis Girardi uxor, an. MXXII dederunt S. Johanni de Randanis, etc.*

(*e*) Anno Dom. MXLVI nobilis vir Gaucerannus, Adalizia ejus uxor, Gaufridus et Agno eorum filii dederunt Ecclesiam S. Johannis de Tarnanco, etc. Ex Probat. pag. 334.

(*f*) Conradus obiit anno 1039. Error igitur ibi est aut in anno aut in nomine.

(*g*) Pag. 435, *Artaldus Comes Forensis, filius Giraldi Comitum, et Guiburga ejusdem Girardi uxor, etc.* Pag. 462, *Post Arnulfum fuit Abbas [Athanae]. Hugo frater Artaldi Com. Forensis; et ei successit Raynaudus anno MVI; et tunc fuit constructum Monasterium S. Romani de Podio.* Pag. 369, *Artaldus Comes Forensis confirmavit donationem Militis Falconis de Yconio anno MLXIX.* Ibid. suprâ legitur donatio Humfredi seu potiùs Gerardi Com. Forensis facta Duranno I Abbati. Denique Tom. IV Gall. Christ. idem Gerardus Comes Foresii dicitur dedisse Durando villam Conziacum et alia in agro Tarnatensi, anno 1007.

A parrochia S. Laurentii. Ermengardis quoque dedit medietatem Ecclesiæ de Duerna cum mansis de Plauciaco et de Boschalas, etc. Adrardus verò de Barbares et Constantia ejus uxor, Bladinus eorum filius, et Bernardus de Nauz, Agna mater Stephani de Randanis, mater quoque Girini de Pinstho Elizendis, et Willelmus Agnæ filius dederunt aliam medietatem Ecclesiæ... Artaldus ac Agno fratres dederunt Ecclesiam S. Marcelli... Nobilis vir Pontius et uxor sua Pontia dederunt Ecclesiam S. Cirici... Anno MLXIII Pontius Morellus obtulit filium suum Rothaldum, dedit (a), etc... Stetit [Dalmatins] per annos XXV, et obiit anno MLXXX... VIII Id. Julii, etc.

(a) Ibid. suprâ et infrâ occurrunt plurimæ donationes hoc modo factæ.

B

EX GESTIS (a) ABBATUM GEMBLACENSIIUM.

Apud D. Lucam Acherium Tom. II Spicileg. in-fol. pag. 764.

COMMISSA pugnâ in Florinis inter Lambertum Comitem, filium Ragineri Longicollis, et Godefridum Ducem; cum Lambertus ibidem gladiis cæsus accepisset vitæ finem, conjux ejus Gerberga (b) nobilissima... annitente filio suo Comite Henrico, feudum proprietatis suæ, quod Tortosa vocatur, tradidit Gemblacensi loco... Baldricus Episcopus [Leod.] Monasterium in honore [S. Jacobi] fratris Domini fundavit in insula Leodicensi... Successor Baldrici Wolpodo deliberavit locum, prudentissimi [Gemblac.] Abbatis Olberti committere manibus; quod ille diu multumque reluctatus declinavit humiliter, ac vix tandem anno Dom. MXXI suscepit obedienter, et executus est XXVIII annis prudenter... colligens hinc inde viros bene directos, et maximè ex disciplina Abbatis [Virdun.] Richardi, qui tunc temporis ubique prædicabatur in fervore sanctæ religionis... Eo tempore nimia annonæ caritas totam profligavit Galliam, anno videlicet MXLIII... VIII Idus Julii [Watho Leod.] Episcopus migravit ad Dominum; Abbas autem [Olbertus], qui Episcopo dimidio animæ suæ septem dies supervivere voluit, ipso die septimo, quod est II Idus Julias, [in Monasterio S. Jacobi Leod.] felicem spiritum cœlo reddidit, anno Domini DMXLVIII; postquam Gemblacensi per annos XXXVII, Leodicensi verò Cœnobio circiter anno XXIX regnasset... Successor Abbatis Olberti est Mascelinus, Olberto consanguinitatis conjunctus lineâ, et à primis annis cum fratre suo æquè memorabilis vitæ Fulcuino studiosè in ejus disciplina educatus... Ex quibus Fulcinus, nodatus exercitio literalis scientiæ, glorioso Abbati Stabulensi Popponi ad regendas puerorum scholas directus... per interventum ejus in Metensi urbe ad regimen Abbatiae S. Vincentii Martyris est promotus; quod usque ad finem vitæ utiliter et laudabiliter est exequutus. Missac autem [Abbas Gemblac.] cognomento Mascelinus, frater ejus, etiam Virduini sub Richardo Abbate in gymnasio Monasticæ disciplinæ regulariter [est] exercitatus... Item floruit domnus Sigebertus, morum probitate et scientiæ multiplicitate laudabilis, et gratus sui temporis sapientibus. Non indiget nostris laudibus, quia laudant eum Opera ejus. Cum enim esset juvenilis ætatis tempore Mascelini Abbatis, Metensis * notificatus, et in

An. 1015.

Pag. 765.

An. 1014.
Sigib.

An. 1043.

Pag. 767.

An. 1048.

Pag. 768.

*Metensibus

(a) Anonymus Auctor Libelli de Gestis Abbatum Gemblac. enarrans acta scriptaque Sigiberti pag. 768 col. 2, sese prodit his verbis: *In Cœnobio Gemblacensi me qui hæc descripsi, et multò meliores erudit, etc.*

(b) Mortuo Ottonis filio Godefridi Lotharingiæ, et sepulto in Ecclesia Nivellensi (alii dicunt Colonie in Ecclesia S. Mariæ, quæ nunc vocatur ad Capitulum), Ducatus Lotharingiæ datur per Imper. Henricum II Comiti Godefrido filio Godefridi Ardennensis; Gerbergâ filiâ Caroli, et sorore Ottonis Ducis quondam Lotharingiæ prædicti, solummodo Comitatum Lovaniensem et Bruzellensem retinente cum Lamberto

Comite marito suo, filio Ragineri Longicollis quondam Hannoniensis Comitæ, qui Comitatus Montensis eo tempore dicebatur. Iste Lambertus Senior genuit ex uxore sua Gerberga Henricum succedentem Comitem Lovaniensem et Bruzellensem ac sacri Imperii Marchionem... Anno Dom. MXXI, Ducatus Godefridi anno X, Gerberga sepulta est in Ecclesia S. Gertrudis Nivell. Ex Magno Chronico Belgico. Notandum, inquit Collector ibidem paulò suprâ, quòd postquam Archidiaconatus Lotharingiæ separatus est à Brabantia, nunquam deinde Brabantia dicitur Ducatus, sed Comitatus Lovaniensis et Bruzellensis.

Cœnobio S. Vincentii Martyris cum Fulcuino Abbate diu conversatus, sapientiae fons patens erat non solum Monachis, sed et Clericis ad se undique confluentibus. Multis Metensium hodieque dulcis est ejus memoria, in quibus adhuc supersunt doctrinae ejus vestigia. Quae vel quanta illic degens rogatu eorum Scripta ediderit, ipse ostendit in Libro illustrium Virorum quem composuit. Non solum Christianis, sed et Judaeis in eadem urbe commanentibus erat charissimus, pro eo quod Hebraicam veritatem à cæteris editionibus discernere erat peritus, et in his quae secundum Hebraicam veritatem dicebant, Judaeorum erat consentiens assertionibus. Post multum temporis, vix impetratâ licentiâ, rediens ad Cœnobium Gemblacense, multa contulit ad usum et ornatum Ecclesiae, quae acquisierat voluntaria eorum quos instruxerat liberalitate, etc.

B

EX CHRONICO ^(a) LEODIENSI.

Apud Labbeum Tom. I Biblioth. Libr. Mss. pag. 337.

ANNO MXXXII. Henricus Rex uxorem filiam Regis Anglorum duxit. A Obiit Pelegrinus Episcopus; succedit Herimannus [Coloniensis Archiep.]

* Odonem II MXXXVII. Bellum apud Barum inter Gothelonem ^(b) Ducem et Othonem * Comitem. Obiit Raginardus Episcopus [Leod.]; succedit Nithardus.

MXXXIX. Obiit Conradus Imperator; succedit Henricus filius ejus.

MXLI. Rex Henricus contra Hungaros vadit. Obiit Nithardus ^(c); succedit Waltho.

MXLIV. ^(d) Gothelo Dux obiit: Godefridus filius ejus, privatus paterno jure, rebellat. Fames valida.

MXLV. Godefridus capitur, et custodiae mancipatur.

MXLVI. Henricus Rex fit Imperator; et tres Papæ ab eo deponuntur. Godefridus cum Balduino rebellat.

MXLVII. Godefridus palatium Neomagi incendit; Viridunum capit et incendit.

MXLVIII. Dux Albertus ^(e) à Godefredo perimitur. Waltho Episcopus obiit; succedit Deoduinus.

MXLIX. Henricus Imperator contra Balduinum proficiscitur: Balduinus satisfacit Imperatori Aquis.

MLI. Balduinus cum Balduino filio suo rebellat: invadit Montem Castriloci.

MLIII. Balduinus junior Tudinium incendit. Balduinus major cum minore Hoiium vastant, et incendunt utrinque.

MLIV. Imperator Balduinum totis viribus populatur; Tornacum capit.

* Colon. MLV. Obiit Herimannus Archiepiscopus*; Anno succedit.

MLVI. Obiit Imperator Henricus; succedit filius ejus, patri æquivocus.

MLX. Henricus Rex Francorum obiit; Philippus filius ejus succedit.

(a) Hoc annum 1132 attingens Chronicon, omnis inutilibus, vulgavit Labbeus defloratum ex Cod. Ms. Bibl. S. Victoris Paris. Quae spectant primam ac secundam stirpem et initium tertiae Regum nostrorum edidimus supra.

(b) Post mortem Ottonis Ducis Lotharingiae Ducatus idem datur per Imperatorem, anno Dom. MFI, anno verò regni sui IV, Comiti Godefrido Viridun. filio Godefridi Comitis Ardennensis, quem rexit annis XIV. Istius Godefridi Com. Arden. fuit uxor Mechthildis Comitissa Saxoniae; quae peperit ei Episcopum Viridun. Adalberonem, Comitem Fridericum S. Vintoni Monachum, Comitem de Daburg Hermannum, et duos Duces prosapiae inclytos, Godefridum istum et Gotzelonem... Anno istius Godefridi Ducis XIV, ipse paulò post moritur; frater verò ejus Gotchelo in

Ducatu substituitur. Ex magno Chronico Belgico pag. 97.

(c) In Sigeberti Chronico Nithardi mors colloatur anno 1042.

(d) Quae hic narrantur annis 1044 et tribus sequentibus, uno anno tardius peracta dicuntur in Chronico Sigeberti.

(e) Anno Ducatus Godefridi IV, Albertus, qui Ducatum Mosellanorum Godefrido negatum susceperat, à Godefrido perimitur: Ducatum ejus Gerardus de Alsacia, alterum verò Ducatum, scilicet Lotharingiae, Fredericus frater Gotzelonis et Godefridi Ardenensis obtinet; et ex tunc usque in hodiernum diem uterque istorum, Principes et Duces Lotharingiae se nominant. Haec ex Chronicis in Magno Chronico Belgico pag. 107.

A MLXVI. Cometes apparuit.

MLXX. Godefridus Dux obiit; filius ejus patri æquivocus succedit.

MLXXIII. Saxones rebellant. Gregorius Papa, qui et Hildebrandus.

MLXXV. Rex Henricus, iterata expeditione, Saxones premit, et Principes eorum in deditionem accipit. Deoduinus [Leod. Episc.] obiit; subrogatur Henricus.

MLXXVI. Ducem Godefridum sicarius interimit. Gelu magnum à medio Novembri usque ad æquinoctium vernale. Anno [Colon.] obiit; Hilduinus succedit.

MLXXVII. Saxones iterum rebellant, creato sibi Tyranno Duce Burgundionum Rodulfo, annitente Hildebrando Pontifice. Siguinus fit Archiepiscopus [Colon.].

B MLXXIX. Rex Henricus Saxones aggreditur; et in congressu Rodulfus (a) Tyrannus extinguitur.

(a) Hæc ad annum 1080 referenda cum Sigeberto, Mariano Scoto et aliis.

EX CHRONICO (a) BESUENSI.

Apud Acherium Tom. II Spicilegii in-fol. pag. 420.

C HUGONIS ordinatione instante, cum esset deductus ab Henrico Rege juvene ad civitatem Lingonas cum magna ambitione, nuntiata est Regi mors patris sui Rotberti Regis, qui regnavit annis XLI; et ipse Henricus Regni VI (b) jam annum agebat. Supradictus verò Episcopus cum suscepisset Episcopatum, non fuit, ut decuisset, circa Dei Ecclesias sollicitus augmentator, sed è contrario negligens et distractor. Quapropter cum huic loco [Bes.] multas importunitates inferret et exactiones insolitas, et dominus Ulgerius Abbas nullomodo ei vellet assentire, ipse Halinardum Divionensem Abbatem huic loco constituit Abbatem: qui veniens cum suis Monachis, per violentiam Hugonis Episcopi domnum Ulgerium Abbatem nostrum cum quibusdam ex Monachis nostris captos Divionem duxit, (c) etc.

An. 1031.

Veniens ergo idem Papa [Leo IX] ad civitatem Lingonas, ordinavit domnum Arduinum Episcopum pro illo qui fuerat ejectus... Arduinus

Pag. 424.

D Episcopus, petente Abbate Olgerio, à summo Pontifice Romanæ Ecclesiæ petiit fieri decretum (d) in quo continetur, ut nullus præsumat huic Monasterio vim inferre, vel eum in subjectionem cujuscumque Monasterii redigere; et ut nullus audeat infra unam leuviam à Monasterio vim aliquam inferre.

Pag. 425.

Defuncto igitur Abbate Olgerio, successit in regimine pastoralis officii Abbas Oddo.

Henricus igitur Rex Francorum, cum jam morbo et senectute premeretur, Philippum filium suum congregatis Francorum Primoribus, cunctorum consilio, consortem sibi totius regni constituit; impositoque capiti ejus diademate, Regem jussit appellari. Anno autem primo regni (e) ejus domnus Arduinus Lingonensis Episcopus dedit Besuensi congregationi duas præbendas... in præsentia Alberonis Abbatis Divionensis... Actum Lingonis,

Pag. 428.

An. 1059.

E anno Incarnationis Domini MLVIII, Indict. XII, Epactâ IV.

Defuncto autem venerabili Arduino Episcopo, Raynardus adeptus est cathedram. Obeunte itidem Odone Abbate, successit in locum ejus Wido,

Pag. 432.

(a) Ex subjectis huic Chronico perspicuum habetur, rerum Besuensium Commentarii conditorem usque ad annum circiter 1135 esse Johannem Monachum. At cum totidem verbis ac syllabis et San-Benigniani et Besuensis Chronicorum Auctores suam Gallicarum rerum historiam texuerint, vix definiri potest quis horum Scriptor primigenius sit. Ætate tamen præcessisse Johannem videtur San-Benignianus, qui Chronicon tantummodo perduxit ad obitum Halinardi, hoc est ad annum 1052

(b) Corr. V: nam Henricus, Rex factus est tantum 14 Maii anni 1027, et Robertus Rex obiit 20

Julii anni 1031. Idem notandum in Chronico S. Benigni Divion. pag. 175 Tom. X, ubi idem occurrit error.

(c) *Ulgerius Abbas, ut legitur infra, Divionenses qui malè locum istum invaserant, expugnans ad propria redire coëgit.*

(d) *Datum [est Privilegium] IV Nonas Octob. Indict. V, anno ab Incarn. Dom. MLII, Pontificatus autem domni Leonis IX Papæ III.*

(e) Inde nec sequitur nec constat, Henricum Regem obiisse anno 1059, ut alibi ostendimus.

ex Monasterio Areomarensi Monachus. Hic paucis annis in regimine peractis, repedavit ad suum Monasterium, dimissa hujus loci gubernatione: cui successit ad regimen animarum Gausbertus, in Monasterio S. Benigni Divionensis Prioris gerens officium. A

pag. 433.

Postquam Rainardus Episcopus hujus diei lucem clausit... [qui] Rainardus satis clarè et gloriosè Lingonensem rexerat sedem... dominus Robertus eligitur, satis et ipse clarus in omnibus, ex Francorum Regum prosapiâ editus (a), frater autem Ducis Odonis cognomento Borel. Fuit staturâ non nimium longus, nec tamen brevè, sed mediè temperatâ. Et quamvis geminæ scientiæ eloquentiâ floreret, verba ejus rarissima, nisi forent necessaria. Ut ergo dignum erat, communi voto tam Cleri quàm populi, Robertus eligitur; et Pontificali decoratus infula, Ecclesiæ Lingonensi Pontifex præficitur. B

(a) In Continuatione Chronici S. Benigni ibid. pag. 395: *Qui celsâ Regum Franciæ ac Ducum Burgundiæ stirpe progenitus erat.*

EX CHRONICO (a) ABBATIÆ S. TRUDONIS.

Apud Acherium Tom. II Spicilegii in-fol. pag. 660.

Lib. 1.

THEODERICUS Metensis Episcopus in eum [Adelardum I Abbatem] adeò commotus exstitit, quòd eum aliquandiu quasi exulem abductum Metis teneret, et per Præpositos interim res nostras curaret; sed Episcopo Leodiensi, cujus diœcesis erat, jus suum eo defendente, tandem honorificè revocatus est... Post primum Adelardum successit Guntramnus, natus de Hasbania liberorum prosapiâ... Tempore autem quo prædecessor ejus, Abbas scilicet Adelardus, à Metensi Episcopo Theoderico exul tenebatur, accidisse cognovimus, Cœnobii nostri curam agere primum Popponem Abbatem Stabulensem... Cùm primus Poppo Stabulensis Abbas, ut potè qui exulantis Abbatis vices agebat, ad Cœnobium nostrum descendisset, elegantissimæ formæ juvenis [Guntramni] qualitate perspecta, cœpit de eo præsagire... Erat ille primæva pube vernans, formâ elegantissimâ, staturâ ultra nostræ ætatis homines procerâ, grossitudine proceritati congruâ. Vocalitas in eo instar tubæ altissona, prædulcis tamen, et mole corporis non indigna. Claris eum natalibus ortum superiùs diximus, et apprimè eruditum C

pag. 661.

officiis Ecclesiasticis... Guntramnus [ab Armario (b)] susceptâ cantandi Responsorii obedientiâ, mirabili tubæ vocis suæ novitate atque organicâ fistulati gutturis duleedine, totum chorum ipsumque maximè Abbatem permulsit... Corporis pulchritudine, morumque probitate et nobilitate, in brevi factus est eebris aulæ regiæ, ipsi religiosæ Imperatrici maximè. Interea primus Adelardus Abbas defungitur, XXXV annis Ecclesiæ prælatus... Theodoricus, qui tunc erat Metensis Episcopus, frater Imperatricis secundùm carnem habebatur... Factus igitur Abbas Guntramnus [à Theoderico Episcopo] Metis, et consecratus Leodii... Hujus vitæ ultimis annis domini nostri Trudonis sepulcrum frequentissimè cœpit coruscare miraculis... Tempore Guntramni Abbatis usque ad modum producta est maxima pars turris nostræ cum utrisque testudinibus suis. Quia verò, ut superiùs in juventute ejus testificati sumus, formâ erat elegantissimâ, corporis proceritate convenientique grossitudine delectabilis hominum aspectibus, ex eoque sonora valdè modulatione dulce canorum, hunc ei contulerat honorem Ecclesia Leodiensis, ut summis ejus solemnitatibus indutus honorificentissimè chorum medius Cantorum regeret, pulchritudine magni corporis pascens visus astantium, et duleedine vocis tubæ aures delectans audientium... Obiit anno MLV confessus (c) et unctus... Huic successit D

pag. 662.

An. 1053.

(a) Chronici S. Trudonis [S. Tron], Leod. diœcesis, Auctor est Rodulfus Abbas, qui, ut ipse testatur pag. 691, scribebat anno 1136.

(b) Id est Cantore vel Præcentore, et Magistro

caremoniarum.

(c) Nota usum Confessionis. In Historia foundationis Monasterii Gladbac. cap. 14, apud Acherium ibidem pag. 657, Sandradus I Abbas

- A Adelardus II, liberis ortus parentibus de Brabantia, de vico qui dicitur Lovinium juxta Lovanium, atque inde diminutivo... honestè litteratus, neque ignarus de sculpendis pingendisque imaginibus... Dominum habebat fortem et religiosum Alberonem, secundum videlicet Metensem Episcopum, fratrem Ducis Frederici; cui in omnibus quæ erant ipsius Episcopi nullus Principum sive Advocatorum audebat quiddam damni inferre; sed pro ejus sanctitatis reverentia et ejus timore, quia tota pendebat ab eo Imperialis curia, nec non quia toto utriusque Franciæ regno diffusa erat per nobiliores ejus parentela... Accedebat sepulcrum B. Trudonis frequentissimis quotidie mirabilibusque eoruscans miraculis, quæ tanta toto orbe terrarum resperserat, ut multitudinem peregrinorum non solum Templi ambitus, sed et ipse quoque totus oppidi nostri locus ferre minimè posset.
- B Ab oppido namque nostro penè usque ad dimidium milliare per omnes in circuitu populares vias ad nos se dirigentes, necnon et per campos atque per prata tantus peregrinorum cœtus, nobilium videlicet liberorumque atque popularium sexûs utriusque, penè quotidie, maximè verò diebus solemnibus confluebat, ut in papilionibus tabernaculisque frondeis cortinatisque habitantes, totum ipsum oppidum circumdedit obsidionis specie viderentur; quos pro multitudine ipsæ oppidanorum domus aliis refertæ capere non poterant; tum mercatorum copiâ, qui vix equis et curribus, plaustris et animalibus tanta poterant advehere, quæ sufficerent multitudini peregrinæ. De oblationibus altaris quid dicam?... Milites qui de circumjacentibus villis ob infestationem inimicorum suorum oppidum nostrum incolebant, cùm adhuc esset sine omni vallo et munitione, tanta tamen pacis securitate in eo manebant, ut si fortè contigisset aliquando eos hostes suos longiùs processisse, et fugientes, ut plerùmque assolet, redire, hanc præstantis beneficii gratiam ex meritis et reverentia B. Trudonis haberent, quatenus ex eo loco cessarent eos inimici eorum insequi, quo primùm poterat altior pars turris Monasterii nostri videri... Abbas Adelardus II acquisivit villam de Stades emptam centum marcis à Duce Frederico; et quidquid habemus in Harches à Comite de Musal Alberto... Sanctæ memoriæ Adalbero II Metensis Episcopus, frater, ut dixi, Ducis Frederici, murus et arma, paxque et abundantia Cœnobii nostri obierat; cui succedens Herimannus, pro dissentione quam contra Henricum IV Imperatorem moverat; eum videlicet qui sub filii sui persecutione longè post, istis penè omnibus jam defunctis, Leodii profugus obiit; gravissimis exactionibus Abbatem quotidie, ut ita dicam, exossabat... usque Metis ex violentia præcepti sui pertractum, mœrore gravatum remisit... Sed et Henricus Leodiensis (a) Episcopus, hujus Herimanni contemporaneus, nimis terrebatur eum... Quievit tandem in pace anno MLXXXII Incarnationis Domini, prælatus Ecclesiæ nostræ XXVII annis.

Pag. 663.

Pag. 664.

An. 1082

dicitur invidire cessisse, et ad Imperatricem Adelheidam, cui conjunctus erat Confessionis familiaritate, recessisse. In Gestis autem Pontificum Angl. Auctore Wilhelmo Malmesbur. pag. 281, sic legitur: *Sewlfus quidam negotiator ad eum [S. Wulstanum Episc. Wigorn.] quotannis venire consueverat, ut ejus consilio morbis mederetur animæ: cui semel post absolutionem factam dixit: « Sæpè peccata, quæ confessus es, reueras ».*

(a) *Henricus I, postea dictus Pacificus eò quòd pacem acquisierit, vita et genere nobilis, Archidiaconus Firdunensis, filius Frederici Comitis Tullensis, ex una parte cognatus Ducis Godefridi de Bullione, Leodiensis Episcopus ordinatus anno Dom. MLXXV, Pontificatus Gregorii VII anno II, præfuit annis XIX. Ex magno Chronico Belgico.*

E

EX GENEALOGIA DE QUA ORTUS EST CAROLUS MAGNUS.

Apud Acherium Tom. II Spicilegii in-folio pag. 493.

CAROLUS Dux frater Lotharii genuit Ermengardem et Gerbergam. Ermengardis genuit Albertum Comitem de Namurco. Albertus genuit Albertum (a) qui nunc est. Et Gerberga soror Ermengardis genuit Henricum Seniore de Brusella. Henricus Senior genuit Comitem Lambertum,

(a) In Genealogia Caroli M. Apud Martenium Tom. III anecdot. col. 1431 quæ desinit anno circiter 1150, additur, et fratrem ejus Henricum Comitem de Durboio (Al. de Durboio).

* *Al. Bolo-*
nia

et Henricum fratrem ejus, et Matildem sororem eorum. Hanc Matildem A
duxit uxorem Comes Eustachius de Bulonia *, et genuit ex ea duos filios,
Eustachium et Lambertum. Eustachius accepit uxorem filiam Godefridi (a)
Ducis, Idam nomine, nobilem genere et moribus; et genuit ex ea qua-
tuor (b) filios, Guillelmum, Godefridum, qui nunc est Dux Lotharingiæ,
Balduinum et Eustachium. Godefridus (c) verò et Balduinus fuerunt Reges
Jerosolymorum. Eustachius verò genuit filiam, nomine Matildem, quam
postea duxit in uxorem Stephanus Rex (d) Anglorum.

(a) Godefridus est Barbatus dictus seu Senior, Dux
Lotharingiæ, qui obiit anno 1070.

(b) In Genealogia apud Martenium: *tres filios, Eus-*
tachium, Godefridum et Balduinum. Eustachius frater
Balduini Regis Jerusalem duxit Mariam filiam Regis
Scotie et genuit Mathildem, etc.

(c) Godefridus iste vocatus Bullonius, Rex Hieroso-
lymæ creatus anno 1099, obiit anno sequenti: cui
successit frater ejus Balduinus.

(d) Stephanus Comes Bononiæ, factus est Rex
Angliæ anno 1135.

B

EX HENRICI HUNTINDONIENSIS

ARCHIDIACONI HISTORIA (a).

Inter Rerum Anglicarum Scriptores, etc. Francofurti 1601
fol. pag. 359.

EX LIBRO SEXTO.

* *sororem**Pag. 360.**Pag. 362.**Pag. 363.** *frater*
*Pag. 364.**Pag. 365.*

ANNO M ab Incarn. Dom. Richardi Consulis Normannorum filiam * C
Rex Edelred [II] in conjugem assumere (b) præcogitavit ad tuitionem
regni sui. Ille enim fortissimus erat, et omni regno Francorum formidabilis...
MII anno Emma Normannorum gemma venit in Angliam, et diadema
nomenque Reginæ suscepit... MIII anno Hugonem Normannum, quem
ibi [in Anglia] jam Regina Emma Vicecomitem statuerat, in perniciem
compegerunt Daci... MIX anno, Richardo Normannorum Duci misit
Rex nuncios suos causâ consilii et auxilii... Anno MXIII Rex Ædelred
misit Emmam Reginam Richardo fratri suo in Normanniam, et postea Ed-
wardum et Ælfredum filios suos... Rex autem Ædelred transfretavit fu-
gitivus ad Richardum Normanniæ Ducem. Anno MXIV Suain Rex Anglo-
rum subita morte periit... Angli in Normanniam Ædelredo (c) Regi nuncios D
direxerunt, intimantes quòd si humaniùs solito vellet eos tractare, nullum
eo libentiùs se in Regem recepturos. Ille autem per Edwardum filium suum
præmissum omnia Rege et populo digna spondens eis, adveniens ab omni
Anglorum gente cum lætitia susceptus est... Anno MXVI Adelred de-
cessit in Londonia... Edmundus filius ejus electus est in Regem; qui cog-
nominatus est Ferreum-latus... [Anno MXVII] Edmundus Rex pro-
ditione occisus est... cum uno anno regnasset... Cnut Rex Anglorum
Emmam Ducis Normannorum filiam, uxorem Adelredi Regis, duxit...
Cnut Regis anno VIII (d), Dux Normannorum Richardus II, pater *
Emmæ Reginæ Anglorum, vivere non adjecit: post quem Richardus filius
anno propè uno imperavit; et post eum Robertus frater ejus VIII (e)
annis... Haraldus Rex exulavit Emmam Reginam, novream scilicet E
suam; quæ divertens ad Baldewinum Consulem Flandriæ, accepit ab eo
castrum Bruge, ut ibi et inde degeret. Willelmo namque Normannorum
domino adhuc in ætate puerili cum Rege Francorum manente, Norman-
nia fiscus regalis erat... Anno II Hardecnut, venit Edwardus filius Edelredi

(a) Historia hæc usque ad exordium regni Stephani
Angl. Regis producit. Ætatem suam prodit Auctor,
dum acturus de Regibus Willelmo Rufo et Henrico I,
Librum VII sic orditur: *Haecenus de iis quæ vel in*
Libris Veterum legendo reperimus, vel fama vulgante
percepimus, tractatum est. Nunc autem de his quæ
vel ipsi vidimus, vel ab iis qui viderant audivimus,
pertractandum est.

(b) *Ex hac conjunctione, addit Auctor, Angliam*

justè secundum jus gentium Normanni et calumniati
sunt et adepti.

(c) De eo apud Auctorem priscum legitur: *Ejus*
vitiæ cursus sævus in principio, miser in medio, tur-
pis in exitu asseritur.

(d) Corrig. anno IX aut X, et quidem à morte
Edmundi II.

(e) Calculo hoc admissio Richardus III obiit anno
1028, et Richardus II anno 1027.

- A Regis à Normannia ad Regem Hardecnut fratrem suum: ambo etenim erant filii Emmæ filiae Richardi Consulis. Hardecnut Rex morte præreptus est, cum regnasset II annis . . . Proceres Anglorum (a) hilares pro Alfredo * primogenito filio Ædelredi, ut diademate regni sublimetur, nuntios mittunt. Ille autem cum esset pater Anglicus et matre Normannus, aliquos ex consanguineis matris suæ, multos ex coævis commilitantibus à Normannia secum duxit in Angliam. Godwinus verò cum esset Consul fortissimus et proditor sævissimus, præcogitavit se Ædwardo fratri minori et simpliciori posse dare filiam suam in Reginam: hunc verò Alfredum, quia primogenitus erat et magnæ probitatis, nullo modo filiam suam dignaturum prævidebat. Intimavit igitur Proceribus Angliæ Alfredum nimiam copiam Normannorum secum adduxisse, terras Anglorum eis promississe; gentem fortissimam et subdolam
- B inter eos instirpare Anglis securum non esse: hos persolvere pœnas oportere, ne alii posthæc audeant pro Regis cognatione se Anglis ingerere. Capti sunt igitur et ligati Normanni, qui venerant eum Alfredo; et cum ordine sederent, novem semper excapitati sunt, et decimus remansit . . . Nimum visum est Anglis tot superesse, feceruntque decimam decimari; et sic paucissimi evaserunt. Alfredum verò captum duxerunt in Ely, et oculos ejus eruerunt, et mortuus est. Miserunt ergo pro Edwardo juniore in Normannia nuntios et obsides, mandantes ei quòd paucissimos Normannorum secum adduceret, et eum in Regem fidelissimè stabilirent. Paruit Edwardus, et eum paucis venit in Angliam, et electus est in Regem ab omni populo et sacratus . . . Edwardus Rex in patrocinium regni sui duxit filiam Godwini fortissimi Consulis, nomine Edgitham, sororem Regis Haraldii futuri . . .
- C Edwardi Regis anno VI commissum est bellum apud Valesdune inter Henricum Regem Francorum et Proceres Normanniæ, quia volebant Willielmum in dominum recipere: quos cum Dux Willielmus victos obtinisset, quosdam exulavit, quosdam corpore minuit . . . Edwardi Regis anno XI, Emma Normannigena (b), uxor Regum et mater morem mortis pertulit . . . Anno XIII pugnauerunt Proceres Normanniæ contra Regem Francorum apud castrum, quod vocatur Mortuum-mare; et interfectus est Radulphus Camerarius, Princeps exercitûs Francorum; contigitque victoria Normannis: et quidem Rex Henricus Francorum, et Dux Willielmus Normannorum bello non intererant . . . Anno XXII, cum jam Henrico defuncto Philippus filius ejus regnaret, Willielmus Dux Normannorum subjugavit sibi Cenomanniam. Haraldus verò transiens in Flandriam, tempestate compulsus est in Ponticam provinciam (c). Quem captum Consul Ponticus Willielmo Duci Normanniæ reddidit. Haraldus verò juravit Willielmo super reliquias Sanctorum multas et electissimas se filiam ejus ducturum, et Angliam post mortem Edwardi Regis ad opus ejus servaturum. Summo igitur honore susceptus et muneribus amplis ditatus, cum reversus esset in Angliam, perjurii erimen elegit . . . Anno XXIV, Tosti et uxor sua ad Baldwinum (d) Consulem Flandriæ divertentes, hyemaverunt . . . Anno MLXVI gratiæ, Dominus genti Normannorum asperæ et callidæ tradidit Anglos ad exterminandum . . . Cum in vigilia Epiphaniæ Rex Edwardus mundo decessisset . . . Haraldus viribus et genere fretus regni diadema invasit. Willielmus verò Dux Normanniæ tribus de causis mente stimulatus et intrinsecus irritatus est: primùm, quia Alfredum cognatum suum Godwinus et filii sui

Pag. 366.

Pag. 367.

An. 1066.

(a) Tempora hic confunduntur. Rectius igitur in margine legitur: *Et antequam sepultus esset [Hardecnut] electus est Edvardus frater ejus anno 1042, et sacratus in die Paschæ ann. 1043.* Hovedenus ait Hardecanutum VI Idus Julii, feriâ III expirasse; sed legendum VI Idus Junii, ut habet novus Chronographus Saxo et Simcon Dunelmensis.

(b) Incontinentiæ dicitur fuisse accusata: inde Reginæ huic placuit innocentiam suam probari, super candens ferrum, novem videlicet ignitos vomeres, gradiendo. Præscriptus est igitur à Rege certus purgationis dies; et Emma vomeres omnes calcans et pertransiens illæsa inde evasit, eoque miraculo innocentiam manifestavit. Sed cum istud ignis judicium apud recentiores tantum legatur, neque antiquus quilibet

Angliæ Historicus meminerit facti adeò singularis, id fabularum numero accensemus.

(c) Pag. 297: *Gallia aut Belgica à Belvaci nobilissima quondam urbe Gallicæ diæta est: quæ provincia nunc in duas divisa videtur; in eam scilicet quæ vocatur Pontica; et in eam quæ vocatur Normannia, ubi modò Normanni, gens nova sed validissima, degunt.*

(d) Pag. 365: *Rex [Edwardus] exulavit Suain Consulem, filium Godwini Consulis; qui recedens ad Balwinum Consulem Flandriæ, ibidem hyemavit apud Bruge... Suein reversus est in Flandriam.* Et pag. 366: *Rex exulavit [Godwinum et Suein, qui] iverunt in Flandriam.*

dehonestaverant et peremerant : 2^o, quia Robertum Episcopum et Odonem A Consulem et omnes Francos Godwinus et filii sui arte sua ab Anglia exulaverant ; 3^o, quòd Haraldus in perjurium prolapsus regnum, quod jure cognationis suum esse debuerat, sine aliquo jure invaserat. Principes verò Normannorum convocans, auxilium Angliæ conquirendæ ab eis petiit. Quibus ad se consiliandos euntibus Willielmus filius Osberni, Dapifer Ducis, interfuit : qui gravissimum iter ad Angliam capessendam, gentemque Anglorum fortissimam perhibens, contra paucissimos in Angliam ire volentes acerrimè litigavit. Quod audientes Proceres, valdè gavisì fidem dederunt ei, ut quod ipse diceret, omnes concederent. Ingressus igitur ante eos coram Duce dixit : « Paratus sum in hac expeditione eum omnibus meis devotè proficisci ». Oportuit ergo omnes Normannorum Principes verbum ejus prosequi. Classis itaque maxima parata est ad portum, qui vocatur S. Walerici. Quod B audiens Rex Haraldus, vir bellis acerrimus, cum navali exercitu contra Willielmum Ducem in mare profectus est. Interea venit Tosti Consul . . . et Haraldus Rex Norvagiæ . . . Haraldus Rex Angliæ eum manu valida obviavit eis . . . Angli Haroldum Regem et Tosti occiderunt . . . Haraldus Rex Anglorum eadem die reversus cum summa lætitia, dum pranderet, audivit nuntium dicentem sibi : « Willielmus Dux Normanniæ littora australia occupavit, et » castellum construxit apud Hastings ». Rex igitur non segnis advolans, aciem suam construxit in planis Hastings. Willielmus verò V catervas equitum splendidè promovit in hostem : quibus terribiliter dispositis orationem hujusmodi habuit : « Vos alloquor, Normanni gentium fortissimi, non quasi » vestræ probitatis incertus, non quasi de victoria non securus ; quæ nunquam » casu aliquo vel impedimento à vobis evadere potuit. Quòd si semel non C » vincere potuissetis, exhortandi forsitan essetis, ut probitas vestra præradia- » ret. Quod autem nativum vobis est et quasi necessarium, qua indiget ex- » hortatione ? O mortalium validissimi, quid potuit Rex Francorum bellis » proficere cum omni gente, quæ sunt à Lotharingia usque ad Hispaniam » contra Hasting antecessorem nostrum ? Qui quantum voluit Franciæ sibi » adquisivit, quantum voluit, Regi permisit dum plænit, tenuit dum sa- » tiatus est ; ad majora anhelans, reliquit. Nonne Rou pater meus, Dux » primus et auctor gentis nostræ, cum patribus nostris Regem Francorum » Parisiis in medio regni sui bello devicit ? Nec Francorum Rex potuit spe- » rare salutem, nisi et filiam suam, et terram quæ ex vobis Normannia voca- » tur, supplex obtulisset. Nonne patres vestri Regem Francorum in Roto- » mago ceperunt et tenuerunt, donec Richardo puero Duci vestro Norman- D » niam reddidit ; eo pacto quòd in omni colloctione Regis Franciæ et » Ducis Normanniæ, gladio Dux accingeretur ; Regem verò nec gladium » nec etiam cultellum ferre liceret ? Hanc æternam sanctionem (a), patres » vestri Regi magno cogentes statuerunt. Nonne idem Dux patres vestros » usque ad Mirmandum (b) juxta Alpes adduxit, et urbis Ducem, generum » scilicet suum, sponsæ suæ prælians parere cõegit ? Et ne parum sit vobis » homines vicisse, vicit et ipse Diabolum (c) corporaliter colluctans, et » prosterneus, ligansque manus ejus post terga, confusumque victor Anglorum » reliquit. Sed quid prisca narro ? Nonne vobis congregantibus in eo teni- » pore apud Mortemer, Franci præcipites præposuere fugam bellis, calca- » ria telis ? Vos autem, Radulfo summo Duce Francorum interfecto, fama E » spoliisque potiti, naturale bonum solita necessitate tenuistis. Eia procedat » aliquis Anglorum, quos centiès antecessores nostri et Daci et Norwa- » genses bellis vicerunt, demonstretque gentem Rou ex ejus tempore » usque nunc semel militiæ naufragia perpessam esse, et ego victus abscedo. » Nonne igitur pudori vobis est, gentem vinci solitam, gentem belli cassam, » gentem nec etiam sagittas habentem, contra vos, ô fortissimi, quasi bello

(a) Hæc et similia, quæ frustrà apud vetustiores simul et veraces requireremus Scriptores, sat ostendunt orationem istam non fuisse reipsa habitam à Willelmo Duce ; sed confictam fuisse ab Henrico Huntindon. vel ab alio Scriptore. Adde, non ex eodem fonte hausta videri, quæ in eandem rem summam refert Guillelmus Pictav.

(b) Eundem locum pariter vocat *Mirmandum castro* Willelmus Gemet. in Ms. Uticensi. Sic igitur legendum, non verò *Milinandum* aut *Milbiandum*, pag. 190 Tomi nostri X.

(c) Nihil ibi vide præter anilem fabulam, quæ fusè narratur in Historia Ms. Normannorum Gallico idiomate scriptâ, et alibi.

A » ordinatam procedere? Nonne vobis pudet Regem Haraldum contra me,
 » in præsentia vestri perjurum, faciem suam vobis ostendere ausum fuisse?
 » Mihi tamen stupori est, quòd eos, qui parentes vestros cum Alfredo cog-
 » nato meo prodicione nefanda excapitaverunt, oculis vestris vidistis, et
 » eorum capita adhuc humeris eorum supersunt. Erigite vexilla, viri; nec sit
 » iræ promeritæ modus vel modestia. Ab oriente ad occidentem videatur
 » fulmen gloriæ vestræ: audiatur tonitruum impetûs vestri, vindicisque ge-
 » nerosissimi sanguinis ». Nondum peroraverat Dux Willielmus: omnes irâ
 accensi ultrâ quàm credi potest, secundum acies suas impetu ineffabili pro-
 volabant in hostem, Ducemque jam sibi soli loquentem relinquebant. Qui-
 dam verò nomine Taillefer diu, antequam coirent bellatores, ensibus jacta-
 tis ludens coram gente Anglorum, dum in eum omnes stuperent, quendam
 B vexilliferum Anglorum interfecit. Secundò similiter egit. Tertiò idem agens
 et ipse interfectus est: et acies sibi offenderunt. Incipit lethifera nubes sa-
 gittarum; tonitruum sequitur ictuum; insilit ignita collisio galearum et
 ensium. Cùm ergo Haraldus totam gentem suam in una acie strictissimè lo-
 casset, et quasi castellum inde construxisset impenetrabiles erant Norman-
 nis. Docuit igitur Dux Willielmus genti suæ fugam simulare. Fugientes au-
 tem ad quandam foveam magnam dolosè protectam devenerunt; ubi multus
 numerus eorum corruens oppressus est. Dum igitur Angli in sequendo per-
 sistunt, acies principalis Normannorum, mediam Anglorum catervam per-
 transiit. Quod videntes qui persequabantur, per foveam prædictam redire
 compulsi, ibidem ex magna parte perierunt. Docuit etiam Dux Willielmus
 viros sagittarios, ut non in hostem directè, sed in aëra sursum sagittas
 C emitterent, cuneum hostilem sagittis cæcarent: quod Anglis magno fuit
 detrimento. Viginti autem equites strenuissimi fidem suam dederunt invicem,
 quòd Anglorum catervam perrumpentes, signum regium, quod vocatur
 Standard, arriperent: quod dum facerent, plures eorum occisi sunt. Pars
 autem eorum, viâ gladiis factâ, Standard asportavit. Interea totus imber
 sagittariorum cecidit circa Regem Haraldum; et ipse in oculo percussus
 corruit. Irrumpens autem multitudo equitum, Regem vulneratum interfe-
 cit, et Girh Consulem interfecit, et Lewine Consulem et fratres cum eo.
 Sic igitur contritus est exercitus Anglorum. Willielmus verò tantâ potitus
 victoriâ, susceptus est à Londoniensibus pacificè, et coronatus est apud
 Westminster . . . Cometa ingens in exordio ejusdem anni [mutationem] de-
 signaverat: unde dictum est: *Anno (a) etc.* Commissum est autem bellum
 D mense Octob. in festivitate S. Calixti . . . Willielmus Rex anno sequenti
 mare transiit, ducens secum obsides et thesauros; et eodem anno rediens,
 divisit terram militibus suis . . . Willielmi Regis anno IV, Baldevino Flan-
 driæ Consule defuncto, cujus filiam Rex Willielmus duxerat, successit
 filius suus Ernulfus; quem Rex Willielmus Anglorum et Philippus Rex
 Francorum manu tenebant. Rodbertus autem Frisensis frater ejus, bello
 conflagrans, occidit Ernulfum Consulem et Willielmum filium Osberti et
 multa millia hominum utriusque Regis . . . Anno VII Rex duxit exercitum
 Anglorum et Francorum in Cenomanniam. Angli verò terram illam des-
 truxerunt, villas comburendo, vineas cædendo; et eam Regi subdiderunt.
 Proximo verò anno ivit Rex in Normanniam . . . Willielmi Regis anno IX,
 Radulfus Regem à regno expellere cogitavit, consilio Walthef Consulis,
 E et Rogeri qui fuit filius Willielmi filii Osberti; cujus sororem Consul præ-
 dictus duxit; et in ipsis nuptiis hanc prodicionem prolocuti sunt . . . Rex
 rediens in Angliam, Rogerum Consulem cognatum suum misit in carcerem.
 Sed Walthef Consulem decollari fecit . . . Radulfus Consul transfretavit in
 Flandriam. Eodem anno Edith Regina decessit . . . Anno sequenti Rex trans-
 fretans, obsedit Dol: Britanni autem castellum tenuerunt viriliter, donec

Pag. 369.

An. 1067.

An. 1070.

An. 1076.

(a) Ut apud Ingulfum suprâ. Henricus autem in fine Libri IV sic concinit:

*Cæsariem, Cæsar, tibi si natura negavit,
 Hanc, Willielme, tibi stella comata * dedit.*

Hujus cometæ varii Scriptores meminere, eumque anno 1066 apparuisse scripsere: *Mense Maio*, inquit

Tome XI.

Zonaras, IV Indict. stella crinita apparuit, solem occiduum sequens: quæ principio magnitudine lunæ plenæ par, deinde veluti comâ cnata minuebatur; ac tantum decrescebat, quantum illa augebatur. Conspectus est per dies XL, radiis versùs orientem conver- sis. Idem habet Curopalata, sed loco IV Indict. libra- riorum errore, XIV Indict. in eo legitur.

* Al. cometa

Rex Franciæ adveniens, liberavit eos. Postea verò Rex Franciæ et Rex A
 Willielmus concordati sunt . . . Rex quoque Willielmus seditione militari
 agens contra Robertum filium suum apud Gerberei, quod est castrum in
 Francia, equo suo propulsus est; et Willielmus filius suus vulneratus est,
 et multi ex suis occisi. Maledixit autem Rex Roberto filio suo . . . Williel-
 mus Rex anno XV, Odonem Episcopum fratrem suum in carcerem posuit.
 His transactis Regina Matildis obiit. Eodem tempore cepit Rex ab unaqua-
 que hida Angliæ sex solidos . . . Willielmus Rex anno XVIII, quo in anno
 Urbanus Papa effectus est Romanus, rediit à Normannia in Angliam cum
 tanto exercitu Francorum, Normannorum, Britannorum; quòd mirum vi-
 debatur, quomodo hæc terra pascere eos posset. Didicerat enim, fama
 crebrescente, quòd Rex Daciæ Cnuth et Robertus Frisensis, Consul
 Flandriæ, volebant ditioni suæ Angliam Martis gressibus supponere. Cùm B
 autem apparatus eorum, Deo volente defecisset, remisit magnas partes
 exercituum ad natale solum. Misit autem dehinc Rex potentissimus Justi-
 ciarios (a) per unam quamque seyræ, id est provinciam Angliæ; et inqui-
 rere fecit per jusjurandum quot hydæ, id est jugera uni aratro sufficientia
 per annum, essent in unaquaque villa, et quot animalia; fecit etiam in-
 quiri, quid unaquæque nrbs, castellum, vicus, villa, flumen, palus,
 sylva redderet per annum. Hæc autem omnia in chartis scripta, delata sunt
 ad Regem, et inter thesauros reposita usque hodie servantur . . . Willielmus
 Rex fortis anno XIX regni Henricum filium suum juniorem virilibus induit
 armis. Deinde accipiens hominum omnium terrariorum Angliæ, cujuscun-
 que feudi essent, juramentum etiam fidelitatis recipere non distulit. Postea C
 Rex, acquisitis magni thesauri copiis super quoscunque [per] aliquam causam
 sive justè sive injustè, ivit in Normanniam. Anno XXI regni Willielmi Re-
 gis . . . cùm jam vix aliquis Princeps de progenie Anglorum esset in Anglia,
 sed omnes ad servitutem et ad mœrorem redacti essent; ita etiam, ut An-
 glicum vocari esset opprobrium . . . Willielmus vitam terminavit. Elegerat
 Deus Normannos ad Anglorum gentem exterminandam; quia prærogativâ
 sævitæ singularis omnibus populis viderat eos præminere. Natura siquidem
 eorum est, ut cùm hostes suos adeò depresserint, ut adjicere non possint,
 ipsi se deprimant, et se terrasque suas in pauperiem et vastitatem redigant;
 semperque Normannorum domini, cùm hostes contriverint, cùm crudeliter
 non agere nequeant, suos etiam hostiliter conterunt. Quod liquidè in Nor-
 mannia et Anglia (b), Apulia, Calabria, Sicilia et Antiochia, terris opti-
 mis quas eis Deus subjecit, magis magisque apparet. In Anglia ergo the- D
 lonea injusta et pessimæ consuetudines his temporibus pullulaverunt. Prin-
 cipes omnes auri et argenti cupiditate cæcati adeò erant, ut illud de iis
 verè dici possit: « Unde habeat nemo quærit, sed oportet habere ». Quanto
 magis loquebantur (c) de recto, tantò major fiebat injuria. Qui Justiciarii
 vocabantur, caput erant omnis injustitiæ. Vicecomites et Præpositi, quo-
 rum erat officium justitia et judicium, furibus et raptoribus atrociores erant,
 et omnibus sævissimis sæviores. Rex ipse cùm ad firmam terras suas, quantò
 cariùs poterat, dedisset; alii, magis offerenti, et deinde alii, semper negligens
 pactum et ad majora studens, dabat. Nec erat cura, quanta injuria paupe-
 ribus à Præpositis fieret. In hoc anno igitur pestes infirmitatis et famis An-
 gliæ Deus immisit, ut qui febribus evaderet, fame moreretur. Immisit etiam
 tempestates et tonitrua, quibus multos hominum occidit: nec animalibus E
 nec pecori pepercit. Iverat autem hoc anno Rex Willielmus in Franciam,

Pag. 370.

An. 1087.

(a) Idem prætereà, Angliâ potitus, nihil sibi regno-
 que conducibilis censuit, quàm Edvardi leges et
 patrias sub eo consuetudines, à sapientibus collectas,
 firmare. Per virorum consuetudinem in aula, qui
 rebus tum civilibus tum forensibus exercitati erant,
 legum Guillelmi, hoc est Edwardi Regis à Guillelmo
 firmatarum, Normannico idiomate conscriptarum,
 atque ab iis quas recentiores Scriptores habent, mul-
 tum discrepantibus, exemplar nactus Abbas Ingul-
 phus Crowlandiam detulit, atque ad Historiæ suæ
 calcem adjecit.

(b) Pag. 299 : *Propriè verò proprium est Britan-*

*niæ [Angliæ], ut incolæ ejus in peregrinationem
 tendentes, omnibus gentibus cultu et sumptu clario-
 res, ex hoc unde sint, dignosci possunt... Saluber-
 rima [est] Britannia... Nunquam autem in ea ali-
 quos arripuit ignis sacer; sed à Galliis allati, ibi
 solent sanari. Obiter hîc notabimus, in Ms. cod. Reg.
 810 fol. 100 mentionem fieri translationis S. Martia-
 lis ad Montem-Gaudii propter morbum Ardentium,
 qui anno 994 magnas strages edidit.*

(c) Hoc est, *de jure*. Sic suprâ in Ordine Corona-
 tionis Philippi I pag. 32, Gallica locutione dicitur *per
 rectum*, id est, *per jus, par droit*.

- A prædavitque regnum Regis Philippi, et multos suorum neci dedit. Combussit quoque castrum nobile, quod vocatur Maante; et omnes Ecclesias quæ ibi inerant, plebemque multam et duos Anachoritas sanctos igni tradidit. Quibus de causis Deus irritatus Regem, cùm inde rediret, infirmitati, postea morti concessit. De cujus Regis potentissimi vitâ bona perstringenda sunt et mala... Willielmus omnibus Normanniæ Consulibus fortior fuit; omnibus Anglorum Regibus potentior fuit; omnibus prædecessoribus laude dignior fuit. Erat autem sapiens, sed astutus; locuples, sed cupidus; gloriosus, sed famæ deditus; erat humilis Deo servientibus, durus sibi resistentibus. Posuerat namque Consules et Principes in carcerem, Episcopos et Abbates possessionibus suis privaverat, fratri proprio non pepercerat; nec erat qui resisteret. Auferebat quoque potentissimis etiam auri et argenti millia: ad castella solus omnes fatigabat construenda. Si cervum caperent aut aprum, oculos eis evellebat, nec erat qui obmurmuraret. Amavit autem (a) feras tanquam pater earum esset: unde in sylvis venationum, quæ Noveforest vocantur, Ecclesias et villas eradicari, gentem extirpari, et à feris fecit inhabitari. Cùm autem raperet suis sua, non pro aliqua necessitate, sed præ nimia cupiditate, in intimis cordium amaricabantur et tabescebant. Ipse verò nihili pendebat eorum iras: sed oportebat omnes obsequi Regis nutui; si amore ejus vel pecuniâ, vel terris, vel vitâ vellent perfrui... Regi præfato Normannia hereditariè pervenerat; Cenomanniam armis acquisierat; Britanniam sibi acclivem fecerat: super Angliam solus totam regnaverat; ita quòd nec ibi una sola hyda inerat, de qua nesciret cujus esset, et quid valeret. Scotiam quoque sibi subjugaverat, Walliamque reverendus in suam acceperat. Pacis autem tantus auctor fuerat, quòd puella auro onusta regnum Angliæ pertransire posset impunè. Si aliquis quempiam quacumque de causa peremisset, capitali subiacebat sententiæ: si aliquem vi oppressisset, genitalibus privabatur armis. Construxit autem Abbatiam Belli (b), et illam apud Cahom * in Normannia, in qua ipse sepultus est. Uxor verò sua Matildis nomine Abbatiam Sanctimonialium ibidem construxit, in qua ipsa sepulta est... Eodem anno Pagani super Christianos in Hispania prædati sunt, et partes regni magnas occupaverunt. Amphos verò (c) Rex Christianus, accepto circumquaque à Christianis auxilio resurgens, Paganos occidit, fugavit, terræ ablatae damna reparavit... Willielmus Rex Roberto filio suo primogenito dimiserat Normanniam; Willielmo filio ejus secundo regnum Angliæ; Henrico tertio filio suo thesauri copiam: pro quo cùm Robertus partem ei Normanniæ vendidisset, thesauro habito, terram ei abstulit. Quæ res Deo valdè displicuit; sed vindictam in tempore distulit. Willielmus verò pergens apud Wincèstre thesaurum patris sui secundum imperium ejus divisit. Erant autem in thesauro illo LX mille libræ argenti, excepto auro, et gemmis et vasis et palliis. Deditque inde quibusdam Ecclesiis X marcas auri, quibusdam VI, et unicuique Ecclesiæ villæ V solidos; et misit in unumquemque Comitatum C libras divisum pauperibus. Præcepto quoque patris sui omnes vinctos à vinculis solvit... Remigio, qui Monachus fuerat apud Fescamb dederat Rex Episcopatum Dorecestre... De regia quidem proditione fuerat impetitus; sed famulus ejus ferri igniti iudicio (d) dominum purgans, regio restituit amori... Jam rebus usque ad tempora nostra (e) perductis, novis
- E novus Liber est donandus.

Pag. 371.

* Al. Chaam

(a) Eben! inàgno populi incommodo et detrimento, similis furor bacce nostra ætate plerosque Principes occupat, Dicit vix potest quantum agricolis noceat, quantas spes ipsorum perdat, quotque in agris labores evertat venatio; dum sata destruit, rura demolitur, segetes depascit, ac pestifero dente arbusta corrodit: nec tamen istud malum avertendum vel saltem minuendum curare videtur Agronomia, quæ cunctas ferè mentes hodie tenet et exagitat, quæ tot inflat buc-

cas, tot culturæ agrorum modos seu formas quotidie excogitat, tot denique libros vel scripta procreat.

(b) Ibi Goisbertum Majoris-monasterii Monachum, Abbatem constituit. Order. Vit. pag. 505.

(c) Hæc Alfonsii VI de Mahumetanis victoria, seu secunda Francorum in Mauros expeditio, ad annum 1085 solet referri.

(d) Nota usum sæculi et superstitionem.

(e) Nota quoque ætatem Scriptoris.

EX BREVI CHRONICO S. MARTINI TURON.

Apud Chesnium (a) Tom. III Scriptorum Franc. pag. 361.

An. 1042.

HENRICUS (b) filius Roberti [regnavit] annis XXIX: obiit anno incarnati Verbi MLX. Anno Henrici XV, Verbi autem incarnati MXLVI, Haroldus filius Cnutonis non ex Emma regnavit annis IV. Hic expulit novercam, cum ei Godoinus esset auxilio. Hæc apud Balduinum Comitem Flandriæ mansit triennio; qui fuit Philippi filii Henrici tutor. Eduardus, quia liberis carebat, Guillelmo Duci Normanniæ cognato suo, B filio Roberti, dedit regnum, Haroldo filio Godoini hujus rei legato. Ferunt quidam Haroldum vento Normanniam actum, finxisse se legatum esse, cum à Guidone Comite Pontivi captus esset. Sed à Guillelmo liberatus, juravit ei regnum Angliæ... Arvegre Rex Noricorum et Tostinus Flandrensis, Angliam devastantes, ab Heroldo devicti et occisi sunt. Heroldus de præda nil militibus largitus est: unde post IX menses et aliquot dies destitutus à pluribus, à Guillelmo Duce Normanniæ est devictus. Hic primò in tutela Henrici Regis Francorum, postea multa ab eo perpressus est, et à Gaufrido Martello qui devicit Comitem Pictavensem et Theobaudum Blesensem anno Verbi incarnati MXLII, Turonis pro redemptione accipiens. Hic fuit filius Fulconis, et filios non habuit, sed Comitatum reliquit nepotibus Barbato et Fulconi Richin, qui Barbatum in vincula tenuit... Henrico Rege Fran- C corum mortuo, Balduinus Comes Flandriæ tutor fuit Philippi Regis parvuli, cujus amitam duxerat. Hic Balduinus dedit in uxorem filiam suam Mathildem Guillelmo. Guillelmus Cenomannum, concedente sibi Herberto, accepit; et Britanniam ab eo (c) Alanus Comes ut à suo domino suscepit: Britanniam quippe calumniabatur, quia Carolus eam Rolloni cum filia sua Gizla dederat. Guillelmus anno Ducatus XXX, vexillo sibi ab Alexandro Papa misso, in Angliam apud Hastings appulit, XV diebus ibi se pacificè agens: Heroldum devicit et occidit; et die Natalis Domini apud Lundoniam coronatus, anno Philippi VI et incarnati Verbi MLXVI. Guillelmus in Normannia Monasterium fecit Cathomi (d) in honore S. Stephani, ubi et Lanfrancus fuit Abbas, post Cantuariensis Archiepiscopus: alterum in Anglia apud Hastings in honore S. Martini, ubi fuit bellum. Filios habuit Robertum D Comitem Normanniæ, et Richardum qui adolescens obiit, et Guillelmum et Henricum postea Reges; filias verò, Ceciliam Cadomensem Abbatissam, et Constantiam uxorem Alani Comitis Britanniae, et Adalam uxorem Stephani Blesensis... Matrem dum vixit, honorificè habuit. Fratres ex ea, Robertum Comitem Moretonii fecit, Odonem verò Baiocensem Episcopum Comes fecit, Comitem verò Cantiae Rex: unde postea dixit se non Episcopum, sed Comitem prendere.

(a) Ex Bibliotheca Thuana. Vide Notam pag. 225 Tom. X, ubi monemus.

(b) *Henricus filius Roberti, Rex Fr. XXXI, regnavit annis XXXII. Willermus nobilissimus Dux Norman. pugnavit apud Vallium-dunas. Henricus Rex, fortis in bello, Vitriaco obiit. Philippus filius Henrici, Rex Fr. XXXII, regnavit annis XLIX. Hujus VII anno regni Willermus, gloriosus Dux Norm. Anglos subegit; ibique Rex factus, regnavit annis XXII. Huic successit Willermus filius ejus, etc.* Ex Chronico Ivonis Carnot. à Pharamundo ad Philippum I. Interim nota cum Riveto hujus Chronici inscriptionem errore Librarii fuisse vitiatam; ita ut non sit Ivonis Scriplum, sed opus Ivoni dicatum et directum ab

Hugone de S. Maria, Monacho Floriac. Auctore.

(c) Willelmus Gem. supra pag. 36, *Alannum in servitio Ducis Roberti pacta fidelitate supplicem* circa annum 1029 vel 1030 exhibet. Testatur autem laudatus Scriptor cap. 1 libri VI, se nihil dicturum de Ducibus qui floruerunt ætate sui temporis, seu de successoribus Richardi II anno 1026 mortui, nisi quod partim intuitu, partim veracium compererit relatu. Nec contendat Noster Lobineau, caput XI libri VI, in quo servitium Alani Britanniae Comitis refertur, fuisse additum à Continuatore Willelmi: integrum enim legitur in Ms. Codice Abbatiae S. Victoris, qui caret interpolationibus.

(d) Rectius paulò infrà, *Cadomi*.

EX ABBREVIATIONE (a) GESTORUM FRANCIAE REGUM

Ex Ms. Cod. S. Victoris Paris. Abbatiae num. 419.

QUI [Henricus Rex Franciae] inter alia quae strenue gessit, Willelmum Normannorum Ducem à quibusdam potentibus Normannis exhereditatum, ipsis devictis, in honorem restituit, quibusdam ex eis patibulo suspensis, aliis vinculis mancipatis, aliis potestatibus privatis. Hic ex Anna filia Regis Russiae, nomine Buslesdoc * genuit Philippum Regem, et Hugonem Magnum postea Vermandensem Comitem. Tertio autem regni sui anno urbs Parisii flagravat incendio. Hoc etiam regnante, per quinque annos fames invaluit. Ipse denique, multis praeliis devictis, plenusque dierum, civitate Parisii obiit morte communi, sepultusque est juxta patrem suum in Basilica S. Dionysii. Philippus autem filius ejus coronam regni post eum recepit, unctus in Regem Remis à Gervasio Archiepiscopo urbis ejusdem. Quo regnante, VII Kal. Maii cometes apparuit fere diebus quinque, magnum jubar emittens contra Occidentem. Nec multo post, ipso anno, die festi S. Michaelis, Comes Normannorum Willelmus cum ingenti navium apparatu mare transiit, regnumque Anglorum oppugnavit (b) et cepit... Philippus vero Rex in primordio regni sui accepit uxorem, sororem scilicet ex parte matris Roberti Jherosolymitani Flandrensis Comitis, filii vero C Roberti Frisonis, etc.

* Jeroslai

(a) De hac Abbreviatione quae notavimus vide pag. 226 Tom. X, ubi partem ejusdem Epitomae edidimus.

(b) Postquam Normanni in ea quam pervaserant, parte Franciae confirmati erant, etiam ultra manus extendere, conati sunt. Willelmus, qui nothus, Dux Normanniae Angliam subjugavit. Alii autem progressi, Apuliam, Calabriam Siciliamque occupave-

runt. Turtstinus, cui successere Ranulfus et Ricardus, Drogo et Constantiniensis Umfredus frater ejus. Hic primus Apuliam subjugavit: Robertus Wiscardus; hic etiam Apuliam: Buamundus filius ejus Sic desinit Fragmentum in Tom. I Ms. Durandi ex Ms. Cod. Reginae Succ. 1627.

D EX CHRONICO (a) HILDENSHEIMENSI.

Apud Chesnium Tom. III Scriptorum Historiae Franc. pag. 523.

ANNO MXXXIII, Indict. I, Imperator [Conradus II] aestivo tempore Burgundiam cum exercitu properans, Odonem diu sibi resistentem, qui eandem regionem sibi contra Imperatoris voluntatem tyrannice usurpaverat, obvium suscepit; acceptisque ab eo de pace juramentis et obsidibus, pacifice rediit... Piae memoriae Cunigund Imperatrix, V Non. Martii obiit. Eclipsis solis III Kal. Jul. feriâ VI, natali S. Petri Apostoli, hora diei VI accidit.

MXXXIV, Indict. II, Imperator iterum hoc anno Burgundiam cum grandi exercitu intravit, et Odonem item resistentem fugavit; eandemque regionem fidelibus suis, qui ei fidem juramento firmabant, commendavit.

E MXXXV, Indict. III, Heinricho Regi filio Imperatoris filia Chnut Regis Danorum juramentis desponsatur... Hiemali tempore Chnut Rex Danorum et Anglorum, immatura morte praeventus, obivit; et Christiana religio ab ipso fideliter excolta, periclitari coepit. Sed filius ejus junior, Hærdechnut nomine, regnum ipsius post eum consensu provincialium obtinuit.

MXXXVI, Indict. IV, Imperator cum summa suorum Principum

(a) Opus hoc à diversis Scriptoribus continuatum fuit. Fides sanè habenda est Chronographo, qui ab anno 993 ad annum circiter 1040 scripsit. Is enim Auctor, quae per haec tempora in litteras mittit, ea se vivente peracta fuisse non obscure insinuat, dum fusior est in rebus per singulos annos narrandis, quam

qui postea continuationem suam usque ad annum 1137 perduxit. Porrò ex Hildesheim. Chronico, quod ab anno 714 ad annum 1138 protenditur, ea tantum excerptimus quae propius ad Historiam Francicam accedunt: unde qui plura voluerit, adeat Chesnium loco citato.

frequentia Nativitatem Christi Argentinæ magnificè celebravit... Pascha **A**
Engilenheim feriavit. Deinde Triburiam (a) tendens, generali ibidem Synodo præsedit... Filio Imperatoris Heinrico Regi venit Regina, Cunihild nomine, quæ in natali Apostolorum regalem coronam accepit, et mutato nomine in benedictione, Cunigund dicta est.

* Odone MXXXVII. Indict. V, Placentinus, Cremonensis, Vercellensis, alii etiam
Episcopi Majestatis rei, quia cum prædicto Archiepiscopo (b) et Udone * tyranno
sæpememorato contra Imperatorem consenserant, captivi ad nos in diversa loca
exiliati sunt. Prænominatus ergo Udo, Imperatore Italiæ partes procurante,
Luthuringiam juxta Marcam Gozelonis Ducis ejusque filii Godefridi tyran-
nicè invasit; et civitatem, quæ Bera * dicitur, injusta præsumptione occu-
pavit: juxta quam ab hisdem Ducibus occupatus, consertoque prælio inter **B**
primos inglorius occubuit; justasque divinæ ultioni post effracta juramenta
pœnas exsolvit. Ab ipsis sanè victoribus ignoratus, in crastinum inter vulgus
inventus est nudus, vitâ pariter et regno, quod sibi usurpans affectabat,
spoliatus.

MXXXVIII, Regina Gunihild XV Kal. Augusti ex hoc mundo mi-
gravit.

MXXXIX, Indict. VII, Imperator ad celebrandam Pentecosten Tra-
jectum venit, et ibi quidem in summa lætitia sanctum diem, scilicet (c) in
regalis diadematis decore procedendo, peregit. Sed sequenti die, feria II,
horâ diei VI, II Non. Jun. mensæ reficiendi gratiâ assidens, subita defectione
præreptus, vix dum confessionis prolatâ sententiâ, flebiliter exspiravit...
in quo viro penè totius orbis caput virtusque concidit... Sed filius ejus **C**
domnus Henricus, in omni quidem virtutum exhibitione perstrenuus...
solio patris est intronizatus (d).

MXLIII, Indict. XI, Gisla Imperatrix, mater Heinrici Regis, obiit
XVI Kal. Mart. et apud Spiram sepelitur.

An. 1043. MXLIV, Indict. XII, Henricus Rex Constantiensi Synodo affuit, ubi
cunctis debita dimisit; destructisque omnibus inimicitii, pacem hactenus
inauditam in sui regni provinciis regiâ censurâ per edictum confirmavit.
Deinde Agnetem (e) Willehelmi Pictavensis Principis filiam Reginam apud
Mogontiam ungui faciens, regalibus sibi nuptiis in Hingelenheim copulavit:
unde infinitam histrionum et jocularum multitudinem sine cibo et mune-
ribus vacuum et mœrentem abire permisit.

MXLVI, Indict. XIV, Henricus Rex Italiam ingressus, pacificè à Ro- **D**
manis suscipitur: Papas tres non dignè constitutos synodaliter deposuit, et
Suidegerum Babenbergensem Episcopum, Papam constituit; ipseque et
conjux ejus Agnes Regina eadem die imperiali benedictione subli-
mantur.

MXLVIII, Indict. I, Leo Tullensium Antistes, Papa ordinatur. Hein-
ricus Imperator nascitur.

* pridie MLIII, Indict. VI, Leo Papa exercitum ducens per Apuliam contra
Nortmannos, infinitâ utrobique cæde peracta, absque victoria regreditur,
et II * Kal. Julii eodem anno obiit.

MLIV, Indict. VII, Leoni Papa Victor successit. Fames magna fuit.

MLVI, Indict. IX, Fames multas provincias afflixit: egestas et penuria
undique prævaluit... Henricus Imperator filium suum Henricum Romani **E**
Pontificis ceterorumque Pontificum et Principum electione Regem consti-
tuit... III Non. Octob. vitam præsentem finivit.

Anno Domini MLVII, Indict. IX (f), Henricus filius Heinrici Impe-

(a) Hermannus Contractus in auctiori Chronico Triburianam Synodum rectè suo anno reddit, dum illam retrahit ad annum præcedentem. Perperam verò Cossartius Tom. IX Concil. cum Sigeberto eandem consignat anno 1031; et Concilium Tribur. in uo dividit, quorum prius anno 1031, posterius anno 1035 vel sequenti celebratum fuerit: non dubitat Pagius quin Auctores de uno eodemque Concilio verba faciant. Interim nota usum temporis, seu partes Imperatoris in Concilio.

(b) Mediolanensi scilicet, qui *contrarius Imperatori* in Salernitano Conventu comprehensus est, et *fugâ*

lapsus palam rebellare cœpit.

(c) Sic infra: *Maximo mundialis pompæ tripudio Rex et Imperator orbis coronatus processit.*

(d) *Antè scilicet generali Cleri populi que præelectione coronatus.*

(e) Hæc cum Hermann Contracto et Hepidanno ad annum 1043 referenda.

(f) Corrig. X. Simili modo medicam manum adhibe cæteris Indictionibus quæ sequuntur. Error forsitan inde oritur, quòd Indictio IX bis posita fuerit.

A ratoris admodum puer cœpit regnare. Agnes Imperatrix mater ipsius Henrici Ducatum suscepit Bajoariæ.

MLXVI, Indict. III, Cometa videtur, et Anglia à Nortmannis subicitur.

MLXXII. Indict. IX conjurant Principes regni contra Henricum Regem.

EX CHRONICO ^(a) SAXONICO

B

Ex Autographo in Bibliotheca S. Germani asservato.

ANNO Dom. Incarn. MXXXVII. Uto * Burgundiæ tyrannus, quia in priori machinatione condignum sibi exitium non invenit, aliâ viâ, divinâ sententiâ eum manifestè propellente, perire temptavit. Nam ante ruinam corde elato Aquisgrani palatium invadere decrevit, seque ibi in Nativitate Christi sessurum præjectavit. Sicque mensis tantum spatio ante idem festum urbem Imperatoris, quæ Bera * dicitur, sitam in Lotharingia, juxta Marcam Gozelonis Ducis filiique ejus Godefridi, circumquaque debacchatus prædando obsedit: juxta quam, etc. *ut in Chronico Hildesh.*

* Odo

* Barrum

C Anno Dom. Incarn. MXL. Novus Rex [Henricus] Pascha in Engelenheim honorificè feriavit: ubi ad eum Primates Burgundiæ humiliter cum muneribus venerunt; qui inde læti, gratiâ ipsius simul et muneribus condonati, redierunt.

Anno Dom. Incarn. MXLIII. Rex Henricus Natale Domini Augustæ peragens, Burgundiam intravit; ibique republicâ optimè gubernatâ, paceque firmata, Coloniae Resurrectionem Domini celebravit.

Anno Dom. Incarn. MXLIII. Gozelo Dux (b) Lotharingiæ obiit: cujus filius Godefridus nobilissimæ indolis juvenis, atque in re militari admodum exercitatus, quia Ducatum patris obtinere non potuit, arma contra Republicanam corripuit. Adalbertum Ducem, quem Rex patri ejus subrogaverat, prælio victum occidit; cædes hominum et populationes agrorum maximas fecit.

D Anno Dom. Incarn. MXLVI. Godefridus Dux Lothariorum, deditioe sui facta, à Rege in castello Givikinstein usque ad dignam satisfactionem sub custodia mancipatur: sicque regnum brevi tempore quietum et pacatum mansit.

Anno Dom. Incarn. ML. Henricus Imperator anno X regni sui, imperii antem IV quasdam partes Galliæ invasit contra Godefridum et Baldwinum Duces, quibus ad deditioem coactis, regnoque in his partibus pacificato, victor cum triumpho revertitur.

Anno Dom. Incarn. MLIII. [Leo Papa] post Pascha exercitum per Apuliam contra Nortmannos duxit... Contra hos igitur quondam illius terræ advenas, sed tunc Apostolicarum rerum invasores et Romani Imperii

(a) Chronici veteris Saxonici, quod ab anno 740 orditur et desinit in anno 1139, Auctor est Anonymus; ut probat præfat. in Tom. IV. Ampliss. Collect. Martenius noster, qui illud notis et observationibus illustratum editioni paraverat. Saxonicos Annales Georgius Eckardus inseruit Corpori suo Historico Lipsiæ 1723. Ceterum alios Scriptores Chronographus Saxo plerumque sequitur, quorum mentem sæpè exprimit, atque ipsissima etiam verba usurpat, etc. Vide pag. 228 Tom. nostri X, ubi partem ejusdem operis edidimus.

(b) Mortuo Godefrido I, Duce Lotharingiæ, frater ejus Gochelo in Ducem sublimatur, anno Dom. MXXXVI, imperii Henrici II anno XVIII; quem rexit annis XXV. Istius filiam, scilicet Odam, Lambertus Cum-barba II, Comes Lovan. III, duxit in uxorem. Et est sciendum, quòd iste Gochelo genuerit Godefridum, qui ei successit in Ducatu Lotharingiæ; et

Fridericum, qui Papa, mutato nomine, Stephanus dictus IX. Anno Ducatus ejusd. XIV, Frederico Mosellanorum sive Lotharingiæ Superioris Duce mortuo, quia mares filios non habuit quibus Ducatus competere, Gochelo Dux Lotharingiæ Inferioris, impetrato ab Imper. Conrado Mosellanorum etiam Ducatu, in regno Lotharingiæ potentiùs dominatur. Et sciendum, quòd in regno Loth. inter alios Principatus sunt duo Ducatus, Lotharingia appellati; quorum unus, qui per Duces Mosell. sive Lothar. possidetur, Superior; alius verò, qui per Duces Brabantiae tenetur, Inferior Lotharingia appellatur. Tandem Gochelo Dux anno Ducatus sui XV obiit: cui Godefridus filius ejus successit. Hæc in Magno Chronico Belgico, pag. 101, Magister Edmundus, qui, si numeri non sunt corrupti, parùm in chronologia diligens est, ut nemo non videt.

hostes, Leo Papa pugnavit; et infinita utrobique cæde peracta, XIII. Kal. A Julii Papa cum paucis fugiens, absque victoria regreditur.

Anno Dom. Incarn. MLIII. Rebellant Balduinus et Godefridus. Qui Godefridus, Bonifacio Itatorum Marchione superiore anno defuncto, Beatricem viduam ejus accipiens, Marcam et ceteras ejus possessiones, conjugii prætextu, sibi vendicavit.

Anno Dom. Incarn. MLVI. Godefridus Dux ad deditionem venit.

An. 1060. Anno Dom. Incarn. MLVIII. Henricus (a) Rex Galliae obiit: et Philippus filius ejus regnavit pro eo.

Anno Dom. Incarn. MLXVI. Cometa per totum orbem diu apparuit; et Anglia Nortmannis subjecta est per Willelmum filium illius Rodberti, quem Richardus Comes Nortmannorum ex sorore Knut Regis Danorum genuerat. Nam post mortem sanctissimi Regis Edwardi contendentibus pro B regno Anglorum Principibus, Haroldus quidam Dux Anglorum vir maleficus sceptrum invasit. Hoc frater ejus, nomine Tostin, molestè ferens contra eum Regem Norwegiae duxit, qui et ipse Haroldus dicebatur, et Regem Hiberniae. Sed occisus est ipse Tosti cum utrisque Regibus et toto exercitu ipsorum ab Haroldo Rege Anglorum. Vix, ut aiunt, octo dies transierant, et ipse Willelmus, cui pro obliquo sanguinis cognomen erat Bastardus, ab Gallia transfretavit in Angliam, lassoque victori bellum intulit: in quo Angli primò victores, deinde victi, à Nortmannis usque in finem contriti sunt. Haroldus ibi cecidit, et post illum ex Anglis ferè centum millia. . Bastardus victor omnes penè ejusdem regni Præsules exilio, Nobiles verò morti destinavit, mediocres autem suis militibus in servitutem, uxores indigenarum universarum advenis in matrimonium subjugavit. Præ C terea in ultionem Dei, quem ipsi Angli offenderant, omnes ferè Clericos et Monachos absque regula viventes expellens, Lantfrancum (b) Philosophum in Ecclesia posuit doctorem; cujus studio et prius in Gallia, et postmodum in Anglia multi ad divinum animati sunt obsequium.

Anno Dom. Incarn. MLXX. Godefridus Dux Lothariorum omnibus penè terris magnitudine suarum rerum gestarum compertus et cognitus obiit, et Werdunis sepultus est: cui filius suus Godefridus, qui et Gozelo, præstantis quidem animi adolescens, sed gibbosus et staturâ pusillus, successit.

(a) Sic apud Ordericum Vitalem mors Henrici Regis consignatur anno MLIX, sed Librariorum errore.

(b) Erat idem natione Langobardus, liberalium artium eruditione affluenter imbutus, benignitate,

largitate et omni religione præditus, elemosinis aliisque bonis studiis multipliciter intentus. Ilic nimirum à die quâ primitiis apud Bonam-villam Ecclesiae regimen suscepit, XXII annis et XI mensibus nobiliter claruit. Ex Orderici Vit. libr. 3, pag. 494. D

EX CHRONICO (a) S. MAXENTII,

QUOD VULGO DICITUR MALLEACENSE.

Apud Labbeum Tom. II Biblioth. Mss. Libr. pag. 207.

An. 1035. ANNO MXXXVI. Imo Abbas S. Juniani obiit; et succedit Richardus. Eodem anno Civitas Andegava combusta est igne. Isembertus Episcopus Pictavis fecit Synodum, ubi magnam pacem firmavit. Qui cum Eustachia uxore Guillermi Comitis aliquantulum expoliavit Monasteria auro et argento, unde redimerent eum (b). Qui postea paucos dies vivens, finem vitæ sortitus est: uxorque ejus similiter defuncta, ipsa quidem apud S. Mariam Pictavis sepulta; et ipse cum patre apud Malliacum humatus est. Isembertus E

(a) Hujus Chronici partes in aliis Voluminibus jam descriptæ sunt. Videsis quæ notavimus pag. 231 Tomi X. Vixit autem S. Maxentii Racemator, barbarus sanè Auctor, si tamen unus duntaxat fuit, currente æræ Christianæ XII sæculo circa annum 1140, non in Malleacensi, sed San-Maxentiano

Cœnobio, ut cum Labbeo discimus ex variis locis Scripti ejusdem.

(b) Suprà nempe dictus est Willermus in prælio captus anno MXXXV: ubi monuimus corrigendum, anno MXXXIII aut MXXXIV.

A quoque Episcopus postea pergens Romam, obiit in via apud Paveiam civitatem peregrinus.

Anno MXXXVI. Kalendis Octobris civitas Andegava horribili conflagravit incendio: nihil enim in ea intra muros urbis incombustum remansit, nec ipsa mater Ecclesia sedis Episcopalis. Sed de suburbio cum toto Monasterio S. Albini maxima deperit: imò nihil quoque ejus evasit præter pauculum quod aliis Monasteriis hærebat, ut ignis ardere non posset.

Anno MXXXVII. Dedicatio Ecclesiæ Carnotensis S. Mariæ fuit facta XVI Kalendas Junii. Willermo Comite mortuo, Pictavenses in magno angore et anxietate positi de morte Principis sui, sicut oves sine pastore relictæ, Odonem Comitem germanum ejus ex patre supradicto ab Gasconia convocaverunt. Eodem tempore Gastinenses Germundum castrum consuetudine auxilio Andegavorum, Guillelmo Partiniacensium in eodem castro Principe.

Per hæc tempora Gaufredus Martellus duxerat uxorem supradictam [Agnetem] causâ Pictaviensium, ut haberet sibi subditos, adhuc duobus filiis suis, scilicet Petro et Gaufredo, parvulis. Interea Odo Comes veniens à Gasconia, voluit capere Germundum castrum, sed non potuit. Inde reversus, Masiacum, quem pari modo reperit repugnantem, expugnare cœpit; ubi inhiando cum cœpisset adtendere, occisus est. Cujus corpus sepultum est Malliaco, ubi pater et frater erant humati.

Anno MXL. Erat Amblardus S. Maxentii Abbas, et post eum Emmo. In Nobiliacensi Cœnobio Rikardo successerunt Petrus atque Umbertus. Eodem anno dedicatum est Monasterium S. Trinitatis Vendocini, ubi primus (a), sicuti de aliis diximus, præfuit ibidem Domino servientibus Monachis Odericus Abbas, et post eum Rainaldus. Eodem anno obiit Fulco Comes XI Kal. Junii, Monachus factus apud S. Nicolaum. His diebus supradictus Hislo præerat Sanctonibus: cui successerunt Arnulfus et Boso.

Anno MXLII, ut dictum est, regnum Francorum post Rotberti mortem obtinebat Hinricus filius ejus. Cujus diebus eclipsis solis fuit pridie Kal. Julii, quam fames miserabilis sequuta est per totam Galliam, quæ maximam partem plebis inaudito mortium horrore consumpsit. Eodem anno fuit (b) dedicatio novæ Ecclesiæ S. Florentii Salmurensis Idibus Octobris.

Anno MXLII. Fuit eclipsis solis (c) pridie Kal. Julii in natale Apostolorum Petri et Pauli.

Anno MXLIII. B. Rotbertus cœpit ædificare Monasterium (d) suum D Casæ-Dei in honorem SS. Agricolæ et Vitalis, quod ipse primus extruxit, et rexit XV (e) annis: qui quantæ vitæ quantique meriti fuerit, miracula testantur. Obiit autem in pace plenus sanctitate VIII Kal. Maii: et ei successit Durandus Monachus ejusdem Ecclesiæ, qui postea Arvernorum datus est Episcopus, etc.

An. 1067.

Anno MXLIV. Fuit magna fames grandisque mortalitas, ita ut homo aliquis satiatus pergeret quingentos passus; iterum mox esuriret et desideraret manducare: itaque satiatus moriebatur, aut vix evadebat mortis periculum. Quo tempore Agnes Comitissa veniens Pictavis cum duobus filiis suis, Petro atque Gaufredo, unaque cum vitrico eorum Gaufredo Martello suoque marito, cum omnibus Pictavorum Optimatibus fecerunt placitum. E Deinde unum eorum Pictavorum Ducem ordinatum, alterum in Gasconia transmissum et Comitem factum. Utrique magna et fortia gesserunt. Habuitque Gaufredus illuc uxorem suam Audeberti Comitis Petragoricæ filiam, quam postea reliquit causâ parentelæ. Eodem anno Tetbaudus filius Odonis à Gaufredo Comite Andegavorum captus est XII Kal. Septembris, qui post triduum civitatem Turonorum reddidit.

(a) Ibi manifestus error occurrit: nam Odericus non fuit primus Abbas Vindocinensis Monasterii, nec decessor Rainaldi; eum huic successerit sub finem anni 1044.

(b) In Chronico Salmurensi hæc dedicatio collocatur anno 1041.

(c) Anno 1042 Eclipsis solis accidit 20 Junii: at idem solis defectus 29 Junii, fuit annis 1033 et 1052.

(d) Rotberti secessum in eremum Mabillo-nius Lib. 58 Annalium Bened. componit cum anno 1043: initium verò Monasterii Casæ-Dei in annum 1046 rejicit.

(e) Chronographus annos illos ab eo tempore repetit, quo Robertus à S. Leone jussus est Monasterio tanquam Abbas præesse, ab anno scilicet 1052. Ibi autem dies sepulturæ videtur summi pro die mortis, ut passim apud alios Scriptores.

Anno MXLV. Obiit Theodelinus Abba, quem suprà diximus Abbatem A esse Malliaco, qui præfuit triginta et septem annis. Huic successit Humbertus XV annis præsidens in Abbatia.

Anno MXLVI. Hildegardis Comitissa Andegavorum obiit bona et religiosa, et apud S. Nicolai Monasterium (a) sepulta est, ubi et maritus ejus. Interea mater Comitum Agnes cum suo marito Gaufrido Andegavim reversa est; ubi, ut fertur, construere fecit Cœnobium in honore S. Trinitatis. Eodem tempore inceptum est Monasterium (b) S. Mariæ Nucariensis; ubi primus [Abbas] Evrardus, Gaufridus, Stephanus, Gauterius. Similiter in Britannia minore et in provincia Cornubiæ Monasterium S. Crucis Diemperelensis * inchoatum est. Illud quoque S. Crucis Talemonensis eodem tempore inceptum est à domino ipsius castri. Monasterium S. Benedicti Nantolii similiter à domino castri Ruliaci in istis diebus cœptum est [restrui]. B

An. 1029.

* Kemperlensis

An. 1042.

An. 1039.

Anno MXLVII. Fuit dedicatio Monasterii (c) S. Salvatoris apud Carrofun. His diebus post Clementem Papam Damasus succedit: cui Leo IX Papa succedit. Qui dedicationem præcepit fieri, et altare sacratum misit. Quam fecerunt Archiepiscopi et Episcopi numero XIII circumquaque viciniarum. Quam non solum nobilitas Monasterii, sed etiam omnium ordinum multitudines Christianorum, celebrem et nobilem usque in præsentem commemorant. Extitit autem temporibus Leonis Papæ et Isemberti Episcopi, Junioris Guillelmi Acri, Comitis Pictavorum, et Audeberti Comitis Marchiæ, qui fuit filius Bernardi, qui fuit Audeberti, qui fuit Bosonis, qui suspic (d), qui fuit Gosfredi primi Comitis de Karrofo. In eodem Cœnobio erat tunc Abba Hugo, qui successit Fulcherio: cui per multorum annorum curricula successerunt Fulcaudus, Petrus, Fulcaudus. Eodem anno post benedictionem C combustum est Monasterium cum villa. Ipso quoque anno consecratum est Monasterium S. Michaëlis ad Eremum, in quo tunc præerat Ascho Monachus ejusdem Cœnobii: cui similiter successerunt Theadus, Audebertus, Willelmus, Joannes, Garinus atque Joannes.

Anno MXLVIII. Obiit Odilo Abbas (e) Cluniacensis, sanctitate vitæ et merito præcipuus ad Dominum, Kal. Januarii. Dormivit autem in senectute bona plenus dierum in pace: nam vixit LXXVI (f) annis, ex quibus unum et quinquaginta stetit in Abbatia. In cujus locum jussu suo et electione omnium Fratrum ordinatus est Hugo nobilis pastor, vitæ merito non dissimilis.

Anno MXLIX. Kalendis Novembris dedicatum est Monasterium S. Hilarii Pictavensis: cui consecrationi interfuerunt Archiepiscopi et Episcopi circa tredecim. Extitit autem hæc dedicatio admirabilis amore patroni nostri D B. Hilarii. Istud Monasterium magna ex parte construxerat Regina Anglorum per manus Gauterii Coorlandi: Agnes Comitissa, quæ eum jussit dedicare, plurimam partem construxit. Quæ domina si in multis Dominum offendit, iterum in multis eum placavit: nam ædificavit duo Cœnobia sacrarum Virginum; unum Andecavis in honore S. Trinitatis, alterum Sanctonas in veneratione semper Virginis Deique Genitricis Mariæ. Construxit illud suprà dictum Vindocini in honore S. Trinitatis, quod multis divitiis et magnis cartis ditavit. Illud etiam Pictavis in honore S. Nicolai, nec non et domum elemosynariam quæ est in foro ante eandem Ecclesiam. Per hæc tempora Ainricus duxerat Alam * Comitissam supradictorum Comitum sororem, genitam ex Agnete, filiam Guillelmi senioris Comitis Pictavorum; E ex qua suscepit filium, quem vocavit nomine suo Ainricum.

* Agnetem

Anno ML. Ainrico Imperatori filius natus est, et à domno Leone Papa

(a) Mabillonius loco citato, Hildegardem mortuam dicit Jerosolymis, ac prope loca Dominiæ sepulturæ humatam.

(b) Seriùs hic ponitur origo Monasterii Nucariensis [de Noyers], quod Hucbertus quidam extruxit, et cum Thoma Clerico filio suo dotavit an. 1030. Primus Abbas Evrardus non alius ab Evrardo Majoris-monasterii Abbate videtur Mabillonio, qui corrigit Chronicon Malliac. et Nucarienses Abbates recenset hoc ordine: Evrardo successerunt Andreas, Gaufridus, Rainerius, Stephanus et Gaudinus.

(c) In Calendario S. Sergii Andegav. hæc de-

dicatio notatur XVI Kal. Julii an. 1048, quo necdum Leo IX sedere cœperat.

(d) Hic aliquid desideratur; nec mentio fit suprà Heliæ Comitis Petrogor.

(e) Erat annus 1049, qui tunc temporis à Paschate initium ducebat: quod passim in aliis Monumentis observandum est.

(f) Odilonem obiisse anno ætatis suæ LXXXVI, ordinationis suæ LVI, tradit Petrus Damiani in ejus Vita, et Hermannus Contractus in Chronico. Odilonis igitur electio peracta fuerat anno 992 aut potius 993; et non anno 991, ut voluit Mabillonius et Papebrocius.

A baptizatus est: qui eodem anno excommunicavit Gaufredum Martellum propter Gervasium Episcopum, quem tenebat captum. His diebus (a) fuit consecratio facta Monasterii S. Joannis Engeriaei, quam Agnes Comitissa fecit facere et alii Seniores: in qua fuerunt quatuor Episcopi, Bruno Andegavensis, Guillelmus Engolismensis, filius Gaufredi et Frater Fulconis, Isembertus Pictaviensis, et Arnulfus Sanctonensis. Huic Cœnobio præerat Monachus Arnaldus; cui successit Gosfredus. Ainricus Rex Francorum duxit uxorem Scythicam et Rufam*. Tunc quoque Guillelmus Pictavorum Dux et Comes duxerat uxorem, nomine Ermensendim.

* Russam

Anno MLIII. Leo Papa Normannos, Apuliam per tyrannidem tenentes, bello aggressus est et superavit.

Anno MLV. Synodus facta est Turonis (b). Eodem quoque anno obiit B. Fredericus Abbas Cœnobii S. Florentii Salmurensis, quod ipse à novo ædificavit post captionem ipsius castrì à Fulcone factam Comite Andegavorum, et primus rexit, Deo donante; et Monachis ibidem Deo militantibus præfuit triginta et tribus annis. Hic dignè Deo semetipsum offerens, laudabilem vitæ cursum glorioso fine complevit: cui in regimine pastoralis successit Sigo III Kal. Novembris, non minor virtute et merito, sicut adhuc Fratrum fidei narratione noscitur. Floruit namque multâ sapientiâ et scientiâ apud Deum et homines, vivens in Abbatia XIV annis. Hic iterum plenus sanctitate in pace quievit V Idus Junii: cui successit Guillelmus nobiliter natus, et nobilius vivens, XLVIII annis vivens in Abbatia, et plenus dierum obiit in pace III Kal. Junii.

Anno MLVII. Obit Victor Papa... Eodem anno civitas Namnetica C. Gaufredo Comiti ab Hoël Comite reddita est: qui non bona usus fide, auferre eam illi tentavit; sed vix XL dies retentam turpiter amisit. Ipso anno Rex Francorum Ainricus Andegavam venit.

Anno MLVIII. Willermus, qui et Petrus, cognomento Acer, adunato exercitu, vallavit castrum Salmurum, simul et Gaufredum Martellum inclusit in eo: ubi inliando dum aptaret ad bellum exercitum, dolore dysentericæ morbis percussus, reversus est infirmus, ex qua infirmitate mortuus est, relinquens terrenum regnum. Huic fuit conjuncta in conjugio Ermensendis, quæ amore illius vovit se viduam et castam permanere usque ad mortem. Huic quoque successit in regno Gosfredus, qui jam Gasconiam acquisierat armis et industriâ. Qui relinquens filiam Audeberti Comitis uxorem suam causâ parentelæ, aliam Mateodam vocatam accepit in conjugio; de qua tantummodò unam filiam habuit, quæ fuit uxor Hildefonsi Regis filii Freelandi et nepotis Garsii... Per hæc (c) tempora in Concilio Nicolai Papæ Berengarius fuit examinatus de fide catholica.

An. 1059.

Anno MLIX. Corpus B. Maxentii Adjutoris ostensum est; et conditum ei istud sepulchrum novum, et dedicatum VI Nonas Octobris, temporibus Ainrici Imper. et nihilominus Ainrici Regis Francorum, et Gosfredi Comitis, atque Isemberti Pictavensis Episcopi, et Archimbaudi Archiep. Burdegalensis, et Abbatis Cœnobii Adjutoris Maxentii. Per hæc tempora Poncius Comes Tolosanus acceperat Almodim uxorem, sororem Audeberti Comitis de Marcha; quam dederat ei Hugo Pius de Liziniaco, qui eam reliquerat causâ parentelæ; quique ex ea geminos filios habuit, et post Raimundo Barcinonensi eam dedit in uxorem. Vocati sunt filii Poncii, Raymondus de S. Ægidio et Guillelmus de Tolosa; ex quibus unus extitit E Tolosanus Comes, alter Provincianus, etc.

(a) Sic indefinitè facta Angeriacensis dedicatio dicitur ab Auctore non admodum accurato, et qui passim res nullo ordine servato narrat. Hæc autem, curante Gaufrido Abbate, contigit anno 1048 celebritas, cui interfuit Agnes Comitissa cum filiis suis, scilicet Willelmo Pictav. Comite qui cognominatus est Aigret, et Guidone fratre ejus.

(b) Sic in Chronico Vindocin. Concilium Turon. cum anno 1055 conjungitur: nec ab eo calculo recedit communis sententia; à qua Bertoldus Presbyter, qui illud in annum sequentem differt, nos abducere non debet. In rebus enim in Gallia gestis ejusdem nationis Scripto-

ribus magis credendum, quam aliis.

(c) Suprà ad annum MXXXII malè retulerat Racemator: Per hæc tempora defuncto Benedicto Papa, successor ei extitit Nicolaus; in cujus Concilio Berengarius fuit accusatus de fide Christiana, et post accusationem juravit se credere sicut fides catholica habet. Huic successit Alexander... cui similiter respondit, et de fide sua rationem reddidit. Concilium Rom. in quo Berengarius hæresim abjuravit, coactum est anno 1059, mense Aprili, ut haberetur in Chronico Virdunensi. Secundam Synodum Rom. sub Nicolao II pertinere ad annum 1061 contendit Pagius, qui addit utrumque ab aliis in unum confundi.

Anno MLX. Gosfredus Dux Pictavorum habens guerram cum Hugone A Liziniaci, atque obsidens in castello suo, et expugnans et vastans omnia in circuitu. Quadam die milites Comitis fortè ad portam castelli occiderunt eum VIII Idus Octobris. Hugo filius suus huic successit, natus ex supradicta Aumode, qui Diabolus vocatus est. Eodem anno obiit Ainricus Rex anno ordinationis suæ XXIX. Gosfredus quoque Comes, filius Fulconis, XVIII Kal. Decembris feriâ III, horâ diei primâ, Monachali habitu prius suscepto ab Airaudo Abbate S. Nicolai. Huic successerunt nepotes ejus, filii Alberici Contracti Comitis de Gastina, Gosfredus et Fulco Rechin. Ainricus quoque Rex duos filios habuit, Philippum Regem et Hugonem Ducem, Magnum vocatum: ex quibus Philippus successit patri.

Anno MLXI. Gosfredus et Fulco habentes certamen cum Gaufredo Duce propter Sanctonas, venientes cum magno exercitu, pugnaverunt cum eo B in bello etiam in Aquitania. Ubi è contrario Pictavorum exercitus adunatus est; et ab utrisque partibus magnis animositatibus pugnatum est: sed traditores filii et alii signiferi, vexillis projectis, exercitum Pictaviensium in fugam verterunt. Quapropter vulnerati multi sunt, et plurimi occisi, atque nonnulli capti. Unde quidam versibus eam confusionem ita describit, dicens:

*Cùm de Pictavis bellum fit et Andegavinis,
Inque die Martis fuit (a) et sancti Benedicti,
Circa forte Caput * Vultoncæ, contigit esse
Annus Millenus tunc sexagesimus unus.*

* Chef-Wou-
tonne

Anno MLXII. Gosfredus Dux obsedit Sanctonas civitatem, castris in C circuitu positus, et fame et gladio vastavit, usquequò Andegavenses et cives, qui in ea erant, se cum suis omnibus in manibus tradiderunt. Inde abiens in Hispaniam cum multis Normannis, Barbastam civitatem nomini Christiano, cunctis qui in ea erant prius perditis, adquisivit. Eodem anno luna obscurata est Kalendis Augusti.

Anno MLXIV. Benedictio S. Petri Aureæ-Vallis fuit de Crucifixo. Tunc primùm Canonici cœperunt esse ibi.

Anno MLXVI. Stella Cometes apparuit. Willermus Comes, filius Roberti supradicti Comitis Normanniæ, transiens mare, confligit cum Airaudo Pseudorege Anglorum, quem devicit cum ipsa gente; et terram eandem in suam ditionem recepit. Fertur habuisse in exercitu suo XIV millia hominum. Fuitque in mense Octobri pridie Idus ipsius mensis. D

Anno MLXVII. Herluinus (b) fundavit suum Monasterium nobile et aptum Monachis. Eodem anno traditio Salmuri castri facta est Fulconi fratri Gaudefredi Comitis Andegavorum prima Dominica die Quadragesimæ, V Kal. Martii; et ipsum fratrem suum tenuit, et inclusit captum usque ad mortem.

Anno MLXVII. Stella Cometa apparuit.

Anno MLXVIII. Judicio Dei justè omnia judicantis, castrum Salmurum horribili incendio combustum est à Guidone Comite Pictavorum cum Ecclesia S. Florentii sanctique Joannis Baptistæ et S. Petri Apostoli: nihilque penitè remansit de toto suburbio ejusdem castri cum domibus extra et intra murum degentibus, quod non incenderetur, V Kal. Julii. Eodem anno obiit Aimericus Abba S. Maxentii et S. Leodegarii: cui successit parvo E tempore Archimbaudus: S. Leodegario (c) super Severim Hugo nepos Aimerici erat Abba. Per hæc tempora duxit uxorem Guido Comes Aldeardim filiam Rotberti Ducis Burgundiæ, et neptam Ainrici Regis Francorum,

(a) Anno 1061 dies Martis incidebat in vigiliam S. Benedicti. Festa autem olim ab hora nona præcedentis diei celebrari incepta sunt, ut colligitur ex Miraculis S. Apri apud Martenium Tom. III Anecd. col. 1039, ubi sic legitur: *Ab hora nona diei præcedentis usque ad alteram nonam subsequentis videlicet festivitatis ab opere cessabatur.* Porò in his Sanctorum festis signum publicè dabatur ad cessandum ab opere manuali, quo audito religio deinceps erat labori insis-

tere; id patet ex Miraculorum S. Gerardi Episc. Tull. [ibidem col. 1075] hoc loco: *Post datum prohibitionis signum cæpto operi insistebat ancilla.*

(b) B. Herluinus anno 1034 originem dedit Burnevillæ Monasterio, quod anno 1040 transiit in proximam vallem, Becco rivulo irriguam.

(c) Cœnobio scilicet S. Leodegarii ad Separium amnem (*la Sevre*) prope Niortum.

A relictâ Matode supradictâ. Tunc cepit castrum Lucionense * ; et Monasterium S. Mariæ Virginis, quod est in eodem castro combussit, multosque homines ac foeminas in eo extinxit.

* Luçon

Anno MLXVIII. Cœnobium S. Mariæ de Karitate (a) inchoatum est, quod Giraudus Monachus nobilis et religiosus primus extruxit. Monasterium Novum Pictavis inceptum jussu Gaufredi Comitis. Monasterium S. Severini Canoniorum in nemore Argenti; et Cœnobium S. Vincentii, quod Niolium vocatur. His diebus Hildephonsus Rex Hispanorum duxerat filiam Guidonis Comitis Ducis Aquitanorum, quam habuit de Mateode uxore suprascripta. Pro qua re extitit causa et contentio de lege Romana. Quam legem Romanam voluit introducere in Hispaniam, et Toletanam mutare: et ideò fuit factum bellum inter duos milites; et falsitate fuit victus miles ex parte Francorum.

B Anno MLXX. Domnus Gauterius Abba et Canonicus Ecclesiæ S. Petri Stirpensis dormivit in pace æterna, V Idus Maii. Eodem anno Benedictus Abba ordinatur et benedicatur apud S. Maxentium V Nonas Octobris. Quo tempore apud S. Joannem Engeriacum erat Odo Abbas, et apud Malliacum Goderannus Episcopus * et Abbas, qui successor Umberti.

* Sancto-
nensis

Anno MLXXI. Ortus est Guillermo Duci XI Kal. Novembris Guillermus filius, qui consobrinus germanus Ainrici Imper. et secundus Philippi Francorum Regis ex supradicta conjuge. Nata post hunc filia, quam desponsavit Petrus filius Sancii Regis Aragundiæ. Ferunt eo tempore eclipsim lunæ fuisse in mense Octobris. Petrus Igneus (b) fecit iudicium per rogum ardentem.

C (a) Illius Cella foundationem ad annum 1056 referunt alia Chronica.

(b) Hoc Baronius ad annum 1063 referendam putavit: ast Mabillonius ex Codice Bibliothecæ S. Remigii Rem. differendum docet ad annum 1067. Ceterum Petrus, Monachus Vallis-Umbrosæ, post sacrificium Missæ, indutus adhuc

vestibus sacris, solùm depositâ casulâ, per ignem illæsus transiit, ut pluribus describit Desiderius Abbas Cassin. qui eundem Petrum, Igneum vulgò appellatum, Episcopum Albanensem et Cardinalem, dum scriberet, adhuc superfuisse affirmat.

EX ORDERICI (a) VITALIS UTICENSIS

MONACHI HISTORIA ECCLESIASTICA.

D *Inter Chesnianos Historiæ Normannicæ Scriptores.*

EX LIBRO PRIMO

ANNO ab Incarnatione Domini MXXXI Rodbertus Rex Francorum obiit; et Henricus filius ejus, licet Constantia Regina et Rodbertus junior frater aliique Franci multum obstarent, auxiliante Rodberto Duce cum robore Normannorum, Gallia regnum obtinuit, et XXIX annis regnavit. Anno V regni ejus, Rodbertus Dux Normannorum in itinere Hierusalem apud Niceam Bithyniæ urbem Kal. Julii obiit; et Guillelmus Nothus filius ejus, octennis puer, in Ducatu successit, et L annis strenuè tenuit. In pueritia ejus Normanni gemina inquietudine concitati rebellaverunt; et in sua viscera diu pugnantes, nimiam stragem nobilium et vulgarium

Pag. 371.

An. 1035.

Pag. 372.

(a) Ordericus seu Ordricus Vitalis, in Angliâ natus est XIV Kal. Martii, anno 1075, patre Odelerio Constantii Aurelianensis filio, præcipuo Rogerii de Monte-Gomerici Consiliario. Anglus autem in Normannia vixit et scripsit. In fine Operis de se sic loquitur: *Rainaldo Monacho plorans plorantem me tradidit [pater]... Decennis itaque Britannicum mare transfretavi, exul in Normanniam veni, cunctis ignotus neminem cognovi; linguam quam non noveram, audivi... A Mainerio Abbate in Monasterio Utic. XIætatis meæ anno ad monachatum susceptus sum, et XI Kal. Octob. Dominico Clericali ritu tonsoratus sum. Nomen quoque Vitalis pro Anglico voca-*

mine, quod Normannis absonum censebatur, mihi impositum est. Ingenium præcipuè ad scribendum applicavit: Rogerii autem Abbatis præcepto incepit Historiam suam; cujus ultimum librum terminavit anno ætatis suæ LXVII, Christi verò 1141. Contextionem Guillelmi Pictav. de Guillelmo Notho et ejus pedissequis, ut ipse infra testatur, breviter in quibusdam secutus est. Vide paginam 234 Tomi nostri X, ubi Orderico jam usi sumus. De eodem iterum agemus in aliis Voluminibus. Chesnianam editionem contulimus cum Mss. Codd. Reg. 5506. 2. Utic. et S. Audoëni Rotomag.

perpetraverunt. Nam Gislebertus Comes Brionnæ, et Osbernus Dapifer, A
Gualchelinus de Ferrariis, et Hugo de Monteforti, Rogerius de Hispania,
et Rodbertus de Grentemaisnilio, Turchetillus quoque Ducis Pædagogus,
aliique plures interierunt mutuis ictibus. Guido etiam Rainaldi Burgundio-
num Ducis ex filia Richardi secundi filius, Comes à Guillelmo Duce
constitutus, in illum rebellavit; multosque Normannorum, qui proni ad
proditionem erant, promissis sollicitavit. Quibus sibi consociatis, Ducatum
* Poissi. auferre Duci satagit. Unde coactus juvenis Dux Pexieum * convolvit,
ibique pronus ad pedes Henrici Regis corruit, et ab eo contra maleficos
Proceres et cognatos auxilium petivit. At ille, ut erat clemens, desolato
adolescenti compatiens, robur exercitûs Francorum excivit, et in Neu-
striam Duci auxiliaturus perrexit.

An. 1043. Anno ab Incarnatione Domini MXXXIX Conradus Imperator obiit, B
et Henricus filius ejus XVII annis regnavit. Anno IV imperii ejus magna
hominum mortalitas facta est.

An. 1049. Anno ab Incarn. Dom. MXLVII apud Valesdunas acriter pugnatum est.
Sed Guido violentiam Henrici Regis et Willelmi Ducis ferre non valens
victus est, atque de bello cum suis non sine magno dedecore et detrimento
fugere compulsus est. His temporibus Bruno Tullensis Episcopus legatione
Lotharingorum fungens, Romam abiit. . . Bruno autem ad Papam Dama-
sum perveniens, honorificè ab eo susceptus est, et in Senatu Romano Car-
dinalis (a) Episcopus ordinatus est. Erat enim pulcher et generosus, sa-
piens et facundus, et multis ornatus virtutibus. Eodem anno Damasus Papa
defunctus est; et Bruno in Leonem Papam electus est. . . Ipse igitur anno
ML Remis utile Concilium tenuit, et de castitate justitiæque Ministrorum C
Dei tractavit, et salubria decreta, quæ jam Antistites et Presbyteri nescie-
bant, renovavit. Tunc Ecclesiam S. Remigii Remorum Archiepiscopi Kal.
Octobris, Herimanno Abbate procurante, dedicavit, et corpus ejusdem
Præsulis transtulit: cujus solemnitas singulis annis primo die Octobris in
Francia celeberrimè fit.

An. 1051. Sequenti anno Uticense Cœnobium S. Ebrulfi à Guillelmo Geroii filio et
nepotibus suis, Hugone (b) de Grentemaisnilio et Rodberto fratre ejus,
restauratum est: et venerabilis Theodericus primus Abbas effectus est.

An. 1054. His temporibus gravis simultas et belli seminarium inter Regem Franco-
rum et Ducem Normannorum ortum est. Guillelmus enim de Archis, pa-
truus Ducis, contra eum rebellavit; consilioque Malgerii fratris sui Roto-
magensium Archiepiscopi, Henricum Regem ad sui auxilium invitavit. D
Animosus autem Dux protinùs Archas obsedit; Engelrannum Comitem Pon-
tivi, contra eum in oppidum intrare volentem, præveniens occidit; et
munitione obtenta, Guillelmum exhæredavit, et Malgerium incentorem
dissensionum exordinari fecit. Unde Rex Galliæ nimis indignatus infremuit,
annoque Domini MLIV in Ebroicensem pagum cum magno exercitu in-
troivit, et Odonem fratrem suum cum multis militum turmis per Belva-
censem pagum trans Sequanam destinavit. Porrò Dux cum valida manu Regi
è latere comitabatur, et Caletorum catervam sub manu Roberti Aucensis
Comitis et Rogerii de Mortuo-mari contra Odonem præmiserat. Protinus
illi Gallis occurrentes, apud Mortuum-mare bellum commiserunt; et magna
cæde utrinque peracta, Franci fugerunt; et Guidone Pontivi Comite qui
mortem fratris sui venerat ulcisci capto, gaudentes Normanni suam victoriam E
Duci notificaverunt. Audiens autem Rex suos terga dedisse Normannis,
erubuit, subitòque mœstus ad sua remeavit. Deinde post aliquod tempus
legitimi pacis procuratores inter discordes dominos discurrerunt; et reddito
Guidone cum aliis qui capti fuerant, præfati Principes foedera pepigerunt,
subjectæque plebes admodùm gavisæ sunt.

An. 1054. Anno ab Incarn. Dom. MLX Henricus Francorum Rex mortuus est; et
pag. 373. Philippus filius ejus XLVII annis post eum sceptro Galliæ potitus est. Anno

(a) Illa legatio, cujus nulla mentio in Vita Leonis IX à Wiberto ejus Archidiacono scripta, inquit Pagius Crit. in Annal. Baronii ad annum 1048, num. 2, valdè dubia; et Cardinalatus ille prorsùs commentitius: hoc enim seculo

Episcopi nunquam Cardinales vocabantur, hique Episcopatu satis se cohonestatos existimabant.

(b) Apud Chesnium, de Grentemontisnilio; suprâ verò, de Grentemasnilio.

A regni ejus VI Eduardus Edelredi filius, Rex Anglorum, è vita migravit: post quem Heraldus Goduini filius, Angliæ diadema invasit. Sequenti anno Cometes apparuit. Guillelmus autem Dux Normannorum in autumnno mare transivit, commissoque prælio II Idus Octobris, Heraldum occidit, regnum obtinuit; et in die Natalis Domini regale sceptrum sumpsit, annisque XX et VIII mensibus tenuit. Sancta Ecclesia ejus temporibus crevit et magnificata est.

An. 1066.

Anno ab Incarn. Dom. MLXXXVII Guillelmus Rex obiit, et Guillelmus Rufus (a) filius ejus XII annis et X mensibus regnavit.

EX LIBRO TERTIO.

ROBERTUS DUX Norm. Cerasiacensem Abbatiam instaurare (b) cœpit. Timore verò Dei compunctus, terrenum honorem reliquit, et spontanea peregrinatione arrepta, sepulchrum Domini quod est in Hierusalem, adiit: et inde rediens, apud Nicenam urbem Bithyniæ, anno ab Incarnatione Domini MXXXV obiit. Porrò Willermus filius ejus, qui tunc octo annorum erat, Ducatum Normannorum suscepit; et multorum insidiis æmulorum impetitus, LIII annis strenuè tenuit. Ipse parentum suorum studia sequi erga Dei cultum satagit, Deoque favente divitiis et potestate omnem patrum suorum gloriam transcendit. Apud Cadomum duo Cœnobìa construxit, unum Monachorum in honore S. Stephani Protomartyris, et aliud Sanctimonialium in honore S. Trinitatis. Barones Normanniæ, Principum suorum tantum fervorem erga sanctam religionem videntes, imitari affectarunt; et ad simile opus se suosque amicos pro salute animarum suarum excitarunt... Igitur Rogerius de Toënio Cœnobium Castellionis * construxit, ubi Gilbertus Abbas vir magnæ honestatis et sapientiæ laudabiliter floruit. Goscelinus de Archis extra muros Rotomagi in monte S. Trinitatis (c) Cœnobium (quod vulgò S. Catharinæ dicitur) fundavit; cui venerandus Abbas Isembertus sapientia et religione pollens præfuit. Willermus Aucensis Comes, instinctu religiosæ conjugis suæ Lescelinæ, Abbatiam S. Mariæ super rivulum Divæ construxit; ejus regimen Ainardus Teutonicus, vir sanctitate et litterarum scientia præditus, diu tenuit.

Pag. 459.

An. 1035.

Tempore Rodberti primi Ducis Gislebertus Comes Brionnæ in pagum Vimmacensem cum tribus armatorum milibus expeditionem fecit; sed ei juxta desiderium suum prosperè non successit*. Nam Ingelrannus Pontivi Comes cum valida manu ei obvius fuit; commissoque certamine, victum cum suis in fugam coëgit; et ex fugientibus multos cepit, vel occidit, vel vulneribus debilitavit. Tunc ibi quidam miles nomine Herluinus periculum metuens, totoque nisu pro salute sua fugiens, Deo devovit quòd si de imminente periculo sospes evaderet, nulli ulterius nisi soli Deo militaret. Dei nutu discrimen honorificè evasit, votique sui memor seculum reliquit (d); et in patrimonio suo in loco qui Beccus dicitur, Cœnobium sanctæ Dei genitrici Mariæ condidit. Pastores autem sanctæ Dei Ecclesiæ præfatum virum pro nobilitate et religione elegerunt, novoque Monasterio quod inchoaverat præfecerunt. Cujus regiminis tempore Lanfrancus et Anselmus aliique profundi Soplhiæ illuc (e) ad scholam Christi perrexerunt; ibique Willermus Geroii filius, et Hugo Comes Mellenti aliique præclari milites militiam Christi assumpserunt.

Pag. 460.

* Al. de Conchis

* Ms. contigit

* Ms. construxit

(a) Richardo successit Robertus frater ejus: Roberto Guillelmus Nothus filius ejus: hic Angliam conquistavit. Willelmo successit Willelmus filius ejus; cui Willelmo successit Henricus frater ejus. Ex Ms. Codice 1627 Reginæ Succinæ de Ducibus et gente Normannorum.

(b) Apud Willelmum Gemet. cap. 22 libr. 7. pag. 279: Robertus antequam Hierusalem pergeret, Monasterium S. Vigoris Ceratii ædificare cœpit. Eodem etiam tempore venerabilis Abbas Herluinus Monasterium Beccense in honorem S. Mariæ cœpit

ædificare; scilicet anno 1034.

(c) Ansulis inclusa non leguntur in Ms. Cod. Reg. 5506. 2.

(d) Anno ab Incarn. Dom. MXXXIV, Henrici Regis Francorum anno IV, Roberto filio Richardi II et fratre Richardi III habenas Normanniæ gubernante. Ex Chronico Beccensi.

(e) In Ms. Cod. Reg. ad scholam Christi convenerunt.

(f) Ibid. Willelmus ferè semper scribitur.

Liræ, et aliud Cormeliis ubi ipse humatus quiescit. Alii etiam Normannorum A
 Proceres quàm plurimi prout poterant, Monachorum seu Monacharum domus
 in diversis locis construebant. Horum exemplis Hugo de Grentemaisnilio et
 Rodbertus... cùm apud Nuceretum villam suam prope Grentemaisnilium
 ædificare Cœnobium statuissent, jamjamque operi insisterent; ad aures Wil-
 lermi filii Geroii avunculi sui pervenit, quòd nepotes sui Hugo et Rotber-
 tus ædificare Cœnobium cœpissent. Hic nimirùm in seculo miles fuerat
 magnæ sublimitatis, hostibus terribilis et amicis fidelis. Filios (a) et nepotes
 fratresque multos in armis potentes habuit, hostibusque vicinis seu longè
 positis valdè feroces. Hunc Willermus cognomento Talavacius Willelmi
 Belesmensis filius ad nuptias suas invitavit, eumque nil mali suspicantem
 sine reatu oculis privavit, amputatisque genitalibus auriumque summitatibus
 crudeliter deturpavit. Unde pro tanto facinore perosus cunctis factus est; B
 et post aliquod temporis à filio etiam suo nomine Arnulfo de toto honore
 suo ejectus est. Geroianus Willermus... bis in Hierusalem sepulchrum
 Domini expetiit: semel dum incolumis erat et prosperitate præditus, ite-
 rumque post infortunium quod ei evenisse retulimus. Post reditum secundæ
 peregrinationis seculum reliquit, et Beccum expetens, Monachilem (b) ha-
 bitum ibidem assumpsit; et Uticensem Ecclesiam S. Petri eidem loco devo-
 tè tradidit. Itaque Herluinus Abbas Lanfrancum cum tribus Monachis
 Uticum direxit... Tunc locus ipse desertus erat... Post aliquod temporis
 Willelmus, ubi vota nepotum suorum de construenda, ut prædiximus,
 Abbatia comperit, accessit ad eos et dixit... « Aptiorem locum intimabo
 » vobis: est locus in pago Uticensi... Cœnobium ergo S. Ebrulfi ibi instau-
 » rate... » Uticensis locus placuit ambobus fratribus. Sed quia idem locus C
 Cœnobio Beccensi jam delegatus fuerat... Abbati Herluino et Monachis
 Becci in mutua vicissitudine villam quæ dicitur Rosseria dederunt; sicque
 præfatum locum liberum reddiderunt.

Pag. 461.

* III

Anno ab Incarnatione Domini ML, Indictione IV *, Willelmus et
 Rotbertus filii Geroii, et Hugo ac Robertus filii Rotberti de Grentemais-
 nilio, Willelmum Ducem Normannorum adierunt. . . locum [Utic.] ita
 liberum tradiderunt ejus tutelæ, ut nec sibi nec aliis quibuslibet aliquam (c)
 adsuetudinem seu reditum præter beneficia orationum, aliquando à Mona-
 chis liceret vel hominibus eorum exigere. Dux autem. . . testamentum con-
 firmavit, et Malgerio Rotomagensi Archiepiscopo suffraganeisque Episco-
 pis, subscriptionibus suis corroborandum tradidit. Deinde Hugo et Robertus
 à Duce acceptâ licentiâ eligendi Abbatem, Gemneticum expetierunt, et à D
 domno Rotberto ejusdem Ecclesiæ Abbate Theodericum Monachum
 ad Abbatia suæ regimen requisierunt. Abbas. . . illis concessit. Illi autem
 gaudentes eum Duci præsentaverunt. At ille. . . dato baculo pastorali sicut
 moris est, Ecclesiæ Uticensi eum præfecit. Deinde Luxoviensis Episcopus
 Hugo cum Osberno Archidiacono aliisque Clericis suis Uticum perrexit, et
 venerabilem Theodericum Cœnobitam secum duxit, eumque ibi III Nonas
 Octobr. die Dominico venerabiliter consecravit. . . Abbatia prælatus est
 anno ab Incarn. Dom. ML, Indict. IV, qui erat annus XIX Henrici Regis
 Francorum, et XV Ducatûs Willermi Ducis Normannorum. . .

Pag. 462.

Rogerus de Monte-Gomeri, Oximensis Vicecomes. . . ascivit (d) Gisle-
 bertum Castellionis Abbatem cum Monachis suis, qui monachilem apud
 Nuceretum ordinem tenere inchoaverant... eisque ad ædificandam Abba- E
 tiam Troarnum tradidit; et inde XII Canonicos quos Rogerus pater suus
 ibidem constituerat, ejecit. . .

Pag. 463.

Hic [Geroius Ernaldi Grossi de Corte Sedaldi, Abonii Britonis filii,
 filius] ex magna nobilitate Francorum et Britonum processit; miraque pro-
 bitate et audacia temporibus Hugonis Magni et Roberti Regum Francorum

(a) Ibid. filios et fratres multosque nepotes.

(b) Quidam nobilis vir, nomine Willelmus, ve-
 niens ad Monachatum, dedit eidem Monasterio Bec-
 censi prædium ubi quondam fuerat Monasterium S.
 Ebrulfi apud Uticum; ad quem locum habitandum et
 procurandum Herluinus misit Lanfrancum cum tri-
 bus Monachis Beccensibus. Postea idem Willelmus et
 nepotes sui Robertus et Hugo de Grentemaisnilio restau-raverunt prædictum Monasterium S. Ebrulfi, et de-
 derunt Ecclesiæ Becci villam Russerie pro commuta-
 tione prædicti loci S. Ebrulfi apud Uticum. Ex eodem
 Chronico.

(c) In Ms. Cod. Reg. consuetudinem.

(d) Gisleberto successerunt Abbates in Ec-
 clesiâ S. Martini Gerbertus, Durandus et Ar-
 nulfus.

- A** nobiliter vixit. Hildiardi verò sorori ejus tres filii et undecim filiae fuerunt, quae honorabilibus viris nuptae multos filios pepererunt, qui succedenti tempore in Gallia et Anglia atque Apulia hostibus in armis magno terrori fuerunt. Geroius inter reliqua fortia opera quae fecit, cum Willelmo Belesmensi contra Herbertum Cenomanensium Comitem pugnavit. Victo autem Willelmo et fugiente cum suis Geroius stetit, bellumque, donec Herbertum cum omnibus suis in fugam cogeret, viriliter sustinuit; victorianque nactus, usque hodie ab his qui norunt, laudari promeruit. Huic quidam Normannorum potens miles nomine Helgo unicam filiam suam in matrimonium obtulit, et Monasteriolum ac Escalfoium totamque terram suam his duobus oppidis subjacentem donavit. Ille verò, Helgone paulò post defuncto, totum honorem ejus possedit: et virgo quae firmata ei fuerat, immaturâ morte præventa ante nuptias obiit. Deinde Willelmus Belesmensis Geroium Rotomagum ad Richardum Ducem Normanniæ adduxit: quem liberalis Dux agnita virtute ejus honoravit, eique totam terram Helgonis hæreditario jure concessit. Geroius autem inde rediens Gislam Turstini de Basteburgo filiam in conjugio accepit; ex qua septem filios et quatuor (*a*) filias genuit, quorum nomina hæc sunt: Ernaldus, Willelmus, Fulcoius, Radulfus Mala-corona, Rodbertus, Hugo et Geroius; Heremburgis, Haduisa, Emma, Adalais. . . Sex Basilicas de propriis facultatibus ædificavit. Nam apud Vernucias construxit duas Ecclesias, unam S. Mariæ, aliamque S. Paulo Doctori gentium: in villa quae Glos dicitur in pago Lexoviensi tertiam condidit S. Petro Apostolorum Principi: apud Escalfoium quartam Andreae Apostolo: apud Monasteriolum quintam fabricavit S. Georgio Martyri: apud Altam-ripam sextam instauravit S. Martino Confessori. . .

Defuncto autem Geroio, filii ejus in puerili ætate constituti erant; soliquo duo Ernaldus et Willelmus milites erant. Gislebertus ergo Comes Briionniæ in sua confidens virtute terminosque suos cupiens dilatare, super pupillos cum valida manu audacter irruit, eisque Monasteriolum (*b*) auferre bellica vi voluit. Illi autem aggregatâ cognatorum et satellitum catervâ, in aperto campo fortiter eidem restiterunt, eumque multa strage peracta victum in fugam coegerunt; seseque ulciscentes, burgum qui Sappus dicitur, non multò post ei violenter abstulerunt. Sed Robertus Dux eos reconciliavit; orphanisque compatiens et probitati eorum congratulans, ut firma pax fieret, Sappum eis à Gisleberto Comite consilio suo impetravit. Porrò **D** idem Comes, quia post aliquot annos prædictis septem Geroii filiis molestus fuit, eisque Sappum quem illis consilio Rodberti Ducis concesserat, reaufferre voluit; quamvis multa hominum stipatus multitudine fuerit, eorum audaciâ et viribus mortem suscepit. Omnes enim isti fratres, fuerunt strenui et dapsiles, in militia callidi et agiles, hostibus terribiles, sociisque blandi et affabiles. Diversis eventibus creverunt; nihilominus deciderunt. . .

Ernaldus qui primogenitus erat, vir fortis et probus, quadam die dum apud Monasteriolum (*c*) jocaretur, et cum quodam forti juvene luctaretur, fortè super quoddam acutum scannum lapsus est, confractisque tribus costis post tres dies defunctus est. Willelmus in ordine nativitatis secundus diu vixit, omnique vita sua cunctis fratribus suis imperavit. Erat enim multum facundus et jocosus, largus et animosus, subjectis amandus et **E** obstantibus formidandus. . . Hiltruden filiam Fulberti de Beina, qui tempore Richardi Ducis castrum Aquilæ construxerat, uxorem duxit: ex qua Ernaldum de Escalfoio genuit. Deinde Emmam Walchelini de Taneto filiam

Pag. 464.

(*a*) *Wascelinus de Ponte-Erchenfredi et Rogerius de Merula* generi dicuntur Geroii infra pag. 464, ubi fit mentio Baldrici de Balgenzaio ac Rogerii Lexoviensis Episcopi; et ubi Geroio patri, postquam Helgonis fiscum obtinuit, inquirenti ab incolis illius patriæ de quo Episcopatu essent, dixerunt se nullius Episcopatus esse.

(*b*) In Ms. Cod. Reg. *Monasteriolum*.

(*c*) Monasteriolum, quod nomen à parvo Monasterio aliquo vel Cœnobio vetere videtur datum, vulgò *Montreul*, proximum est Es-

calfoio, *Eschaufou*, ut suprâ innuitur sat clarè; et ut notat pag. 43 Not. Gall. Valesius, qui ibid. pag. 342 de eodem loco addit: « Orde-ricus Vit. in lib. XII Hist. *Monasteriolum* et » *Exealfurnum* vel *Escalfoium*, ut vicina loca in » Neustria conjunctim appellat; quorum alterum est ad Carentonam flumen, vulgò *Mons-treuil-l'Argille*, seu *Monasteriolum* in Argilla » cognominatum; alterum tribus à Monasterio riolo leugis distat, vocaturque *Eschauffour* ».

in conjugium accepit; quæ Willelmum, qui post in Apulia Bonus Norman- A
 nus cognominatus est, peperit. Sæpè memoratus vir à Ducibus Normannorum
 Richardo et Rodberto diligebatur: pro fide, quam dominis suis Roberto
 Belesmensi et Talavacio et Goisfredo aliisque vel heris vel amieis servabat,
 plurima detrimenta et pericula patiebatur. Nam ipse spontè destruxit castrum
 Montis-acuti quod erat suum, pro redemptione domini sui Goisfredi de
 Meduana, quem Willelmus Talavacius ceperat, nec exire de carcere per-
 mittebat, nisi prædictum dejiceretur castrum, quod valdè metuebat. Post-
 quam autem Goisfredus de vinculis Talavacii evasis, Geroiano Baroni
 pro magna fide quam in eo repererat, castrum S. Serenici super Sartam (a)
 ei erexit... Fulcoius qui tertius erat, medietatem Monasterioli habuit;
 duosque filios Geroium et Fulcoium ex concubina procreavit. Ipse post
 mortem Rodberti Ducis cum compatre suo Gisleberto Comite quem con- B
 ducebat, occisus est. Robertus castrum S. Serenici cum circumjacente
 provincia diu tenuit; eique Willelmus Dux Adelaidem consobrinam suam
 in conjugium dedit, ex qua filium nomine Rodbertum, qui nunc Henrico
 Regi Anglorum militat, procreavit. Verùm post multas mirandasque pro-
 bitates quas gessit, magnis simultatibus ortis inter Normannos et Andega-
 venses, castrum S. Serenici contra Willelmum Ducem tenuit; ibique anno
 Ducatus ejusdem Ducis XXV obsessus est; pomoque venenato, quod con-
 jugi suæ vi rapuerat, comesto, post quinque dies mortuus est. Radulfus
 autem quintus frater Clericus cognominatus est, quia peritiâ literarum alia-
 rumque artium apprimè imbutus est. Hic et Mala-corona vocabatur,
 eò quòd in juventute sua militaribus exercitiis et levitatibus detinebatur.
 Artis Medicinæ peritissimus fuit, multarumque rerum profunda secreta, C
 unde senes liberis et nepotibus suis adhuc pro admiratione loquuntur,
 agnovit. Denique ad Majusmonasterium confugit, ibique sub Alberto Ab-
 bate Monachus factus... Hugo sextus frater juventute florens, fortuna in-
 vidente raptus est; dum de castro S. Scholasticæ rediret... Geroius junior
 omnibus... in amentiam versus interiit...

An. 1060.

Pag. 465.

Primogenita quoque filiarum Heremburgis data est Wascelino de Ponte-
 Erchenfredi; ex qua Willelmus et Radulfus orti sunt, qui postmodum in
 Apulia et Sicilia Rotbertum Wiscardum Calabriae Ducem multum juverunt.
 Deinde Haduisa sociata est Rodberto de Grentemaisnilio; quæ peperit ei
 Hugonem, Robertum et Ernaldum, et totidem filias. Quo defuncto, con-
 juncta est Willelmo Roberti Archiepiscopi filio; et peperit ei Judith, quæ
 postmodum Rogerii Comitis Siciliae conjunx fuit. Tertia Geroii filia fuit D
 Emma, quæ data est Rogerio de Merula: ex qua Radulfus, et Willielmus
 Rodulfi et Rogerii vicinorum nostrorum pater, orti sunt. Quarta Adalais
 sociata est Salomoni de Sabloilo; eique peperit Rainaldum, cujus proles
 nomine Lisiardus nunc Henrico Regi Anglorum grande præstat in Ande-
 gavenses auxilium...

Pag. 467.

Anno Dom. Incarnationis ML, Indict. IV... Rodbertus de Grente-
 maisnilio sub regimine Theoderici Abbatis apud Uticum monachile scema
 subiit. Hic nimirum, ut suprâ tetigimus, Rodberti de Grentemaisnilio stre-
 nuissimi Baronis filius fuit ex Haduisa Geroii filia procreatus... Willelmi
 Ducis Armiger V annis exstitit. Deinde ab eodem Duce decenter est armis
 adornatus, et miles effectus... Rodbertus pater ejus cum Rogerio de
 Toënio contra Rogerium de Bellomonte dimicavit; in quo conflictu Ro- E
 gerius cum filiis suis Elberto et Elinancio peremptus est, et Rodbertus in
 intestinis lethale vulnus suscepit. Inde revectus tribus septimanis supervixit...
 Deinde XIV Kal. Julii defunctus est, et secus Ecclesiam S. Mariæ apud
 Nuceretum sepultus est. Inde Rodbertus filius ejus permotus est... Haduisæ
 matri suæ datis LX libris Rodomensium, subripuit mariagium suum... et
 Uticensi tradidit Ecclesiæ...

Pag. 468.

(a) Sarta, *la Sarte*, fluvius in Pertici saltus
 vico Summâ-Sarte (*Somme-Sarte*) ortus, alluit
 Alentionem, Fraxinetum (*Fresnay*), Ceno-
 manos ubi Idonçâ augetur, Seusam (*la Suse*),
 Sablolum (*Sablé*), Castellum - novum, tum

recepto Liderico, in Meduanam decurrit. Hinc
 Theodulfus Aurelian. Episc. in Epist.

Perticus hunc gignit, et Meduana bibit.

- A In diebus Willelmi Ducis Normanniæ Ivo filius Willelmi Belesmensis (a) Pag. 469.
Sagiensem Episcopatum regebat, et hæreditario jure ex paterna successione, fratribus suis Warino, Roberto atque Willemo deficientibus, Belesmense oppidum possidebat. Hic erat literarum peritus, et corpore decorus, sagax et facundus, facetus multùmque jocosus... Præfati Præsulis neptem nomine Mabilia Rogerius de Monte-Gomerici Oximensium Vicecomes in conjugium habebat; per quam magnam partem possessionis Willelmi Belesmensis obtinuerat. Qui prædicti Pontificis instinctu et consilio Ecclesiam S. Martini apud Sagiū Theoderico Abbati S. Ebrulfi tradidit; eumque ut ibidem Cœnobium monachile construeret, cum conjugē suā summopere rogavit... Præfata verò Mabilia multùm erat potens et secularis, callida et loquax, nimiùmque crudelis. Valdè tamen virum Dei Theodericum diligebat... ipsi et Rogerio aliisque Monachis apud Sagiū commorantibus, Rodbertum de Belesmia primogenitum filium suum (cujus crudelitas in diebus nostris super miseram plebem nimiùm efferbuit) ad abluendum sacro baptismatis fonte obtulit...
- Osmundus cognomento Drengotus Willelmum Repostellum, qui sese de stupro filiæ ejus in audientia Optimatum Normanniæ arroganter jactaverat, inter manus Rodberti Ducis in silva ubi venabatur, occidit: pro quo reatu à facie ejus priùs in Britanniam, deinde in Angliam, postremò Beneventum cum filiis et nepotibus aufugit. Hic primus Normannorum sedem in Apulia sibi delegit; et à Principe Beneventanorum oppidum ad manendum sibi suisque hæredibus accepit. Deinde Drogo quidam Normannus miles cum centum militibus in Hierusalem peregrè perrexit: quem
- C inde revertentem cum sociis suis Waimalchus Dux apud Psalernum aliquantis diebus causâ humanitatis ad refocillandum retinuit. Tunc viginti millia Sarracenorum (b) Italico littori applicuerunt, et à civibus Psalernitanis tributum cum summis comminationibus exigere cœperunt. Duce autem cum satellitibus suis vectigal à civibus colligente, de classe egressi sunt; et in herbosa planicie quæ inter urbem et mare sita est, ad prandium cum ingenti securitate et gaudio resederunt. Cùmque Normanni hoc comperissent, Ducemque pro leniendis barbaris pecuniam colligere vidissent; Apulos amicabiliter increpaverunt, quòd pecuniâ sese ut inermes viduæ redimerent, non ut viri fortes armorum virtute defenderent. Deinde arma sumpserunt, Afros securè vectigal expectantes repentè invaserunt; multisque milibus fisis, reliquos cum dedecore ad naves aufugere compulerunt.
- D Normanni itaque aureis et argenteis vasis aliisque spoliis multis et pretiosis onusti redierunt, multùmque à Duce ut ibidem honorificè remaneret rogati sunt; sed quia revisendi patriam cupidi erant, poscentibus non acquieverunt. Attamen promiserunt ei quòd aut ipsi ad eum redirent, aut de electis juvenibus Normanniæ aliquos ei citò mitterent. Postquàm verò natale solum attigerunt, multa quæ viderant et audierant, vel fecerant seu passi fuerant, compatriotis suis retulerunt. Deinde quidam eorum promissa complentes, reciproco calle Italiani repedarunt, exemploque suo levia multorum corda ad sequendum se excitarunt. Nam Turstinus cognomento Citellus, et Ragnulfus, Richardus Anchetilli de Quadrellis filius, filique Tancredi de Alta-villa, Drogo videlicet atque Umfridus, Willelmus et Hermannus; Rodbertus cognomento Wiscardus, et Rogerius et sex fratres
- E eorum; Willelmus de Monasteriolo et Ernaldus de Grentemaisnilio alique multi Normanniam reliquerunt; et Apuliam non simul, sed diversis temporibus adierunt. Illuc autem pervenientes, primò quidem Waimalchi Ducis

(a) Ivo de Belismogenuit Guillelmum de Belismo; et idem Guillelmus genuit Guillelmum Thalavatium patrem Mabilie, quam Rogerius de Monte-Gomerici, cum tota hæreditate sua quam sive in Belismensi seu Suenensi ultra fluvium Sartæ habebat, duxit in uxorem. Qui Rogerius vir dictæ Mabilie Anglicano bello interfuit; et à Willelmo Rege Anglorum Comitatus duos, scilicet Arundelli et Salopesne, dono accepit, et etiam honorem Illeice possedit. Ipse verò Rogerius de prædicta muliere Mabilia quinque filios et quatuor filias habuit; quorum nomina hæc sunt: Robertus de Belismo, et Hugo, Rogerius Pictavinus, Philippus et

Arnulfus; Emma, Mathildis, Mabilia et Sibylla. Rogerius Pictavinus Comitatum Lancastrie, Arnulfus Comitatum de Pembroch tenuerunt. Robertus verò de Belismo maximas possessiones et terras patris sui adeptus est: qui Robertus ex filia Guidonis Comitæ Pontivi genuit Guillelmum Thalunatum, qui, etc. Ex Genealogia Comitum Belismensium apud Labbeum Tom. I. Bibl. Mss. Libr. pag. 661.

(b) Priores Normannorum expeditiones fabulis intermixtæ sunt: nec mirum; Historici enim, qui incertis rumoribus decepti fuerunt, commentitias narrationes contexerunt.

aliorumque Potentium stipendiarii contra Paganos facti sunt; posteaque exortis quibusdam simultatum causis, eos quibus antea servierant impugnaverunt, et Psalernum atque Barum, Capuamque cum tota Campania et Calabria virilibus armis sibi subegerunt: in Sicilia quoque Panormum (a) urbemque Cathanensem, castrumque Johannis cum aliis urbibus et præclaris oppidis, quæ usque hodie hæredes eorum possident, obtinuerunt. Inter Normannos qui Tiberim transierant, Willermus de Monasteriolo Willermi Geroiani filius maximè floruit; et Romani exercitus princeps militiæ factus, vexillum S. Petri gestans, uberem Campaniam subjugavit...

pag. 477.

Anno ab Incarn. Dom. MLIX, Indictione XII, Uticenses Rodbertum de Grentemaisnilio sibi elegerunt Abbatem... Willelmo Duci præsentaverunt, eique Monachorum electionem atque petitionem intimaverunt. Dux autem eorum petitioni acquievit, et præfato viro per cambutam Ivonis Episcopi Sagiensis exteriorem Abbatiae potestatem tradidit. Willelmus verò Ebroicensis Episcopus interiorum animarum curam per pontificalem benedictionem XI Kal. Julii spiritualiter commendavit... Eodem tempore Rodulfus cognomento Mala-corona [Majoris-monasterii Monachus] Uticum venit, ibique cum Rodberto Abbate, suo videlicet nepote, diutius habitavit. Hic nimirum, ut paulò superius breviter meminimus, ab infantia litteris affatim studuit, et Galliae Italiaeque scrutando scholas secretarum indaginem rerum insigniter attigit. Nam in Grammatica et Dialectica, in Astronomia quoque nobiliter eruditus est et Musica: Physicæ quoque scientiam tam copiosè habuit, ut in urbe Psalernitana, ubi maximæ Medicorum scholæ ab antiquo tempore habentur, neminem in medicinali arte, præter quandam sapientem matronam, sibi parem inveniret. At quamvis tantâ literarum peritiâ polleret, non tamen otio, sed militiæ labori diu mancipatus est, et tam manu quàm consilio in bellico discrimine præclarus inter coessentes suos multoties probatus est. Multa adhuc quæ nobis mira videntur, Monstrolenses referunt, quæ de subtilibus experimentis ejus contra morbos vel alios insperatos eventus vel ipsi viderunt, vel à patribus suis quibus ipse longa comitate notissimus fuit, audierunt...

pag. 478.

Nimia inter Francos et Normannos seditio exarsit. Henricus enim Rex Francorum et Goisfredus Martellus fortissimus Andegavensium Comes, Normannorum fines cum forti manu intraverunt, et detrimenta quàm plurima Normanniæ intulerunt. Porrò Willelmus acerrimus Dux Normannorum injurias multoties non segniter ultus est: nam plerosque Gallorum et Andegavensium cepit, nonnullos occidit, multos autem in carcere diu clausos afflixit. Qui singulos conflictus et damna, quæ sibi vicissim intulerunt, diligenter voluerit perscrutari, legat Libros Willelmi Gemmeticensis Cœnobitæ cognomento Calculi, et Willelmi Pictavini Luxoviensis Ecclesiæ Archidiaconi, qui de Gestis Normannorum studiosè scripserunt, et Willelmo jam Regi Anglorum favere cupientes præsentaverunt.

Sub ea tempestate Rodbertus Geroii filius contra Willelmum Ducem rebellavit; et accersitis Andegavensibus, castra sua sanctum scilicet Serenicum et Rupem Jalgensem (b) fortiter munivit, et contra Ducem enim Normannico exercitu obsidentem aliquandiu tenuit. Sed... præfatus heros post innumeras probitates, dum ad ignem in hyeme lætus sederet, conjugemque suam Adelaidem, quæ Ducis consobrina erat, quatuor mala manu gestare videret; duo ex illis familiariter jocando ei rapuit, et nesciens * quòd venenata erant, uxore contradicente comedit: qui mox veneno infectus est, et post V dies cum multo mœrore suorum VIII Idus Februarii defunctus est. Quo mortuo, Ernaldus Willelmi Geroiani filius in loco patris * sui surrexit, oppidanos

* Ms. nescius

* Ms. patrum

(a) Columbæ Panormi suos victos nuntiarunt anno 1068. *Moris Saracenis est*, scribit Gaufridus Malaterra cap. 42 lib. 2 Historiæ Siculæ, ut columbæ frumento et melle infuso domi nutriendæ, cum aliquorsum longius digrediuntur, masculos sportulis inclusos secum ferant; ut cum aliquid novi fortuna illis administraverit quod domi scitum velint, chartulis eventus suos notantes et collo avis vel certè sub ala suspendentes, avibus dimissis per aëra, familiaræ domi sollicitæ, utrùm prosperè erga peregrinos amicos omnia agantur, notificare accelerent. *Avicula enim dulcedine grani melliti quam domi gustare sc-*

pius assueverat, illecta reditum accelerat, chartulas morem suum scientibus representat. Hujusmodi sportulas cum avibus Rogerius Comes inter reliqua spolia accipiens, avibus cum infectis sanguine chartulis dimissis, tristis fortunæ eventus Panormitanis representat.

(b) Jalgeium seu Rupem-Jalgeii aut de Jalgeio, la Roche d'Igé aut Mont-Jallu prope Novum-castellum in pago Sagonensi Clergerius in Libro de Pertico interpretatur: alii *Jause* interpretantur. Castellum autem S. Cerenici, vulgò S. Celerin, inter castella Damfrontem et Rupem-Jalgeii ponit Ordericus Vit. in Lib. VIII.

A precibus monitisque corroboravit, Ducique viriliter resistere pro paterna hæreditate imperavit. Cujus animositatem callidus Dux blandis hortatibus lenivit, pacemque secum facere cum pluribus promissis persuasit. At ille, consilio ab amicis accepto, Duci acquievit, eique fidelitatem fecit; et ab eo Monasteriolum et Escalfoium et S. Serenicum totamque patrum suorum hæreditatem recepit. Deinde Rodbertus Abbas pace facta à Duce requisivit, ut avunculi sui corpus quod apud S. Serenicum (a) tribus septimanis humatum jacuerat, Uticum transferri concederet. At ille hostilis memor odii primò denegavit, postmodùm erubescens quòd in mortuum sæviret, concessit. . .

Pag. 479.

His diebus Rogerius primogenitus Engenulfi de Aquila filius occisus est : de cuius morte Engenulfus et Richuereda uxor ejus valdè afflicti Uticum venerunt. . . Baldricus de Balgenzaio (b) magnæ nobilitatis fuit. Nam B Gislebertus Comes Brionnæ nepos Richardi Ducis Normannorum Baldrico Teutonico, qui cum Wigerio fratre suo in Normanniam venerat Richardo Duci servire, neptem suam in conjugium dedit, ex qua nati sunt sex filii et plures filiæ : Nicolaus scilicet de Baschevilla et Fulco de Alnou, Rodbertus de Curceio et Richardus de Nova-villa, Baldricus de Balgenzaio et Wigerius Apuliensis. Hi nimirum sub Duce Willelmo magna strenuitate viguerunt, multisque divitiis et honoribus ab eo ditati fuerunt, et hæredibus suis amplas possessiones in Normannia dimiserunt. Baldricus qui honorem de Balgenzaio cum Wigerio fratre suo possedit, Helizabeth sororem suam Fulconi de Bona-valle strenuo militi in conjugium dedit. . . . Eodem tempore Wido cognomento Bolleim, senioris Geroii pronepos, cum Hodierna conjuge sua in pago Corboniensi honorabiliter vigeat; et in ordine militari divitiis ampliatus rem suam honestè regebat. Huic erant plures filii, Normannus et Walterius qui militiæ laboribus deservierunt; Goisfredus quoque et Willelmus cognomento Gregorius. . .

Anno ab Incarn. Dom. MLX (c), Indict. XIII, Henricus Rex Francorum post multas probitates, quibus in regno gloriosè vigit, potionem à Johanne Medico Carnotensi, qui ex eventu Surdus cognominabatur, spe longioris et sanioris vitæ accepit. Sed quia voto suo magis quàm præcepto Archiatri obsecundavit, et aquam, dum veneno rimante interiora nimis angeretur, clam à Cubiculario sitiens poposcit, Medicoque ignorante ante purgationem bibit; proh dolor! in crastinum cum magno multorum mœrore obiit. Scepra Francorum Philippo filio suo, qui adhuc puerilibus annis detinebatur, reliquit; et Balduino Flandrensi Duci puerum cum regno D ad tutandum commendavit. Hujusmodi tutela tanto Duci bene competeat; quippè qui Hadalam Rodberti Regis Francorum filiam in conjugium habebat: ex qua Rodbertum Fresionem, et Mathildem Reginam Anglorum, et Udonem Treverensium Metropolitam, aliosque magnæ nobilitatis * viros genuerat. . .

Pag. 480.

Anno ab Incarn. Dom. MLXIII Nicolaus Papa obiit (d); cui Alexander Lucensis Episcopus successit. . . Eodem tempore inter Willelmum Normanniæ Ducem et Proceres ejus dissentio gravis exorta est. Nam cupiditate furente, unus alium supplantare conabatur, gravesque seditiones ad detrimenta miserorum diversis ex causis oriebantur. . . Tunc Rogerius de Montegomerici et Mabilia uxor ejus exortâ simultate gaudebant, et blandis adulationibus sibi Ducem alliciebant, et contra vicinos suos callidis factionibus commotum acriùs ad iram concitabant. Animosus autem Dux plus æquo iræ E fræna relaxans, præcipuos milites Rodulfum de Toënia et Hugonem de Grentemaisnilio atquè Ernaldum de Escalfoio * et Barones eorum exhæreditavit, et sine probabilibus culpis diu exulare coëgit. Tunc etiam Rodbertus Uticensium Abbas ad curiam Ducis accitus est, et ad diem statutum de quibusdam reatibus, unde falsò accusatus fuerat, respondere jussus est. Hunc nimirum Rainerius Castellionensis Monachus, quem ipse Priorem

* Ms. sublimitatis

An. 1061.

Pag. 481.

* Ms. Escalfoio

(a) Hic locus à S. Cerenico piissimo Abbate, qui ibi Monasterium extruxit, nomen habens, Prioratu, ut vocant, nunc gaudet; ac novâ S. Celerini, quàm veteri S. Cerenici appellatione multò est notior. Castrum autem est ad Sartæ fluminis ripam et ad ejus ac Sartulæ confluentes in diocesi Saiensi positum, inter Alentionem et Fraxinetum. Illud Ordericus nunc S. Cene-

nicum aut S. Cenericum, nunc castrum S. Cerenici, interdum S. Serenici castellum appellat.

(b) Paulò snprâ: *Uticensis Abbatia in feudo de Balgenzaio consistit.*

(c) In Ed. *MLIX*; sed legendum *MLX*, ut Indictio XIII demonstrat.

(d) Nicolaus II obiit die 22 Julii, anno 1061.

Uticensibus præfecerat, et ad intima consilia sua velut fidelem amicum **A** indubitanter accersierat, de quibusdam ludibriis et improvidis dictis, Ducique privatim derogantibus apud ipsum accusaverat. Ille verò ut Ducem contra se totamque suam parentelam vehementer furentem et nocere cupientem sensit, indicioque amicorum suorum malivolentiam Ducis sibi damna membrorum inferre volentis veraciter agnovit; consilio Hugonis Lexoviensis Episcopi . . . tertio regiminis (a) sui anno, VI Kal. (b) Febr. sabbato . . . Galliam expetiit; et inde Nicolao Papæ eventus suos revelaturus, adiit [Romam].

Interea Normannicus Dux per consilium venerabilis Ansfridi Pratellensium Abbatis et Lanfranci Beccensium Prioris, etc. Osbernum Cormelensium Priorem à Rainerio Abbate S. Trinitatis de monte Rothomagi requisivit; eique nil tale suspicanti per cambutam Maurilii Archiepiscopi in **B** Synodo Rothomagensi curam Uticensis Abbatiae commendavit . . . Porro Ernaldus de Escalfoio injuriam exhæreditationis suæ acriter vindicabat, et rapinis incendiisque hominumque capturis vel occisionibus Lexoviensem pagum per triennium inquietabat. Quadam nocte cum quatuor militibus Excalfoium venit, et in castrum cum suis clam ingressus, in magnam vociferationem prorupit: quam ut LX milites Ducis audierunt, magnum cum Ernaldo exercitum adesse putaverunt; territique castrum, quod custodire debebant, relinquentes aufugerunt. At ille ignem injecit, et damnum ingens hostibus suis intulit. Burgum quoque Uticensem igne combussit . . .

Pag. 482.

Rodbertus Abbas Papam Romæ (c) invenit, eique causam sui itineris intimavit . . . Ad parentes suos in Apuliam transivit . . . Cum litteris Apostolicis et duobus Cardinalibus Clericis Normanniam repetiit; et Juliam **C** bonam *, ubi tunc temporis Willermus Dux Curiam suam tenebat, audacter adiit. Audiens verò Dux quòd Rodbertus Abbas cum Legatis Papæ Abbatiam Uticensem quæsiturus advenisset, et Osbernum Ducis jussu substitutum Abbatem velut invasorem alieni juris calumniaturus esset; vehementer iratus dixit, se quidem Legatos Papæ (d) de fide et religione Christiana ut communis patris libenter suscepturum; sed si quis Monachorum de terra sua calumniam sibi contrariam inferret, ad altiore quereum vicinæ silvæ per capitium irreverenter suspensurum. Quod audiens Hugo Præsul Roberto intimavit, et ut furibundi Principis præsentiam declinaret admonuit. At ille festinanter inde discessit; et in pagum Parisiensem ad venerandum Hugonem Abbatem Cœnobii S. Dionysii Gallorum Apostoli secessit; et apud ipsum [cognatus quippè suus erat] et apud alios amicos ac parentes suos, qui **D** inter Gallorum Proceres pollebant, aliquandiu honorificè habitavit. Inde Osberno Abbati mandavit, ut coram Romanis Cardinalibus in pago Carnotensi ambo adessent . . . At ille mandatum quidem suscepit, et ad curiam Romanam se libenter iturum dixit; sed alio consilio accepto (e), ad statutum tempus et locum minimè accessit. Unde Robertus . . . ex auctoritate Papæ Osbernum invasorem excommunicavit (f) . . . ad Rodbertum Wiscardum se contulit (g) . . .

Pag. 483.

Hujus [Rodberti Wiscardi Calabriae Ducis] pater Tancredus de Alta-villa de pago Constantino exstitit; qui de duabus legitimis uxoribus, quas desponsaverat, XII filios pluresque filias habuit: quorum uni nomine Goisfredo paternæ hæreditatis agros concessit, aliosque omnes ut extra solum ea quibus indigerent, viribus et sensu sibi vindicarent admonuit. Illi autem non simul, sed diverso tempore sub specie peregrinorum peras et **E** baculos portantes, ne à Romanis caperentur, in Apuliam abierunt; omnesque variis eventibus aucti, Duces aut Comites in Apulia seu Calabria vel Sicilia effecti sunt: de quorum probis actibus et strenuis eventibus Goisfredus Monachus, cognomento Malaterra, hortatu Rogerii Comitis

(a) Theoderico Abbati successerat anno 1059, ut legitur suprâ.

(b) VI Kal. Febr. incidebat in sabbatum anno 1061; anno verò 1062 in Dominicam Septuagesimæ; denique anno 1063 in feriam II.

(c) Sic in Ms. Cod. Reg. sine *Nicolaum*, quem habet Chesniana editio. Si autem Rodbertus Nicolaum II adiit, id saltem biennio citius accidit; proindeque ad annum 1061 referendum est, ut sabbatum suprâ exigit.

(d) Hæc verba notanda sunt: ibi enim magna

cum ferocitate Willelmus Dux tuetur supremum jus suum in personas et res Ecclesiasticas Ducatus Normanniæ, haud existimans Papæ à Principe in omnibus debere obedientiam.

(e) Obstabant nempe libertates Gallicanæ, quarum hic insigne habemus exemplum.

(f) Infrâ pag. 486: *Romæ Papa, rogante Roberto Abbate qui præsens erat, Osbernum absolvit.*

(g) Pag. 484: *Dux sorores uterinæ Roberti Abbatis, Judith et Emma, apud Uticum in capella S. Ebrulfi morabantur; et sub sacro velamine mundo*

A Siciliae elegantem Libellum nuper edidit (a). Horum sublimior et potentior Rodbertus Wiscardus exstitit; qui post obitum fratrum suorum Drogonis et Unfridi principatum Apuliae diu tenuit; et Langobardis Graecisque, qui magnis in oppidis et urbibus (b) confidentes ejus antiquum pristinamque libertatem defendere nitentur, virtute bellica subactis, Ducatum Calabriae obtinuit...

Per idem tempus Goisfredus Martellus, Andegavensium fortissimus Comes, post multa in rebus seculi fortia gesta obiit: et quia liberis caruit, Goisfredo nepoti suo, Alberici Wastinensium Comitis filio, honorem suum reliquit. Quem Fulco frater ejus, cognomento Richinus, post aliquod tempus fraudulenter cepit; Principatum ejus arripuit, ipsumque in castro, quod Chinon vocatur, per triginta annos carceri mancipavit.

An. 1060.
Pag. 484.

B His temporibus Willelmus Normanniae Dux probitate et potestate valde crescebat, cunctisque vicinis suis liberalitate et magnificentia supereminerebat. Hic generosam Mathildem Balduini Ducis Flandrensium filiam, neptem scilicet ex sorore (c) Henrici Regis Francorum, conjugem accepit; ex qua dante Deo, filios et filias habuit, Rodbertum videlicet et Richardum, Willelmum et Henricum, Adelizam et Constantiam, Ceciliam et Hadalam...

Bello Normannis contra vicinos Britones et Cenomanenses insurgente, Willelmus Dux consilio seniorum statuit inter dissidentes Proceres suos pacem firmare, et exules revocare. Igitur Optimates suos Rodulfum de Toënia et Hugonem de Grentemaisnilio, quos supra diximus eum exhereditasse, et extra solum cum suis satellitibus fugasse, supplicationibus

C Simonis de Monteforti et Walleranni de Britolio Belvacensi, aliorumque potentum amicorum et vicinorum delinitus revocavit, eisque paternas hereditates restituit. Ernaldus quoque post triennem guerram trevias à Duce accepit, et in Apuliam ad amicos et parentes suos, qui magnis ibidem opibus pollebant, perrexit... (d)

Anno ab Incarn. Dom. MLXIV, post mortem Herberti, juvenis Cenomanensium Comitis, Willelmus Dux cum valida manu armatorum Sartam fluvium transiit, multosque Cœnomannorum * sese illius manus subdentes elementer suscepit; et quamdiu postea vixit (annis scilicet XXIV), subjectos jure possedit. Præfatus nimirum juvenis post obitum Herberti senioris patris (qui vulgò Evigilans-canem cognominabatur, propter gravissimas infestationes, quas à perfidis affinibus suis Andegavensibus incessanter patiebatur), consilio Bertæ matris suæ, se suumque patrimonium fortissimo

Pag. 487.

D Duci Normannorum commendaverat; et Margaritam sororem suam Rodberto ejusdem Ducis filio in conjugium dederat: cum qua hereditatem suam, Comitatum scilicet Cœnomanensem, si sine liberis obiret, concesserat. Sed quia Walterius Pontesiensium Comes, filius Drogonis Comitis, qui cum Rodberto seniore Normannorum Duce in Hierusalem ierat, et in illo itinere peregrinus obierat, Biotam Hugonis Cenomanensium Comitis filiam, quæ amita prædicti juvenis erat, in conjugium habebat; totum Comitatum Cenomanensem calumniabatur, et ex parte possidebat. Nam ipsam urbem, quæ caput est provinciae, Goisfredus de Meduana et Hubertus de S. Susanna, alique potentes in fidelitate Walterii acriter tenebant; quia Normannicum jugum (his quibus imminet gravissimum est) subire nimis E formidabant. Itaque dum magnanimus Dux frequenti expeditione rebelles impeteret, et ipse, ut bellica sors expedit, damna pateretur, et damna

* Ms. Cenom.

renunciassent credebantur... Quæ cum Rodbertum fratrem suum in Apulia seculari potentia sat vigere audissent, seseque in Normannia despicabiles et sine adjutorio perspexissent; iter in Italiam inierunt, et relicto velamine... maritis ignorantibus nupsunt. Nam Rogerius Siciliae Comes Judith in conjugium accepit, aliusque Comes Emmam.

(a) Delirat igitur Harduinus, cum in Ms. Cod. Reg. 6178. A. art. 1 tradit Malaterram fuisse falsarium, qui nonnisi post annum 1302 scripserit.

(b) In Ms. Cod. Reg. 5506. 2. in urbibus et oppidis.

(c) Adhelâ scilicet appellatâ.

(d) Pag. 485 laudantur viri aliquot eruditi; scilicet Witmundus Monachus, Grammaticæ artis et Musicæ peritissimus; Arnulfus Cantor Carnotensis, Fulberti Episcopi discipulus; Rainaldus Calvus et Rogerius de Sappo, Monachi Uticensis. Ibidem paulò supra de Osberno Abbate dicitur: *Juvenes bene legere et psallere atque scribere verbis et verberibus cogebat. Ipse propriis manibus scriptoria pueris et indoctis fabricabat; Codex autem Ms. Uticensis vel S. Audoëni Rotomag. addit: tabulasque cerâ illitas præparabat.*

Pag. 488

hostibus inferret; prædictus Comes Walterius et Biota conjunx ejus per A inimicorum machinamenta simul, ut ferunt, lethali veneno fraudulenter infecti obierunt. Quibus defunctis, securior Dux cum magno robore rebelles expetiit; Cenomannicam urbem (a), civibus ultrò sese dedentibus, cum ingenti tripudio recepit; eique dominus Ernaldus ejusdem urbis Præsul, cum Clericis et Monachis revestitis textus cruceque ferentibus, honorabiliter obviam processit.

Porrò Goisfredus de Meduana tantæ felicitati Ducis invidit; eique, in quantum potuit, adversarios excitando, aliaque mala machinando (b), nocere studuit. Unde Dux, postquàm proterviam ejus, ut per se sine multorum detrimento corrigeretur, aliquandiu toleravit, contra perseverantem in nequitia ingentem exercitum movit, Ambreras ejus oppidum cepit, et Meduanam post diutinam obsidionem combussit. His itaque duobus castellis sibi subactis, Goisfredi contumaciam fregit sibi que ipsum, qui fortissimus Cenomannorum alios tumentes secum resistere suadebat, servire coëgit. Quo superato, penè omnes illius complices, et ad rebellandum fautores, terrore curvati sunt; et Willelmum Principem, quem divina manus protegebat, timere, eique obsecundare coacti sunt. Ipse speciosam virginem Margaritam Stigando potenti viro de Mansionem Odonis ad nutriendum commendavit. Sed ipsa, priusquam nubilem annos attingeret, obiit... et Fiscanni humata quiescit.

* Ms. XL

Eodem tempore Rodbertus de Waceio filius Rodulphi filii Rodberti Archiepiscopi sine liberis mortuus est; et Willelmus Dux cognatus ejus totam hæreditatem ejus in dominio suo nactus est. Tunc ipse terram Rodberti de Witot, qui propter occisionem Gisleberti Comitis exulabat, Goisfredo Mancello fratri Vicecomitis Huberti dedit: à quo dominus Osbernus Abbas S. Ebrulfi, villam quæ Ductus-Ertu dicitur, et Trunchetum, et Maisnil Roscelini emit... Rodbertus verò de Witot post longum tempus Duci reconciliatus est... Sed non multò post bello Anglico, ubi et ipse in genu vulneratus est, peracto, lethiferam ægritudinem incurrit... Deinde quia idem miles ferè XI. * nepotes militiæ titulis feroces habuit; ipsis inter se sævientibus, vix unquam usque in præsentem diem hæreditas ejus in pace permanere potuit. Nam Mathiellus et Richardus frater ejus, ac Nigellus atque Rualodus Brito, Nigelli gener, diversis temporibus successerunt...

Pag. 489.

Ernaldus de Escalfoio Willelmi Geroiani filius, postquam de Apulia prosperè remeavit, Willelmum Ducem adiit [qui]... considerans nobilitatem viri et ingentem probitatem, recolensque suam contra Cenomannos et Britones aliosque sibi resistentes, proborum militum paucitatem, jam lenior effectus, ei reatus indulgit... Mabilia Talavacii filia lethali veneno cibum et potum infecit; eumque, dum de curia Ducis in Galliam remearet, refici jussit; sed illi per quendam amicum suum doli conscium tantum nefas innotuit... Verùm Gislebertus frater Rogerii de Monte-Gomerici... scifum accepit, super equum residens merum bibit, et veneno infectus apud Raimalastum tertia die obiit. Sic perfida mulier dum mariti sui æmulum extinguere putavit, mariti sui unicum fratrem, qui multa honestate in annis adolescentiæ et equestri probitate pollebat, occidit... Deinde pestiferas potiones hæc præparavit: ille autem [Rogerius miles cognomento Gulafra (c), qui Ernaldi Cubicularius erat] Ernaldo domino suo et Geroio de Corbe-villa atque Willelmo cognomento Goiet de Montemiraglio propinavit. Sic una tabe tres Procures apud Corbe-villam (d) simul infecti sunt. Sed Geroius atque Willelmus, qui ad proprias domus

(a) In Ms. Cod. Reg. *Cinomannicam*.(b) *Ibid. aliisque modis mala machinando.*(c) Ejusdem mentio fit pag. 483 sic: *Rodbertus filius Helgonis, et Geroius filius Fulcoii de Monstero, seu Rogerius Gulafra rapiabant res Ecclesiæ Utic.*(d) Paulò post additur: *Ibi nempè [Corbevillæ] præfectus Miles [Ernaldus] cum Geroio ejusdem oppidi domino, cujus propinquus et amicus erat, exultationis suæ tempore per triennium moratus fuerat; et inde per Corbonienses et Drocenses atque Mori-**nos aliosque quos in auxilium sui advocare potuerat, injuriam expulsionis suæ forti guerra vindicaverat. Morini hic videntur sumi pro Moritoniensibus, id est, incolis Moritonii seu Moritolii, quod est oppidum in Pertico non ignobile, quodque nostri nuncupant Mortaigne. Pagus enim Corbonensis vel Corbonia Pertici pars erat, eique attribuebatur. Corboniensibus autem nomen dedit Corbo, vulgò Courbon, qui est hodieque vicus in majore Pertico inter Moritoniam et Bellissimum.*

A delati sunt . . . Medicorum remediis convaluerent. Porrò Ernaldus , qui exulabat . . . Kal. Januarii expiravit . . .

Defuncto itaque Ernaldo , tota Geroianorum nobilitas penè corrui . . . Hic Emmam Turstini cognomento Halduc filiam uxorem duxerat ; ex qua Willelmum et Rainaldum ac Petronillam atque Gevam aliosque filios et filias habuerat . . . Mater ad Eudonem fratrem suum Normannici Ducis Dapiferum , qui in pago Constantino divitiis et potestate inter Normanniæ Proceres eminebat , secessit (a) . . . Guillelmus de Excalfoio primogenitus Ernaldi filius , ut annos adolescentiæ attigit , Curiam Philippi Regis Francorum adiit ; Regisque Armiger factus , ei servivit , donec ab eo arma militaria accepit. Deinde Apuliam , ubi parentes magnæ sublimitatis habebat , appetiit . . . Rainaldus autem minimus [oblatus à patre] . . . puer quinquen-

B nis [in Ecclesia Utic.] monachile jugum subiit . . .

Inclytus Normanniæ Marchio Willermus contra Belvacenses , qui fines suos depopulari conabantur , castrum , quod Novus-Mercatus dicitur (b) , expulso pro quadam levi offensa Goiffredo naturali hærede , ad tuendum plurimis Baronum suorum commendavit : sed vix ullus eorum propter infestantes Milliacos (c) et Gerberritos (d) aliosque confines uno anno tutari potuit. Tandem magnanimus Dux Hugoni de Grentemaisnilio , qui audaci probitate et dapsilitate præcipuus erat , consilio Rogerii de Monte-Gomerici , qui sibi nimis vicinæ fortitudini ejus invidebat , eique scandalum qualibet arte vel eventu præstruere cupiebat , prædictum oppidum cum Geroldo Dapifero commendavit , et medietatem dedit. At ille tuitionem præfatae munitionis gratanter suscepit , Deoque juvante , intra unum annum duos

Pag. 490.

C Belvacensium maximos Optimates cepit ; conterritisque reliquis hostibus , totam regionem in illo climate pacificavit . . .

Quodam tempore inter sæpenominatum Hugonem et Radulfum Comitem Medantensium , Philippi Regis Francorum vitricum , gravis seditio exorta est. Cùmque Hugo cum prædicto Consule audacter congressus est * , quia militum impar ei numerus erat , fugere compulsus est. In hac fuga Richardus de Heldrici-corte , nobilis miles de pago Wilcassino , vulneratus est. Nam dum vadum Eptæ fluminis equo velociter fugiens ingressus est , persequentis militis lanceâ super equum à tergo acerrimè percussus est. Qui mox ad Novum-Mercatum delatus est . . . Patrimonium suum , quod in pago Wilcassino possederat , S. Ebrulfo secum contulit ; et à Fulcone patruo suo atque Herberto Pincerna , qui capitalis dominus erat [Heldrici-cortis *] ,

Pag. 491.

* esset

D aliisque parentibus suis integram hujus rei concessionem obtinuit . . . Osbernus abbas hujus Richardi precibus et hortatu Franciam adiit , et Rodbertum Eloquentem , ac Herbertum de Serranz , et Fulcoium de Caldreio aliosque milites et plebeios Wilcassinienses ad sui notitiam dulci colloquio invitavit , fundumque Heldrici-cortis præfatis Proceribus annuentibus recepit . . . Postquam moderamen Uticensis Ecclesiæ quinque annis et tribus mensibus tenuit , VI Kal. Junii obiit (e) . . . Vitalis Bernaicensium Abbas sepe-

* Ms. Herdrici

Anno ab Incarn. Dom. MLXVI , Indict. IV , mense Aprili ferè XV diebus à parte circii apparuit stella quæ cometes dicitur ; quâ , ut perspicaces Astrologi qui secreta Physicæ subtiliter rimati sunt , asseverant , mutatio regni (f) designatur. Edvardus enim Rex Anglorum , Edelredi Regis ex Emma Richardi senioris Normannorum Ducis filiâ filius , paulò antè

Pag. 492.

(a) Ibid. *A Rogerio Exaquii Abbate sacrum venamen accepit.*

(b) Vulgò *Neuf-Marché* , municipium inter Gornacum et Gisortium ad flumen Ittam. Ibi paulò pòst ab Hugone positi sunt Monachi in Ecclesia S. Petri , expulsis Canonicis.

(c) Id est , incolas vici seu burgi Miliaci vel Milicii (*de Milly*) in Bellovacis.

(d) Vulgò *ceux de Gerberoy* : quod Gerboredum castellum est in finibus Bellovacorum.

(e) Pag. 483 supra : *Erat Osbernus Erfasti filius , de pago Calcegio oriundus , ab infantia litteris admodum eruditus , sermone facundus , ingenio acer ad omnia*

artificia , scilicet sculpendi , fabricandi , scribendi et multa his similia faciendi . . . Canonicus Lexoviensis sub Herberto Antistite fuerat . . . Ad novum Cœnobium quod Goscelinus de Archis in monte Rodomi S. Trinitati constitucrat , ubi tunc Isembertus Abbas vir miræ peritiæ nostris temporibus incomparabiliter pollebat , confugerat. Hunc Rainerius Abbas , Isemberti successor , ad construendum Cœnobium Cornelias misit ; ubi tunc temporis præclarus heros Willelmus Osborni filius , Dapifer Normannorum , Abbatiam S. Mariæ condere cœpit.

(f) Sic et Willelmus Gemet. Nota interim superstitionem seu ignorantiam ætatis.

obierat ; et Heraldus Goduini Comitis filius regnum Anglorum usurpaverat (a); jamque tribus mensibus ad multorum detrimentum perjurio et crudelitate aliisque nequitias pollutus tenuerat . . . Eduardus propinquo suo Willelmo Duci Norm. primò per Rodbertum Cantuariorum summum Pontificem , postea per eundem Heraldum integram Anglici regni mandaverat concessionem ; ipsumque concedentibus Anglis fecerat totius juris sui hæredem. Denique ipse Heraldus apud Rotomagum Willelmo Duci coram Optimatibus Norm. sacramentum fecerat ; et homo ejus factus , omnia quæ ab illo requisita fuerant , super sanctissimas Reliquias juraverat. Tunc etiam Dux eundem Heraldum in expeditione secum , contra Conanum Comitem Britonum duxerat ; armisque fulgentibus et equis aliisque insigniis cum commilitonibus suis spectabiliter ornaverat. Erat enim idem Anglus magnitudine et elegantia viribusque corporis animique audacia et linguæ faciundia multisque facetiis et probitatibus admirabilis . . . In patriam regressus , fidem mentitus est. Nam Regem Eduardum , qui morbo ingravescente jam morti proximus erat , circumvenit , eique transfretationis suæ et profectionis in Normanniam ac legationis seriem retulit. Deinde fraudulentis assertionibus adjecit , quòd Willelmus Normanniæ sibi filiam suam in conjugium dederit , et totius regni Anglici jus , ut potè genero suo , concesserit : quod audiens ægrotus Princeps miratus est ; tamen creditit , et concessit quod vafer tyrannus commentatus est . . . Eduardus XXIV anno regni sui Nonas Jan. Lundoniæ defunctus est . . . Heraldus ipso tumulationis die . . . furtim præripuit diadematis et purpuræ decus . . . Tosticus Goduini Comitis filius , advertens Heraldum fratris sui prævalere facinus , et regnum Angliæ variis gravari oppressionibus , ægrè tulit , contradixit et apertè repugnare decrevit. Unde Heraldus patris Consulatum , quem Tosticus quia major natu erat , longo tempore sub Eduardo Rege jam tenuerat , ei violenter abstulit , ipsumque exulare compulit. Exul igitur Tosticus Flandriam expetiit , ibique socero suo Balduino Flandrensium Satrapæ Judith uxorem suam commendavit ; deinde festinus Normanniam adiit , et Willelmum Ducem cur perjurum suum regnare sineret , fortiter redarguit ; seque fideliter , si ipse cum Normannicis viribus in Angliam transfretaret , regni decus obtenturum illi spondit. Ipsi nempe jam dudum se invicem multum amaverant , duasque sorores per quas amicitia sæpè recalescebat in conjugio habebant . . . Willelmus autem Dux Normanniæ Proceres convocavit , et de tanto talique negotio quid agendum esset palàm consuluit.

Pag. 493.

Eodem tempore Normannia præclare vigeat sapientibus Ecclesiarum Prælatibus et Optimatibus. Nam sacer Maurilius ex Monacho Metropolitanus præsidebat Episcopus cathedræ Rothomagensi , et Odo Willelmi Ducis uterinus frater , Baiocensi , Hugo frater (b) Rodberti Aucensis Comitis , Lexoviensi , et Willelmus Ebroicensi , Goisfredus Constantiniensi , et Johannes filius Radulfi Baiocarum Comitis , Abrincatensi , atque Ivo Belesmensis Willelmi filius , Sagiensi. Omnes hi pollebant et excellentiâ præclaræ generositatis et claritudine religionis multimodæque probitatis. Personæ nihilominus laici ordinis præminebant ; Richardus Comes Ebroicensis , Rodberti Archiepiscopi filius ; Rodbertus Comes , Willelmi Aucensis Satrapæ filius ; Rodbertus Comes Moritoliensis , Willelmi Ducis uterinus frater ; Rodolphus de Conchis , Rogerii Toënitis filius , Normannorum Signifer ; Willelmus Osberni filius , Ducis cognatus et Dapifer ; Willermus de Warena , et Hugo Pincerna ; Hugo de Grentemaisnilio , et Rogerius de Molbraio ; Rogerius de Bello-monte ; et Rogerius de Monte-Gomerici ; Balduinus et Richardus Gisleberti Comitis filii , et alii plures militari stemmate feroces sensuque sagaci consilioque potentes . . . Omnes hi ad commune decretum jussu Ducis acciti sunt , et audita re tam grandi , ut potè diversi , diversa senserunt. Animosiores cupido Duci favere volentes , ad

(a) Infrà legitur : *Audientes Angli temerariam invasionem , quam fecerat Heraldus , irati sunt ; et potentiorum nonnulli fortiter obsistere parati , à subjectione ejus omninò abstinerunt : alii verò [inviti] colla jugo ejus submiserunt . . . Regnum horrendis sceleribus maculavit [Heraldus].*

(b) Suprà pag. 478 : *Hugo Willelmi Aucensis Comitis filius præerat Luxoviensibus , et Willelmus Gerardi Fleitelli filius Ebroicensibus , et Ivo Willelmi Belesmensis filius Sagiensibus. Hi tres generosi Præsules in Normannia tunc maxime pollebant.*

A certamen ire socios incitabant; tantumque negotium sine mora incipere laudabant: alii verò laboriosum opus inire dissuadebant, niniùmque ausis et in necem præcipitibus multa importuna et discrimine plena prætendebant; pericula maris et difficultatem classis opponerant, Normannorumque paucitatem non posse vincere Anglorum multitudinem asserebant. Tandem Gislebertum Lexoviensem Archidiaconum Romam misit, et de his quæ acciderant, ab Alexandro. Papa consilium requisivit Papa verò... legitimo Duci favit, audacter arma sumere contra perjurum præcepit; et vexillum S. Petri Apostoli, cujus meritis ab omni periculo defenderetur, transmisit.

Intercè Tosticus in Angliam remeandi licentiam à Duce accepit... Normannorum Marchio parabat suam profectionem, nescius infortunii quod præoccupaverat suum præcursorem [Tosticum], et extra statutum cursum longè propulerat ad septentrionem. In Neustria multæ naves cum utensilibus suis diligenter paratæ sunt; quibus fabricandis Clerici et laici, studiis et sumptibus adhibitis, pariter intenderunt. Exactione principali de Normannia numerosi bellatores acciti sunt. Rumoribus quoque viri pugnaces de vicinis regionibus exciti convenerunt, et bellicis instrumentis ad præliandum sese præparaverunt. Galli namque et Britones, Pictavini et Burgundiones, aliique populi Cisalpini ad bellum transmarinum convolarunt, et Anglicæ prædæ inhiantes variis eventibus et periculis terræ marique sese obtulerunt. Dum hæc patrarentur, Osbernus Abbas Uticensis obiit... Dux Mainerium (a) Priorem elegit, eique per pastorem baculum exteriorum curam tradidit... Eodem die Dux domnum Lanfrancum Beccensium Priorem coram se adesse imperavit, eique Abbatiam S. Stephani apud Cado-num commendavit... Hugo Episcopus Mainerium (b) XVII Kal. Augusti benedixit... Hic cœpit novam Basilicam...

Pag. 494.

Miles [Herbertus Pincerna, cognatus Herberti fratris videlicet Richardi (c) vulnerati] in toto Vilcassino multum vigeat; opibusque et filiis validisque parentibus et affinibus ampliatus, penè omnibus vicinis suis eminebat. Uxor ei erat nomine Rollandis filia Odonis de Calvimonte, quæ peperit ei Godefridum et Petrum, Johannemque et Walonem, et filias plures ex quibus orta est copia magna nepotum. Omnes isti, pater scilicet et prædicti fratres, milites fuerunt magnæ probitatis... Eodem tempore Fulcoius Radulphi de Caldreio filius concessit Ecclesiam S. Martini de Parnis (d)... Parnenses exultabant, eò quòd Monachis [Utic.] subderentur; sperantes ut eorum patrocinio contra collinitaneos Normannos tutarentur, quorum vexationibus frequenter vexabantur... Fundamentum novi operis [novæ Basilicæ, ubi corpus S. Judoci jam diu reverenter servatum est] inceptum est... Præfatus enim miles erat fortis et magnanimus, et ad omnia quæ cupiebat fervidus; ad iram velox et in militaribus exercitiis ferox; promptus erat aliena procaciter rapere, et sua imprudenter distrahere, ut mereretur frivolum dapsilitatis laudem habere. Hic habuit conjugem nomine Itam filiam Heremari de Pontesia, quæ peperit ei Walterium et Mainerium, Hugonem et Gervasium, Hermarum et Fulcoium, et filiam nomine Luxoviam... Omnia quæ Fulcoius dederat Monachis, concessit Rodbertus Eloquens de Calvimonte qui capitalis dominus erat. Non multò post idem, dum prædam de terra S. Audoëni violenter educeret, de equo armatus cecidit; galeaque humo fixâ colloque fracto, miserabiliter obiit... Filii ejus Otmundus de Calvimonte, et Wazso de Pexeio et Rodbertus Belvaeensis...

Pag. 495.

Pag. 496.

Classis Normannorum, quæ spatio unius mensis in ostio Divæ vicinisque

Pag. 500.

(a) Apud Bonam-villam consilio Procerum habito. Errat, Valesio iudice, Turnebus dum Villæ-bonæ nomine non alium locum designare vult quàm Illebonam, quibusdam et Insulam-bonam mendosè dictam.

(b) Pag. 477 supra: Mainerius Gungselini de Escalfoio filius, regimen Cænobii annis XXI et mensibus VII tenuit.

(c) Proximè supra legitur: Helderici-cortem (Heudricourt) Ricardus vulneratus S. Ebrulfo

dederat... Vicus qui nunc ibidem consistit, Capella S. Nicolai usque hodie nuncupatur ab incolis.

(d) Parnes. Is locus, in quo sapius Ecclesiam elegantis formæ et structuræ admirati sumus, rivulo Gudron alluitur. Parnis autem ab oriente imminet Mons-Jovis seu Mons-Jocundiacus (le Montjavoult), ubi Nicolaus Romanus Haudiquier, dilectissimus frater noster, et bonarum artium amicus, Pastorem eximie agit.

portubus nothum præstolata est, zephyri flatu (*a*) in stationem S. Galerici ^A delata est... Quinquaginta milia militum cum copia peditum per horrendum pelagus ad expugnandam in propriâ sede incognitam gentem ire certabant... Corpus S. Galerici * pro secundo flatu extra Basilicam detulerunt. Denique dum prosper ventus, multorum votis optatus, Deo volente subito spiravit, protinus ardens vehementia Ducis omnes ad puppes convocavit, et navigium viriliter inire imperavit. Normannicus itaque exercitus III Kal. Octobr. mare transfretavit, nocte S. Michaëlis... et nemine resistente littus maris gaudens arripuit...

Walerici
Pag. 501.

Bellum pridie Idus Octobr. horâ tertiâ commissum est, totaque die ad multorum milium perniciem ex utraque parte acerrimè pugnatum est... Copiæ Anglorum ad locum qui Senlac antiquitus vocabatur convenerant... Ibi protinus equorum opem reliquerunt, cunctique pedites densius con- ^B globati constiterunt. Turstinus filius Rollonis vexillum Normannorum portavit. Terribilis clangor lituorum pugnæ signa utrinque cecinit. Normannorum alacris audaciâ pugnæ principium dedit. Pedites itaque Normanni propius accedentes, Anglos provocant, et in eos missilibus vulnera necemque dirigunt. Illi contrâ, quo quisque valet ingenio, resistunt. Aliquandiu summa vi certatur ab utrisque. Pertinaci Anglorum sævitia perterriti pedites pariter equitesque Britanni, et quotquot auxiliares erant in sinistro cornu, avertuntur; et ferè cuncta Ducis acies, eundem jam occisum credens, cedit. Dux autem prospiciens multam partem adversæ stationis prosiluisse et insequi terga suorum, fugientibus occurrit, et hastâ verberans aut minans obsistit. Nudato insuper capite detractâque galeâ exclamans, « Me, inquit, » conspiciat; vivo et vincam opitulante Deo ». Protinùs prolatis à Duce ^C verbis audaciæ, cedentes animos receperunt, et circumvenientes aliquot millia insecuta se momento deleverunt. Simili modo bis iterum fugam Normanni simulaverunt; et insequentes Anglos repenti gyratis equis intercepterunt, et inclusos undique mactaverunt. Anglos itaque periculosa simulatione deceperunt; disjunctos ab invicem peremerunt; multisque milibus trucidatis, residuos alacrius aggressi sunt. Institerunt eis Cenomannici, Franci, Britanni, Aquitani; et miserabiliter pereuntes cadebant Angli.

Interfuerunt huic prælio, Eustachius Bononiæ Comes, Guillelmus Richardi Ebroicensis Comitis filius, Goifredus Rotronis Moritoniæ Comitis filius, Guillelmus Osberni filius, Rodbertus Tiro Rogerii de Bellomonte filius, Haimericus Toarcensis Præses, Hugo Stabulariorum Comes, Galterius-Giphardus, et Radulphus Thoënites, Hugo de Gretemaisnilio et ^D Guillelmus de Garena (*b*), aliique quàmplures militaris præstantiæ famâ celebratissimi... Willelmus verò Dux eorum, præstabat eis fortitudine et prudentia. Nam ille nobiliter exercitum duxit, cohibens fugam, dans animos, periculi socius; sæpius clamans ut venirent, quàm jubens ire. In bello tres equi sub eo confossi ceciderunt: ter ille intrepidus desiluit, nec diu mors vectoris inulta remansit. Scuta, galeas et loricas irato mucrone moramque dedignante penetravit; clypeoque suo nonnullos collisit; auxilioque multis suorum atque salutem, sicut è contrâ hostibus perniciem fuit.

Ab hora diei tertia bellum acriter commissum est, et in primo militum congressu Heraldus Rex peremptus est. Deinde Leofwinus Comes frater ejus cum multis milibus simili sorte perfunctus est. Denique inclinata jam ^E die, videntes Angli quòd Rex suus et Primates regni multæque legiones suorum interierint, et quòd Normanni adhuc procaciter steterint, et terribiliter armis in obstantes sævierint; in fugam conversi, quantocius abierunt, et eventus varios experti sunt. Alii raptis equis, nonnulli pedites, pars per vias, plerique per avia sese salvare conati sunt. Normanni autem dum Anglos fugere viderunt, tota nocte Dominica eos ad sui detrimentum obnixè persecuti sunt. Nam crescentes herbæ antiquum aggerem tegebant; ubi summopere currentes Normanni, cum equis et armis ruebant, ac sese

(*a*) Ordericus Vitalis, ut nemo non videbit, passim ad verbum exprimit seu exseribit Guillelmum Pictavensem: undè multa consultò omisimus.

(*b*) Guarena seu Varena (*Varenne*) locus in Caletis fuit, Comitatus olim titulo insignis, à fluvio nomen suum nactus. *Vales*.

A dum unus super alterum repente cadebat, vicissim extinguebant. Ibi nimirum fugientibus Anglis rediit confidentia: cernentes enim opportunitatem prærupti valli et frequentium fossarum, in unum collecti sunt, inopinato restiterunt, et Normannis magnam stragem fortiter intulerunt. Ibi Engenulfus Aquilensis oppidanus alique multi corruerunt, ac, ut fertur ab his qui interfuerunt, Normannorum ferè * quindecim millia perierunt . . .

* Ms. ferè
Pag. 503.
An. 1066.

Anno ab Incarn. Dom. MLXVII (a), Indict. V, in die Natalis Domini, Angli Landoniæ ad ordinandum Regem (b) convenerunt, et Normannorum turmæ circa Monasterium in armis et equis, ne quid doli et seditionis oriretur, præsidio dispositæ fuerunt . . . Dum Adelredus Præsul alloqueretur Anglos et Goisfredus Constantiniensis Normannos, an concederent Guillelmo regnare super se, et universi consensum hilarem B protestarentur una voce, non unius linguæ locutione; armati milites qui extrinsecus erant pro suorum tuitione, mox ut vociferationem gaudentis in Ecclesia populi et ignotæ linguæ strepitum audierunt, rem sinistram arbitrati, flammam ædibus imprudenter injecerunt . . . Angli factionem tam insperatæ rei dimetientes, nimis irati sunt; et postea Normannos semper suspectos habuerunt, et infidos sibi dijudicantes, ultionis tempus de eis peroptaverunt . . .

EX LIBRO QUARTO.

DEFUNCTIS optimis Regibus Henrico Rege Francorum et Eduardo Anglorum, Franci et Angli diu luxerunt funus eorum; quia post illos vix C adepti sunt dominos illis consimiles virtutibus et nectare morum. Patribus patriæ de medio sublatis successere Tyranni abutentes freno regiæ dominationis. Anglia tunc Heraldici sævitiâ perjurioque polluta corruit; et genuinis heredibus orbata, externis prædonibus Guillelmo victori faventibus subjacuit . . . Copiosam faciendi plures libros materiam eloquentes Sophistæ habuerunt, qui Regis Guillelmi curiæ diutiùs interfuerunt, et gesta ejus ac varios et præclaros eventus ac intima et profunda consilia noverunt, et divitiarum ejus participes ultra natales suos admodum promoti sunt. Ecclesiæ nempè, quæ sub eo vel ab eo in Neustria vel Anglia factæ sunt, devotionis ejus largitatisque laudabile testimonium asserunt . . . Cœnobia quoque plurima devotè construxit, et ab ipso vel ab illis condita multum emendavit, multiquemodis gazis tripudians ditavit, et patrocínio suo D contra omnes adversarios defensavit. Hæc utique palàm attestantur in duobus Monasteriis Cœnobiæ Cadomenses; in uno Monachi, et in altero Sanctimonialia. Hæc duo Cœnobia, in Ducatu adhuc æterno Regi favens, ædificaverat; in quorum uno sibi, et in altero conjugii suæ sepulturam elegerat . . .

Pag. 505.

Guillelmus Rex (c) multa Landoniæ, postquam coronatus est, prudenter, justè clementerque disposuit: quædam ad ipsius civitatis commoda vel dignitatem, alia quæ genti proficerent universæ, nonnulla quibus consuleretur Ecclesiis terræ. Jura quæcumque dictavit, optimis rationibus sanxit: judicium rectum nulla persona necquicquam ab eo postulavit: neminem, nisi quem non damnare iniquum foret, damnavit: suis quoque Primatibus digna se et gravitate præcepit, et diligentiam æquitatem suasit: esse jugiter E in oculis habendum æternum Regem, cujus vicerint præsidio: nimirum opprimi victos non oportere, victoribus professione Christiana pares; ne

Pag. 506.

(a) Annus 1066 adhuc in cursu erat, et Indictio V in Italia à Septembri cœpta, nonnisi à Kal. Jan. in Angliâ inchoanda erat. Ordericus tamen Vitalis, licet Anglico - Normannus, Christi annos à die Natali, et Indictionem forsitan exorditur.

(b) Charta Willelmi Regis Angli. pro Monasterio Selebiensi in Anglia sic incipit: *Willelmus fortissimus, immò potentissimus Rex omnium Regum illorum, à quibus eo tempore scepra regalia sub divino gubernabantur, maximum imperium Angliæ terræ regens, quod promissione atque voluntate*

Dei, primùm signis mirabilibusque prodigiis ac deinde magnis viribus bellisque debellando Anglos, tandem acquisitum gubernans, etc. Ex Historia Monasterii Selebiensis apud Labbeum Tom. 1 Bibl. lib. Mss. pag. 604.

(c) Librum suum tertium sic clausit Ordericus: *Historiæ, quam veraci deprompsi calamo, primùm Libellum hinc terminare dispono: in sequentibus verò latius de Rege Guillelmo disseram, miserasque mutationes Anglorum et Normannorum sine adulatione referam, nullius remunerationis à victoribus seu victis expetens honorificentiam.*

quos justè subegerint, injuriis ad rebellandum cogere. Seditiones interdixit, cædem et omnem rapinam frenans, ut populos armis, ita legibus arma: tributis et cunctis rebus ad regium fiscum reddendis modum, qui non gravaret, imposuit: latrocinii, invasionibus, maleficiis locum omnem intra suos terminos denegavit: portus et quælibet itinera negotiatoribus patere, et nullam injuriam fieri jussit. Sic omninò proba ejus in regnando initia fuere . . .

An. 1067.

Egressus Landoniâ Rex dies aliquot in propinquo loco Bertingis morabatur . . . Indè progrediens, diversas regni partes accessit, et ubique utilia sibi et incolis terræ ordinavit. Custodes in castellis strenuos viros ex Gallis collocavit; et opulenta beneficia, pro quibus labores et pericula libenter tolerarent, distribuit . . . His duobus [Guillelmo Osberni filio, et fratri suo qui multa liberalitate et industria seculari pollebat] præfecturam Angliæ commisit; et cum eis Hugonem de Gretemaisnilio (a), et Hugonem de Monteforti, Guillelmumque de Garena, aliosque acerrimos bellatores dimisit. Quidam eorum subjectos laudabiliter rexerunt; nonnulli verò modestiâ carentes, immoderatè suos oppresserunt . . . Rex Penevesellum se recepit . . . Ibi militibus repatriantibus larga manu stipendia data sunt. Solutis itaque navibus mense Martio, Rex Guillelmus in altricem terram prosperè pervehitur; secumque honorificè adduxit Stigaudum Archipræsulem, Edgarum Adelinum Eduardi Regis consobrinum, et tres clarissimos Comites Eduinum, Morcarum et Guallevum; Egelnodum quoque Cantuarensis Satrapam, aliosque complures altæ nobilitatis et miræ pulchritudinis. Benigna calliditate est usus, ut ipsis auctoribus nihil sub decessum suum novaretur; gens verò tota minùs ad rebellionem valeret, spoliata Principibus. Denique divitias suas et honorem eis in Normannia ostendit, ut eos vel ut obsides in potestate sua secum teneret, quorum auctoritas vel salus propinquis et compatriotis maximi esset.

Pag. 507.

Adveniente Guillelmo Rege cum magna seculari gloria, admodum tota lætata est Normannia. Dies erant hiberni et Quadragesimales; sed in Episcopis et Cœnobiis, ubi novus veniebat Rex, initiabantur festa Paschalia (b) . . . Ecclesias, quas præsentiam suam non visitavit, muneribus missis lætificavit. Ad Cœnobium S. Trinitatis Fiscanni Pascha celebravit, ubi frequentia Præsulum et Abbatum Nobiliumque virorum convenit. Tunc Radulfus Comes (c), Philippi Regis Francorum vitricus, multaque nobilitas affuit; et crinigeros Angliæ Britanniae alumnos curiosè intuebatur; et Regis regionumque satellitum indumenta intexta atque crustata auro mirabatur: vasa verò aurea vel argentea, seu bubalina cornua fulvo metallo circa extremitates utrasque decorata laude attollebat . . . Celebrata Paschæ solemnitate, Rex dedicari Basilicam S. Mariæ super Divam præcepit; ubi ipse cum magno cœtu Optimatum et mediocrium Kal. Maii reverenter interfuit; et utillima totius populi commoditati edicta sub voce præconis promulgavit. Deinde Kal. Julii Ecclesiam S. Mariæ apud Gemmeticum dedicari præcepit; et ipse sacro mysterio veneranter affuit. Utramque nimirum ex prædiis domini sui largiter dotavit . . . Maurilius cum Suffraganeis Episcopis hanc dedicationem humiliter et devotè perpetravit; et paulò post XII Episcopatus sui anno . . . V Idus Augusti ad Deum migravit (d). Corpus verò ejus in Episcopali Ecclesia, quam ipse ante V annos, Indictione I, S. Mariæ dedicaverat, delatum est . . . Rotomagensis Ecclesia Lanfrancum Cadomensem Abbatem sibi præsulem elegit; et Rex Guillelmus cum Optimatibus suis omnique populo libentissimè concessit. Sed vir Deo devotus et humilitati studens, tanti primatus sarcinam refutavit; et sibi ad hunc apicem toto conatu Johannem Abrincatensium Præsulem præferre

An. 1063.

(a) Gretemaisnilium, vulgò *Gretemaisnil* seu potius *Gratemesnil*, ut discemus infra ex libro VIII Orderici, est Gretonis mansio vel mansionile seu parva mansio; ita ut à Gretone loci domino nomen acceperit.

(b) Omissa hic vide, pag. 403 supra, apud Guillelmum Pictavinum, à quo Ordericus differt tantum in his: *multipli dono recompensavit... Franci magna notabant.*

(c) Addunt Mss. Codd. *Medentensis*.

(d) In Epitaphio, quod à Richardo Herluini filio, Ecclesiae Rotomag. Canonico, editum refert Ordericus, hæc de Maurilio inter alia leguntur:

*Hunc Romis genuit, studiorum Legia nutrit
Potavit trifido fonte philosophico.
Vobis hanc ædem ceptam perduxit ad unguem.*

A sategit. Porrò ut canonicè fieret ista conjugatio, Romam adiit, prædictæ ordinationis licentiam ab Alexandro Papa impetravit; sacrum quoque pallium, unde et ipsi et toti Normanniæ gloriandum erat, cum licentia deportavit. Johannes itaque de sede Abrincatensi, quam VII annis et III mensibus rexerat, assumptus est, et Metropolitanus Rotomagensis factus est. Hic ardore virtutum in verbis et operibus multipliciter fervebat, nimioque zelo in vitia ut Phinees sæviebat. Quantum verò ad seculi dignitatem attinet, magnæ nobilitatis lampade cluebat. Erat enim filius Radulphi Comitis Baiocensium, qui frater fuerat uterinus Richardi Senioris, Ducis Normannorum. Decem itaque annis Metropolitanum regimen fortiter et diligenter gessit; multumque contra impudicos Presbyteros pro auferendis pellicibus laboravit: à quibus, dum in Synodo concubinas eis sub anathemate prohiberet, lapidibus percussus aufugit . . .

B Interea Normannico fastu Angli opprimuntur, et præsidibus superbis, qui Regis monitus spernebant, admodum injuriabantur. Præfecti minores, qui munitiones custodiebant, nobiles et mediocres indignis exactionibus multisque contumeliis aggravabant. Odo nimirum Episcopus et Guillelmus Osberni filius (a) nimia cervicositate tuebant, et clamores Anglorum despiciebant . . . Multimodis Normannorum oppressionibus Angli ad rebellionem lacesiti (b), Boloniam Legatos miserunt; et Eustachio Comiti, ut cum classe diligenter militibus et armis instructa ad suscipiendam Doveram acceleraret, mandaverunt. Olim cum eodem inimicitias ingentes habuerant; sed nunc, quia simultates inter illum et Regem insurrexerant, eumque bellandi peritum et in prælio felicem experimentis cognoverant; C pacem cum illo fecerunt, et munitionem Doveræ contra Regem illi tradere conati sunt. Eustachius autem, suscepto Cantiorum veredario, classem paratam ascendit; noctisque conticinio, ut oppidum ex insperato præoccuparet, cum suis festinanter transfretavit. Milites multos secum duxit, sed equos præter admodum paucos reliquit. Vicinia omnis fuit armata, et maximè Cantiorum caterva, quæ toto nisu suffragari Eustachio erat conata. Præsul Baiocensis et Hugo de Monteforti, qui primi munitionis custodes erant, ultra flumen Tamesim abierant, et majorem partem militum secum duxerant. Auctior numerus hostium ex ulterioribus accederet, si biduana obsidio fieret: sed dum hostes vehementer impetum facere in oppidum molirentur, custodes ad defensandum reperti sunt, et ferventissimè, quâ D utrinque certatum est. Sed dum Eustachius diffideret, eruptionemque propugnatorum, qua turpiùs abigeretur, timeret; receptui ad naves cani signa jubet. Denique oppidani confestim portas patefecerunt, avidèque et cautè sequentes novissimos conciderunt. Fugientes verò Bajocensem Episcopum cum agmine copioso subito supervenisse rati sunt; eaque formidine velut amentes per aviæ rupis præcipitium se dejecerunt; et tali compendio foediùs quàm ense virorum perierunt. In illa fuga diversis generibus mortis multi perière. Plerique, abjectis armis, acumine saxeo exanimati sunt; nonnulli telo suo se sociosque suos unà labentes necarunt; et multi lethaliter vulnerati vel collisi spirantes ad mare devoluti sunt. Plures etiam, qui ad puppes properè anhelant, dum salutis nimiùm cupidi trepidant, E suaque multitudine naves deprimunt, subito submersi pereunt. Equites Normanni quantos consecari possunt, comprehendunt vel occidunt. Eustachium verò eripuit * velocitas cornipedis, notitia tramitis, paratiorque navis. Ibi nobilissimus tyro nepos ejus captus est . . . Non multò post Eustachius Consul Willermo Regi reconciliatus est, ejusque amicitia longo tempore postmodum perfunctus est. Erat enim idem Comes magnæ nobilitatis ex prosapia scilicet Caroli Magni Francorum strenuissimi Regis: erat quoque magnæ potestatis, ut potè sublimis Princeps trium Comitatum,

Pag. 508.

* Ms. cri-
piunt(a) Addit Ms. Cod. Utic. *Regis vicarij.*

(b) Veris principiis adhaerescens Ordericus, apertè docet jure divino vetari hujusmodi rebellionem, nedùm ipsi aliquatenus faveat. Infra enim pag. 509 auctoritate Scripturæ sanctæ commendat multos ex Anglis, qui fuerunt Deo ser-

vantes fidem, et constitutum ab ipso venerantes Regem; et casu suo asserentes, quòd majestas domini sui semper chara debeat esse subjectis fidelibus: atque hæc est, semperque erit, Deo dante, constans S. Benedicti alumnorum doctrina de Regibus.

* Guisnensis Boloniensis, Gitlinensis * et Tarwanensis. Generosam et religiosam nomine A
Pag. 509. Ittam habuit uxorem, Godefridi Lotharingæ Ducis sororem; quæ peperit
ei tres filios, Godefridum et Balduinum ac Eustachium, et filiam quæ
nupsit Henrico IV Imperatori Alemannorum

Interea Willelmus Rex dum moraretur in Normannia, tranquillitati ejus
in longum prospiciebat sollicitudine maxima. Justas leges et recta judicia ex
consultu sapientum divitibus et pauperibus æquè sanxit, optimosque judices
et rectores per provincias Neustriæ constituit. Sacra Cœnobîa et fundos illis
datos regalibus privilegiis et tuitionibus ab injustis exactionibus liberavit.
Omnibus tam advenis quàm indigenis pacem in tota terra sua præconis
voce propalavit; et super fures ac seditiosos, patriæque quietis contempto-
res, graves justasque ultiones rigidè promulgavit.

Rumores interim de transmarinis partibus Regem inquietabant . . . Rex B
igitur Mathildi conjugis suæ filioque suo (a) Rodberto adolescenti principatum
Neustriæ commisit, et eum eis religiosos Præsules et strenuos Proceres ad
tuendam * regionem dimisit. Deinde sexta nocte Decembris ad ostium
amnis Deppæ ultra oppidum Archas accessit, primâque vigiliâ gelidæ noctis
austro vela dedit; et manè portum oppositi littoris, quem Wicenesium *
vocitant, prosperrimo cursu arripuit . . . Rex in illa transfretatione Roge-
rium de Monte-Gomerici, quem tutorem Normanniæ, dum ad bellum
transmarinum proficisceretur, cum sua conjugem dimiserat, secum minavit;
eique primò Cestriam * et Arundellum; at post aliquod tempus Serobesbu-
riensem Comitatum donavit . . . Balduinum de Molis, filium Gisleberti
Comitis, [Exoniæ] dimisit præsidio . . .

* Ms. tutan-
dam

* Ms. Vincen.

* Ms. Cices-
triam

Pag. 510.

An. 1068.

Anno ab Incarn. Dom. MLXVIII Guillelmus Rex Legatos honorabi- C
les in Neustriam direxit, et Matildem conjugem suam ad se venire præ-
cepit. Protinus illa mariti jussis libenter obedivit, et cum ingenti frequentia
virorum ac nobilium feminarum transfretavit. In Clero qui ad divina ei
ministrabat, celebris Guido (b) Ambianorum Præsul eminebat, qui jam
certamen Heraldum et Guillelmi versificè descripserat. Adelredus Eboraco-
rum Metropolitanus, qui maritum inunxerat, Matildem ad consortium
regii honoris die Pentecostes anno II regni præfati Regis inunxit. Decorata
regio diademate matrona, priusquam annus perficeretur, filium nomine
Henricum peperit, quem totius terræ suæ in Anglia heredem constituit . . .
Pag. 511. Rex, quando Eduinus Comes cum eo concordiam fecerat . . . filiam suam
se in conjugem ei daturum sponderat; sed postmodum fraudulentum Nor-
mannorum consultu virginem denegavit . . . Unde iratus [Eduinus] cum D
fratre suo ad rebellionem incitatus est . . . Munitiones, quas Galli castella
nuncupant, Anglicis provinciis paucissimæ fuerant; et ob hoc Angli, licet
bellicosi fuerint et audaces, ad resistendum tamen inimicis exstiterant de-
biliores. Rex itaque castrum apud Guarevicum condidit, et Henrico Ro-
gerii de Bellomonte filio ad servandum tradidit . . . Rex Snotingheham
castrum construxit, et Guillelmo Peverello (c) commendavit . . . Scotica
gens, licet in prælio aspera sit, otium tamen et quietem diligit . . . Reli-
gionis plusquam armorum intenta studiis . . .

Pag. 512.

His temporibus quædam Normanniæ mulieres sæva libidinis face ure-
bantur, crebrisque nunciis à viris suis flagitabant ut citò reverterentur;
addentes quòd nisi reditum maturarent, ipsæ sibi alios conjuges procurarent.
Non enim ad maritos suos propter inusitatam sibi adhuc navigationem E
transfretare audebant, nec in Anglia eos expetere, ubi jugiter in armis

(a) Infrà pag. 545: *Guillelmus Princeps ante Senlacium bellum, et post in quadam ægitudine sua, Robertum primogenitam sobolem suam fecerat suum heredem; et jussit omnes Optimates ei facere homagium et fidelitatem: at illi gratanter imperanti acquieverunt.* Et pag. 659, lib. VII: « Ducatum » Normanniæ, inquit idem Rex in oratione » paulò ante mortem habita, antequàm in epituro » mo Senlac contra Heraldum certassem, Roberto » filio meo concessi, quia primogenitus est. Hominium » penè omnium hujus patriæ Baronum jam recepit ».

(b) Sic de eodem Ordericus suprâ in fine

libri III, pag. 504: *Guido Præsul Ambianensis metricum Carmen edidit, quo Maronem et Papinium gesta heroum pangentes imitatus, Senlacium bellum descripsit, Heraldum vituperans et condemnans, Guillelmum verò collaudans et magnificans.* Et in cap. 44 Libri VII Guillelmi Gem. pag. 291: *Edidit præterea de eadem materia opus non contemnendum Guido Episc. Ambian. heroico metro exaratum.* Ex Angliæ autem Scriptoribus, prout quisque affectus erat, alii Willelmi, alii Haroldi causam justiore fuisse contenderunt.

(c) Ms. Cod. Utic. *Piperalto.*

A erant, et quotidianas expeditiones non sine magna sanguinis utriusque partis effusione frequentabant. Rex autem inter tot bellorum motiones secum milites suos retinere cupiebat, et terras cum redditibus et magnis potestatibus eis amicabiliter offerebat, et majora dum totum regnum ab adversariis undique liberatum esset promittebat. Legitimi Barones strenuique pugiles multipliciter anxiantur... Si discederent, infidi proditores timidique desertores palam censi verebantur. Rursus honorabiles athletæ quid facerent, si lascivæ conjuges thorum suum adulterio polluerent, et progeniei suæ perennis maculæ notam et infamiam generarent? Unde Hugo de Grontemaisnil... et sororius ejus Unfridus de Telliolo... alique multi discesserunt, et Regem inter exteros laborantem tristes et inviti deseruerunt. Deinde famulari lascivis dominabus suis in Neustriam reversi sunt; sed honores, quos jam B nactos hac de causa reliquerunt, ipsi vel heredes eorum nunquam postea recuperare potuerunt...

Anno III regni sui Guillelmus Rex Dunelmensem Comitatum Rodberto de Cuminis tradidit... Rodbertus Richardi filius, Eboracensis (a) præsidii custos, cum multis peremptus est... Willelmus cognomento Maletus, Præses Castrensium [Ebor.] Regi denunciavit se defecturum, nisi maturum fessis conferat auxilium... Rex [ibi] alterum præsidium condidit, et Guillelmum Comitem Osberni filium ad custodiendum reliquit...

An. 1069.

Bellicis turbinibus undique insurgentibus admodum occupatus, conjugem sibi multum dilectam Matildem remisit in Normanniam Rex Guillelmus, ut ab Anglico tumultu seposita, in pace religiosis actibus vacaret, incolumemque provinciæ statum cum Rodberto puero servaret. Hæc consanguinea C Philippi Francorum Regis erat, et ex Regibus Galliæ ac Imperatoribus Germaniæ originem ducebat, eximiâque tam generis quam morum nobilitate cluebat. Egregio marito edidit utriusque sexûs optatam sobolem, Rodbertum et Richardum, Guillelmum Rufum et Henricum; Agatham et Constantiam, Adelizam, Adalam et Ceciliam... Reginam hanc simul decoravere forma, genus, litterarum scientia, cuncta merum et virtutum pulchritudo... firma fides et studiosus amor Christi, eleemosyna... Briennus Eudonis Comitis Britannicæ Minoris filius et Guillelmus Gualdi cum armis obvii fuerunt [prope Exonium Hibernis, quos deleverunt] duobus uno die conflictibus... Inter hæc Gisa Goduini uxor, Heraldæ genitrix, ingentem gazam clanculum sumpsit, et pro timore Guillelmi Regis in Galliam non reditura transmeavit... Rex Comites duos Guillelmum et Briennum laborantibus [Exoniæ defensoribus] subvenire præcepit... Fugientibus [Cornuallis] obvii Guillelmus et Briennus grandi cæde temeritatem punierunt.

Pag. 513.

Pag. 514.

Rex Guillelmus cum à Lindisse reverteretur, reliquit ibi germanum suum Rodbertum, Moritoliensem Comitem, et Rodbertum Aucensem, qui Danorum excursiones arcerent (b)... Nusquam tanta crudelitate usus est Guillelmus: hic turpiter vitio succubuit, dum iram suam regere contempsit; et reos innocuosque pari animadversione peremit... Laudare non audeo... [nec] frivolis adulationibus inutiliter servio... Andegavi, Britones et Cœnomanni servitiis, ut dicebant, intolerabilibus oppidò gravabantur: unde pertinaciter à Rege missionem petentes conquerebantur...

Pag. 515.

Pag. 516

An. 1070.

Anno MLXX ab Incarn. Dom... constituti sunt Præsules Normanni duo regii Capellani, Guaschelinus Guentanorum et Thomas Eboracorum... E Item alii subrogati sunt, traducti ex Galliâ, litterati, decorati moribus... Dum Pastor quilibet de mundo migraret... sollicitus Princeps prudentes legatos ad orbatam domum mittebat, omnesque res Ecclesiæ ne à profanis dissiparentur, describi faciebat. Deinde Præsules et Abbates aliosque

(a) Contigit ut Vicecomes Eborac. Hugo filius Baldrici juxta Selebeiam evectus navigio pertransiret... Comitabatur autem eum non modica militiæ multitudo, quia, bellicæ classis immanitate perdurante, non adhuc perfectæ pacis tranquillitas ab armis et acie militem absolverat. Fecit hoc in illis finibus Anglorum indomita ferocitas et invicta constantia; qui semper ad vindictam suam in Gallos insurgentes ultra vires et posse, ubicumque sibi invicem obviabant, quis eorum plus posset in viribus experiri nitebantur.

Hac de causa tanta militum multitudine prædictus Vicecomes constipatus incidebat. Ex Historia Monasterii Selebeiensis in Anglia ad annum 1069 apud Labbeum Tom. 4 Libr. Mss. pag. 602.

(b) Ibi commendatur Lisois audax miles, quem de Monasteriis agnominabant; sic et paulò suprâ Gaufridus Constantiensis Præsul ductor copiarum exhibetur.

sapientes consiliarios convocabat; et eorum consilio quis melior et utilior A tam in divinis rebus quàm in secularibus ad regendam Dei domum videretur, summopere indagabat. Denique illum, quem pro vitæ merito et sapientiæ doctrinâ provisio sapientum eligebat, benivolus Rex dispensatorem et rectorem Episcopatus vel Abbatiae constituebat. Hanc nimirum observationem LVI annis custodivit, quibus regimen in Ducatu Normanniæ seu regno Angliæ tenuit; et inde religiosum morem et exemplum posteris dereliquit. Simoniacam hæresim omnimodis abhorrebat; et ideò in eligendis Abbatibus vel Episcopis non tam opes seu potentiam, quàm sanctitatem et sapientiam personarum considerabat . . .

pag. 518. Per longum retrò tempus Transmarinorum Monachatus deciderat . . .

* Ms. institutu

Hic Ordo Guillelmi Regis instinctu * ad instituta regularia corrigebatur . . . Aliquantum Abbates à Rege noviter ordinati sunt, et complures Cœnobitæ in B Monasteriis Gallicis competenter (a) edocti sunt . . . Cœnobio B. Petri

pag. 519.

famosus Abbas, scientia et bonitate pollens, prælatus est Scollandus. Hic ex nominato stemmate in Normannia natus, in Monte-Michaëlis ad periculum maris regulariter educatus, ad emendationem morum Cantuariis à Normannis est prælatus. Similiter in aliis Monasteriis . . . Cantuariensis Ecclesia decreta est Lanfranco Cadomensium Abbati . . . Hoc magistro primitus Normanni litteratoriam artem perscrutati sunt, et de Schola Becensi (b) eloquentes in divinis et secularibus Sophistæ processerunt. Nam antea sub tempore sex Ducum Neustriæ vix ullus Normannorum liberalibus studiis adhæsit; nec Doctor inveniebatur . . . Fama peritiæ illius [Lanfranci] in tota ubertim innotuit Europa; unde ad magisterium ejus multi conveniunt de Francia, de Wasconia, de Britannia necne Flandria . . . Beringerium Turonensem spiritualis eloquii mucrone confodit in Synodo Romana et Vercellensi . . . Beringerium Romæ Turonisque palam evicit, omnemque hæresim anathematizare, scriptoque veram fidem profiteri coëgit. Deinde blasphemus Hæresiarcha, quia mœstus erubuit, quòd libellos perversi dogmatis Romæ suis, ne ipse cremaretur, manibus in ignem conjecerit; discipulis pecuniâ pariter ac fallaciâ corruptis, recens scriptum domi condidit, et per eosdem peregrè transmisit . . . Ad quod destruendum Lanfrancus edidit Libellum . . . Multæ Ecclesiæ Abbatem vel Pontificem incredibili desiderio sibi Lanfrancum petierunt; quem etiam Roma Christiani orbis caput sollicitavit epistolis, et precatu retinere conata est et vi.

pag. 520.

Anno itaque Dom. Incarn. MLXX Lanfrancus Cadomensium primus Abbas . . . Cantuariensis Archipræsul IV Kal. Septembris inthronizatus est . . . D In Cadomensi Ecclesia Guillelmus Radbodi Sagiensis Episcopi filius Lanfranco successit, quem post IX, ut reor, annos, inde Rex Guillelmus ad regendam metropolim Rothomag. provexit. Hic consobrinus Guillelmi Præsulis Ebroicensium, filii Girardi Fleitelli, fuit; cujus potentia tempore Richardorum in Neustria maximè viguit. Canonicus et Archidiaconus Rotomag. cum Theoderico Uticensi Abbate Hierusalem adiit . . . In Becensi Cœnobio [Monachus] . . . in Cadomense castrum protractus est . . . Defuncto Guillelmo Ebroicensi Episcopo, Balduinus Ducis Capellanus successit, et Præsulatum ferè VII annis regulariter rexit. Quo defuncto, Gislebertus Osberni filius, Canonicus et Archidiaconus Lexoviensis, successit, et Episcopatum plusquam XXX annis utiliter tenuit . . . Ivone

(a) *Prolixam digressionem protelavi, inquit paulò suprâ Ordericus, ut manifestè pateat, cur Anglos agrestes et penè illiteratos invencrint Normanni.*

(b) *Apud Willielmum Malmesb. in Gest. Pontif. Angl. lib. 1, pag. 203: A Willielmo Rege Lanfrancus Cadom. Abbas ad Archiepiscopatum electus est. Is gente Longobardus, non adeò abjecta et obscura progenie oriundus erat; sed literaturâ per insignis, liberales artes quæ jamdudum sorduerant, à Latio in Gallias vocans, acuminè suo expolivit. . . Ex omni Abbatiarum copia Beccum apud Normanniam potissimum elegit. . . Factus ergò ibi Monachus. . . publicas scholas de Dialectica professus est, ut egestatem Monasterii, scholarum liberalitate temperaret. Exiit fama ejus remotissimas Latinitatis*

plagas; eratque Beccum, magnum et famosum litteraturæ gymnasium. Gloria laudis conflavit apud improbos viro invidiam; Capellanus qui infra ejus scientiam se viderent, animum Comitû Willielmi in ipsam turbantibus, quòd unum eorum palàm de inscitia litterarum irrisisset. Quapropter Lanfrancus edictum accipiens, ut Normanniam sua importunitate vaeuaret, Curiam venit, moxque indulgentiam Comitû meruit; quòd ille statim vivacitate sensûs intellexisset, quantæ prudentiæ Lanfrancus esset, ex dignitate frontispicii et facciâ responsi interiora conjectans. Nec multò post apud Cadomum Abbatem fecit, ubi S. Stephano Monasterium fundamentis levaverat. Quin et regni fastigiatus solio, Archiepiscopum, ut dixi, instituit. . . Anno Dom. Incarn. MLXX intravit Anglicam terram Lanfrancus Cadom. Cœnobii Abbas.

A verò Sagiensium Præsule defuncto, Robertus Huberti de Ria filius successit, qui ferè XII annis præsulatu^{*} præfuit . . . His temporibus pax in Anglia regnabat et securitas . . . Civiliter Angli cum Normannis cohabitabant in burgis, castris et urbibus, connubiis alteri alteros mutuò sibi conjungentes. Vicos aliquos aut fora urbana Gallicis mercibus et mangonibus referta conspiceres; et ubique Anglos, qui pridem amictu patrio compti videbantur Francis turpes, nunc peregrino cultu alteratos videres . . . Anglicam locutionem [Rex] plerùmque sategit ediscere . . . Ast à perceptione hujusmodi durior ætas illum compescebat . . . Morcarum Comitem cautelæ Rogerii oppidani Belmontis mancipavit . . . Hucusque Guillelmus Pictavinus (a) . . . Contextionem ejus de Guillelmo et ejus pedisequis breviter in quibusdam secutus, non tamen omnia quæ dixit nec tam argutè prosequi conatus sum . . .

* Ed. prælatui

Pag. 521.

B Anno V regni sui Guillelmus Rex Guillelmum Osberni filium misit in Normanniam, ut cum Mathilde Regina tueretur provinciam. Tunc nimia dissentio inter principatûs hæredes in Flandria surrexit. Balduinus enim gener Rodberti Regis Francorum, fortissimus Flandrensium Satrapa fuit; et ex Hadala conjuge sua filios et filias plures multimoda indole pollentes habuit. Rodbertus Fresio (b), Arnulphus, Balduinus, Udo Treverorum Archiepiscopus, et Henricus Clericus, et Mathildis Regina, atque Judith uxor Tostici Comitis, soboles Balduini et Hadalæ fuit . . . Rodbertus primogenitus (c) jamdudum patrem offenderat, à quo repulsus et ejectus ad Florentium Ducem Fresionum patris sui hostem secesserat; eique favorabiliter serviens, filiam ejus in conjugium acceperat. Unde Flandrensis Dux vehementer iratus infremuit: Fresionem eum præ ira cognominavit; et eum omninò extorrem denuncians, Arnulfum juris sui hæredem constituit. Non multò post Balduinus Dux defunctus est; et Arnulfus Morinorum Ducatum parvo tempore nactus est. Nam Rodbertus Fresio ingentem Fresionum aliarumque gentium catervam aggregavit, et Flandriam obnixè expugnavit. Philippus autem Rex Francorum, qui consanguineus erat eorum, ad auxilium Arnulfi exercitum Gallorum adnavit, et Guillelmum Comitem, Normanniæ custodem accersit. Ille verò cum decem solummodò militibus Regem adiit, et cum eo alacriter quasi ad ludum in Flandriam accessit. Rodbertus autem Fresio exercitum Henrici Imperatoris cuneis suis sociavit: et Dominico Septuagesimæ X Kal. Martii mane imparatos præoccupavit; et Philippo Rege cum Francis fugiente, Arnulfum (d) fratrem suum, et Bal-

Pag. 526.

An. 1071.

C duinum nepotem suum et Guillelmum Comitem telis suorum occidit. Postea Morinorum Ducatum diu tenuit, moriensque filiis suis Rodberto Jerosolymitano, et Philippo reliquit. Guillelmi verò Comitis corpus in Normanniam à suis delatum est, et in Cœnobio Cormeliensi cum magno suorum luctu sepultum est. Duo quippe Cœnobia Monachorum in suo patrimonio construxerat in honore S. Mariæ: unum quidem erat Livæ secus Risellam fluvium, ubi Adeliza uxor ejus tumulata est; aliud verò Cormeliis, ubi ipse, ut diximus, conditus est. Normannorum maximum strenuitate Baronem valdè omnes planxerunt, qui largitates ejus et facetias atque mirandas probitates noverunt. Hæreditas ejus à Rege Guillelmo filiis ejus distributa est: Willelmus major natu Britolium et Paceyum et reliquam partem paterni juris in Normannia tenuit, et omni vita sua ferè XXX annis tenuit. Rogerius autem junior frater fundum patris in Anglia obtinuit . . . Reginæ Mathildi, licet potenter regnaret et innumeris opibus abundaret, luctus ingens ortus est de morte patris, de desolatione matris, de crudelitate unius fratris, quâ ruina subitò facta est alterius fratris et chari nepotis cum multis amicis . . . Rodbertus itaque Fresio totam sibi Flandriam subegit, et ferè XXX annis possedit, amicitiamque Philippi Francorum Regis facilè promeruit.

D

Pag. 527.

(a) Vade indiget, aut potius errat Mabillo-nius noster, dum pag. 21 Tomi V Anual. Bened. tradit, Guillelmum ex Archidiacono Lexoviensi creatum fuisse ejusdem civitatis Episcopum.

(b) In hac rerum seu turbarum Belgicarum narratione Ordericus personas et tempora passim confundit, ut cuilibet patebit alios et præsertim Flandriæ Scriptores consulenti.

(c) Balduini V primogenitus, non Robertus sed Balduinus VI erat. Deindè Robertus non filiam Florentii Ducis, sed viduam ejus, nomine Gertrudem, in conjugium accepit.

(d) Corrig. nepotem, etc: Lamberto enim Schaf-naburg. et aliis major fides debetur, quàm Orderico qui in rebus Fl. hîc videtur peregrinus.

Ipsi nempè majorum origine erant consobrini, et ambo conjuges habebant A filias Florentii Fresionum Marchisi . . . Porrò inter Normannos et Flandritas recidiva dissentio prodiit, et propter necem fratris Reginae aliorumque affinium, et maximè pro casu Guillelmi Comitis diu perduravit. Turbatis in Normannia rebus, . . . Rex in Normanniam, ut ibidem omnia rectè et utiliter edomaret, properavit . . . Tunc Normannorum et Cœnomannensium majores congregavit, et omnes ad pacem et justitiam tenendam regali hortatu corroboravit. Episcopus quoque et Ecclesiasticos viros admonuit . . .

pag. 529. Fiscannense Cœnobium in prospectu maris positum, Trinitati dicatum, à Richardo I Duce Norm. nobiliter fundatum, à secundo multis (a) honoribus et divitiis largiter ampliatum, post Guillelmum Divionensem Johan-

pag. 530. nes Abbas annis LI rexit . . . Nicolaus Richardi III Ducis Norm. filius, à puero Fiscannensis Monachus, Cœnobium S. Petri in suburbio Rotho- B magensi ferè LX annis rexit; miræque magnitudinis et elegantiae Basilicam cœpit, in qua corpus S. Audoëni requiescit . . .

pag. 532. Herbertus Cenomanorum Comes ex prosapia, ut fertur, Caroli Magni originem duxit: et vulgò, sed parùm latinè, cognominari Evigilans-canem pro ingenti probitate promeruit. Nam post mortem Hugonis patris sui, quem Fulco senior sibi violenter subjugarat, in eundem arma levans, nocturnas expeditiones crebrò agebat, et Andegavenses homines et canes in ipsa urbe vel in munitioribus oppidis terrebat, et horrendis assultibus pavidos vigilare cogebat. Hugo filius Herberti, postquam Alanus Britan- norum Comes à Normannis in Normannia impotionatus occubuit, Bertam ipsius relictam, Tetbaldi Blesensium Comitis sororem, in conjugium accepit; quæ filium, nomine Herbertum, et tres filias ei peperit. Una earum C data est Azsoni Marchiso Liguriæ. Alia nomine Margarita Rodberto filio Guillelmi Ducis Neustriæ desponsata est; quæ virgo in tutela ejusdem Ducis defuncta est. Tertia verò Johanni domino castri, quod Fleccchia dicitur, nupsit; quæ marito suo tres liberos, Goisbertum, Heliam et Enoch peperit.

* Ms. nactus est

Defuncto Goisfredo Martello, fortissimo Andegavensium Comite, successerunt ex sorore duo nepotes ejus, filii Alberici Comitis Wastinensium (b), è quibus Goisfredus, qui simplex et tractabilis moribus erat, jure primogeniti obtinuit * Principatum. Guillelmus autem Normannorum Princeps post mortem Herberti juvenis hæreditatem ejus obtinuit; et Goisfredus Comes Rodberto juveni cum filia Herberti totum honorem concessit, et hominum debitamque fidelitatem ab illo in præsentia patris apud Alencionem recepit. Non multò post Fulco, cognomento Richinus, contra D Goisfredum fratrem dominumque suum rebellavit, eumque per proditionem cepit *, et plusquàm XXX annis in carcere Chinonis castri clausum tenuit. In tanta permutatione res mundanæ in Andegavensi provincia et in confinibus ejus turbatæ sunt; et Proceres patriæ ad diversa studia, prout quemque propria voluntas agitabat, conversi sunt . . .

* Ms. comprehendit

EX LIBRO QUINTO.

pag. 554. SUPER Sequanam fluvium urbem Rotomagum (c) construi præcepit [Julius Cæsar] in loco aptissimo, ubi ad orientale caput urbis Albula * fluvius cum Rodebecco, et ab occasu Marrona * in Sequanam diffluit. Rodomus autem Romanorum-domus ab ipsis conditoribus appellata est . . .

(a) Hic autem Richardus non solum Ecclesiæ Fiscannensi multa dedit, sed etiam aliis Ecclesiis. Quadam enim die cum venisset Gimegias, ibidem eadem nocte quievit. Manè verò surgens, sicut sua consuetudo semper erat, perrexit orare ad Monasterium; et post orationem super altare unum lignulum posuit. Recedente verò illo, venerunt Secretarii ad altare, putantes se ibi inventuros vel marcæ auri vel unciam, vel aliquid hujusmodi. Itaque invenerunt lignulum illud, atque quid significaret non parùm mirari cœperunt. Ad ultimum inquirunt ab eo quid hoc esset, quòd super altare illud posuisset. Tunc respondit, quòd esset Vinmonasterium, scilicet quoddam manerium, quod ipse illis pro anima sua dabat. Ex Additamentis ad His-

toriam Norm. ibid. pag. 317.

(b) Nota Wastinensem pagum, le Gastinois, olim minùs latè patuisse et angustiorè fuisse, quàm nunc est. Ab eo enim distinguebatur Melodunensis pagus.

(c) Sic in Lib. XII Ordericus scribit Rotomagum nobilem Metropolim à Julio Casare conditam fuisse: quod haud dubiè, inquit Valesius, falsum est; cum una fit ex vetustissimis urbibus Galliarum, à Gallis multò ante Julium Cæsarem condita, et Gallico nomine donata. Hinc etymologia ab Orderico prolata, plus forsàn inventionem, quàm veritatem valet.

A Rodomensis civitas populis est ac negotiorum commerciis opulentissima; portus quoque confluentia, et rivorum murmure ac pratorum amoenitate jocundissima; fructuum et piscium cunctarumque rerum exuberantia ditissima; montibus et silvis undique circumdata, muris ac vallis et propugnaculis validissima; moeniis et aedificiis domorum ac Basilicarum pulcherrima

Robertus Richardi (a) Senioris Ducis ex Gunnoride filius fuit, et XLVIII annis Archiepiscopatum Rotomagensem et Comitatum Ebroicensem rexit. . . . Pag. 566.

Mundanis opibus affatim abundavit, secularibus negotiis oppido intentus exstitit, et a carnalibus illecebris non, ut Pontificem decuisset, abstinuit. Nam conjugem nomine Herlevam ut Comes habuit; ex qua tres filios, Richardum, Radulfum et Guillelmum genuit; quibus Ebroicensem Comitatum et alios honores amplissimos secundum jus seculi distribuit. In senectute tandem poenituit. . . . Ecclesiam metropolitanam a fundamentis inchoavit, quam ex magna parte consummavit. Richardus II Dux XXX annis Ducatum Normanniae laudabiliter tenuit. . . . Moriens filiis suis Richardo juveni et Roberto Principatum dimisit; quibus honor concessus, non plusquam IX annis cessit. Nam Richardus III veneno infectus, non plene biennio peracto, periit; et Rodbertus frater ejus post VII annos (b) et dimidium Hierusalem peregrinus adiit. Ducatum vero suum Guillelmo, VIII annorum puero, non rediturus reliquit; ipsumque Alano consanguineo suo, Britonum Comiti, commendavit. Tunc Alfredus et Eduardus Clitones (c) in Normannia exulabant. . . . Post funus mariti sui [Emma] liberos suos in Neustram misit. . . .

C Malgerius filius (d) Richardi II Ducis, ex secunda conjuge nomine Papia natus est, et XVIII annis. . . sine Apostolica benedictione et pallio Rodomensibus dominatus est. Voluptatibus carnis mundanisque curis indecenter inhaesit, filiumque nomine Michaellem probum militem et legitimum genuit. . . . In Normannia his temporibus multa mala nequiter patrata sunt. Alanum enim Comitem Britonum, suique Ducis tutorem, Normanni veneno peremerunt; et successorem ejus Gislebertum Comitem, Godefridi filium, crudelibus armis prostraverunt, seseque mutuis certaminibus penes quotidie incredibiliter necaverunt. Tunc Turchetillus de Novo-mercato et Rogerius de Toenia et Osbernus Dapifer Normanniae, et duo filii Rogerii de Monte-Gomerici Guillelmus et Hugo, Rodbertus de Bellomonte, Galchelinus de Ferrariis alique (e) plures in armis potentes alterutrum se

Pag. 567.

D peremerunt, et confusionem magnam atque moerorem necessariis orbatae regioni patronis intulerunt. . . . In Britannia Eudo fratri suo Alanno successit; et XV annis ita liberè, ut sine dominio alicujus esset, principatum exercuit. Septem quoque filios variis eventibus famosos Deus illi dedit, quibus fortuna nimium variabilis exstitit. . . .

Maurilius (f) in Neustriam cum Gerberto sapienti et religioso Monacho tempore Johannis Abbatis compatriotae sui Fiscannum venit. . . . Inde post aliquod tempus Ecclesiastica electione assumptus, deposito Malgerio metropolitanum apicem ascendit, et XII annis. . . floruit. . . nonoque anno Praesulatus sui metropolitanam Ecclesiam * dedicavit. Corpora vero Ducum Rollonis et Guillelmi reverenter in sacram aedem transtulit. . . .

* Ms. Basilicam

E Anno Dom. Incarn. MLXIII, Indict. II, metropolitanam Basilicam in urbe Rotomagensi, quam Rodbertus inchoavit, Maurilius Archiepiscopus in honore S. Mariae cum ingenti tripudio mense Octob. dedicavit. Hic annus Henrici IV Imperatoris erat octavus, et Philippi filii Henrici Regis Francorum quartus: quo anno Cinomannis subjugata est Normannis. Decimus

Pag. 568.

(a) *Insignis Praesul, claris natalibus ortus, Robertus felix devoto fine quievit.*

biennio Richardi III.

(c) Ita Regum filii in Anglia vocabantur, ut jam supra notavimus.

Qui quidem versus in ipso Orderici contextu leguntur, sicut et hi qui infra a nobis referuntur.

(d) *Malgerius juvenis sedem suscepit honoris, Natali clarus, sed nullo nobilis actu.*

(b) In Lib. III supra pag. 459: *Rodbertus principatum Norm. VII annis ac dimidio insigniter tenuit*; ubi dimidium illud, juxta Pagium, late explicandum est, ita ut annos fere VIII Ducatu potitus sit. At Pagii calculus vix stare potest cum

(e) Addunt Mss. Codd. et Hugo de Monteforti.

(f) *Praesul Maurilius doctrinae luce refertus, Moribus eximius praefulsit et actibus alnis.*

- quoque erat annus à bello [Mortuimaris (a) et septimus decimus à bello] A
 quod Guillelmus et Guido fecerunt Valesdunis . . . In Anglia, mortuo Rege
 An. 1066. Eduardo, magna turbatio facta est, dum perjurus Heraldus, Godvini filius, qui
 de regia propagine non prodierat, vi et fraude regnum nactus est (b) . . .
 * Ms. præ- In ipso anno Senlacium bellum * factum est, et perempto Heraldus, Guil-
 lium pridie lelmus II Idus * Octob. triumpho potitus est, et in die Natalis Domini
 Rex coronatus est. Johannes (c) . . . Hic filius Radulfi (d) Baiocarum
 Comitum, præsul Abrincatensis Ecclesiæ fuit; et inde ad Archiepiscopatum
 [Rotomag.] assumptus, X annis floruit . . .
 Pag. 574. In Neustria post adventum Normannorum in tantum dissoluta erat castitas
 Clericorum, ut non solum Presbyteri, sed etiam Præsules liberè uterentur
 thoris concubinarum, et palam superbirent multiplici propagine filiorum ac
 Pag. 575. filiarum. Hujusmodi mos inolevit tempore neophytorum, qui cum Rollone B
 baptizati sunt, et desolatam regionem non litteris sed armis instructi vio-
 lenter invaserunt. Deinde Presbyteri de stirpe Dacorum litteris tenuiter
 edocti, parrochias tenebant, et arma ferentes, laicalem feudum militari famulatu
 defendebant. Tandem Bruno Lotharingus, Tullensis Episcopus, Leo Papa
 An. 1049. factus est . . . In Gallias anno Dom. Incarn. MXLIX venit, Ecclesiam S.
 Remigii Remorum Archiepiscopi Kal. Octob. dedicavit; et corpus ejusdem
 instinctu Hermari Abbatis in locum, ubi nunc veneratur, gloriosè transtulit.
 Tunc ibidem generale Concilium tenuit; et inter reliqua Ecclesiæ commo-
 * Ms. omninò da quæ instituit, Presbyteris arma ferre et conjuges habere (e) prohibuit.
 Exinde consuetudo lethalis paulatim exinaniri coepit. Arma quidem ferre
 Presbyteri jam gratanter desière; sed à pellicibus adhuc nolunt abstinere,
 nec pudicitiae inhærere . . . C

EX LIBRO SEXTO.

- Pag. 606. DE GENEROSITATE Alfacensium hergum et eorum moribus libet parum-
 per annotare. Gulbertus cognomento Advocatus de S. Galerico, filiam
 Richardi (f) Ducis uxorem duxit; ex qua Bernardum patrem Galterii de S.
 Galerico, et Richardum de Huglevilla genuit. Richardus autem Duci
 Normanniæ, avunculo videlicet suo, diu militavit; ejus dono nobi-
 lem Adam, Herluini senis de Huglevilla relictam, cum toto patrimonio
 ejus accepit . . . Hic super Sedam, in vico qui olim Isnelli villa vocaba-
 tur, burgum constituit, et pro imminente monte altis fagis obsito, Alfa-
 gium (g) nuncupavit. Leges etiam Cormeliensium colonis intulit . . . Tem- D
 pore Guillelmi juvenis, filii Rodberti Ducis, dum Guillelmus de Archis
 contra Ducem rebellavit, et penè omnium Calogiensium parilis defectus
 nothum Principem deseruit; solus Richardus contra rebelles in castello suo
 secus Ecclesiam S. Albini perstitit; et pro fidelitate Ducis contra discursus
 Archacensium, provinciam circumjacentem defensare curavit. Adjutores
 autem ejus in illo conflictu Goisfredus gener ejus et Hugo de Morio-
 monte, Turchetilli de Novo-mercato filii, fuerunt: ex quibus Hugonem
 cum omnibus suis Archacenses apud Morium-montem repentè circumde-
 derunt, seseque viriliter defendentem interemerunt. Porrò Goisfredus ex
 Adda Richardi filia Bernardum et Drogonem genuit . . . Gulbertus autem
 Richardi filius Beatricem, filiam Christiani de Valencenis illustris Tribuni,
 uxorem duxit, quæ viro suo Galterium et Hugonem atque Beatricem E
 peperit. Præfatus heros consanguineus Ducis, semper ei fidelis fuit, et

(a) Ansalis hic inclusa, desunt in Chesn. editione.

(b) Duo versus ab Ingulfo relati suprâ, ibi leguntur, sed interjecto hoc:

A genito Verbo, contrito Rege superbo.

(c) *Pervigil Antistes in eadem sede Johannes...*

(d) Legitur in Ms. Cod. Utic. Iverii.

(e) Eodem vitio laborabant et Itali jam ab anno circiter 1033. Nam ut Victor III, qui hoc tempore vivebat, refert in Libro III Dialogo-

rum: *Cæperunt ipsi Presbyteri ac Diacones laicorum more uxores ducere, susceptosque filios hærcedes testamento relinquere; nonnulli etiam Episcoporum, verecundiâ omni contemptâ, cum uxoribus domo simul in una habitare: et hæc pessima et execranda consuetudo intra Urbem maximè pullulabat.*

(f) Ms. Codex addit, *filiam naturalem Ricardi Ducis Papiam, sororem Adelix* (i. corrig. videlicet) *Rainulfi Vicecomitis Bajocensis et Nicolai Abbatis S. Audoëni.*

(g) *Altafagus vel Altifagus est vulgò Aufay vel Aufey in Caletis ad Sedam, la Sie.*

A cum illo præcipua cœtibus suis stipatus in bello Anglico discrimina pertulit... Mathildis Reginæ consobrina erat [Beatrix] . . .

Anno Dom. Incarn. MLI Theodericus Gemneticensis Monachus, Abbatia curam suscepit per VIII annos (a) . . . Onus regiminis ultrò deposuit . . . In Cypro insula in Ecclesia S. Nicolai ante altare Kal. Augusti obiit . . . Fulco Præpositus Uticensis, qui postea Divensis Abbas factus est, à Guillelmo Notho Rege Anglorum ad Bertam Comitissam pro privatis causis in Brigiam missus est . . .

Pag. 625.

Pag. 626.

EX LIBRO SEPTIMO.

ANNO Dom. Incarn. MXXXI, Indict. XIV, Rodbertus Rex obiit, et B Henricus filius ejus ferè XXX annis regnavit. Rodbertus autem Ducatum Burgundiæ habuit, et tres filios genuit, Henricum, Rodbertum et Simonem . . . Adala verò filia Rodberti Regis Balduino Satrapæ Flandrensi in conjugio data fuit; quæ multiplicem ei prolem peperit, Rodbertum Fresionem, Arnulfum et Balduinum Consules, Udonem Treverensium Archiepiscopum et Henricum Clericum, Mathildem quoque Reginam Anglorum, et Juditham Tostici Ducis uxorem . . . Henricus autem Francorum Rex Bertradam*, Julii Claudii Regis Russiæ filiam, uxorem duxit, quæ Philippum et Hugonem Magnum Crispeii Comitem peperit . . .

Pag. 638.

* Annam

Anno ab Incarn. Dom. MXLVII, Indict. XV, Guillelmus Nothus Dux Normannorum, Henricum Regem in Neustriam adduxit; eoque adjutore contra cognatos homines suos apud Vallesdunas pugnavit (b), et C Guidonem Burgundionem aliosque rebelles superavit, sibi que subjugavit, aliosque fugavit. Post hæc in potestate confirmatus, Mathildem Balduini Flandriæ Marchionis filiam uxorem duxit, quæ quatuor filios et quinque filias ei peperit; id est, Rodbertum, Ricardum, Guillelmum et Henricum, Agathen ac Adelizam, Constantiam, Adalam et Ceciliam . . . Seditiosis deinde insurgentibus, et inter præfatos Principes dissensionem serentibus, ingens guerra inter Francos et Normannos orta est; unde multorum nimia strages facta est.

Tandem anno Dom. Incarn. MLIV Henricus Rex in Ebroicensem pagum intravit; et ingentia, deprædando sive concremando, detrimenta facere cœpit; et Odonem fratrem suum cum multis milibus per Belvacensem pagum trans Sequanam direxit. Guillelmus autem Dux cum turmis D suis Regem à latere comitabatur, et resistere pro opportunitate præstolabatur. Porrò Rogerium de Mortuo-mari et omnes Caletenses ascivit, et in regalem exercitum abire velociter præcepit. At illi jussis citò obsecundantur, et occurrentes Gallis apud Mortuum-mare pugnaverunt (c); et victoriam nacti, Guidonem Pontivi Comitem ceperunt; Odonem verò et Radulfum Comitem de Monte-desiderii, pluribus peremptis, fugaverunt . . .

Rex Henricus Roberti Regis Francorum filius, dum post mortem patris jure primogeniti deberet redimiri regni fascibus; sed à Regina Constantia matre sua, novercali odio insequeretur; eique ipsa in regno Gallorum præponere Robertum fratrem suum, Ducem Burgundionum, conaretur; consultu Amalrici senioris de Monteforti, filii Guillelmi Hanoensis, Fiscannum cum XII satellitibus venit; et Robertum Normanniæ Ducem, ut E sibi materna fraude miserabiliter exulanti subveniret, humiliter expetiit. Quem præfatus Dux, ut potè naturalem dominum suum, liberaliter suscepit, et secum, donec Paschalis festività expleretur, gratanter detinuit. Deinde Normannorum agmina undique aggregavit, acerrimam expeditionem in Gallia fecit; et Aurelianensem urbem, Normannico impetu ignem

Pag. 655.

Ar. 1031.

(a) Infrà pag. 639 : Anno II Leonis Papæ Uticensis Abbatia restaurata est, et Theodericus S. Ebrulsi primus Abbas Non. Oct. consecratus est : qui post VIII annos peregrè profectus est, et in Cypro insula Kal. Aug. defunctus est : ad cujus sepulcrum miraculorum copia celebrata est.

(b) Infrà pag. 657 : intèr Cadomum et Argentias ; al. Argentonium ; et in alio Cod. Baiocas. Argentonium autem vel Argentomum, castrum est ad Olinam fl. in Saïorum diœcesi nobile, vulgò

Argentan dictum ; et indè confirmatur id quod jam notavimus de Valedunis.

(c) Hoc bellum trans Sequanam in hieme ante Quadragesimam fecere, octavo anno post bellum Vallesdunense ; inquit Willelmus ipse Rex pag. 658 infrà in allocutione, quam morti proximus habuit, quamque integram Deo dante edemus in alio Volumine, ubi nempe excerptum novum ex Orderico exhibebimus.

immittens, incendit. Damnis itaque incomparabilibus cervicositatem A
 Francorum compegit: quibus coercitis, repulsum Clitonem regno suo
 restituit. Henricus autem in regno confirmatus, Roberto Duci gratias egit,
 eique pro beneficio suo totum Wulcassinum à fluvio Isara usque ad Eptam
 donavit. Hoc nimirum Drogo, ejusdem provinciæ Comes, libentissimè
 concessit; hominioque facto, dum avixit, præfato Duci fideliter servivit.
 Ambo Consules stemmate virtutum pollebant, et sese vicissim admodum
 diligebant, mutuaque honoratione et propectu tripudiabant. Præfatus Dro-
 go, ut dicitur, erat de prosapia Caroli Magni Regis Francorum, eique
 sæpedictus Dux in conjugium dederat consobrinam suam Godiovam, soro-
 rem Eduardi Regis Anglorum; ex qua orti sunt Radulfus et Gauterius
 Comites, ac venerandus Fulco Præsul Ambianensium. Hæc nimirum puella
 cum fratre suo in Neustria exulabat, dum Canutus Danorum Rex Angliam B
 virtute bellica invaserat, et geminos heredes Alfredum et Eduardum fuga-
 verat, ac Edmundum et Eduinum Clitonem Edrici dolis peremerat.

Ab. 1035. Post aliquot annos, defuncto Roberto Duce apud Niceam Bithyniæ ur-
 bem, rebellaverunt Proceres Normanniæ contra Guillelmum infantem (a);
 qui, dum pater ejus cum Drogone Comite iter iniit Hierosolymitanum,
 octo solummodò erat annorum, et à patre commissus tutelæ Alanni con-
 sanguinei sui, Comitis Britonum. Roberto itaque et Drogone defunctis in
 peregrinatione; et Alano, dum Montem-Gomerici obsidet, per fraudem
 Normannorum lethaliter corrupto venenosa potione; et eorum heredibus
 nefariè privatis necessaria tuitione; Henricus Rex consilio Francorum qui
 semper Normannis adversantur, Wilcassinum pagum avidè repetiit, juri-
 que suo postmodum semper mancipavit. Guillelmus autem tunc pro puerili de- C
 bilitate jus vindicare suum non potuit. Postea verò majoribus sibi curis in
 Cenomanenses vel Anglos crescentibus, conticuit, et contra Henricum
 dominum suum, seu Philippum filium ejus, pro Vulcassino pago arma levare
 distulit...

* Herlettam Herluinus de Contavilla Herlevam *, Roberti Ducis concubinam, in
 conjugium acceperat; ex qua duos filios, Odonem et Robertum genuerat.
 Guillelmus autem Dux et postea Rex, vitricum suum magnis et multis
 honoribus in Normannia et Anglia ditaverat; et filios ejus, Radulfum
 quem de alia conjuge procreaverat, fratresque suos uterinos Odonem et
 Robertum maximis possessionibus sublimaverat. Nam postquam Guillelmum
 cognomento Werlengum, Moritolii Comitem, filium Malgerii Comitis,
 pro minimis occasionibus de Neustria propulsaverat, Roberto Herluini D
 filio, fratri suo, Comitatum Moritolii dederat. Defuncto quoque Hugone
 Baiocensi Episcopo, Radulfi Consulii filio, prædictum Præsulatum con-
 cesserat Odoni fratri suo, quem postmodum in Anglia præposuit Cantix
 regno....

(a) « In armis ab infantia, inquit idem Rex »
 » ibid. pag. 656, nutritus sum.... Dum pater »
 » meus spontè proficiscens in exilium, commisit mihi »
 » Normanniæ Ducatum, tenellus eram puer, ut »
 » potè VIII annorum: ex quo tempore usque nunc »
 » semper subii pondus armorum... Mei, quibus »
 » præeram, mihi sæpè insidiati sunt, et damna »
 » gravesque injurias mihi nequiter intulerunt. Tur- »
 » chetillum nutricium meum, et Osbernum Herfasti »
 » filium Normanniæ Dapiferum, Comitemque Gisle- »
 » bertum patrem patriæ, cum multis aliis reipublicæ »
 » necessariis fraudulenter interfecerunt. His itaque »
 » rebus gentis meæ fidem expertus sum. Noctibus mul- »
 » totiens cognatorum timore meorum à Gualterio »
 » avunculo meo de camera principali furtim expor- »
 » tatus sum, ac ad domicilia latebrasque pauperum, »
 » ne à perfidis qui ad mortem me querebant inve- »
 » niret, translatus sum ».

EX HISTORIA EPISCOPORUM VIRDUNENSIVM,

AUCTORE LAURENTIO (a) DE LEODIO.

Apud Acherium Tom. II Spicilegii in-fol. pag. 242.

- A** NNO Dominicæ Incarnationis secundum Dionysium MXLVIII, post venerabilem Richardum Theodericus hujus Virdunensium urbis sedit Episcopus . . . vir genere, moribus et sapientiâ præditus. Hic naturâ Teutonicus, et Basiliensis Ecclesiæ fuerat Canonicus, patre nobilissimo quodam Guezelone natus. Eodem anno Walerannus post Abbatem sanctæ memoriæ Richardum constitutus est Abbas in hoc Cœnobio S. Vitoni, jampridem Monachus ejusdem ex Comite Francorum Bretuliensi. Nam in bello quod apud Barrum Dux Goselo et Godefridus filius ejus contra Odonem Militem *, totis Franciæ viribus Lothariam invadentem, nobiliter confecit, ubi et ipse Odo occubuit; idem Walerannus sub prædicto Odone militavit; et succiso calcaneo graviter vulneratus, dum vitæ diffideret, ab Abbate Richardo susceptus, jam tum decimum annum agebat in palæstra Monastici ordinis. Hic per quindecim annos huic Cœnobio præfuit; cum quo etiam Abbatiam Aremarensem ex dono Tibaldi * Comitis, filii memorati Odonis, regendam suscepit, ubi et nunc tumulatus requiescit.
- B** Illis diebus contra Imperatorem Henricum II rebellaverat Dux et Marchio Godefridus, dictus Gibbosus *, Gozelonis Ducis filius, pro sublato sibi Mosellano Ducatu, quem cum patre Duce tenuerat loco patroni, post obitum Theodorici Ducis Barrensis, qui filius nobilissimi Ducis Frederici et Beatricis Hugonis Capitonis Francorum Regis sororis. Filius hujus Theodorici fuit junior Fredericus, qui mortuus est ante patrem suum in primo flore juventutis: cujus Frederici duæ filiæ post obitum ejus nobiliter educatæ, Beatrix data est (b) à Rege uxor Bonifacio Italiæ Marchioni, et Sophia Ludovico de Monxian Comiti. Ducatus autem patris earum, quia neutri istorum cessit, sed datus est à Rege Girardo Castiniensi Comiti, ideò hic Godefridus, qui patronus eis datus erat, justa in Imperatorem arma movere visus est sibi. Hunc idem Imperator inter multa alia Comitatu hujus urbis, quem à prædecessoribus suis tenebat, jam in curia sua exheredaverat, ipsumque Comitatum Richardo urbis Episcopo manu dederat, ut alteri, quem idoneum judicasset, illum traderet: pro quo ipsi Pontifici idem Dux dicitur exstitisse infensus. Sed etiam antea sub tempore Ramberti Episcopi, nobilissimum Comitem Chisneiensem * Ludovicum, filium Ottonis Comitis, et patrem alterius Ludovici domini Pontificis nostri Alberonis I avi, Bullionenses milites partis ejusdem Ducis intra urbem oppressum exstinxerant, eo quòd illum Episcopalis auctoritas prædicto urbis Comitatu præfecisset. Eadem Ducis infensio Theodericum Episcopum infestabat, quia et ipse nominati Comitatus principatum ei non recognoverat. Secundo anno (c) Episcopatus ejus, ipse Dux et Balduinus Comes Flandrorum cum manu valida hanc urbem irruerunt, et in odio Cæsaris succederunt, multimoda strage commissa. Volebat autem Dux Monasteria urbis

An. 1046.

An. 1037.
* Al. Comitem

* Theobaldi

* Barbatus

* de Chignu

An. 1048.

(a) Laurentius de Leodio, prius S. Laurentii Leod. Monachus, deinde S. Vitoni Virdunensis, historiam non modò Ecclesiasticam, sed et sæcularem conscripsit, seu continuavit à Theoderico XL Episcopo Virdun. usque ad XIV annum Alberonis XLV ejusdem urbis Episcopi.

(b) Certum igitur et indubitatum esse debet, Beatricem Mathildæ Comitissæ matrem, Bonifacio Tusciæ Duci primùm nuptam, filiam fuisse Frederici Mosellanorum seu Lotharingorum Ducis, hujus nominis secundi; qui obiit anno 1027. Conrado enim Austrasiorum Duce anno 1012 demortuo, Mathildis hujus relicta, filia Hermanni Sueviæ Ducis ex Gerberga filiâ Conradi Burg. Regis, alteras nuptias iniit cum Fre-

derico II Loth. Duce; ex quibus prognata fuit Beatrix, mater Comitissæ Mathildis quæ Godefrido Gibboso nupsit anno 1070 vel superiori.

(c) Theoderici Episcopi Virdun. temporibus multa adversa passa fuit ista Ecclesia; secundo enim Episcopatus sui anno civitas Virdunensis combusta est à Duce Godefrido et Comite Balduino, unà cum Monasterio beatæ Dei Genitricis Mariæ; qua combustione civitas ista magnum dispendium passa est. Hujus temporibus post transitum venerabilis patris Richardi Abb. Cœnobium istud suscepit regendum domnus Walerannus. Ex præced. Continuatione Episc. Virdun. per Monachum Abbatæ S. Vitoni cœvum, ibid. pag. 239.

illæsa ab igne servare; sed subitò majorem Ecclesiam sanctæ Dei Genitricis A
 victrix flamma comprehendit, et Duce turmaque militari frustrà obtinente,
 penitè absumpsit. Plurimus thesaurus et litteralia monimenta rerum Ecclesiæ
 ibi combusta sunt. Tantum ipsa civitas, tantum ipsa Ecclesia tunc rerum
 dispendium pertulit, ut multi cives, multi Clerici locum istum fugerint
 aliàs dispersi. Fama est, viginti quatuor Canonicos de ipsa concremata Ec-
 clesia tunc Hungariam præ inopia profectos, quos constat nunquam fuisse
 reversos. Proinde Dux iram Dei metuens, pacem cum Episcopo fecit,
 centenas potestatum Ecclesiæ et prædia quæ invaserat reddidit, publicæ
 pœnitentiæ se addixit. Nam penè nudus et discalceatus, genuumque et
 brachiorum poplitibus flexis, rependo se per terram trahens, ita ex sum-
 mo urbis ante majus altare Ecclesiæ, quam incenderat, processit;
 ibique multis verberibus, ut dicitur, se submitit; villas quoque sui juris, B
 Pusvillare et Areum cum portu et piscatura, et plurima alia donaria in opus
 reædificandæ Ecclesiæ contulit, fatis tamen minora malis illatis: ipsum
 urbis Comitatum, quasi legitimam à patribus hereditatem, sibi vindicavit.
 Cùmque Imperatori infestissimus, Neomagum palatium miri artificii ei
 irreparabiliter, nobilissimum Albertum de Longinastro, quem super se ille
 Ducem statuerat, bello exemerit, omnem Lothariam cædibus, incendiis
 rapinisque vexaverit; tamen per XXII annos, quibus postea vixit, benignus
 satis Virdunensibus fuit, et per venerabilem Ermenfridum Virdunensis Ec-
 clesiæ Archidiaconum Regi reconciliari meruit: qui postea Italiam pergens,
 nobile obsequium Bonifacio Marchioni præstitit; eoque mortuo, Beatricem
 ejus uxorem duxit, filiamque ipsorum unicam Mathildem filio suo Gode-
 frido desponsavit. Exinde ambo Marchiones Italiæ et Duces Lothariæ C
 fuerunt. Hujus Beatricis (a) hortatu idem Dux celebrato intra hanc urbem
 Comitum et Principum generali Concilio, multa urbi et Ecclesiæ utilia
 disposuit; quod etiam in Ecclesiasticis annotatum est privilegiis: moriens
 quoque in ipsa Ecclesia, quam concremaverat, se sepeliri mandavit. Go-
 defridus quoque, filius et successor ejus, per VIII annos quibus Dux
 præfuit, nunquam molestus, sed bonus nostris exstitit; et moriens Gem-
 matium prædium sui juris Virdunensi Ecclesiæ, in qua requiescit, contulit.

Porrò in reædificanda à fundamento Ecclesia, vel mœnibus incensæ urbis,
 magnus labor, magna sollicitudo et industria Theoderici Episcopi claruit. . .
 Waso Leodiensium Episcopus L libras argenti dedit, Fredericus quoque
 Comes Tullensis usuarium Argunnæ sui nemoris. . . Tunc etiam Ermen-
 fridus Archidiaconus (b), sapientiæ, morum et sanctitatis gratiâ præditus, D
 ex donariis Principum et fidelium, quæ ei pro suis meritis et obsequiis largè
 impenderant, Ecclesiam S. Mariæ Magdalænæ à se jam fundatam consumma-
 vit. . . Juvit eum præ omnibus ad hoc opus venerandus * vir nobilis et urbis
 Advocatus cum Bertrada uxore. . . in qua etiam requiescit. . . His diebus
 An. 1049. Papa Romanus Leo IX, primùm Tullensis Episcopus, Gallias veniens,
 Remis Synodum celebravit, ubi ossa B. Remigii, dedicatâ ejus Ecclesiâ,
 transtulit. Indè eum, precatu ipsius Ermenfredi, ad consecrandam prædictam
 Ecclesiam Theodericus Episcopus honorificè ad hanc urbem adduxit; et ab
 ipso sancto Papa, assistentibus tribus Archiepiscopis, Everardo Treverorum,
 Alinando Lugdunensium, Hugone Chrysopolitanorum, plurimis quoque
 Episcopis, dedicata est ipsa Ecclesia anno III Episcopatus domni Theoderici.
 Ipse Papa miseratus ruinas incensæ urbis et Ecclesiæ, Clerumque et popu- E
 lum sibi mox venienti prostratum, Ecclesiæ beatæ Dei Genitricis, pro om-
 nibus monumentis incensis, rerum quas tenebat privilegium fecit; itemque
 Ecclesiæ quam consecraverat, et Cœnobio B. Vitoni; veniensque Leodium,
 Fredericum fratrem Ducis Godefridi, Archidiaconum S. Lamberti, inde
 secum duxit; et Monachum, indeque Abbatem Cassini-montis, ac postea
 septimum sui Levitam instituit: qui etiam tertius ab eo Papa post Victorem
 in Cathedra B. Petri sedit, Stephanus vocatus à Romanis. . . Item Papa

* f. Venc-
 randus

An. 1049.

(a) In duobus Instrumentis, quorum me-
 minit Pagius ad annum 1070, Beatrix profitetur
 se filiam Frederici Ducis vivere *Lege Salica*,
 Cùm autem Lex Salica Francorum propria
 fuerit, patet indè Fredericum fuisse Francum.

(b) In laudata jam Continuatione: *Ermenfri-
 dus Ecclesiam S. Mariæ Magdalænæ ædificavit, Ca-
 nonicis ordinatis, tempore et exemplo Heimo-
 nis Episcopi.*

A tunc in Synodo Remis Lingonensem Episcopum Hugonem (a), fratrem Waleranni Abbatis deposuerat pro quibusdam criminalibus causis: at Hugo Papam usque Romam sequutus, ut misericordiam ejus experiretur, plenam Synodum; cui ille præsidebat, nudus et discalceatus intravit, virgas quibus cederetur, tremula manu deferens, et ore lacrymabili hanc Antiphonam canens: *Dedit pater pœnitenti filio stolam primam pariter et annulum, etc.* Eum ita videntes omnes, in singultus proruperunt, lacrymas fuderunt, questibus Synodum repleverunt. Ipse Papa præ cæteris condoluit; et cunctis supplicii reo suffragia ferentibus, eum absolvit; utque pius pater, pœnitenti filio stolam primam et annulum amissi Pontificatus induit, et sandalia pacis recalciari edixit; dum solummodo Ecclesia sua quam læserat, vel quælibet eum alia recipere dignaretur Episcopum. Ita ille à cunctis absolvi meruit, repatriare cœpit; languorem itinerando incidit, habitum Monachi sub nomine nostri Cœnobii, cui præsidebat frater suus, à comitibus suis Cluniacensibus Monachis quæsivit, accepit; fideliter excessit, et inter obitus nostrorum adscriptus est.

At Theodericus Præsul plurimas deinceps molestias à militibus pertulit. Nam cum urbem et Episcopatum quos illi antè affligebant, in libertate sibi ab eis vindicaret, Comes Rodulfus de Crispeio, vitricus Philippi Francorum Regis, istam urbem iterum incendit; eo quòd Episcopus denegabat ei viginti annuas libras, quas à prædecessoribus suis accipiebat, ne regionem istam impugnaret. Item Alo de Dunocastro vir ingenuus, dum Episcopus præsidium ejus in Rourovico quem ille ex Episcopio violenter invaserat, obsidens expugnaret, istam urbem conflagravit, absentiam Episcopi et militantium aucupatus. Uterque tamen per industriam Episcopi armis repressus ac repulsus est, et res Episcopi suæ libertati vindicata est. Ita sub hoc Episcopo urbs ista tertio succensa est. Præterea idem Præsul Manassem Comitum de castro Retexto (b) armis suorum coërcuit ab invasione Ecclesiasticæ rei. Adversus castrum S. Manehildis sibi infestissimum armatam expeditionem movit: quo metu castrenses perterriti, ei in medio itineris claves castri miserunt, suppliciter pacem petierunt, obsidionem precibus evaserunt. Sed Episcopus, ne nihil ad Ecclesiam reportaret triumpho, eandem expeditionem in castrum Saptiminium æquè sibi infensum convertit, illud obsedit, cepit et diruit. Hoc utrumque castrum erat prædicti Comitum Manassæ. Odonem virum ingenuum, fratresque ejus filios Humberti sibi insurgentes, similiter domuit, et munitione ante Clarummontem firmatâ, ipsum castrum D super ipsos cepit (c).

(a) Hugo filius erat Gilduini Comitum castri Britogili seu Britolii, positi in finibus Bellocorum in via publica quæ fert Ambianos, nobilitati Monasterio S. Mariæ, et corpore S. Constantiani Monachi et Confessoris quod Gilduinus Comes anno 1029 accepit ab Ayesgaudo Cenoman. Antistite. Porrò Gilduinus Monasterium Brituliense, quod eodem tempore restituerat, Richardo Abbati Virdun. commisit, et se unâ cum duobus filiis Waleranno et Hugone, ejus disciplinæ subjecit, Monachus cum illis factus in Monasterio S. Vitoni.

(b) Vel *Reiteste*, vulgò *de Retel*. Hoc castrum est ad Axonam fl. in finibus Remorum.

(c) Ut res Virdunenses magis ac magis illucescant, quosdam Theodorici decessores juvat hic recensere ex laudatâ jam Continuatione: *Egresso [Hugone Clerico] susceperunt cives nostri sine regio dono Adalberonem filium Beatricis nobilissimæ Ducricis, matris Theodorici Ducis... Huic successit dominus Adalbero filius Comitum Godefridi Ducis, qui postea accepta uxore Principis Bonifacii, factus est Marchio Italarum... Hic tantam corporis sui passus est imbecillitatem, ut ipso eodem anno bene-*

dictionis suæ Salerniam causâ salutis exposceret... qui cum à Medicis curari non posset, reversus est Italiam... Ibi tradidit Abbatiam S. Germani cuidam Rodulfo nepoti suo... et mortuus est: cujus corpus ab Italia delatum à fratre suo Comite Frederico positum est in Ecclesia sua... Ecclesia Virdun. viduata, tum genere tum moribus nobilissimum Heimonem meruit... Ejus exemplo Amicus Præpositus Ecclesiam S. Crucis ædificavit, Canonicos XII locavit... Dudo etiam Præpositus apud castellum Destauvareth Ecclesiam S. Laurentii constituit, Canonicos ordinavit... Vixit in Episcopatu annis XXXVI... Successit Rainbertus... Desiderio S. Sepulcri peregrinationem est aggressus, in qua mortuus, et in via Bellagrada sepultus... Tempore Episcopi Richardi et Baldrici Abbatis in Ecclesia S. Martini et S. Agerici à se incepta honorificè est sepultus... Vixit in Episcopatu annis XIX... Canonicè [facta est] successio Richardi... Fuit suis diebus magna dissensio inter Henricum Regem et Ducem Godefridum, qui cum Rege pacem aliter habere non potuit, donec centenam de Wandelini curte et alia jura quæ tunc temporis potestativè in hac civitate tenebat, eidem Episcopo et Ecclesiæ reddidit, etc.

EX CHRONICO ^(a) VALCIODORENSIS CŒNOBII.

Apud Acherium Tom. II Spicileg. in-fol. pag. 719.

- An. 995. [I^{M M O} Abbas Valciodor.] ex hoc mundo migravit feliciter anno Dom. Incarn. DCCCCXCV, et sui regiminis IV... Post hunc Godefridus ex Remensi Ecclesia B. Remigii est assumptus; et conductu quorundam Nobilium de Cunauco, propinquitatis consanguinitate quorum gloriabatur, Abbatis sortitus est nomen... Sua temeritate expulsus, spoliatur ab eisdem honoris dignitate... Theodericus electus ejusdem loci obtinuit Abbatiam... Ex Valciodorensi Monasterio Monachos assumens, in Hasteriensi B Ecclesia loco Sacerdotum servire constituit... Suo tempore passim ignis congerie exaggerante Valciodorensis Monasterium est concrematum, et ædificiorum habitacula ejusdem Monasterii cum eo sunt dissoluta... Dirutum reedificare cœpit, Ecclesiamque artificio luculentæ ædificationis haud multo post tempore iterum reformavit... Inter hæc tempore illo, de nobilioribus progenitus parentibus, puer quidam à Maceriensi oppido nutriendus ad eandem Valciodorensis habitationem adducitur, et militaturus Deo et sanctæ Regulæ in eodem Monasterio secundum B. Benedicti mandatum regulariter offertur (b). In cognitione igitur proprii nominis puer ipse dictus est Erembertus, qui dignitatem suæ nobilitatis egregiis ornavit moribus. Factus enim adolescens, duplicem adeptus est divinæ scientiæ utilitatem: litteris enim pleniter imbutus, in omni operationis constitutionem, tam in C auro, argento vel ære quàm in cæterarum exercitationum ingenio, factus est artifex egregius. Tandem et solutionis tempore venerabilis Theoderici Abbatis... nutu Regis Henrici * electione convalescente, domnus Erembertus gubernaculum Valciodorensis Ecclesiæ nactus, regulariter suscepit; et canonicali benedictione fultus, ab utrisque Episcopis [Met. et Leod.] secundum uniuscujusque juris potestatem feliciter inthronizatur... Mater ejus carnalis, nomine Ermenrada, illi fideliter adhæsit... Erembertus ob difficultatem, molestiam et tumultum qui Fratribus oriebatur, divinis in meditationibus occupatis, ex doctrina puerorum, scholam à loco removens, eam in Hasteria esse disposuit, puerosque ibi usque ad tempus ordinationis B. Benedicti nutrire præcepit. Deinde adolescens quidam nomine Rodulfus, de Valciodoro (c) assumptus, puerorum Magister ab eodem Abbate D Eremberto in Hasteria constituitur; et postea in eodem Præpositus, ibidem constitutus præficitur... Erembertus excogitare cœpit quibus sumptibus Ecclesiam Valciodorensis posset exaltando dilatare, et quomodo secundum quantitatem ædificiorum recenti renovatione à se constructorum luculenti coaptatione renovaretur et decenter... Spiritum reddidit anno ab Incarn. Dom. MXXXIII... Rodulfus canonicali fultus electione, auctoritate utrorumque Episcoporum sublimatur... Infra officium Præposituræ Hasteriensis Ecclesiæ sumptus non modicos acquisivit, quibus ruinas Hasteriensis Ecclesiæ reformando novam construxit. Dehinc post biennium à transitu Eremberti, ex hoc mundo transivit... Post hujus discessum regali præcepto domnus Poppo Stabulensis Abbas ad nutum Metensis Episcopi Valciodorensis Ecclesiam regendam cum cæteris suscepit... Domnus Poppo E præbens ei [Lamberto Trevir.] pastorem baculum, vix apud Regem Metensemque Antistitem obtinuit, ut in Valciodorensi Cœnobia vice sua collocaretur... factus Abbas domnus Lambertus... Tempore illo parochialis Ecclesia in hoc Cœnobia non erat, sed B. Foranno et suis successoribus à Romana Ecclesia et suis capitalibus concessum fuerat,

(a) Chronicon Valciodorensis ab Anonymo ejusdem loci Monacho, non à Roberto Abbate, contextum videtur Acherio pag. 708. Quisquis autem sit Chronographus ille, scribebat ante medium sæculi XII, et non admodum accuratus est in temporibus assignandis.

(b) Exstat in bibliotheca Gemeticensi ritualis Liber, tempore Theoderici Abbatis scriptus,

in quo formula offerendi pueri exhibetur. Ex Valciodorensi autem Chronico et ex pluribus aliis patet, Monasteria passim fuisse ditata ab his qui Monachum induebant.

(c) Vulgò *Wassors* vel *Vaussoire* aut *Wausors* Monasterium est ad Mosam fl. in Comitatu Namucensi, inter Caroli-montem ac Bovinnam [Bovingne].

- A quatenus super populum loci istius vices ministeriumque Pontificis per omnia ut super claustrales interius, ita quoque super laicos exterius expleret. Quapropter in diebus illis à latere Abbatis Capellanus non deerat, qui in eodem Monasterio vice Abbatis curam gerebat, et ad nutum illius cætera disponebat. Verum dominus Lambertus hoc privilegium contumeliam fore assignans, sub sarcina jugoque tali se diu comprimere non ferens, maturè se ab hoc absolvit, atque juxta Monasterium ipsam quam nunc habemus, in honore S. Michaëlis Ecclesiam construxit... Leodiensis Pontifex De-
 B tinnus locum [Valciodor.] consecraturus invitatur... In capite Calenda-
 rum Octobris venerabilis Templi majus altare in honore S. Trinitatis, etc. consecratur... Obviavit domino nostro Lamberto Florinensis Abbas nomine Gonzo... In tempore præcedenti ex nobilibus [Florinensibus] quædam no-
 B bilis matrona nomine Alpaidis, villam Roleriam tradidit... Exinde dominus Florinensis Godefridus redditum duorum solidorum in Harneis tradidit... Diebus illis super Letiam flumen (a) in castro dicto Greteri quidam nobilis Comes nomine Theodericus unà cum sua nobilissima conjuge Ermengarde habitabat; de cujus nobili prosapia Fiennenses Theoderici æquivocali suc-
 cessione originem traxerunt... Dominus Theodericus in confinio Falle-
 maniensi (b) in vico dicto Juvonia partem alodii tradidit... nec non Er-
 mengardis Comitissa uxor ejus in Solonia, quæ prope Dinantum adjacet, alodium... sub eodem tempore in castro Femuensi illustris domina, nobilis mulier nomine Gertrudis, prima de Femuensibus, huic Ecclesiæ adhæsit... Ejus pronepos nobilis Johannes ex eadem prosapia et ex eodem castro, villam Borsium invicem tradiderunt, exceptis accidentalibus quæstibus et
 B familiâ ex diversis eventibus, frequenter qui accidunt in Ardennensi provin-
 cia... Sub eodem tempore quædam nobilis mulier, Hersindis nomine, ex antedictis Florinensibus... cum quodam Filberto conjugis sui fratre ute-
 rino donativum quoddam tribuit in villa Erehevelles... Intereà quidam Vidricus de Romereis nobilitatem suam decorare nitens militari studio, vitam præsentem armis ornavit... In villa Romereis partem alodii dedit, dans ibidem congruentem familiam et honestam: de qua quædam puella ad nos transitum faciens, quam quidam Præzeriensis Anselinus sumpsit in con-
 jugium; de quibus haud multo post grandis turba populi consurrexit, qui à supradicto Anselino et puella memorata Querentia nuncupabantur, origi-
 nem traxerunt... In diebus etiam illis domini ex Rovoniensi castro Fratrum præbendam ampliarunt... Ex his unus nomine Isaac in Mahiert partem
 D alodii tradidit... Eodem tempore de nobilibus de Nova-villa in pago Famen-
 iensi sitâ, Waltelinus quidam ob tyrannidem suam... in villa Gessimilus partem alodii dedit... Fuit intereà in his diebus de Namurcensi familia quidam Hodebaldus, cujus filius Theodericus de Bodello in Namurco filiam habuit nomine Herisindem, quam quidam Balduinus de Horia sumpsit in uxorem... In vico dicto Chrestevin partem alodii tradidit... Cùm die quadam [Lambertus Abbas] Bullonis ante Bullonensem (c) Ducem adstar-
 ret, Dux Godefridus ex pestilentia suorum equorum conqueri cœpit... Revertens autem à Bullone, fortè per Hasteriam transivit, et in ea per-
 noctavit... Verum nostri Hasterienses sæpè jam dictum Abbatem armis ag-
 gredientes, unanimiter cum laicali manu obsidendo clauserunt. Cùm autem clausus ab his in suo cubiculo teneretur, cum summa velocitate ab eodem
 E in Namurco dirigitur nuntius, quatenus veniente Namurcensi Comite ab hac insolenti circumventionem erueretur. Veniens itaque Namurcensis Comes Albertus, pater Comitis Godefridi*, grave judicium in eos exercuit... Domino Lamberto viam universæ carnis ingresso... convenit consensus, ut Valciodorensis Monachus dominus Godescalcus (d) Abbas præficeretur, etc.

Pag. 723.

Pag. 724.

* Lovan.

(a) Letia aut Letia fl. vulgò *Lesch* aut *Lesche*, oritur in silva Arduenna, et in Mosam fl. effunditur paulò supra Deonantum [*Dinant*].

(b) Faleman. vel Falmen. et Famenensis pagus, vulgò *Famenne* aut *Famine*, proximus est pago vel provinciæ Arduennensi, et ponitur ad Urtam [*Ourt*] et Letiam fluvios.

(c) Hoc castrum in silva Arduenna, Gerberto in Epist. Bubllo, et vulgò Bulio vel Bullio, caput

est Ducatus.

(d) Cùm placuisset Henrico Leod. Episcopo, Alberto Namure. Comiti, Cononi Comiti atque oppidanis, ut pons apud Deonantum super Mosam ex lapide fieret, assensit Godescalcus Abbas: *Actum Dionanti Kal. Sept. anno MLXXX, Indict. III.* Deonantum, vulgò *Dinant*, oppidum est ad dextram Mosam, oppositum castello Bovinnæ.

EX NARRATIONE

RESTAURATIONIS ABBATIÆ S. MARTINI TORNACENSIS,

AUCTORE (a) HERIMANNO ABBATE EJUSDEM MONASTERII.

Apud Acherium Tom. II Spicilegii in-fol. pag. 892.

Num 12

ROBERTUS iste [Frisio] filius fuit Balduini Comitis, qui Ecclesiam S. Petri in oppido Islensi ædificavit, et Canonicos in ea posuit, seque ibidem sepeliri mandavit : quo mortuo, Balduinus filius, frater præfati Roberti, ei successit; qui Ecclesiam S. Petri Hasnoniensi construxit, ibique Monachos posuit, et in ea se sepeliri mandavit *. Hic Balduinus (b) præcepto patris sui Balduini Comitis Richeldem, uxorem Hermanni Comitis Montensis, post mortem ejus conjugem duxit; et ex ea duos filios, Balduinum et Ernulfum * genuit : sicque pacata diutiùs * seditione, quæ longo tempore inter eos duraverat, utrumque Comitatum, Flandrensem scilicet et Montensem, tenuit. Quod audiens Leo, tunc temporis Papa Romanus, qui priùs fuerat Tullensis Episcopus et vocabatur Bruno, dixit conjugium illud non esse legitimum, quoniam consanguinitatis lineâ propinqui erant; prophetavitque, posteros Balduini non diu possessuros utrumque Comitatum; quod verum fuisse finis probavit : nam Balduinus *, qui Insulæ jacet, C timens ne post mortem suam seditio nasceretur inter filios suos Balduinum et Robertum, totam terram suam in vita sua Balduino dedit, et Optimates suos hominum (c) et fidelitatem promittere fecit; ita ut apud Aldenardam super reliquias Sanctorum, præsentem patrem et filium multisque Principibus, idem Robertus publicè juravit, quòd nec ipsi Balduino nec heredibus ejus aliquo modo de terra Flandriæ noceret; quo juramento completo de Flandria exivit et in Frisiam secessit. Post aliquot verò annos audiens Balduinum germanum suum defunctum et in Cænobio Hasnoniensi sepultum, filiumque ejus Ernulfum jam Flandrensem Comitem factum, quibusdam Flandriæ Principibus secretè convocatis, multisque muneribus promissis, Flandriam intravit; prætermissoque juramento quod fecerat, bellum contra nepotem suum paravit (d). Quòd audiens Ernulfus, juncto sibi Philippo D Francorum Rege, de cujus manu terram susceperat, patruo suo Roberto eum exercitu suo apud castrum Casletum occurrit; ibique conserto prælio et Ernulfo interfecto, Robertus Flandriam obtinuit; et Richeldis mater Ernulfi de Flandria pulsa, cum altero filio suo Balduino Comitatum Hainoënsis repetiit; sicque prophetiam Leonis Papæ veram esse claruit. Robertus autem statim legatos ad Henricum Imperatorem direxit, rogans ut, si necesse esset, sibi adjutor existeret. Ex his legatis fuit unus, Balduinus Advocatus Tornacensis, qui postea Monachus fuit D. (e) Anselmi Cantuariensis Archiepiscopi; quique retulit quòd dum Coloniam appropinquassent, obviaverunt enidam matronæ honestæ et ignotæ, à qua requisiti qui essent, unde venirent, quò tenderent; eum nollent ei rem sicut erat revelare : « Scio, inquit, » vos esse legatos Roberti Flandrensis Comitis, qui juramentum quod E » patri suo pro germano suo fecerat prætergressus, filium ejus interfecit, et » terram ejus invasit : vos quoque * nunc ad Imperatorem Henricum propter

* Ms. præcepit

* Arnulfum
* Ms. diutina

* Ms. Comes

Num 13.

* Ms. que

(a) De Herimanno hujus Narrationis Auctore jam pag. 236 Tomi nostri X quædam monuimus, iterumque de eodem fusiùs agemus in Volumine sequenti.

(b) Infrà pag. 897 : Ille constructor Cænobii Hasnon. qui Richeldem Comitissam Montensem conjugem ducens, utrumque Comitatum tenuerat, Flandrensem scilicet et Montensem, quique de eadem Richelde duos filios genuit, Ernulfum qui patri succedens à patruo suo Roberto Casleti est occisus, et Balduinum qui cum matre sua Montensem Comitatum tenuit, etc. In Ms. verò Cod. Reg. 6186 : Incipit

de Comitibus Flandrensibus... Balduino Com..., successit filius ejus Balduinus.... Hic Balduinus Richeldem Montensem Comitissam conjugem duxit, etc. ut apud Acherium præter lectiones var. infrà notatas.

(c) In Ms Reg. hominum ei et fidelitatem promittere præcepit, præfatamque Richeldem ei desponsavit; et insuper prædictum Robertum filium suum germano suo Balduino fidelitatem promittere fecit; ita ut .. juraverit.

(d) Ibid. palàm paravit.

(e) In ed. domini; at in Ms. Reg. dompni.

A » obtinendam gratiam et amicitiam dirigit. Sciatis itaque vos prosperum
 » iter et gratiam Cæsaris habituros, ipsun̄que Robertum cum filio suo Flan-
 » driam p̄acificè possessurum; sed nepotem suum qui ex filio suo genitus
 » fuerit, sine prole moriturum: cui succedet quidam pulcher juvenis de
 » Dacia veniens, qui tamen et ipse sine prole morietur: post quem duo alii
 » de Flandriâ contendunt, alterque alterum interficiet, et victor Flandriam
 » obtinebit, ipsiusque heredes Flandriam possidebunt usque ad tempus An-
 » tichristi ». Hæc ego adhuc parvulus (a) à præfato Balduino Tornacensi
 Advocato, qui unus ex legatis fuerat, narrari audivi; nunc autem jam in
 senium vergens, vera esse propriis oculis, sicut dixerat, conspicio.

Robertus namque prædictus in magna pace Flandriam tenuit, multæque
 potentiae fuit; adeò ut privignam suam (b) duxerit Philippus Rex Franco-
 rum, de qua genuit Regem Ludovicum. Sororem accepit Guillelmus
 Comes Normannorum, qui, interfecto Heraldo Rege Angliæ, violenter
 Angliâ captâ, duos Principatus obtinuit, existens Comes Normannorum et
 Rex Anglorum; ita ut in sigillo suo (c) ex una parte sederet super equum ut
 Comes, ex alia super thronum cum sceptro ut Rex: genuitque ex Mathilde
 filia Comitis Flandrensis tres filios, Guillelmum scilicet qui ei * successit,
 Robertum cui Comitatum Normanniæ dedit; tertius filius fuit Henricus,
 qui primò quidem nihil * habuit, ita ut defuncto patre suo inclyto Rege
 Guillelmo nonnisi Miles cum cæteris esse videretur; sed mirabilis fortuna
 eum prosequuta est...

Num 14.

Ed. primus

* Ms. nichil

Rabodi tempore Comitatum Flandrensem tenebat Robertus filius Bal-
 duni Insulani et Adelæ filiae Regis, quibus data fuerant altaria (d). Veniens
 ergo ad eum Rabodus Episcopus, oravit eum ut XII altaria, quæ Hardui-
 nus de mensa Tornacensis Episcopi tulerat, et Balduino Barbato Comiti
 avo ejus concesserat, Tornacensi Ecclesiæ pro anima sua redderet; quo-
 niam jam tempus transierat, quo reddita esse debuissent: tres enim Comites
 ea tenere debuerant, qui jam decesserant, scilicet Balduinus Barbatus avus
 hujus Roberti, Balduinus Insulanus pater ejus, Balduinus Hasnoniensis frater
 ejusdem Roberti: quem cum Episcopus rogaret altaria reddere, dilationem
 postulavit, donec à matre sua veritatem hujus rei audiret. Cùm ergo matrem
 suam præfatam Adelam (e) super hoc consulisset, illa respondit: « Verum
 » est, inquit, fili, etc. » Comes Episcopo (f) se ea redditurum spondit;
 sed antequam de manibus Militum ea tenentium libera fierent, morte præ-
 ventus non implevit quod proposuerat.

pag 99

D (a) Ibid, puerulus. Nota ætatem Scriptoris. de Turbul... de Niviella... de Rodcnburc, de Al-
 (b) Bertam, filiam Florentii Hollandiæ Co- denburc, etc.
 mitis. (c) Hæc fundavit Abbatiam Monial. Bened.
 (c) Habetur simile sigillum Guillelmi apud nomine Messincz prope Ipras. Acher.
 Seldenum ad Eadmeri Hist. Nov. pag. 166. (f) In Ms. Reg. paulò infrà: Hic Rabodus
 (d) De his altaribus vide pag. 238 Tomi Episc. vir nobilis et magnæ nobilitatis existens, etc.
 nostri X; et ex Ms. Cod. Reg. corrige forsân...

EX CHRONICO (a) ALTERO

S. MICHAELIS IN PERICULO MARIS.

E Apud Labbeum Tom. I Novæ Biblioth. Libr. Mss. pag. 348.

ANNO MXXXIII. Ordinatus est Suppo Abbas Monasterii S. Mi-
 chaelis. (b) [Multa bona contulit Abbatiae, et propter odium Mona-
 chorum recessit, et reversus est ad solum proprium].

MXXXV. Obiit Robertus Dux Normannorum, rediens ad Jerusalem;
 cui successit Willelmus filius ejus nothus, adhuc puer, ut potè septennis.

(a) Chronicon istud, aliud ab eo ejusdem (b) Ansulis inclusa, adducuntur huc ex
 nominis ex quo excerptum edidimus suprâ, du- Chronico de Abbatibus ejusdem Monasterii
 citur usque ad annum 1154, ut monuimus pag. apud Labbeum ibid, pag. 351.
 247 Tomi nostri X.

MXLVIII. Factum est bellum apud Walesdunas à Willelmo Duce Normannorum contra Guidonem Comitem, cognatum suum. Eodem anno Suppo dimisit Abbatiam Montis; et successit ei Radulfus Monachus Fiscanensis, [vir nobilis. Fuit Custos (a) Monasterii Ber . . .]

An. 1060.

MLIII. Factum est bellum apud Mortuum-mare.

Eodem anno (b) Radulfo Abbati successit Ranulfus Monachus ejusdem loci. [Obiit [Radulfus] in itinere Hierusalem MLVIII: requiescit in porticu Ecclesiæ].

[MLX. Duobus annis interpositis, Ranulfus à puero Monachus, factus est Abbas. Hic misit Guillelmo Duci, qui subjugaverat regnum Angliæ, quatuor Monachos; videlicet Rualem Priorem, postea Abbatem Hilde apud Warvic; Scollaudum Thesaurarium, postea Abbatem S. Augustini apud Cantuariam; Serlonem strenuæ nobilitatis et religionis juvenem, B postea ædificatorem et Abbatem S. Petri Glocestrensis; et Guillelmum de Agorn, Abbatem Toneliensem. Præfuit annis XXIII: multas terras Ecclesiæ propinquis suis largitus est: requiescit in porticu Ecclesiæ].

MLXIII. Subjugata est Cenomannis Comiti Normannorum Guillelmo.

MLXVI. Guillelmus Dux Normannorum mare transiens, victo Heraldo, regnum Anglorum subjugavit (c).

(a) Scilicet antea Custos Bernaicensis fuerat Abbatia quam Vitalis Abbas post eum rex.

(b) Anno 1060, ut patet ex serie Chronologica Abbatum.

(c) Renigius [Episc. Dorcest.] ex Monacho Fiscanensi, qui Willielmo Com. Norm. in Angliam ve-

nienti auxilium in multis præbuit; Episcopatum, si vinceret, pactus. Nec fuit Willielmus segnior in dando, quam Remigius in accipiendo. Apud Willielmum Malmesb. in Gestis Pontificum Angl. libr. 2, pag. 290.

C

EX GESTIS (a) AMBASIENSIVM DOMINORVM.

Apud Acherium Tom. III Spicilegii in-fol. pag. 275.

Cap. 3.

POST hæc Fulco Consul naturæ concessit; cujus honorem Gofridus Martellus filius ejus suscepit; qui vir probus à virtute patris non degenerans (irriquietus enim erat) adunato exercitu suo, adjunctis etiam Britonibus, Turonicam urbem obsidione vallavit. Quod comperiens Theobaldus Odonis filius, qui sicut pater Andegavenses semper exosos habebat, permaximas copias Francorum Burgundionumque adducens, urbi obsessæ succurrere (b) disposuit: qui cum, Ligeris litus propter timorem Lisoii et Ambasiensium relinquens, juxta fluvium Cari festinaret, Gofridus Martellus Comes furibundus cum suis ei occurrit pugnando juxta villam, quæ S. Martinus in bello vocatur, ipsum devicit, devictum fugavit. Lisoius autem cum Ambasiensibus Comitem fugientem prosequens, ipsum prope Aulam Hatuini cepit, et domino suo Comiti reddidit, qui eum Lochas deduxit. Quo peracto, Turonenses expavefacti Gofrido Martello penè urbem reddiderunt.

An. 1042.

Iste Theobaldus cum esset in vinculis, et pro eo nullam redemptionem auri et argenti Gofridus Martellus vellet accipere, captivus mori metuens, et semetipsum plusquam sua diligens, anno Incarnati Verbi MXLII pro sua deliberatione Turoniam Gofrido Martello in perpetuum habendam concessit. Martellus itaque Comes Turoniâ quietè susceptâ, Rege Francorum Henrico mediante, factoque homagio (c) pro suscepta terra Theobaldo,

(a) Ex his Gestis excerptum dedimus pag. 238 Tomi nostri X, ibique Lectorem monuimus.

(b) Quod Gofredus comperiens, expetivit auxilium B. Martini... indeque accepto vexillo (al. sigillo), imponens illud propriæ hastæ, cum exercitu equitum pedumque multorum obviam perrexit adversum se dimicaturis. Dumque venirent utraque partes in comminùs (al. in communi) tantus terror invasit exercitum duorum fratrum, ac si vincti ligaminibus, omnes pariter inbelles exstiterunt. Stephanus autem arreptâ fugâ, cum aliquibus militibus evasit: Theobaldus verò cum cætera multitudine totius exercitus

captus, ad civitatem Turonensem deducitur, ipsamque Gofredo reddidit; atque cum suis omnibus, huc illucque dispersis, in captione remansit.... Præbuit universis audientibus formidolosum stuporem, quod mille septingenti et eò amplius viri armis instructi, absque sanguinis effusione in prælio capti sint. Ex Glabro Rodulpho, cap. 2, lib. 5, pag. 60 et 61.

(c) Sic igitur Carnut. et Blesensium Comites à Regibus nostris tenebant Turoniam, quam postea Andegav. Comites à Comitibus Bles. tenuerunt.

ipsoque

A ipsoque deliberato, res ad concordiam redacta est; et Fulco donaria multa militibus distribui constituit; et quadrivium Ambasiæ quod sub aree erat, totum Lisoio concessit, quod proprium usque ad Molinum Amatissæ (a) tunc Comitibus erat: illa quæ erant à molino usque ad Ecclesiam S. Dionysii, ipsam Ecclesiam cum totius parochiæ decima, ut ea quæ uxori suæ hereditario jure erant, Lisoius propria possidebat.

In eodem oppido Basilica erat in honore Virginis Mariæ antiquitus fabricata, in qua supradictus Fulco Comes et Sulpicius Thesaurarius sex præbendas, impositis totidem Canonicis, olim constituerant, septimum Capicerium eis præponentes. Illo nempe tempore duo Clerici, ut fama refert et antiquorum auctoritas, in pago Pictaviensi in villa, quæ Sacrum-martis nuncupatur, quæ in confinio Turonorum est, ossa B. Florentini Presbyteri et Confessoris rapientes, divino nutu usque Ambasiacum pervenerunt; quod quatuor Capellani qui in Ecclesia B. Mariæ erant comperientes, consilio virorum castelli, corpus Sancti in Ecclesia B. Mariæ in capsula lapidea posuerunt. Erat tunc in eodem oppido vir quidam nomine Marthoardus de Salmurio, qui dedit Canonicis Ecclesiam Salviniaci, quam possidebat, et cimiterium; Comes verò terram et homines, et omnia illa quæ circa villam habebat; Thesaurarius autem decimam parochiæ, quam ut propriam tenebat: Comes etiam terram quamdam propè Ambasiam illis donando accrevit. Hæc terra circa Ulmum Casserii erat, quam quidam Capicerius Ecclesiæ abstulit, et post obitum Fulconis cuidam joculatori tribuit. Martellus Consul Fulconis filius censum, quem in veteri castello et aliis locis pluribus habebat, Canonicis donavit: Lisoius verò ex omnibus illis terris sive vineis decimam, quæ sua erat, eis in perpetuum donavit; sicque duos Canonicos addiderunt, et novem fuerunt posthæc.

Sulpicius Thesaurarius neptem suam minorem Fulconi cuidam nobili viro Bituricorum et probissimo, cum oppido Villentrastii, in matrimonio conjunxit. Busenchaicus (b) verò et illud de Castalione nepoti suo Roberto proprium remansit. Nam longè posthæc Thesaurarius obiit. Lisoius de Ambasiaco vir animosus Algerio fratri suo et Hugoni filio ipsius, nepoti suo scilicet, Basogerium concessit: terram verò S. Christinæ quam diu possederat, Alberico fratri suo quietè donavit. Lisoius genuit ex Hersendi duos filios Sulpicium et Lisoium, et tres filias, Euphemiam, Sibyllam, et Elizabeth. Euphemiam Buchardus de Monte-Saurio, filius Rogerii Diabolerii, uxorem duxit, et ex ea genuit Albericum. Sibyllam autem habuit Theobaudus filius Corbonis, de qua genuit Robertum de Rupibus; et Elizabeth Fulcoius juvenis, filius Fulcoii de Thonneio, uxorem duxit; ex qua filiam nomine Corliam genuit, quam Goffridus Burellus uxorem duxit; sed eam absque herede manentem cum Jerusalem duceret, raptam à Paganis amisit: Elizabeth verò mater ejus posthæc Orricum pejorem lupo duxit, ex quo nullum hæredem habuit, immò deinceps sterilis permansit. Ut autem genus Hersendis breviter aperiatur, Haimo dominus Busenhaiaci genuit Sulpicium cognomento Mille-elipeorum; Sulpicius genuit Robertum, Robertus Archambaudum et Sulpicium Thesaurarium; Archambaudus Robertum, Hersendim, et Hermersendim uxorem Falconis Villenstratii.

Lisoius de Ambasio jam in extremis annis positus, terram suam duobus filiis dividens, Sulpicio primogenito suo illud de Ambasiaco, et omnia quæ E habebat inter Charum et Endriam (c), et etiam Maureacum ultra Endrasium (d) situm, quem de feodo Archiepiscopi habebat, donavit; Lisoio autem illud quod Lochas tenebat, et medietatem Vernolii cum pluribus casamentis et aliis rebus quæ sibi propria retinuerat, ut in scriptis consuetudinum domini Ambasiæ continetur. Vixit autem Lisoius multis diebus: et quamvis in decrepita ætate vires ejus consenuerint atque defecerint, tamen illa defectio virium non ex adolescentiæ vitiis fuit. . . Nempè Lisoii

(a) Amatissa fl. (*l'Amasse*) in Ligerim effluit Ambasiæ, ab ambientibus aquis, ut quidam putant, sic dictæ.

(b) Busentiacum vel Bosentiacas [*Buzançais*] et Castellionem [*Chastillon*] alluit Andria fl.

(c) *Fluvius iste* [*Andria, l'Indre*], ut habent

eandem Gesta alibi, ab antiquis *Anger*, à modernis *Andria* dicitur. Agner vocatur ab aliis.

(d) Fluvius iste est profectò Andrisius vel Andrisia [*l'Indrois*], quasi minor Andria, qui Villam-Lupæ [*Ville-loin*] et Montem-thesauri præterlapsus, Andriam recipitur.

adolescentia valdè modesta et honesta exstitit; qui cùm naturæ concessit, A
Villa-Lupæ prope Ecclesiam S. Salvatoris sepultus est.

Cap. 4.

Sulpicio Lisoii filio Gofridus de Calvomonte, filius Gelduini, quamdam neptem suam, sororis suæ Chanæ filiam, nomine Dionysiam, quam parvulam nutrierat, quoniam summæ prudentiæ vir et armis strenuus habebatur, in matrimonio copulavit, eique medietatem Calvi-montis et omnium quæ possidebat in vita sua donavit, atque post obitum suum omnia ex integro habenda concessit: quod factum est assensu et voluntate Comitis Theobaldi et Stephani filii sui, qui ambo homagium à Sulpicio pro honore Calvi-montis quietè et pacificè susceperunt. Sic dominatus Calvi-montis et Ambasiæ conjunctus agnoscitur.

Fulco Comes (a), sicut jam suprâ dictum est, terram suam Martello filio suo reliquit; qui cùm heredem non haberet, duobus nepotibus suis B
Goffrido Barbato et Fulconi Richin Turoniam et Andegaviam donavit et dimisit.

Temporibus eisdem Guillelmus filius Roberti ex concubina, Dux Normannorum, omnem militiæ valetudinem, quam invenire potuit, in arma commovens, regnum Anglorum, quod jure hereditario reclamabat, Haraldo tunc Angliæ imperante, invadere parabat; ad quem cùm ex diversis regionibus optimi milites et bellicosi gregatim convenirent; inter eos etiam Gofridus de Calvo-monte filius Gelduini, qui neptem suam Dionysiam Sulpicio Lisoii filio matrimonio copulaverat, venit. Is siquidem vir mirandæ pulchritudinis, staturæ congruentis, summæ prudentiæ, miræ facundiæ, ingentis eloquentiæ, armis strenuus, providus in consilio, in omnibus morigeratus, statim ut à Guillelmo Duce fuit agnitus, super omnes ei familiarior est C
habitus. O virum felicem, cui Dominus tot et tantarum virtutum gratiam conferre dignatus est! Qui Ducem adire deliberans, quidquid sibi retinuerat in pago Blesensi et apud Calvum-montem, illud similiter quod Turonis habebat in jugifera (b) Castri novi, censumque et Ecclesiam S. Cyrici, et burgum cum decima totius parochiæ totum Sulpicio et nepti suæ Dionysiam quietè et in dominio possidendum reliquit.

An. 1066.

Paratis igitur navibus suis, Guillelmus Dux vela præbet ventis, et cursu prospero Angliæ appulerunt; qui egressi de navibus, terram vastare cœperunt. Hæroldo ex adverso resistere parante, pugna constituitur, pugnatur, Hæroldus vincitur et vulneratur graviter; non multum post mortuus est. Sicque Guillelmus de hoste triumphans, ab Anglis suscipitur, in Regem inungitur, coronatur, totamque regionem quietam tenuit, et in pace rexit. D
De militibus autem suis multos optimè remuneratos remisit, nonnullos secum retinens, eis multa et amplissima donaria contulit; Goffrido verò de Calvo-monte auri et argenti copias multas, terræque possessiones amplissimas, quoniam illum in majori reverentia habebat, dedit.

Dum ergo sic in Anglia ageretur, et Goffridus de Calvo-monte in iis quæ dederat Guillelmus Rex Anglorum moraretur, duo fratres Fulco Richin et Goffridus Barbatus inter se graviter discordaverunt. Erant autem tunc Ambasiæ tres Optimates (c), etc.

Insuper Sulpicius filium suum Hugonem obsidem pacis tenendæ in manu Comitis posuit, et Comes cellarium quod sub thalamo turris erat, Sulpicio ad annonam et cætera necessaria ponenda concessit; Buchardus tamen de Monthesauro et Fulconis * ultra pacem fuerunt, quos Sulpicius ab Ambasiaco et Calvo-monte viriliter impugnabat. E

* Fulcoius

Quadam die Calvo-montenses venatorem Fulcoii cum equis, canibus et venatione ab ipso capta ceperunt; pannos quorum induti homines Sulpicii, equosque eorum equitantes, cum canibus et venatione summo diluculo

(a) *Eis jam Jerosolymis perrexerat: tertio autem itinere in eundo peracto, adorata cruce Domini et sepulcro ejus.... veniens Metensem urbem, levi tactus incommodo, diem clausit extremum; corpusque illius à Medicis apertum, et intestina illius sublata, et in cimeterio Ecclesiæ condita sunt; lapis etiam superpositus: unde usque hodie sepulcrum Fulconis Andegavensis Comitis ab incolis vocatur. Corpus autem illius conditum aromatibus, et honorificè usque*

Locacense castrum translatum, ad Monasterium quod ipse construxerat, delatum est, atque in eodem honorificè sepultum. Ex Gestis Consulium Andegav. cap. 8, pag. 255.

(b) Jugifera Cangio idem omninò videtur quod jugeria, seu jurisdictio Judicis, *Jugerie.*

(c) Quæ sequi debuerant, reperies infrâ in Gestis Consulium Andegav. in Fulcone Richin.

A Ambasio ad domum Fulcoii pervenerunt; qui cornibus clangentes, ut eis aperirent clamaverunt, mentientes Fulcoium adesse. Sulpicius cum multis in valle absconsus erat, et Goffridus Prætor Ambasiæ in fossato non longè à domo cum viginti famulis insidiabatur. Existimantes homines Fulcoii dominum suum adesse, cum canes et equos cognoscerent, decepti portas aperuerunt; intrant acclamantes Calvi-montenses; Goffridus Prætor bene munitus eos subsecutus, portario occiso, ad superiora domûs ascendit, eamque captam sonitu buccinæ domino nuntiavit: Sulpicius festinans accurrit, et impleto terra et lapidibus fossato et puteo, domum illam omninò delevit. Quo peracto, Fulcoius senex et filius ejus terram Sulpicii auxilio Buchardi multis malis afflixerunt; nam Berengarius de Orcario domum cum rupe, quam apud Orcarium munierat, Fulcoio juveni tradidit; Sulpicius et sui

B domum illam variis insultibus aggressi sunt, et sæpè obstantibus defensoribus repulsi sunt; ad ultimum eam ceperunt et succenderunt, Berengario ibi occiso: filius ejus Lescelinus de Orcario evadens, cum Fulcoio sene Montrichardo (a) aufugit. Cum verò milites Fulcoium juvenem captum adducerent, rustici pedites inter manus militum eum frustatim detruncaverunt.

Placuit autem Deo tantis malis finem imponere: nam Buchardus de Monthesauro morbo coactus, Monachus efficitur; qui convalescens Monachum exiit, et Romæ ante Papam, quòd ignorans effectus esset Monachus, nec se ordini acquievisse, jurando affirmavit. Qui cum rediret, in Lombardia quendam Marchisiam duxit uxorem, et filio suo Alberico terram Turoniæ divisit. Buchardus verò plures annos inibi vixit, et à quodam Lombardo proditione peremptus fuit. Albericus cum avunculis suis Sulpicio

C et Lisoio concordatus, homagium debitum Sulpicio pro Montrichardo et aliis feodis fecit; senex Fulcoius cum Alberico Montrichardo usque ad obitum suum mansit.

Sic Sulpicius Calvum montem et arcem Ambasiæ et omnia sua diu in pace possedit. Sulpicius de Calvo-monte ex uxore sua Dionysia genuit Hugonem, et duas filias Aanordim et Emersendim. Senescente Sulpicio, omnes homines sui, qui Calvi-monti quasi ad consilium congregati, filio suo Hugoni honorem et terram suam dare curaverunt, fidelitatemque juraverunt. Similiter Lisoius frater ejus, quòd nec honorem Hugonis nepotis sui minueret, neque terram auferret, neque damnum corporis membrorumque aut vitæ quæreret, jurando affirmavit. Sulpicii animus totus et citò, sed infructuosius; Lisoii paucis et serò, sed commodius aperiebatur: neuter

D aditu difficili, neuter sumptuosus; sed si utrumque coluisses, facilius à Sulpicio familiaritatem, à Lisoio beneficium consequere. Non longè post hæc Sulpicius à curia Comitum Andegavorum rediens, gravi morbo præoccupatus, Rupibus-Carbonis (b) in thalamo sororis suæ Sibyllæ viam universæ carnis arripuit; qui extremum diem Kalendis Junii clausisse dignoscitur; maximoque mœrore militum vir probus et honestus, Pontilevi sepultus, Domino annuente quievit. Lisoius frater ejus terram et homines, ut Sulpicius jusserat, ad regendum suscepit.

(a) Castrum est in Turonibus ad fluvium Carum, ita dictum, quasi mons fallax et triconis, aut mons fallax et aptus insidiis. Tricones fallacesque ac deceptores, tricardos vocabant Nostri ut pigros et lentos, musardos. Hinc non *Montrichart*, sed *Mont-trichard* scribi oportet.

Montrichardum seu Montrichardum oppidum composuit Fulco III Andegav. Comes, cognomento Nerra.

(b) In Gestis Consulium Andegav. ubi eadem verba de morte Sulpicii leguntur, Rupes-Carbonis [*Rochecorbon*], dicitur Rupes-Corbinis.

EX CHRONICO OTTONIS FRISING (a).

Apud Urstitium Tom. I Scriptorum German. pag. 133.

Lib. 6, Cap. 30. An. 1032. **E**A TEMPESTATE Rudolphus Burgundiæ seu Galliæ Lugdunensis Rex moriens, Henrico filio Regis, nepoti suo regnum cum diademate aliisque insignibus sub testamento reliquit (b). Esse enim Gallias Cisalpinam et Transalpinam Scriptores testantur: quarum Cisalpinam seu Togatam in Italia inter Padum et Alpes dixerunt; Transalpinam verò, seu Comatam, in tres, id est, Belgicam, Lugdunensem, Celticam, Aquitaniam Celticæ B partem facientes, divisere. Alii æquè tres constituentes, Celticam in Belgicam ponunt, et Aquitaniam tertiam per se constituunt. Unde tribus his Galliis tres Primates præesse volunt, Belgicæ Trevirensis, Aquitaniam Bituricensem, tertiæ Lugdunensem. Quòd enim in Belgica contineatur Celtica, Orosius velle videtur, qui in divisione orbis terrarum, eam in Britanniam seu provinciam Narbonensem, cùm juxta priorem divisionem ad fontem Mosæ seu sylvam Argonam * à Rheno protendatur, extendit: « Gallia, inquit, Belgica habet ab oriente limitem fluminis Rheni et » Germaniam, ab euro Alpes Apenninas, à meridie provinciam Narbonensem, à circio Oceanum Britannicum, à septentrione Britannicam insulam ». Idem de Lugdunensi Gallia: « Lugdunensis ducta per longum, et » angustum inflexa, Aquitanicam provinciam semicingit. Hæc ab oriente C » habet Belgicam, à meridie partem provinciæ Narbonensis, quâ Arelatum » civitas sita est, et ubi mari Gallico Rhodani flumen accipitur ». Porrò de Aquitania, non sicut de tertia parte Galliarum, sed ejus Provincia loquens, sic ait: « Aquitania provincia obliquo cursu Ligeris fluminis, qui ex plu- » rima parte terminus ejus est, in orbem agitur. Hæc è circio Oceanum, » qui Aquitanicus dicitur sinus, ab occasu Hispanias habet, et à septentrione et oriente Lugdunensem, ab euro et meridie Narbonensem provinciam contingit ». Unde juxta hanc divisionem, duæ tantum Comatæ Galliæ partes esse videntur, Lugdunensis videlicet et Belgica; ita ut Aquitania non pars tertia, sed una earum, ut dictum est, provincia sit: sicque Galliæ item trina divisio cum Togata invenitur. Secundum priorem enim Comata sine Togata tres, juxta alteram cum Togata tres itidem inveniuntur divisiones Galliæ. Quæ omnes, ut suprâ dixi, dum regno Francorum primitus subjacerent, post divisæ, singulæ singulos Reges habere cœpère; illique, quod Francorum hactenus vocatur, juxta priorem divisionem, Celtica; juxta sequentem verò Aquitania et pars Belgicæ tantum remansit.

Cap. 31. An. 1033. Igitur dum Rudolphus Galliam Lugdunensem Henrico traderet, Odo Celticæ Comes, eò quòd sororius ejus esset, præfatum regnum (c) jure hæreditatis ad se pertinere calumniatus, armata manu ingreditur. Hoc eo tempore, dum Imperator in subjugandis Polonis moraretur, contigit. Augustus ergo contumaciâ Odonis auditâ, in Burgundiam iturus circa Natale Domini militem instaurat: sed dum propter nimium frigus proficisci non posset, proxima æstate rursùm Gallias ingressus est; vastatâque per tres continuas hebdomadas ferro ac flamma Odonis terrâ, ille supplex venire compellitur; interpositoque jurejurando (d) ne amplius præfatum regnum quoquo modo laccessat, Imperator revertitur. Anno sequenti Rex denuò

(a) Otto Frising. Episcopus, cujus Chronicon desinit in anno 1156, patrem habuit Lupoldum cognomento Sanctum, matrem verò Agnetem Henrici IV Imperatoris filiam. Anno 1138 Episcopatus à fratre uterino Conrado Cæsare præfectus est. Obiit autem anno 1158.

(b) Henricum regni sui hæredem scripsit Rudolphus anno 1032. Indè quidem commota sunt bella, Odone jura materna in regnum Burgundionum vindicante: at non videmus lites, ut quidam neglecta auctoritate Wipponis contendunt, ortas esse de parte regni inter Henricum I

Galliarum Regem et Conradum Henrici Imperatoris parentem.

(c) Nonnulli Superiorem Burgundiam; quidam Transjurensem Burgundiam; Cisalpinam Galliam magnifico nomine Frodoardus; aliique plus Burgundiam appellant improprie admodum, cùm tantum portio esset exigua Burgundiæ, inquit Valesius.

(d) Non igitur anno 1034, sed anno 1033 pax confecta est; et Burgundiam occupavit Conradus, adversus quem postea aliqui rebellaverunt.

- A Burgundiam ingressus, omnes terræ illius Principes cum Lugdunensi Primate in deditionem accepit; ducensque secum obsides terræ, in pace repedavit... Dum hæc aguntur in Italia, Odo Comes, sacramento rupto, denuò Imperatori in Gallia rebellat: cùmque ad ignominiam ejus castrum quoddam Barrum nomine obsidione cinxisset, à Gozilone Belgarum Duce, aliisque regni fidelibus occiditur; ac vexillum ejus in signum victoriæ Augusto in Italiam mittitur... Non multo pòst reverso ab Italia Imperatore, sanctamque Pentecosten in inferiori Trajecto Fresiæ urbe celebrante, in ipsa solemnitate infirmatus, XVII regni, imperii verò XIV anno, diem ultimum clausit.
- An. 1034.
- An. 1037.
- An. 1039.
- Cap. 32.
- B Anno ab Incarnatione Domini MXL Henricus III, supradictæ Gisilæ filius, qui patre vivente regnare cœperat... solus regnavit; in ipsoque dignitas imperialis, quæ per longum jam tempus à semine Caroli exulaverat, ad generosum et antiquum germen Caroli reducta est... Accepit autem nobilissimi Galliarum Principis (a), Pictaviæ ac Aquitaniæ Ducis, sororem Guillelmi Agnetem in uxorem. Cùmque ex more regio nuptias Inglinheim celebraret, omne balatronum et histrionum collegium, quod, ut assolet, eò confluerat, vacuum abire, permisit; pauperibusque ea quæ membris Diaboli subtraxerat largè distribuit. In ipsa verò nuptiarum solemnitate, tristia lætis admixta sunt. Nam illustrissimus Alberti Marchionis filius Leopaldus adolescens, immatura morte omnium planctu rapitur, et à patruo suo Popione Treverorum Archiepiscopo, in urbe Trevirensi sepelitur.
- C Circa idem tempus pudenda confusio Ecclesiæ Dei in urbe Roma fuit; tribus ibi invasoribus, quorum unus Benedictus dicebatur, sedem illam simul occupantibus; atque ad majoris miseriæ cumulum divisim simul cum redditibus Patriarchis, uno ad S. Petrum, altero ad S. Mariam majorem, tertio, id est Benedicto, in palatio Lateranensi sedente, flagitiosam et turpem vitam, ut egomet in Urbe Romanis tradentibus audivi, duxere. Hunc miserum statum Ecclesiæ religiosus quidam Presbyter Gratianus nomine videns, zeloque pietatis matris suæ compatiendo animadvertens, præfatos viros adiit, eisquæ à Sede sancta cedere pecuniâ persuasit; Benedicto redditibus Angliæ, quia majoris videbatur auctoritatis esse, relictis. Ob ea cives præfatum Presbyterum, tanquam Ecclesiæ Dei liberatorem, in Summum Pontificem elegerunt, eumque mutato nomine Gregorium (b) VII* vocaverunt. Quod audiens Rex, procinctum movet in Italiam. Porrò Gratianus Regi apud Sutrium occurrens, ad leniendum ipsius animum, diadema pretiosum obtulisse dicitur: quem Rex primò, ut decuit, honorificè suscepit; postmodum autem collecto Episcoporum conventu, à Pontificatu pro nota simoniæ cedere persuasit; eique Suidegerum Babenbergensem Episcopum, qui et Clemens, consensu Romanæ Ecclesiæ substituit. Hunc Gratianum Alpes transcendentem, secutum fuisse tradunt Hildebrandum; qui postmodum Summus Pontifex factus, ob ejus amorem, quia de catalogo Pontificum semotus fuerat, se Gregorium VII vocari voluit... Huic Hildebrando, qui semper in Ecclesiastico rigore constantissimus fuit, causa ista in qua sententia Principis et Episcoporum prævaluit, semper displicuit. Ex hinc Romana Ecclesia in electione canonica Pontificum in tantum infirmata invenitur, quòd iste quatuorquæ (c) sedentes* ab Imperatore ibi positi in catalogo inveniantur. Qualiter autem industriâ et operâ præfati Hildebrandi sub Leone [IX] juniore libertatem suam ex parte, sub Alexandro verò plenè rehabuerit, sicut probatorum virorum relatu cognovimus, infra dicemus.
- An. 1044.
- * Leg. VI
- An. 1046.
- * sequentes
- E

(a) Pagio Guillelmi IV inter Aquit. Duces celeberrimi; Mabillonio Willelmi Magni et V. Hic Monachus factus est in Cœnobio Malliac. anno 1029, et è vita migravit ultima die Jan. an. 1030: quanquam Monachatum ejusdem refert Mabillonius ad annum 1030.

(b) Otto Frising. Gregorium VI hic à tribus simoniæ Pontificibus non distinguens, supponit eodem tempore quatuor Pontifices Romæ visos fuisse: sed malè hunc numerum obtrudit, cùm Benno hujus ætatis Scriptor omnesque alii

trium tantum mentionem faciant.

(c) « Quatuor sequentes Pontifices [nempè » Clementem II, Damasum II, Leonem IX et » Victorem II], viros quidem sanctissimos et » de Dei Ecclesia bene meritos, ex Imperatoris » Henaici III auctoritate creatos, ex horum temporum Scriptoribus Hermannò Contr. Lambertò Schaf. Ottone Frising. et aliis probatis » Auctoribus constat ». Sic in Not. ad Platinam observat Onuphrius, vir de Historia Pontificia optimè meritus.

Cap. 33. Anno ab Incarn. Dom. MXLVII Suidegero mortuo, Popio in locum A
An. 1048. ejus subrogatur . . . Popione quoque, qui et Damasus, mortuo, Bruno, qui et Leo, Tullensium Episcopus Romanam Ecclesiam gubernandam suscepit. Hic ex nobili Francorum prosapia oriundus, auctoritate regalis excellentiæ ad sedem B. Petri destinatus fuerat. Cùmque assumptâ purpurâ Pontificali per Gallias iter ageret, contigit eum Cluniacum venire; ubi fortè tunc præfatus Hildebrandus Prioratûs, ut dicitur, obedientiam administrabat. Is Leonem adiens, æmulatione Dei plenus, constanter eum de incœpto redarguit; illicitum inquiens, per manum laicam Summum Pontificem ad gubernationem totius Ecclesiæ violenter introire. Verùm, si suis credere velit consiliis, utrumque et quòd majestas imperialis in ipso non exacerbetur, quòdque libertas Ecclesiæ in electione canonica renovetur, se pollicetur effecturus. Inclinator ille ad monitum ejus, purpuram deponit, peregrinique habitum assumens, ducens secum Hildebrandum, iter carpit. Igitur ad Urbem usque venientes, consilio Hildebrandi à Clero et populo Bruno in Summum Pontificem eligitur; sicque utcunque Romana Ecclesia ad faciendam electionem informatur.

An. 1049. Imperator Belgicam ingressus, Gotfridum et Balduinum Duces ad deditionem coëgit. Post hoc Synodus Moguntia celebratur, in præsentia Summi Pontificis Leonis, et Imperatoris.

Ea tempestate Nortmannorum gens inquietissima, Roberto Guiscardo Duce, humilis conditionis (a) viro, sed strenuissimo, Apuliam irrupit, multisque malis fraude et vi incolas terræ affixit. Quos dum Leo Papa cum militia ad Urbem rediens, Ecclesiæ et Imperii finibus coërcere vult, commisso prælio, cæsis multis, fugere Beneventum compellitur. Tanta verò strages utrorumque facta fuit, quòd acervus ex ossibus mortuorum compactus, hactenùs ab indigenis illic monstratur. Anno dehinc proximo Leo Papa moritur, et in Ecclesia B. Petri Romæ humatus, miraculis clarus habetur. Cui Gebehardus Eistetensis, qui et Victor, successit; et illi Stephanus item natione Teutonicus. Imperator rursùm Italiam ingressus, Beatricem Mathildæ matrem, consanguineam suam (b), marito suo Bonifacio Marchione defuncto, secum reduxit. Ipse verò non multo post . . . diem ultimum clausit.

Cap. 34. Anno ab Incarnatione Domini MLVII, Henricus IV Henrici filius admodum puer, patri in regnum succedens, XCI ab Augusto regnare coëpit. Hic primò sub custodia matris suæ Agnetis Imperatricis fuit; ipsaque per aliquod tempus prudenter ac strenuè Imperium rexit; postmodum consilio quorundam matri alienatus, per se regnavit: quod seminarium magnæ dissensionis fuit. Porrò nobilissima Imperatrix, mutationis rerum intuitu, ad Monasterium Fruteriam religiosè vivens se contulit; ac inde Romam veniens, et per aliquod tempus ibidem manens, vitâ decessit, et in Ecclesia beatæ Petronillæ honorificè in tumba marmorea sepulta est.

An. 1061. His diebus Alexander primò Lucensis Episcopus, post communi voto et electione in Summum Pontificem promotus, Ecclesiam jamdiu ancillatam in pristinam reduxit libertatem . . . Itaque cùm diadema regni à Sacerdotali gladio feriendum foret, in se ipsum dividitur; Saxonibusque rebellionem machinantibus, conspirationes fiunt, detrèctationes in Principem dictantur, multaque inhonesta de ipso ad aures Summi Pontificis referuntur.

An. 1073. Anno sequenti Alexander vitâ et Sacerdotio perfunctus decessit, sedemque Hiltprando Archidiacono suo, qui Gregorius VII dictus est, reliquit. Exhinc schisma gravissimum, eò quòd absque consensu Regis per electionem constitutus fuerat, oritur. Ipse autem, qui per multum temporis ad libertatem Ecclesiæ obtinendam privatus laboraverat, jam ad Sacerdotalem

(a) Robertus iste ex mediocri stirpe in Northmannia, ex eorum militum ordine quos Vavassores vulgò ibi dicere solent, in plaga quam Constantiam indigenæ dicunt, editus, cum Rogerio fratre tam patri, famis tempore, morem ut aiunt gerens, quàm ob locorum sterilitatis molestiam à natali solo progressus; multo tempore multas provincias, opportuniorem ad inhabitandum terram quærens, oberravit: undè et ab ober-

randi circuitu patriâ linguâ Guiscardus, tanquam oberrator et gyrorator, appellatus est, etc. Ex ejusd. Ottonis Frising. Lib. 4 de Gestis Frederici I Imper. cap. 3.

(b) Mathildis Comitissæ, filia fuit Hermannii Sueviæ Ducis et soror Giselæ Conradi Salici conjugis, ut plurius probat Pagius ad an. 1070.

A dignitatem proventus, à cœpto desistere indignum ducens, tam ob hoc, quàm pro simonia extirpanda ac incontinentiâ Clericorum reprimenda, plurimum desudabat. Denique non solum Regem pro ejusmodi ad Synodalia responsa crebrò vocavit; sed et datis decretis, Clericorum, à Subdiaconatu et suprâ, connubia in toto orbe Romano cohibuit; formaque gregis factus, quod verbo docuit, exemplo demonstravit; ac fortis per omnia athleta, murum se pro domo Domini ponere non timuit.

Anno ab Incarn. Dom. MLXVI stella quæ cometes dicitur visa, effectu non caruit. Eodem enim anno Guilielmus Nortmanniæ Comes, Britanniam Majorem, quæ nunc Anglia dicitur, occiso Rege ejus Heraldo, expugnavit; totâque in servitutem redactâ provinciâ, ac Nortmannis ibi positis, illo tempore regnavit. Anno sequenti Rex Bertam Ottonis Italici Marchionis filiam uxorem accipiens, nuptias apud Triburias celebravit. At Romanus Pontifex Regem sæpè vocatum excommunicavit (a); ejusque, ut dicitur, consilio et auctoritate Rudolfus Alemannorum Dux à quibusdam Principibus Rex creatur. Quo non multò post in publico bello occiso, atque Hermanno Lotharingiæ Principe sibi substituto, et ipse non multò post à fidelibus Regis occiditur. Lego et relego Romanorum Regum et Imperatorum Gesta, et nusquam invenio quemquam eorum ante hunc à Romano Pontifice excommunicatum, vel regno privatum: nisi fortè quis pro anathemate habendum ducat, quòd Philippus ad breve tempus (b) à Romano Episcopo inter pœnitentes collocatus, et Theodosius à B. Ambrosio propter cruentam cædem à liminibus Ecclesiæ sequestratus sit.

Cap. 35.

An. 1067.

An. 1077.

C (a) Cujus rei novitatem eò vehementiùs indignatione motum suscepit Imperium, quò nunquam ante hæc tempora hujusmodi sententiam in Principem Romanorum promulgatam cognoverat. Hæc, in lib. de Gest. Frederici I Imper. cap. 4, idem Otto Frising. vir sanè non suspectus, ut potè Episcopus et Papæ addictus. Fortiùs adhuc secat rem Sigebertus vel alius quilibet Auctor in Magno Chron. Belg. pag. 428, his verbis: *Nimirum, ut cum pace omnium bonorum dixerim, hæc sola novitas, ne*

dicam hæresis, nedum in mundo emergerat, ut Sacerdotes . . . docerent populum, malis Regibus nullam subjectionem, et licet eis sacramentum fidelitatis fecerit, nullam tamen deberi fidelitatem, nec perjuros nominari, qui contra Regem senserint, imò qui Regi paruerit, pro excommunicato habendum; et qui contra Regem fecerit, à noxa injustitiæ et perjurio absolvendum.

(b) Non à Rom. Pontifice, sed à S. Babyla Episcopo Antioch. id expertus fuit Philippus.

EX HISTORIA PONTIFICUM

D ET COMITUM ENGOLISMENSIIUM (a).

Apud Labbeum Tom. II Biblioth. Libr. Mss. pag. 254 et seqq.

Cap. 28.

RHO obiens sepultus est in capite Cathedralis Ecclesiæ, à parte australi. In cujus locum successit Geraldus Arte-mala, vir magnus à studiis (magnæ constantiæ); qui tyrannidem Dapiferorum suorum fugiens, ad Regem Franciæ quasi exul divertit; et in extremis vitæ laborans, erigere se contra Episcopatum Engolismensem fecit, et vivos simul ac mortuos illius Episcopatus absolvit, præter Dapiferos suos, quos excommunicavit; et futuram progeniem maledixit. Hic autem obiens sepultus est intra Ecclesiam S. Dionysii, à parte septentrionali. Titulus autem talis est: « Hic requiescit » Geraldus Angulismæ civitatis Episcopus ».

E Ipse verò Auduinus post mortem Guillermi patris sui quatuor annis Consulatum tenuit, et mortuus est anno MXXX (b), anno ab Incarnatione Domini.

Cap. 29.

An. 1034.

Successit in Consulatum Auduino Gaufridus seu Jofredus frater ejus,

Cap. 30.

(a) Anonymus Scriptor hujus Historiæ, Canonicus Engolismensis, vivebat anno 1159. De eo autem plura vide pag. 248 Tomi nostri X. Ibid. pag. 164 edidimus stemma Comitum Egoism.

(b) Aliquid deest, inquit ibi Labbeus, et meritò. Corrigendum igitur MXXXIII vel MXXXIV: nam Guillelmus Egoismensis apud Ademarum

dicitur obiisse ipso anno quo rediit de Jerusalem, scilicet VI (Al. VIII) Idus Apr. vigilia Osannæ, MXXXVIII ab Incarn. Domini. Annus autem 1028, inquit Mabillonius, hoc loco numeratur secundum veterem calculum, nobis insequens seu 1029 secundum novum. Quo posito, malè in Tomo nostro X mors Willelmi Com. Egoism. refertur ad annum 1028.

cujus erat uxor Petronilla, filia Marnardi dicti Divitis domini Archiaci et A Botavillæ, et sola ejus heres: pro qua totam hereditatem patris habuit et possedit; quam duxerat ipse Gaufridus, vivente patre suo Willermo Comite. Filius verò fratris Alduini, scilicet Willermus Chausardus, licet filius esset primogeniti, et terram de Comitatu debuisset habere, solunmodò Mastacium et medietatem castri Fronciaci habuit: hac de causa scilicet, quia Comes Willelmus ejus avus filios et filias exheredavit, idcirco quia uxor (a) ejusdem Audoini toxicaverat eum; et propter hoc sententiam exheredationis in progeniem illius mulieris retorsit. Gaufridus verò Comes de uxore sua prædicta filios genuit Fulconem, Gaufredum Rudelli, Arnaldum de Montosario, Willermum et Ademarum postea Engolismenses Episcopos. Fulconi primogenito dedit Comitatum Engolismæ, et terram quam ex parte uxoris suæ habebat; Gaufredo Rudelli, castrum Montosarii. Obiit autem B Gaufridus Comes MXLVIII anno ab Incarnatione Domini.

An. 1048.

Cap. 31.

Successit verò illi in Comitatu, sicut ipse in vita sua disposuit, Fulco ejus primogenitus filius, sicut ab antiquis accepimus, vir magnæ fortitudinis et audaciæ, et militia strenuissimus. Qui, inter cætera quæ viriliter egit, Pictavenses de terra sua in quam ad devastandum irruerant, audacter invadens, repulit; usque Coniacum fortiter invadendo, rustando et pugnando fugavit, et multos ex eis cepit. Insuper in pago Xantonensi castrum Mauritanianæ obsidione, quâ Dux Aquitanianæ illud clauserat, et jam ferè ad captionem constrinxerat, cum magno suo exercitu illuc perveniens, ad magnum (b) singula liberavit. Obiit verò in senectute bona MLXXXVII (c) anno ab

An. 1087.

An. 1029.

Incarnatione Christi. Certè conjux Gaufridi Petronilla, pro salute animæ suæ, Monasterium S. Pauli de Botavilla (d) propriâ pecuniâ et allodiis fundavit, C et in eodem Monasterio sepulta est.

Cap. 32.

Post Gerardum Arte-mala Guillelmus Engolismensis natione, patre Gaufrido Consule, Petronilla matre, Engolismæ natus, Episcopatum Engolismæ suscepit, vir sapiens et disertus, qui Guillelmo Aquitanorum familiarissimus fuit; qui prædicto Præsuli Thesaurariam S. Hilarii, et oblationes altaris Angeliacensis dedit. Dum autem prædictus Præsul in extremis laboravit, pro remedio animæ ejus altare prædictum dedit Angeliacensibus: totum autem Capitulum cum Abbate concessit, quòd duo Monachi pro anima Pontificis semper in Ecclesia substituerentur; quod usque in præsens perseverat. Prædictus verò Præsul maximas guerras habuit cum Fulcone fratre suo, et cum illo militari prælio sæpè confligit. Ædificavit Tolveram et Borzai. Obiit anno MLXXVI ab Incarnatione Christi, XII Kalendas Octobris. Sepultus est intra Ecclesiam Cathedralē à septentrionali parte. Sedit annis XXXIII. Loco ejus promotus est in Episcopatum Ademarum frater Willermi Episcopi prædicti... Stirpensis Ecclesiæ Abbas, homo miræ simplicitatis, etc.

An. 1076.

(a) Hæc Cap. 27 vocata est *nobilissima Comitissa Alairia vel Alauzia*; apud Ademarum verò *Alaizia*.

(b) Fortè *ad manum* vel *manus*, inquit ibi Labbeus.

(c) Idem numeri error exstat in tribus Mss. addit ibi Labbeus, non attendens forsàn hîc agi de morte Fulconis Com. Egois.

(d) Botavilla est in pago Santonensi, in vica-

ria Christiolsi. Provinciæ dividebantur in vicarias vel centenas; nam vicaria et centena, una eademque res erat: vicariæ dividebantur in villas vicosve; et à vicaria Vicarius, qui velut minor ac velut pedaneus judex erat; à centena Centenarius dicebatur. Vicariæ hodieque appellatio durat in Aquitania, in Septimania, ac in Provincia; quam *viguerie* appellant incolæ; Vicarium autem *Viguier*.

EX GESTIS ^(a) CONSULUM ANDEGAVENSIUM,

AUCTORE MONACHO BENEDICTINO MAJORIS-MONASTERII.

Apud Acherium Tom. III Spicilegii in-fol. pag. 252.

A CCEPTIS cum benedictione à domino Papa litteris [Romæ, Fulco Comes Andegav.] iter eundi Jerusalem quam tunc Gentiles tenebant, arripuit: qui Constantinopolim veniens, Robertum Ducem Normanniæ, idem iter aggressum ^(b), ibidem reperit... Iste Robertus Willelmum virum probum, qui Angliam acquisivit, ex concubina ante hoc factum genuerat. Quo invento Fulco et sibi sociato, literas Papæ Imperatoris tradidit. Isti ambo* viris Antiochenis, qui ibi fortè aderant, adjuncti, jussu Imperatoris per terram Saracenorum deducuntur. Robertus itinere Bithyniæ obiit, ibidemque sepultus quievit: de quo maximum ^(c) apud suos idcirco justitium existit, quoniam non fuerat ei proles ex matrimonio aliqua ad regnum suscipiendum provinciæ; quamvis sororem Anglorum Regis Cnuthi manifestum sit duxisse uxorem, quam odiendo divortium fecerat. Ex concubina tamen filium genuerat, Willelmi nomen activi ei imponens; cui, antequam proficisceretur, universos sui Ducaminis Principes militaribus adstrinxit sacramentis, qualiter illum in Principem pro se, si non rediret, eligerent: qui etiam statim ex consensu Regis Francorum Henrici unanimiter postmodum firmaverunt. Fuit enim usui à primo adventu ipsius gentis in Gallias, ex hujusmodi concubinarum commixtione illorum Principes extitisse. Sed et hoc ne supra modum putetur abominabile, libet comparisonem de filiis concubinarum Jacob inducere; qui ob hoc non caruere paterna dignitate, inter cæteros fratres constituti Patriarchæ. Et longo post inferiore tempore, singularis monarchiæ magnus Imperii Proto-Christicola Constantinus ex concubina Helena legitur genitus fuisse. Fulco siquidem sub conductu Jerusalem ducitur; portant tamen urbis intrare non potuit, [nisi] dato pretio ^(d), etc.

Col. 2.

An. 1035.

D Goffridus Martellus post mortem patris sui, honorem Consulatus adeptus est. Martellus præ omnibus generis sui animosior, negotia sua omnia cum impetu pergebat*. Plebs Andegavorum maximè dominum suum Martellum contra Theobaldum et contra Guillelmum Pictaviensem Consulem incitabat... ^(e) Erat etiam eis magnum decus ferroque petendum, plus patriâ potuisse suâ; mensuraque juris vis erat. Martellus sæpè multis vim faciebat. Cui cum diceretur: « Malè de te loquuntur homines »; aiebat: « Faciunt quod so- » lent, non quod mereor; bene enim loqui nesciunt ». Itaque Ambasiaco milites multos cum Lisoio posuit, qui Turonum Blesimque vastarent. Similiter illi de Monte-Basonis quidquid usque Cainonem erat, demoliti sunt. Lochenses cum Rogerio Diabolerio terram S. Aniani, Pontilevium et Calvimontem usque ad Cussonem* fluvium sæpè deprædabantur.

Pag. 255.

Cap. 9.

* peragebat

E Martellus ad ultimum omnibus suis copiis congregatis, Turonicam urbem obsedit. Dimisit tamen Lisoium Ambasiaco ^(f) cum cunctis militibus et mille quingentis peditibus, qui vias custodirent, ne Blesenses ad ejus exercitum liberè descenderent. Audivit Lisoius, et certum erat quòd Comes

* le Cousson

(a) De his Gestis, quorum Auctor Johannes Monachus Majoris-monasterii scribebat post medium sæculi XII, egimus alibi, scilicet paginâ 248 et seqq. Tomi nostri X.

(b) Robertus, ut paulò suprâ ibidem legitur, anno Ducatus sui VII nudipes hoc iter suscepit: Fulco verò infrâ dicitur in eodem itinere moratus anno et dimidio; atque regressus, Lochis ultra Angerim fluvium, Belloloco scilicet, Abbatiam S. Sepulcro dicatam fundasse.

(c) In Ms. Codice Reginae Sueciæ, de quo apud suos maxima idcirco molestia existit.

(d) Vide Tomi nostri X paginam 256, ubi Fulco Sarracenos fallit arietis vesicâ, optimo vino

albo repletâ: ibidem sequitur bellum inter Fulconem et Odonem Campan, in quo post acerrimum conflictum victores extiterunt Andegavenses; deinde pag. 257 Fulco Salmuriense castrum capit. In his autem temporum ordinem à Scriptore minimè servari nemo non videt.

(e) Ibi illud Lueani refertur de Andegavis:

*Non erat is populus quem pax tranquilla juvaret,
Quem sua libertas innotis pasceret armis.*

(f) In Ms. Cod. 992 Reginae Sueciæ, cum ducentis militibus.

Theobaldus contra dominum suum Martellum bellum ingens præpararet. A Quibus auditis, et ad unguem diligenter singula rimatis, quæ gens cum eo esset, quid pararet, et quo in loco suos præliaturos disposeret, domino suo Gofrido Martello præsens in ipso exercitu ita locutus est: « Bellum vo- » his imminet non incertum, et insuper conveniunt agmina Francorum et » Burgundionum: civitatem ergo quam obsedistis (a), dimittite, homini- » busque vestris ab omnibus munitionibus vocatis, de vobis tutandis expe- » ditiores adestote; et ego vobis die prælii quò volueritis, occurram: melius » est nos convenire et pugnare, quàm nos à vobis separari, et superari. » In bellis mora modica est, sed vincentibus lucrum quàm maximum est. » Obsidiones multa consumunt tempora, et vix obsessa subjugantur muni- » cipia: bella vobis subdent nationes et oppida, bello subacti evanescent » tanquam fumus inimicis. Bello peracto et hoste devicto, vastum imperium B » et Turonia patebit. Bonum est ergo accelerare, ne nos inveniant inimici » nostri, et æmuli nostri dum venerint, imparatos: quoniam si Deum poterimus » promereri ducem et præambulum, non dubitanter statim de inimicis nostris » triumphabimus ». His dictis Lisoius Ambasio redit.

Comes Theobaldus cum infinita gente per Pontilevium transiens, juxta Montrichardum ad flumen Cari descendit; et copiosis boum et ovium armentis inventis, opimâ prædâ sui ditati, et partibus S. Quintini ante Bli-
 * Bleré
 retum * tentoria figentes, et nocte ac die recreati sunt. Martellus, relicta obsidione, Laudiaco (b) monte prima die eis obvius venit. In crastino Blesenses catervatim ex castris prouunt: Andegavenses à Laudiaco eis è contrà procedunt. Cùmque jam (c) se invicem contuerentur, ordinatum per sex acies exercitum suum Martellus his affatur alloquiis: « Eia, milites, vide- C » tis et invenistis apud quem (d) venistis; vos verò pugnaturi, confor- » tamini in Domino et in potentia virtutis ejus; potens est enim vos salvare » Omnipotens. De fuga nullus cogitet unquam, quoniam longè nimis à » nobis Andegavis abest; metum omnem, qui etiam viros effeminat, abji- » cite, et de vobis ipsis defendendis viriliter procurate. Ictus impugnantium » indefessi sustinete, confisi Dei adjutorio; manus bellicosas exerite, vires- » que dum tempus est, ostentate. Nunc armis et animis opus est; non est » tempus socordiæ, neque imperitiæ ».

His et talibus à Consule dictis accensi omnes ad pugnam procedunt, congressum ultra non ferre differentes. Nec mora, ante Burgum S. Martini Belli ad pugnam conveniunt, in loco qui publicè Noit vocatur. Reboant tubis, et simul eia clamant. Immergunt se latissimis confertissimisque hostium D turmis, obvios quosque sternunt; nec imbecilles inveniunt hostes, immò verò totis viribus sibi obstantes. Nam duas acies quæ præcesserant, multitudine nimia penè funditus consumunt. Corruunt multi, vulnerantur plures. Andegavi impetus sustinent improborum; vicissimque eos impetentes, viriliter retrocedere compellunt. Martellus qui in postrema parte cum acie sua substiterat, ubi densiores hostium suorum vidit acervos, accurrit; totumque de Comite transferens se in militem, alios lanceâ deturbat de caballis, alios ense dimidiat in sellis; convocat suos, instantes confortat; et eis animatis, in adversarios discurrit. Lisoius domino suo auxilium præbiturus cum suis militibus et peditibus, centum vexilla gerentibus, ab Ambasiaco ad- volat citissimus; qui viso prælio in dextro cornu, habenas laxant, et calcaribus cornipedes urgent; et scutis pectoribus oppositis, turmas Co- E mitis depellunt, et oppositos discutiunt; et unusquisque suum sternit humi.

Andegavi siquidem denuò eos invaserunt; quorum virtutem Theobaldini (e) satellites diutiùs non sustinentes, pavore subito sibi immisso in fugam versi,

(a) Odoni II, qui Tricassium et Meldorum, Carnutum, Turonum ac Blesensium Comitatus possedit, filii duo, Theobaldus qui et Tetbaldus, ac Stephanus fuerunt: ex quibus Theobaldus Carnutes, Turones ac Blesenses hereditario jure obtinuit; Stephano Tricasses ac Meldi obtigere. Ambos oderat Henricus Fr. Rex, propterea quòd more majorum suorum novis rebus studebant, et fratri ipsius Odoni rebelli sese adjunxerant. Quamobrem post fratrem captum et custodiæ mandatum, et post

fusum fugatumque Stephanum, urbem Turonos Theobaldo abstulit, et Goffredo Tuditi Com. Andegav. dedit: sed capienda erat urbs Goffredo, ut Principis beneficio frueretur.

(b) In Ms. Cod. *Laudaico monte*: sic et infra. *Mont-Louis* vel *Mont-Loys* ad Ligerim.

(c) Ibid. *jam se invicem quasi contingerent*.

(d) Al. *quod*; ubi corrig. *quos*.

(e) In Ms. Cod. *Theobaldus et sui satellites*.

A scapulas dederunt; plures cuspidibus insequentium confossi sunt. Insecuti sunt eos, et retinuerunt equites et pedites et equos multos vivos; eisque parcendo, paucos occidunt. Qui cum Martello erant, omnes in ferrum ruunt, ipso præ omnibus fortissimè et fugante fugientes et prosternente. Insequentes Ambasienses fugientibus instant; et quos consequi prævalent, omnes prosternunt; et in nemore quod Brajum dicitur, juxta Aulam Astuini Comitem Theobaldum consequuntur, et capiunt cum quingentis et octoginta militibus: non enim in Brajo equi currere potuerunt. Consulem à Brajo abstractum, sic nempè nemus vocatur, Martello reddunt. Hostibus ita repulsis, Deo favente, et repressis, et diversis (a) partibus turpiter fugatis, cum lætitia maxima redierunt; et à turbinibus bellorum immunes, eo anno quieverunt. Iste Theobaldus cum esset in vinculis, et pro eo nul-

B lam argenti et auri Gofridus Martellus redemptionem vellet accipere, captivus mori metuens, et semetipsum plusquam sua diligens, anno incarnati verbi MXLI (b) pro sua deliberatione Turoniam Gofrido Martello in perpetuum habendam concessit. Martellus Turoniâ quietè susceptâ, (nam sibi Theobaldus Kainonem (c) et Lengiacum, quæ adhuc possidebat, cum omnibus quæ jure eis appendebant, reddidit) Rege Francorum mediante, cum Theobaldo pacificatus est.

An. 1041.

Quid Glaber Rodulphus Historiographus de bello hoc in Historia scripserit nostro Operi inseramus. « Fuerat orta grandis discordia usque ad effusionem » multi sanguinis inter Henricum Francorum Regem, Roberti filium, et » filios supra taxati Odonis, Thebaldum videlicet et Stephanum. Contigit » enim post multas strages cladis utrarumque partium, ut idem Rex, ablato » ab eisdem dominio Turonicæ urbis, daret illud Gotfrido, cognomento » Tuditi; qui collecto magno exercitu, ipsam civitatem anno uno et eo » amplius obsidione circumdedit: adversus quem tandem hostili manu per- » gentes dimicaturi, revera ut afflictæ indigentique alimonis succurrerent » urbi ambo filii Odonis (d), etc. »

Quindecim sacramenta juravit Theobaldus propria manu Consuli Gofrido, et viginti Barones Castellenses cum eo, et quadraginta milites Vasosores eisdem verbis quibus et ipse. Ex quibus omnibus quatuor Operi inseramus. Primò juravit et jurando concessit civitatem Turonensem cum castellis, munitionibus, feodis et casamentis: secundò juravit quòd Comitatus durabat ab occidente à fluvio Toëdo (e) nomine, qui inter Salmurium castrum et Abbatiam S. Florentii effluit, et sic in Ligerim effluit, usque » ad Haias Blimartii, quæ et Haiæ dicuntur S. Cyrici: tertio juravit quòd nec per se nec per alium aliquem quæreret, quomodò unum vicum vel aliquam villam ex Consulatu perderet: quartò juravit, quòd infra septem leucas munitionum suarum, aliquam munitionem nec ipse faceret, nec alieni suorum permetteret facere.

Gelduino Salmuriensi et filio ejus Gofrido Calvimontis, Martellus omnes feodos quos habuerant citra Vigennæ fluvium, et decimam S. Cyrici reddidit: qui Salmurium tunc Comiti concesserunt. Insuper etiam Gofridus Calvimontis pro prædictis Martello homagium fecit. Itaque Martellus facto homagio (f) pro suscepta terra Theobaldo, ipso deliberato, donaria militibus distribui constituit.

Hæc præterea tempestate erant cum Comite Gofrido duo juvenes nobilissimi (g), filii domini Castri Gunterii; ex quibus primus vocabatur Rainaldus, nomine patris sui; alter Gofridus nomine Consulis, cujus et filiulus erat: ex quibus primum, Militem factum patri transmisit. Pater

(a) Ibid. et adversis partibus.

(b) Ibid. anno Incarn. MXLII. Sic et in Gestis Ambasiensium Dominorum.

(c) Ibid. Cainonem et Baugiacum, quem. Caino, vulgò Chinon, castrum est Turonum pervetus, ad flumen Vigennam positum. Lengiacum vero, seu Alingavia et Lingia, vulgò Langey, vicus veterrimus est, ad flumen Ligerim situs.

(d) Vide lib. 5 cap. 2 Glabri, pag. 60 Tomi nostri X.

(e) Vulgò Toüé vel le Toué; qui fluvius Toërium Toëret, Argentonem Argenton, ac Devam

Dive amnes recipit. Olim Tuadum vel Doadum ac Toadum dictus videtur; à recentioribus autem quibusdam Scriptoribus Tueda vocatur.

(f) Hæc verba notanda sunt. Indè enim patet, Martellum pro cæteris Comitibus suis hominum et fidem Regi Fr. debuisse; pro Comitatu autem Turonico, non Regi, sed Theobaldo Com. Bles. Sic postea Willelmus Dux Aquit. et Pict. Comes, hominibus à Martello suscepto, Santonicum Consulatum ei concessit, etc.

(g) Ms. Cod. duo juvenes nobiles ephebi.

verò jam vetulus, cruce factâ, licentiâ Comitum Jerosolymis perrexit; filius A
 verò ejus primogenitus Rainaldus, homagio Consuli facta, terram suscepit,
 et quinque annis ut miles strenuus nobiliter rexit. Frater verò ejus Comiti
 serviens, et probitates fratris sui audiens, cupidus gloriæ, aggressus Con-
 sulem, precibus suorum obtinuit, ut eum Militem constitueret, et causâ (a)
 filiationis modicum terræ ei largiretur, quo posset ei grtiosius et accuratius
 servire. Comes autem precibus juvenis et suorum delinitus, libentissimè
 annuit; et militem * constitutum dominium suum Caramantum (b), quæ et
 Villa-Moranni, quam pater ejus firmaverat, dedit; et totam terram ab
 Haia Blimarcii (c), quæ et S. Cyrici, usque ad Blesentiacum tali nimirum
 pacto ut intra illa fortem domum sive castrum munitissimum firmaret, quippè
 quòd in ingressu et egressu Turonici Comitatus, et in marchia erat Blesen-
 sium, Vindocinensium, Ambaziacensium, et Calvimontensium. Qui terram B
 illam tali pacto suscepit homagio, et ligatione Consuli facta. Secundo autem
 anno quo constitutus miles est, et terram illam à Consule suscepit, mortuus
 est pater ejus et frater, utriusque Rainaldi vocati, verno tempore ut uno die;
 pater Jerosolymis, frater Gunterii-Castro (d): qui solus remanens, homa-
 gio et ligatione Consuli facta, terram patris vel fratris defunctorum suscepit
 regendam, cum illa quam ei Comes amore filiolaris dederat. Dedit et ei
 conjugem, neptem uxoris suæ puellam nobilissimam, corpore et vultu pul-
 cherrimam, nomine Beatricem. Facta est autem prægnans eodem anno, quo
 eam duxerat. Unde hilaris effectus, statim cœpit ædificare nobiliter castrum.
 Cùm autem ut quantocius ædificaretur elaboraret, natus est ei infans mas-
 culus: qui aliquantulum ex morte patris vel fratris confortatus, et gaudio
 gavisus, puerum nomine patris vel fratris, Rainaldum videlicet, vocari C
 præcepit; castrum autem novum ex nomine filii sui Castrum-Reginaldi vocari
 præcepit. Qui ex nobilibus ortus, et nobiliter educatus, armis strenuus et
 miles acerrimus, staturâ (e) procerus, vultu decorus, verbis facetus, ama-
 bilis fuit omnibus. Qui propter probitates suas à prædicto Consule Theo-
 baldo (f) in tantum dilectus est, ut ei magnam terram donaret, quæ vicina
 erat terræ supradicto castello adjacenti, cum villis, feodis et casamentis.

Siquidem eo tempore virum Cenomanicum, qui multum sibi servierat,
 Fulcoium de Torneio in curia sua Martellus habebat: verum cum quid
 Fulco pro servitio recompensare vellet, quod sibi gratum fore debuisset,
 diu præmeditaretur, domum munitissimam quæ usque hodie Mota-Fulcoii
 à vulgo vocatur, terramque magnam ex suo proprio cum multis Ambasiaco
 feodis donavit. Seneca affirmante, quòd quietissimam vitam agerent homines D
 in terris, si duo hæc verba à natura rerum tollerentur *meum et tuum*: hinc
 est, quòd Willelmus Pictaviensium Comes Consulatum Santonicum suum
 esse volebat, et vi præoccupatum tenebat, quia patris sui fuerat. Martellus
 eundem Consulatum reclamabat, quia avi sui fuerat, cujus heredes absque
 liberis mortui erant, et ideò ad heredes sororis avi sui honorem debere
 reverti affirmabat. Denique hujus litigii causâ diu ventilatâ, multa mala in
 Andegavensi pago et Pictaviensi perpetravit; et per quatuor annos tota
 terra circa Losdunum et Mirabellum, à Salmurio etiam Pictavis vastata et
 ferè deleta fuit. Similiter Martellus quidquid erat circa Pictavis, Clinonem
 fluvium (g) et ultrà, nec non suburbia ipsius civitatis succendit ac delevit.

Gofridus igitur cum Willelmo pugnare disponens, Lisoium grandem
 natu huic negotio advocavit; in cujus consilio, auctoritate et sententia, E
 uti illius qui in vario genere bellorum versatus fuerat, totius prælii ordinem
 commisit... Majora et meliora facit [consilio et prudentia] Lisoius in
 hoc prælio, in quo dominus suus Pictavenses cum Duce suo turpiter
 devicit... Santonici etiam, et multi ejusdem Consulatus Proceres, sæpè

(a) Ibid. causâ filiolationis.

(b) Ibid. et casamentum, quæ et.

(c) Ibid. ad Hayas atque ad Presenciacum Ru-
 mei; tali etc.

(d) Fulco Com. Andec. filius Gaufridi, qui cog-
 nominatus est Grisia-Gonella, firmavit [an.
 MXXXVII] castellum super Meduanam fl. in
 earte quæ vocatur Basilicas, atque ut poterat muni-
 tum, ex nomine cujusdam villici sui Castum-

Guntherii [Chateau-Gontier] appellavit. Ex Tabulis
 Monasterii S. Albini.

(e) In Ms. Cod. et multis expeditionibus compro-
 batus, consilio profundissimus, staturâ procerus.

(f) Sic et in Ms. aliàs tamen Goffrido.

(g) Id est, Clenum fl. vel Clinum et Clennem,
 vulgò le Clain, quem Vingenna [la Vienne]
 recipit.

- A cum Martello fœdus pepigerunt fieri et sui ipsius; et ejus cui præsidebant urbis deditioem illi pacti sunt, si usque ad eos quoquomodo posset pervenire. Firmatis itaque amicitiiis, et fœderatus cum Radulfo Vice-consule (a) Thoarci, Martellus cum omni sua gente, et amicorum et vicinorum copiis, ad urbem Santonicam suscipiendam tam ipse, quàm prædictus Vice-consul tetenderunt. Econtra Guillelmus Pictavorum Dux, vir equidem bellicosus, nulli audaciâ secundus, prudentiâ præditus, divitiis copiosus, militaribus auxiliis constipatus, cupidus laudis, inflatus supercilio jactantiæ, magni nominis homo, gentes maximas congregat; videlicet Pictavienses, Lemovicenses, Angolismenses, Petragorenses, Arvernos, Wascones (b), Bascos, Tolosenses, necnon alios innumeros coagulaverat, et exercitum immensum conflaverat. Isti omnes adventum Martelli expectantes, ad oppidum quod Caput-Vultonæ (c) dicitur, adunati subsistunt. Quod oppidum in alta rupe situm, à capite Vultonæ fluvii, sive à cavitate rupium nomen accepit. Nam quidam Cayn-Vultonæ, alii Cavitium (d) nuncupant. Multi autem qui ibi substiterant, apud se deliberabant, an discederent, an propiùs ad bellum accederent. Discedere suadebat fama, quæ felices Andegavorum successus prænuntiabat; et ex felicibus de victoria Theobaldi et Francorum, feliciores fore aspiciantur; et idcirco metus quàm maximus pectoribus singulorum inserebatur. Accedere verò ad prælium eos exhortabatur ira pudorque, peregrinorum nullatenus adhuc repressa temeritate. Confidebant etiam in coagulatorum (e) diffusa multitudine, et in sua, sicut jactabant, animositate, Prætereà inglorios se esse dicebant, nisi multi paucorum stoliditatem compescerent, nisi alienigenas à suis finibus disjicerent.
- C Quoniam autem Aquitanix Principes bellum pertrahi conquerebantur, Dux eorum Willelmus festinus in planitie Caput-Vultonæ descendens, Martello et suis occurrit. Veniebant igitur Pictavi catervatim congaudentes, et victoriam in manibus autumantes, et de spoliis inimicorum diripiendis jam lætantes. Afferebant itaque suos unusquisque funiculos, quibus vinctos ad sua tecta captivos ducerent Andegavos: qui cum se invicem conspicerent, accuratè quisquis aciem suam instruxit. Martellus et sui sagittarios et pedites suos ordinaverunt; et ipsis præmissis, pedetentim, ut mos est, pergebant. Edocebantur autem qualiter obclamarent, qualiter obstarent, qualiter impenetrabiles inimicos feriendo penetrarent, et ut ad signa sua nihil reverentes frequenter respicerent, et se ipsos ad ictus hostiles sufferendos obdurarent; licet hæc omnia in aliis bellis bene gestis didicissent. Nec minùs è regione Pictavenses (f) cuneatim, stellis innumerabilibus innumerabiliores, densabantur; et per agmina innumeræ legiones à latere in latum extendebantur, gerentes vincula quibus hostes ligare putabant. Porrò manipuli eorum militares, prout erant instructi, loca condita tenebant. Existimabant enim Andegavos statim fugam arripere: de fuga quippe suâ nulla mentio fuerat, quoniam se vicisse putabant. Confidebant siquidem in multitudinibus suis innumeris, et in pectoribus gentium animosis, et in ducalibus ne unquam fugerent edictis. Ergo bello utrimque parato, ubi ventum est ad locum unde aliquantulum jam propiores se inspicerent, pari concurrunt agmina motu. Pictavenses ira metusque, Andegavenses spes acquirendi Santonicum Consulatum incitabat. Vociferantur omnes, et confusis clamoribus ipsum pulsatur cœlum; fragor nimius vel de collisionibus armorum, vel de illisionibus cassidum resonat et gladiatorum. Plangores et ululatus undique vel morientium, vel vulneratorum audiuntur. Martellus et Andegavi illos viriliter aggressi sunt acclamantes, et audacter per medias acies irruunt.

Globus etiam Turonorum militum, subsequentium dominum suum; multos stravit; et vexillum ipsius Ducis prostravit, quod pedites viriliter, equitesque sequentes, rapuerunt et retinuerunt; quod non mediocrem eis incussit timorem. Guaseones omnes et Lemovicenses confestim fugam

(a) Id est, Vicecomite vel Vicario: *Vicariæ* enim *Toarcensis* in pago *Pict.* mentionem faciunt variæ litteræ apud Valesium; qui notat, agrum loci aut castri cui suus erat Vicecomes, sæpè pro Vicecomitatu *Vicariam* [*Viguerie*] dici consuevisse; sicut ager castelli cui suus erat Castellanus, *Castellania* [*Chastellenie*] nuncupabatur, non rarò et *Castella-*

ria.

(b) In Ms. Cod. *Vascones, Barros, Tholosenses.*

(c) Vulgò *Chef-boutonne.*

(d) Al. *Cavitium* et *Caultrinum.*

(e) In Ms. Cod. malè, *in eo adulatorum.*

(f) *Ibid. Pictavenses cunctatim telis innumerabiles.*

inierunt, quos cæteræ gentes insequuntur. Pictavenses stupefacti, aliquan- A
 tulum demorati substiterunt. Martellus et sui simul illuc conversi, eos tan-
 quam segetem in transverso gladiis secabant, et eorum corpora detrun-
 cantes dimidiabant. Irrorabantur seu potiùs inundabantur sanguine campi.
 Pictavenses tremefacti, Duce suo graviter vulnerato, respirandi locum non
 habebant, nec aliquatenus respirabant. Insecuti sunt eos fugientes: illi dun-
 taxat evaserunt, qui effugere quoquomodo potuerunt. Multos capiunt Tu-
 ronenses; sed Andegavi quos poterant cursu prævenire, illis nullæ dabantur
 induciæ: alios lanceis transfodiebant, alios gladiis jugulabant, in commune
 nulli parcebant. Et quoniam prædictum oppidum (a) aliquatenus ab ipsis
 distabat, qui fatigati remanebant, aut capiebantur aut in mortem ruebant.
 Dies itaque illa Pictavensibus nimium fuit adversa; fuit enim dies tribula-
 tionis et dispersionis, dies mortis et confusionis: cum vinculis quos ad B
 hostes suos ligandos advexerant, ligati sunt: Willelmus etiam Consul vulne-
 ratur et capitur.

Martellus et sui, cæde peracta, reversi sunt in campum; et ibi intra ten-
 toria nocte illa quieverunt, et contra boream qui acriter sufflabat, corpora
 mortuorum congregaverunt. Martellus posthæc, quàm citiùs potuit, San-
 tonis devenit; obviam ei venientes qui in urbe erant, apertis portis,
 urbem ipsi tradiderunt. Itaque ibi requieverunt cum gaudio, et Santonicum
 Consulatum receperunt, quem Martellus, facta pace cum Pictavensi Duce,
 quoad vixit tenuit. Nam Dux à plaga prælio facta sanus effectus, Episco-
 porum et Religiosorum consilio, hominio (b) à Martello suscepto, prædictum
 Consulatum et quietum concessit; et multis pecuniis liber à captione, quâ
 illum Martellus in prælio capiens, spatio trium annorum tenuerat, ad pro- C
 pria remeans, ipso in anno finem vitæ habuit. Factum est autem inenarra-
 bile gaudium in Andegavia et Turonia, et cum gaudio in pace diù quieve-
 runt; et ubique terrarum Deo gratias agentes, multoties triumphatores
 exaltati sunt.

In diebus illis Willelmus Dux Normannorum Herbertum Cenomannicum
 Consulem nimis impugnabat, cui Martellus auxiliator et tutor fuit; et id-
 circò Willelmus Dux, qui postea Angliâ acquisitâ Rex Anglorum exstitit,
 multa à Martello (c) mala perpressus est. Gofridus Martellus Fulconis filius,
 An. 1060. cum filios non haberet, Comitatum suum scilicet Andegaviam, et Turo-
 niam quam, sicut suprâ scriptum est, conquisierat, nepotibus suis Gofrido
 Barbato et Fulconi Richino reliquit: Andegaviam et Santonas Fulconi,
 Turoniam cum Landonensi castro Barbato donavit. Martellus morbo repen- D
 tino occupatus, irremediabiliter languore per dies ingravescente, ad mortem
 usque perurgetur, et non sine grandi dolore inter suos defungitur.

An. 1032. Ædificavit autem Cœnobium S. Trinitatis apud Vindocinum castrum,
 Monachosque posuit et Abbatem constituit. Causa autem ædificationis hu-
 jusmodi exstitit. Quodam tempore Dominico die, aurora illucescente,
 contigit Consulem unâ cum uxore ad fenestram aulae, quâ thalamus ejus
 illuminatur, versus aquilonem faciem posuisse. Erat autem aula in super-
 cilio montis, ubi nunc Ecclesia B. Georgii habetur: burgus autem ubi ha-
 bitantium multitudo, ex latere montis contra aquilonis flamen erat: extra
 burgum autem contra orientem erant pascua latissima, et in medio fons
 latissimus, ubi et ad quem penè universus populus castrum veniebat haurire.
 Cum autem Consul et ejus conjux, Agnes nomine, spatium aëris et stella- E
 rum multitudinem intuerentur et de multis confabularentur, subito viderunt
 ambo stellam longissimam, ac si militis hastam, in fonte cadere. Cum autem
 turbati essent, cecidit secunda: plus mirantibus et stupentibus, cecidit
 tertia. Denique Consul festinus, cultioribus vestimentis indutus, unâ cum
 uxore de supercilio montis descendit, et in Ecclesia B. Martini, quæ

(a) Fulco Rechinus in Historia Andegav. suprâ memoria tradidit, Gofridum Martellum fecisse præ-
 lium apud Montem Consularem contra Pictavos, ubi
 Comitum Pictavensem apprehendit.

(b) Observa hic, Martellum de Consulatu Santonicum
 hominum et fidem jurejurando tunc Willelmo Aquit.
 Duci et Pictav. Comiti promississe, et non Regi Fr.
 Henrico. Vide quæ notavimus suprâ de Comitatu

Turon.

(c) *Goisfredus Martellus Andeg. Comes, et Conan-
 nanus Princeps Britonum, atque Robertus Fresio Sa-
 trapa Morinorum, ait Willelmus Rex in alloeu-
 tione paulò ante mortem habita, nihi multis machi-
 nationibus insidiati sunt; sed custodiente Deo, licet
 multum optassent, et plures insidias perstruxissent,
 nunquam voti compotes effecti sunt.*

A prope ipsum fontem erat, Missam in honore S. Trinitatis canere fecit. Hoc ipsum etiam quod viderat, Episcopis, Abbatibus et aliis religiosissimis narrabat viris, et super hoc quid acturus foret quærebat. Omnes autem quos consulebat, uno animo et uno sermone unum dedere consilium, ut in ipsis pascuis Ecclesiam ædificaret in honore S. Trinitatis, et altare ipsius Ecclesiæ super ipsum fontem constitueret; servos Dei inibi congregaret, qui die noctûque Deo ibi servirent. Qui sano consilio adquiescens, cœpit juxta Ecclesiam ædificare officinas (a) utiles Monachis. Elegit etiam ex religiosiori Monasterio totius Galliæ, videlicet ex Monasterio B. Martini Majoris-Monasterii, viginti quinque Monachos, ex quibus unum ipsis præfecit, Abbatemque consecrari delegit. Uxor verò ejus ædificavit in supercilio montis Ecclesiam S. Georgii, Canonicosque posuit, et Capellam Consulis vocari præcepit. Hic et bona Ecclesiæ B. Laudi valdè ampliavit, et undecim Canonicos in ea posuit; cum tamen modò tres vel quatuor Presbyteri tantum ibi essent: sic continetur in privilegio ipsius, quod est in eadem Ecclesia. Gofridus autem Comes perfecit Ecclesiam S. Nicolai in suburbio Andegavæ civitatis, quam pater ejus Fulco inceperat, nec perfecerat; Monachos et Abbatem posuit, multisque possessionibus ditavit; ibidemque sepultus quiescit.

An. 1040.

Dum Gofridus Barbatus et frater suus Fulco Richin honorem Martelli possiderent, quæ et quanta mala Consulatam involverint, et veritas historiæ jubet evolvere, et horror magnitudoque cladis prohibet referre... Non ignoretur fortunam, suam invidiam quam sæpè potentibus commodat, his fratribus accommodasse; quos communitas Consulatûs in turbam misit, et malè concordēs effecit... Gofridus Barbatus armis strenuus, cum Cenomannensibus est fœderatus; cujus auxilio Helias de Fisca Cenomanum recuperavit, quod Willelmus Rex Anglorum sibi auferebat. Quantæ cupiditatis et avaritiæ, quantæ etiam crudelitatis et superbiæ [Goffridus fuerit], et quomodo Deus ei restiterit, et humiliaverit... locus in præsentī habetur. Diabolus... electionem Bartholomæi (b) Abbatis Majoris-monasterii atque benedictionem sanctissimè factam, molitus est modis quibus potuit infestare. Instigavit igitur Comitem Turonensium, nomine Goffridum, cognomento Barbatum, ut locum Majoris-monasterii suo dominatui subjugaret, et Abbatem loci cogeret, ut de manu illius baculum pastorem reciperet. Grex igitur B. Martini Majoris-monasterii stupefactus ac mente confusus ex tam inaudita hætenus ratione, cogitare cœpit ac dicere, quo fieri posset, ut tanta et tam longa regalis potestas, et specialis semper domini Martini gloria ex priscis et ex suis etiam ipsis temporibus, qui dum adviveret proprium ibi Abbatem esse constituit nomine Galbertum (c), qui nunc ibidem humatus quiescit, ab Imperatoribus et Regibus hucusque inviolabiliter conservata, modernis temporibus alicujus dominio nisi regio (d), sicut semper, aut Abbati proprio subderetur. Aiebant enim: « Habemus namque » non minima Imperatorum Regumque Præcepta, nec non et Apostolicorum plurima Privilegia, quibus hic noster locus pro veneratione pii patris nostri domini Martini, qui eum fundavit, specialem obtinet dignitatem et gloriam; et nunquam ab aliquo Regum nisi aut Regi aut Abbati proprio S. Martini fuit subjectus; qualiter etiam est ab omni

Cap. 10.

An. 1064.

(a) Vindocinensem Comitatum integrum obtinuit Martellus vix ante annum 1032; siquidem clientelæ fidem exhibuit Henrico Regi, qui Roberto patri anno præcedente successit; nec multò antè Agnetem Comitissam, Willelmo Bono Pietav. Comiti et Duci Aquitan. antea nuptam, incesto conjugio sibi copulavit. Hunc calculum probat fragmentum ex Notitia de Villa-Episcopi, quam Rainaldus Paris. Episc. in silva Wastiniensi extruxit. Sic autem habet Notitia in Chartario Vindocin. *Mortuo Burchardo, primogenito scilicet Adelæ Rainaldi neptis, tenuit mater ipsius honorem. id est Comitatum Vindocinensem; sociavitque sibi Fulconem filium suum, etc.* Abbatia Vindocin. initia nec citius nec seriùs anno 1032 ponenda sunt; non quidem citius, ob fidem clientelæ Henrico Regi præstitam,

quâ præstitâ Monasterium inchoavit Gaufridus; nec seriùs, ut colligitur ex Notitia Fulconis Comitis de origine Monasterii S. Nicolai Andegav. in qua Raginaldus Abbas regimen Vindocin. Monasterii noviter constructi jam suscepisse dicitur anno MXXXIII; quo anno hæc Notitia edita est. Hæc ferè Mabillonius.

(b) Quædam Instrumenta apud Mabillonium probant Bartholomæum electum fuisse anno 1064, quo obiit Albertus Abbas. Unum tamen ibidem obstare videtur, et differre mortem Alberti in annum 1065. Vide lib. 62 Tom. IV Annalium Bened. pag. 658.

(c) In Ms. Cod. nomine *Guillelmum*.

(d) Reginum igitur Monasteriorum hæc erat prærogativa, ut nulli alteri quàm Regi et Abbati subjecta essent.

» Præsulum dominio, in quantum in ordinandis Monachis necessitas cogit A
 » Ecclesiae, sequestratus; cum quibus ne id fiat, satis defendere possumus ». Unâ igitur mente atque decreto venit idem grex ad prædictum Comitem, illique hæc omnia retulerunt; ut scilicet hanc Abbatiam Majoris-Monasterii, nec ipsum Monasterium in alicujus dominium, nisi in suum proprium Abbatem, ullatenus devenire permittat; ne honor et gloria tanti Patris, quæ semper crescit in cœlis, aliquatenus minorari videatur in terris; à tantis hætenus inviolabiliter conservata Regibus, patribus atque Principibus. Comes autem obstinatè, immò fortiter in sua sententia permanebat; et si hoc fieret, locum destruere minabatur. Monachi verò Comitem sæpè et rationabiliter convenerunt, et per personas Ecclesiasticas atque sæculares discreti sanique consilii nitentur commotionem Comitis tranquillare. Comes autem quantò magis videbat Monachos resistere suæ voluntati, B tantò vehementiùs turbabatur, tantòque indiscretiùs non jam loco solummodò, sed et ipsis Monachis minabatur, et minas crudeles crudeli opere adimplebat. Locum namque Majoris-monasterii et loca appendentia, ubicumque potestas ejus attingit, aggressus funditus adnullare, possessiones Monachorum et substantias hominum Monasterii rapere violenter et vastare: et quomodo sævitiam suam exleret etiam in corpora Monachorum, coepit attentius observare... in tantumque desæviit persecutio et exerevit, ut etiam sæculares homines Comitis intemperantiam mirarentur, et impreccantes Comiti, Deum pro Monachis precarentur.

Monachi autem cùm hæc diù cum patientia tolerassent, nec jam possent pericula imminencia sustinere, orationes, quas pro suis persecutoribus juxta Evangelii effundebant præceptum, statuerunt devotiùs ampliare; nudatisque C pedibus ad corpus B. Martini processerunt, assumptis secum debilibus et leprosis, quos de victu vel vestitu Monasterii sustinebant, et quorum preces apud Dominum valere confidebant quamplurimum; ubi unanimiter in orationibus (a) persistentes, implorabant Deum et Sancti merita, ut pestem illam tam sævissimam suâ misericordiâ temperaret, ne locum illorum persecutor ille destrueret... His peractis, etiam ad Abbatem Cluniacensem recolendæ memoriæ virum, Hugonem nomine, suam petitionem direxerunt, suppliciter exorantes, ut ipse et sancta Cluniacensis Congregatio pro tanta persecutione mitiganda Dei elementiam precarentur; insuper ut ipse Abbas locum Majoris-monasterii consolari suâ præsentia dignaretur: qui benignus ut erat, petitioni eorum benigno animo adquevit. Cùmque Majoris-monasterium pervenisset, consolatus est Fratres, et Turonis ad Comitem sunt D profecti; ejus pedibus prosternati eum, ut ab illa persecutione jam cessaret, precabantur humiliter, sed incassum (b). Nam Comes in suam sævitiam obstinatus, nec lacrymis flexus est Monachorum, nec Abbatis precibus adquevit, nec se vel modicè à persequendis Monachis temperavit. Quibus ad Monasterium redeuntibus, Abbas quoque reversus est Cluniacum, Abbate Majoris-monasterii comitante; qui videlicet Abbas Majoris-monasterii, antequam inde rediret, suscepit sacros ordines Sacerdotis; quando enim electus est in Abbatem, adhuc Diaconi ministerio fungebatur. Porrò Deus... in caput Comitis justè fecit injustitiam ejus redundare. Nam ut manifestum fieret, quàm injustus Comes ille adversus Abbatem et illos Monachos extitisset... Deus dignatus est insigne miraculum operari. Postquam enim Comes contempsit Abbatem Bartholomæum et Abbatem Cluniacensem et Mona- E chos exaudire, pauco intervallo interposito frater ejus, Fulco nomine,

(a) Per id tempus ea erat Fratrum Majoris-monasterii religio et pietas, ut nulla provincia esset, quæ illius instituti Monachos habere non pereperet. Hinc conditæ passim ubique Cellæ, eidem loco attributæ. Inter alia verò pietatis exercitia illic maximè vigeat pietas erga morientes et defunctos: qua de re Libellum in Elogio Bartholomei Abbatis retulimus. Principio testatur Auctor Anonymus, morem fuisse ipsius Cœnobii, ut à prima aurora usque ad horam prandii, propter Sacerdotum copiam, continua Missarum celebratio protraheretur. Ad hæc, cùm aliquis Fratrum recens obiisset, Confessor

ejus in communi super indicta pœnitentia inquirebatur: quæ auditâ, mira compassione videres certatim à Fratribus Fratris onus suscipi. In his eminebat Bartholomæus Abbas, Mabillonius.

(b) S. Hugo tunc, ut scribit Hildebertus in libro de ejus vita, illud Samuelis dictum vaticinando protulit: Scissum est regnum tuum à te hodiè: quod vaticinium rei exitus comprobavit. Nam anno 1067, aut uti quibusdam placet 1068, Goffridus à fratre captus, atque Comitatu Turonico spoliatus, et in vineula coniectus est.

A adversus eum cum manu valida insurrexit; nec ab ejus persecutione cessavit, donec eum captum, et ab honore privatum, per multos annos in captivonem detinuit: ibique afflicto, et divina ultione datus etiam in reprobum sensum, vixit postea plusquam triginta annos in hac miseria, etiam hostibus miserandus. Certè justo judicio privatus est et corporis et animi libertate, justè totà vità suà miserabiliter oppressus est unius hominis potestate... justo judicio amisit in perpetuum dominationem, quam tenebat... Willelmus Cenomannum, concedente sibi Herberto, acceperat; et Heliae, cui hereditario jure obvenerat, violenter auferebat.

Fulco subdolos fratrem suum nimium cepit impugnare, et Consulatam totum turbare; et tunc totius Comitatus Barones unus in alium ceperunt insurgere, nunc Barbato, nunc Fulconi favere; et tunc prodiones multae inter eos exortae sunt. Quo tempore sit proditio apud Andegavam anno Verbi incarnati MLXVI: proditores perimuntur. Tunc Gofridus de Prulliaco occisus est, pater illius Goffridi, qui Comes Vindocinensis (a) fuit. Comes Pictavensium, Willelmus uti pater suus vocatus, miles acerrimus, juvenis astutus et laboriosus, praedictis fratribus sic discordantibus, Santonicum Consulatam aggressus cepit et possedit. Helias Consul Cenomannicus et complures Consulatam sui Proceres Fulconem pro Barbato graviter expugnabant; et ut Barbatum deliberaret, petebant; et auxilio Philippi Regis Francorum, et Stephani Comitis Blesis, ipsum vi abstrahere nitentur: sed Fulco cum Stephano, hominagio sibi facto, Regem Francorum adiit; et eum eo foederatus, Philippo Regi Laudonense castrum concessit. Rediens Fulco à Francia, Ambasiaco cum Arnulfo, qui custodiam domicilii ab ipso in feodo habebat, hospitatus, feodum ei abstulit; et domicilium, positam propriam ad libitum custodiam, sibi proprium retinuit. Sic Arnulfus de Magduno, et filius (b) ejus Leonius, ab Ambasio expulsi sunt. Saepè Fulco talia actitans, progeniem suam doli ream licet injustè accusari fecit... Erant tunc multi in bono administrando segnes, in malo obloquendo celeres, seditionibus occupati, caritate infirmi, factione robusti, in aemulationum conservatione stabiles: de quibus mentionem faciens, quod scitum (c) historiae est, facio.

Erant autem tunc Ambasiae tres Optimates, quorum nullus alii credebatur fore * secundus, nec erat, quoniam nullum servitium alter alteri debebat, habentes singuli domos defensibiles; Sulpicius dominus Turris-lapideae, et Fulcoius de Torinnio, quem Comes Martellus primus ibi hereditaverat, qui dominus domus, quae Mota-Fulcoii dicebatur, erat. Tertius erat Arnulfus filius Leonii de Magduno, custos domus Consulis, quae vocabatur Domicilium, ad cujus jus pars major Ambasiensis castrum pertinebat. Fulco Comes pater Martelli Leonio (d) de Magduno in feodo custodiam Domicilii et commendatias silvae longae, quae suae erant, usque Remorentino olim donaverat. Nam Fulco, cum Landonensem Vice-consulatam possideret, saepè per Magdunum *, inter Aurelianum et Baugenciacum situm, transibat; et Leonium inter principales amicos habebat. Sulpicius vir prudens armisque strenuus fuit; cujus frater Lisoius non inferior virtute exstitit: qui ita natali amicitia erant conjuncti, ut eorum vita ab omnibus laudaretur... Quanta vis amicitiae sit concordiaeque, ex dissensionibus atque discordiis percipi potest, ut ex discordia Fulconis Richin et Barbati, quae penè terram eis subditam totam delevit... Ex Sulpitio atque Lisoio, quantum boni sit in amicitia, judicari potest; qui licet causam invidiae à multis potentibus aggressi, viriliter se defendentes, nihil ex suo amiserunt, quamvis ipse Fulco eos Ambasiaco saepè expellere tentasset. Fulco Richin Barbatum fratrem suum captum tenuit, et in vinculis Chainoni castro posuit, et

Cap. 11.

An. 1066.

* esse

* Mehun

(a) Comitum Vindocinensium secunda series originem traxit ex stirpe Eofridi seu Effredi, Prulliaci et Rupeozæ domini; qui in Epitaphio dicitur fuisse genere et probitate inter nobiles Gallos insignis, tutor patriæ duxque militiæ. Ex ejus genere prodiit Gaufridus seu Goffridus de Prulliaco, Vindocin. Comes, cujus mater fuit Amelina; et cujus uxor Euphrosia, erat ex stirpe Comitum Andegav. quibus antea Vindocinum parebat.

(b) In Ms. Cod. et filius ejus Lodinus.

(c) Al. quod suum est historiae facio.

(d) Apud Beslium legitur Instrumentum venditionis cujusdam Archembaldi qui, permittente Leudonio domino suo, quosdam alodios vendidit Comiti Gaufrido ejusque conjugi Agneti ad construendum ædificandumque locum, in honore S. Trinitatis fundatum, qui situs fore (esse) noscitur in suburbio Vindocini trans flumen Ledi.

utrumque Comitatum in proprietatem sibi suscepit. Barbato Arnulfus, Fulconi Richin Fulcoius favebat, Sulpicius neutri. Itaque Fulco Richin à Rege Francorum utrumque Comitatum suscepit, ipsique Landonense castrum in perpetuum concessit. Dumque à Curia Regis Fulco rediret, hospitatus cum Arnulfo in Domicilio, consilio Fulcoii Domicilium ei abstulit; et cuidam homini suo Rainaldo Porcello ad custodiendum tradidit, ipsumque Arnulfum ratione satis debili, quia Barbatum dilexerat, Ambazio expulit. Posthæc malitiosus Fulcoius nutu Consulis Sulpicium et suos impugnabat; existimans quòd Comes honorem Sulpicii filio suo Fulcoio daret, qui Elizabeth sororem Comitis duxerat, si eum ab Ambaziaco expellere posset.

Jam pridem Consul Richin à probitate antecessorum suorum deviaverat, veraque vocabula rerum amiserat. Nam aliena bona largiri, liberalitas; malorum et reorum audacia, fortitudo ab eo vocabatur: sed tamen misericors mansuetusque erat, nimumque ad credendum malis facilis; quem Fulcoius aggrediens multis adulationibus, ut arma contra Sulpicium sumeret, impetravit. Similiter Burchardum de Monthesauro (a), qui Eufennam * Sulpicii et Lisoii sororem habebat, contra ipsos ad omnia mala agenda incitavit; sed Sulpicius Lisoiusque à Calvo-monte Comitem Buchardum atque Lisoium infestabant, illisque nolentibus totam terram usque Lochas et Turonim vastantes deprædantesque, omnia incendebant. Munierunt etiam Ambasiaco arcem suam; et sic sæpè in ipso oppido, inter utriusque partis homines lis vulneratioque et occisio nimia erat. Erat autem Sulpicio auxiliator sororius ejus Theobaldus, Rupium * dominus; per cujus portum Sulpicius et sui transmeantes, maxima damna inimicis suis faciebant. Diu post hoc Comes, consilio Ambasiensium, cum Sulpicio dolo inducias cepit; pace factâ, terra siluit. Sulpicius in custodia cujusdam Ambasiensis Militis, nomine Hebrardi, arcem suam posuit; ipse cum uxore Calvimontis mansit. Quadam verò die, dum Sulpicius Ambasiaco esset, et in domo Cæsarii in pace securusque quiesceret, Fulcoius Comiti qui Turonis erat, mandavit. Comes statim milites suos nocte misit; eumque in eadem domo turpiter captum, Andegavis incarcerat.

* Eufemiam

* Roches-Corbon

(a) Mons-Thesauri, vulgò *Montresor* seu *Mont-tresor*, locus sic dictus quòd ad majorem Ecclesiam Turon. S. Mauricii pertineret, castellum est in pago Turon. ad Andresium vel Andri-sium amnem, *l'Indrois*.

EX CONTINUATIONE HISTORIÆ (a)

AIMOINI MONACHI FLORIANI.

Ex Ms. (b) Cod. Reg. 5925 A, olim Colbert. 1924.

VIGORE decedente Regum, Robertus Comes Parisii, qui Marchio Francorum vocabatur, frater videlicet Odonis Regis, necnon Hugo Magnus, quin etiam usque ad tempora Roberti Regis, ea quæ Abbates recipiebant, sibi addixerunt; et statuentes Decanos Monachis, sibi nomen Abbatis [S. Germani] usurpaverunt: ea verò quæ tunc sibi ex rebus Ecclesiasticis vendicarunt, propriis militibus (c) distribuerunt, et juri Ecclesiastico substraxerunt...

Defunctus est Ricardus Dux Burgundiæ... Posthæc, defuncto Ebolo Abbate, Robertus Princeps cupiditate magis ductus quàm curâ animarum sollicitus, Abbatiam S. Germani accepit, seque Abbatem post supradictum Hugonem Abbatem vocitari fecit. Itaque defuncto Hucboldo, qui post Ebolum

(a) Quod Willelmi Gem. Historiæ, id et Scripto Aimoini accidit. Hujus enim Opus rebus Monasterii sui, alibi forsàn frustrâ inquirendis, interpolavit Monachus San-Germanensis; et eidem quintum addidit librum, in quo historia ad annum 1165 deducitur.

(b) Omnino consentit cum Ms. Cod. S. Germani, ex quo ad verbum descriptus videtur;

et quidem anno 1470, ut in fine legitur.

(c) Ludovicus [Balbus], accepto nuncio de morte patris sui Karoli [Calvi], ut paulò infrâ dicitur, quos potuit conciliavit sibi, dans eis Abbatias et Comitatus et villas secundum uniuscujusque postulationem. Quæ omittimus, reperies tum apud Aimoinum in miraculis S. Benedicti, tum apud Hugonem Florianum.

A in regimine successerat, isdem Robertus Comes, ut dictum est, Abbatis nomen assumpsit, statuens Decanos, qui curam habebant Monachorum: quorum primus nomine Remigius extitit; quo obeunte Abbo successit: ipsoque decedente Gormarus Archiclavus Decaniam habuit. Prædictus itaque Robertus Comes et Abbas Karolum Regem adiit, petens quatinus Abbatiam S. Crucis sanctique Audoëni, quam B. Leutfridus rexerat, cuius sacratissima membra apud Monasterium S. Germani quiescebant, ipsam videlicet Abbatiam jam dicto Cœnobio S. Germani addiceret regali privilegio: cuius petitionibus Rex annuus Karolus, eandem Abbatiam (a) regali præcepto gratiâ B. Leutfredi Cœnobio addixit S. Germani. Mortuo igitur prædicto Duce Ricardo, secundo anno post mortem ejus rebellavit Robertus Princeps contra Karolum Simplicem (b), etc.

B Sub Rege Rodulfo Hugo Magnus Abbatis nomen post obitum patris sui Roberti supradicti sumpsit; et sub eo per successiones hi fuerunt Monasterii S. Germani Decani, videlicet Armarus; quo obeunte successit Gozbertus; denique Abbo. Hi ergo fuere, regnante Rodulfo, sub Hugone Magno Francorum Duce et Monasterii S. Germani Abbate

Temporibus [Ludovici Transmar.] fuerunt hi Decani Monasterii S. Germani sub Abbate Hugone, Heiricus videlicet ac deinde Hubertus

Anno IV Lotharii Regis sub Abbate Hugone et Duce Francorum, Galterius Archicustos extitit Decanus Cœnobii S. Germani: quo decedente Albericus successit. Inde Hugo Dux ad majora animum applicans, nutu divino dimissâ S. Germani Abbatiâ, quæ jam penè ad nichilum, dum non esset qui curam ejus tam exteriùs quàm interiùs ageret, redacta fuerat, summis

C precibus tam Regis Lotharii quàm prædicti Hugonis Francorum Ducis constituerunt venerabilem Gualonem Abbatem: qui inter cætera quæ eidem Ecclesiæ contulit bona, pratum sub ipso Monasterio situm, à dominatione S. Germani alienatum cupiditate prædictorum Ducum et Abbatum, prædictæ Ecclesiæ restituit, et ab omni inquietudine tam Regum quàm omnium mortalium immunem reddidit . . .

Abbate igitur Gallone defuncto, tempore supradicti Lotharii Regis Albericus II successit, perdurans usque in tertium annum ordinationis duorum Regum Hugonis videlicet ac Roberti: cui successit piæ memoriæ domnus Abbas Morardus (c), etc.

Post quem [Willelmum Abb. Divion.] prædictus Rex cum Regina Adraldum Abbatem constituit. in tempore Regis Roberti benia (d) fuit de

D dominio San Germani. Ipse firmavit (e) Montifortem et Sparnomum: quandam quoque dominam de Novigento habuit uxorem; de qua unum filium habuit, nuncupatum Almaricum. Idem Almaricus duos filios habuit, scilicet Simonem et Almaricum. Symon procreavit Almaricum de Monteforti et Bertrandam Comitissam Andegavensem. Almaricus genuit Symonem Comitem Montisfortis. Bertrada habuit filium Fulconem Comitem Andegavensem, postea Jherosolymitanum Regem, etc. Tempore Roberti Regis Theobaldus cognomine Filans-stupas, Forestarius ejus, firmavit Montelthericum. Ipse habuit unum filium nominatum Guidonem (f), qui accepit in uxorem dominam de Feritate et de Gomet. Idem Guido genuit

E (a) Præter partem ipsius Abbatix, inquit Carolus in Diplomate, quam annuimus Normannis Sequanensibus, videlicet Rolloni suisque Comitibus pro tutela Regni.

(b) Ut pag. 322 Tomi VIII, et pag. 139. Tomi nostri IX, et pag. 219 Tomi X

(c) Morardo, qui obiit anno 1014, successit Ingo: vide pag. 221 Tomi X.

(d) In Chronicis Gallicis S. Dionysii, banie et biauue.

(e) Præcedens aliquid ibi desideratur; legendumque videtur: Tempore Roberti Regis Almaricus firmavit, etc. ita ut hæc non ad Robertum Regem ut jam monuimus pag. 311 Tomi X; sed ad Almaricum referantur. Postea enim exhibetur posteritas Almarici; et de eo infra dicitur. Idem Almaricus [præter Almaricum quem de domina de Novigento suscepit] duos filios habuit [ex alia

forsan uxore] etc. Quanquam in Chronicis Gallicis legitur: *Cil Rois Robert ferma le Chastel de Monfort et d'Esperton: une dame de Noient ot cspousée: de cele ot un fil qui ot non Amauris. Cil Amuoris ot deulz fuiz, Symon et Amauri; et cil Symons fu peres Amauri de Monfort et Berte la Contesse d'Anjou: et cil Amauris fu peres Symon le Conte de Monfort et la Contesse de Moulent: et madame Berte la Contesse d'Anjou ot un fil qui ot non Fouques; Cuens fut d'Anjou, et puis Rois de Jerusalem. Cil Fouques, etc.*

(f) Ibid. *Cil Guis espousa la dame de la Ferté et de Gomez: de cele dame ot deulz fuiz, Mile de Bray et Gui le Rouge; et deulz dames, la Contesse de Reiscestre, et Bone-voisine de Pons, Elisabez fame Jocelin de Cortenay, et la dame du Puisat, et la dame de S. Valeri. Cil Miles de Brai engendra Cui Troussel, etc.*

ex ea Milonem de Brayo et Guidonem Rubeum, Comitissam quoque A
Reiteste, et Bonam-vicinam de Pontibus, Elizabeth etiam uxorem Joscelini
de Corteciniaco, insuper dominam de Puisat, et dominam de S. Galerico.
Milo genuit Guidonem Trossellum, etc. Tempore Roberti Regis Atho
filius cujusdam Gastellarii de Castro-Rainardo se fecit sublimari. Ipse fir-
mavit castrum Cortinaci. Idem accipiens in uxore quamdam nobilem do-
minam, genuit ex ea Joscelinum de Cortinaco. Joscelinus desponsavit (a)
filiam Comitis Gaufridi Foërole; ex qua genuit unam filiam, quæ duos filios
habuit Guidonem et Raynardum Comitem de Johegneio. Post mortem uxoris
suæ idem Joscelinus accepit Elisabeth filiam Milonis de Monte-Letherico;
de qua habuit Milonem de Cortiniaco, Joscelinum Comitem Edesse, Gau-
fridum Chapalii. Milo genuit, etc.

Anno MXXXI Incarn. Dom. obiit Robertus Rex, qui dum viveret (b), B
etc. Tertio verò anno Henrici Regis, et MXXXIV Dom. Incarn. urbi
Parisiaca flagravat incendio. Idem Rex Henricus neptem Henrici Alamanie
Imperatoris duxit in uxorem (c), etc. Igitur Rex magnificus Philippus, cui
tempore suo multa adrisit prosperitas, accepit sibi uxorem Bertam Balduini
Comitis Hollande filiam, etc. Rex videns dominium suum per insolentiam
prædecessorum suorum esse diminutum, etc.

Anno MLXI obiit Adraldus Abbas, suscepitque Hubertus post eum Ab-
batiam, etc. Anno Dom. MLXXII obiit Robertus Abbas; cui successit Pe-
trus Regis Philippi Cancellarius, natione Appulus; qui, etc.

(a) Ibid. *Cil Jocelins espousa la fille le Conte Giefroi Foïrole : de cele dame ot deulz fuiz, Gui et Renart le Conte Joengni. Icil Jocelins après la mort cele première dame espousa Elisabel la fille Milon de Mon-Leheri : en cele engendra Milon de Cortenai et Jocelin le Conte Dasse et Gefroi Capalu. Cil Milon, etc.*

(b) Vide pag. 221 Tomi nostri X.

(c) Vide suprâ pag. 157 hujus Tomi XI in C
Excerpto Freher. et ibid. pag. 158 var. lectiones
reponere has : *fideliter compromisit*, pro *fideliter promisit*; *Regi dimisit*, pro *Regi werpivit*; *consuetudines*, pro *consuetudinem*; *quo etiam anno*, pro *quo etiam tempore*.

EX HISTORIA (a) MONASTERII S. FLORENTII SALMUR

Apud Martenium Tom. V Ampliss. Collect. col. 1107.

S TOLAM ac (b) manipulum [Robertus Abbas] composuit, in quibus D
Spendentes ad præinctorium palmulelæ, tintinnabulis organizabant ar-
genteis. Casulam quoque purpuream religiosus Robertus Rex Francorum
dedit, et uxor ejus Constantia Regina albam Levitæ circa collum et hu-
meros aureis ligaturis intextam... In illis diebus Aimericus Toarcensium
Proconsul, et postmodum Nannetensis Comes, magnifica B. Florentio
concessit beneficia, videlicet Ecclesiam S. Michaëlis quam dicunt in Ere-
mo... Sed Pictavorum Comes S. Florentii Monachos inde expulit, et
Abbatiam fore constituit. Hic prænotatus Aimericus prole carens, quasdam
sui juris villas S. Florentio in successione condonavit: cui dominus Abbas
Robertus prope Toarciacum castrum libram optimam tantum in vita dele-
gavit; sed illo obeunte, Rodulfus frater succedens antecessoris statuta
contempsit.

Per illud tempus Fulco Gaufridi filius, Andegavorum tenebat Comita-
tum, hostium callidus et fortis debellator, ferus nimis, et prosperis even-
tibus famam et fines eorum dilatans. Qui post mortem primæ uxoris, cum
Elizabeth quoque causâ adulterii concremasset, Hildegardam puellam illust-
rem duxit uxorem. Cujus primogenitus Gaufridus à fabri uxore apud Locas
castrum educatus, Martellus cognomen accepit. Hi duo, pater et filius, ut

(a) Hanc S. Florentii Historiam, ut docet Martenius in observatione prævia, col. 1081, quatuor saltem scripserunt Auctores, inceptum ab alio opus continuantes, atque ea quæ suis temporibus contigerant singularia, litteris commendantes. Id arguit non modò stili, sed Co-

dicis etiam Ms. diversitas characteris. Hinc magno in pretio habenda est hæc Historia.

(b) Prætermissa quædam in Volumine nostro X, pag. 264 hic representamus; ex quibus nova lux Historiæ affulgere poterit.

A natura dictabat, feritate, viribus, crudelitate feris penè fuerunt feriores, hostium calcatores, cujusvis ordinis immisericordes, expeditionibus insistentes, Ecclesiarum jura fisco proprio redigentes, et inde suis oppida militibus extruentes, ad suum munimen suæque provinciæ motus vel vicarias ad libitum componentes: contra quos nec mussitando reniti summis etiam Sacerdotibus fas erat; quia durum et avarum cor eorum, nullius ordinis vel tenuem auditum impunitum præteribat. Ab his itaque raptoribus Ecclesia nostra gravissimum subiit detrimentum. Col. 1108.

Eodem tempore ortum est bellum inter Conanum Comitem Britonum et prædictum Fulconem Comitem Andegavorum: cujus belli victoriâ post multam utrorumque interfectionem, Conano necato, Fulco potitus est. Proinde proverbium est vulgatum: « Bellum Conquirentium quo (a) tortum superavit An. 992.

B » rectum ». Hujus Conani filius Gaufridus, prælibati Fulconis ex sorore nepos, Galone Monacho impetrante, dedit S. Florentio locum Livriacum... Qui Gaufridus nobilitate, viribus et armis præditus, Romanum pro oratu iter carpens, cujusdam matronæ hospitium ingressus est: cujus accipiter, mulieris gallinam invadens occidit; unde à tumultuosa muliere caput lapide percussus, sua re disposita mortuus est; Alanum Sanctimonialium Redonensium Abbatiae fundatorem, et Eudonem filios suos hæredes relinquit. An. 1008.

Summi Britanniae Sacerdotis caput B. Pauli, Toarcensis et Nannetensis Princeps consultu S. Florentii Cœnobitarum terno (b) igne ligni ternisque sarmenti combustionibus examinavit. Postmodum verò in Glonnensi Cœnobia, Monacho subvehente, reponendum transmisit. Cujus auctor operis per Andegavum reversus, ut fertur, Doado postea necatus est... Abbas

C Robertus Abbatiam S. Maximini [Mitiac.] suscepit... ibique obiit... sepultus est in claustro anno MXI VI Id. Augusti... Adhebertus substituitur, qui ex pago Turonico, Cainonis castro extitit oriundus... Glorioso fine quievit. Sanè de successore facta est altercatio. Quidam enim Col. 1109.

Fraterni et Gelduini Salmuri dominus Galonem Monachum S. Florentii Procuratorem præferebant: alii verò cum Odone Comite Giraldum ex Col. 1110.

Toarcensis castri primoribus ortum eligebant. Hic Giraldus Ingelbaldi divitis, cognomento (c) Gohelli, frater extitit: quod supernomen in Toarcensi pago diffusum, per successores eorumque possessiones servatur in ævum. Prævaluit Comitibus sibique faventium voluntas; et quem præ cæteris elegerant, Giraldum Abbatem præficiunt; qui mundo clarus, et mundi favoribus inhians, tyrannica potestate utens, multa B. Florentio distraxit

D beneficia. Hic autem suis fautoribus, adulatoribus, parentibus (d) et amicis prædia, terras, mansuras, domos et decimas concedebat. Multis etiam sub libero homagii servitio terras donabat. Nam sub memorata conditione idem Giraldus dedit Alberico Montis-Johannis castri domino Ecclesiam S. Albini, Castello-penus dictam, cum omnibus suis appendiciis. Simili modo Petro ejusdem castri Militi, cujus filium Amalbertum in baptismo suscepit, in signo filiolatûs, ex Masnili S. Mariæ Ecclesia totius parochiæ mediæ partem concessit... Amalbertus jam patre defuncto... in Glonnensi S. Salvatoris sanctique Florentii Ecclesia judicii examen manu propria tulit, et domum æternaliter factum salvus ex judicio confirmavit.

Giraldus ad Sepulchrum Domini orare desiderans, Jerosolyman perrexit: Col. 1111.

E (a) Hujusmodi dicta atque alia scrupulosè et verbatim offerimus in præviis annalibus, cum Gallicis tum Latinis: unde ridebunt forsitan ac absentes amicos quidam rodent; et licet rideant et rodant. Ipsissima enim Auctorum verba, quoad potuerimus, ibi representabimus, ne quis deflexum à nobis causetur sensum, et ne ejusdem extenuationis aut alterationis crimen apud Lectores incurramus. Verbum etiam verbo ibidem reddemus; et barbara phrasi, sed materiei magis idoneâ, quidquid intelligemus potius interpretari volumus, quàm in puriorem transferre sermonem, qui obscuritati rei non tam lucem adferat, quàm ut sæpius fit tenebras offundat. Atque hæc semel monuisse sat nobis sit Aristarchos.

(b) Nota ætatis usum: sic anno 1031 veritatem

reliquiarum S. Felicis Mart. triplici ignis probatione Meinwercus Episc. Paderb. pro more illorum temporum exploravit. Sic anno 1048 in Cerasiac. Monasterio os brachii dextri S. Vigoris igne probatum fuit. Sed et anno 1010 apud Casinum particula quædam lintei, quo Christus discipulorum pedes extersit, in ignem injecta, ut omnis dubitatio tolleretur, nihil detrimenti passa fuerat.

(c) Nota cognomina jam tunc frequentia fuisse.

(d) Sic col. IIII potestatis apud Espetnam partem Giraldus Abbas suis consanguineis per homagium Gaufridi Toarcensium Vicecomitis et posteris suis tradidit. In alia verò quæ Monachis remansit, Vitalem nepotem suum Præpositum constituit.

- sed antequam illuc perveniret, comprehensus est à Paganis; à quibus multa ^A supplicia perpressus, cùm nomen Christi constantissimè fateretur, gladio vitam finivit... Testatur dominus Ansbertus S. Florentii Monachus, qui cum ipso multa in eodem agone supplicia pertulit (a)... qui postea merito suæ prudentiæ Abbatiam Pontelevi Cœnobii regendam suscepit... Giraldus Odonis Comitis imperio Evrardo Majoris-monasterii Abbati suam Abbatiam commisit... Eo tempore casuali igne cum parte castelli Salmurense comburitur Cœnobium... Præsidebat nostræ tunc Ecclesiæ dominus Evrardus Majoris-monasterii Abbas, consilio et eloquentia magnus, licet suspectus... Giraldo Abbate hominem exuto, Odonis Comitis præcepto ac Nobilissimorum voto, anno MXX, VII Kal. Sept. ex B. Martini disciplina eligitur Fredericus in Abbatem, Letardus in Priorem, etc. Andegavis à Pontifice Huberto Kal. Sept. Abbate Evrardo præsentem, Fredericus consecratur; propriisque in locis ab eodem Evrardo, præsentem Comite, de Majoris-Monasterio personæ Salmuro stabiliuntur... Fredericus Abbas novus ^B Glannam nostri primordium tendens, à Galone* foribus obseratis repulsus est... Ferunt quemdam Clericum hujus Galonis temporibus antiqua privilegia nostra furtim substulisse, et Budico Nannetensium Comiti præsentasse: qui Budicus, cùm magnam terræ suæ partem S. Florentio deberi vidisset, igne cremavit... Gelduinus Salmuri dominus ad S. Ciricum secessit: factumque signum ab auctore suo Gelduinus est dictum (b). Vocatur tamen ab aliquibus ob soni puritatem Clarellus. Fuit autem Fredericus Abbas merito sanctitatis atque justitiæ quasi lucifer refulgens... Huic mos erat quotidianas Deo hostias offerre; ita ut nullus penè dies vitæ ejus abscederet, quo non omnipotenti Domino hostiam placationis (c) immolaret... ^C Ab initio suæ ordinationis usque ad tempus incensionis atque captionis Salmuri, quæ facta est à Fulcone Andegavorum Comite, mansit in Salmuro (d), etc.
- ^{Col. 1118.} Tunc Gelduinus reminiscens patroni sui Florentii, ex ipsius institutione Pontelevi (e) Abbatiam fundavit; ubi memoratum Ansbertum cum quibusdam è fratribus regulariter institutum, à nostro Cœnobio eductum, Abbatem præfecit. Qui diu ipsum locum feliciter exstruens, feliciusque gubernans, casu Turonis apud Majus-monasterium decedens, sepultus est. Denique Fulco Comes versùs Toarcenses in jus S. Florentii castellum ex monte et nido Falconem nuncupatum instituit; quod XII coacti à Monachis Espenam* ^D degentibus, cum aliis operariis peregerunt. Cujus loci adminiculator prælibatus Vitalis, nepos Abbatis Giraldi, rapinis inhians, inde Monachos expulit. Qua de causa præda non modica militari manu Glonnam deducta est: quam Vitalis omni emendatione pollicitâ recepit; sed ipse promissa tanquam mendax præteriens, Monachos S. Florentii duos illuc ab Abbate Frederico sicut priùs transmissos, etiam insectando effugavit. Subsequenti tempore quemdam Espetuum parrochiæ potentioris, nomine Jovinum, Austerius castri Mauritanie dominus cepit: cujus captionis anxii Monachi (f).
- Denique Budicus Nannetensium Comes, cùm ipse ac sui prædecessores Andegavensium Comitibus servire solerent, quibusdam causis incurrentibus contraria cœpit agere servus in dominum. Fulco verò cum filio Gaufrido et uxore Agnete, quam defuncto viro suo Aquitanorum Duce anno MXXX (g)

(a) *Sagittâ ventre perfossus est in seditione inter Giraldum et Paganum orta ob vas argento et auro pulcherrimum, quod ferebat Abbas, et quod flagitabat Paganus.*

(b) Vide quid simile pag. 266 Tomi nostri X, ubi monimus nomina campanis tunc fuisse indita.

(c) Nota usum temporis.

(d) Quæ proximè sequuntur, edidimus pag. 264 Tomi X.

(e) Anno 1034, et ex rebus suis dotavit anno 1035, ut videre potes apud Mabillonium Tom. IV Annal. Bened. pag. 404. Pontilevium oppidum ac Monasterium, quod veteres tabulæ Pontem-Leviatum vocant, situm est in pago Blesensi, Ligerim inter et Carum nobiles flu-

vios: ubi Fulco Niger, Andium Comes, colatis signis Odonem Blesarum Comitem anno 1016 profligavit.

(f) Hic Martenio videtur aliquid desiderari.

(g) Conjugium hoc ad annum MXXXII differtur in Chronico S. Michaëlis in Periculo maris, quod desinit anno 1036. Agnes Comitissa secundas nuptias cum Gaufrido cognomine Martello contraxisse dicitur statim post mortem prioris mariti Willelmi, Ducis Aquit. et Comititis Pietav. eo nomine quinti, Magni ob pietatem meritò dicti; qui anno 1030 Monachus factus est in Malliac. Cœnobio, et obiit pridie Kal. Februarii. Olim autem secundas nuptias ægrè ferebat Ecclesia; sed neque Leges civiles permittebant eas nisi evoluto anno ab obitu

- A incesto conjugio duxerat, Glonnam montem tetenderunt, et in occidentali parte montis castellum determinaverunt: quod excidium Monachi cum habitatoribus reverentes, multis precibus ne castellum ibi fieret Comitibus persuaserunt. Qui Comites paululum cedentes, priscam defensionem duarum Ecclesiarum cimiterium ambientem, quod ritu veteri crux ad orientem et alia ad occidentem sita propter infractiones præmonstrabat, construxerunt, et Monachis ad custodiendum dimiserunt. Aggerem quoque in prospectu Monasterii cum turre lignea erexerunt: quod castrum cum officinis claustrum duo Monachi Glonnenses, Thetbaudus Præpositus et Albalduſ Cellerarius, lapideo robore concluderunt, qui per annos circiter LX mirabili instantia ipsum locum gubernaverunt et instauraverunt. Omnes antea consuetudines seu redditiones tam in terra quam in Ligeris aqua,
- B ut antiqua confirmatione statutum erat, S. Florentio cedebantur. Unde illi Comites partem assumserunt, partemque Monachis reliquerunt. Telonium autem aquæ Ligeris omnium navium seu calannorum (a) sursum inferiusque euntium, totum cum esset Monachorum, præter solummodò quartam partem magnarum navium duobus aut pluribus lignis compositarum, ipsi Comites totum prædictis abstulerunt Monachis. Quod cum Monachi nimis dolerent, contra impiissimos tyrannos nihil dicere ausi sunt. In prædicto autem Comitis asilo clientela Comitis illic commanens, rapinis et cædibus insistebat, et seditiosa in Monachos et eorum homines agebat*. Sæpè enim ipsius Cœnobii portæ sanguine foedabantur, et per totum oppidum et in claustrum sagittis volantibus homines vulnerabantur. Sed tandem domni Sigonis Abbatis ac ceterorum Fratrum precibus, memoratis Comitibus defunctis, turris et prædicta firmitas à Gaufrido Minore, Gaufridi Martelli nepote, destructa est. Additum (b) est etiam ut idem castellum omninò sub dominatione maneat Monachorum, excepto quòd aliena non introducatur persona. Alia verò dudum sub veteri castello domus ab Hildegarde Comitissa ædificata in valle fuerat; sed hac exstructa, illa destructa est: quod Budicus Comes Nannetensis non æquanimiter ferens, cum exercitu advenit, suisque mox per pascua ad prædam concurrentibus cum reliquis, quantum ex burgo potuit incendit atque vastavit; sicque discedens non quantum voluit malum peregit. Quod ultimum fuisse inter alios sensit nobilis quidam juvenis, Simon Miles, tunc XXX boum inde raptor et possessor: demum cæcus factus et contractus, uxorem strenuissimam sibi adjungens, amplius quam L annos pecunias augmentando, postea vivens, aliorum manibus vel equa sua vehedatur; peccatique sui memor, Monachis S. Florentii apud Bonovrium sibi vicinantibus beneficia plurima contulit. Sed quia super Seniore Florentio interserimus mentionem, de ipsius restitutione aliquam reddamus rationem... Anno igitur MLXI (c), etc.

Col. 1119.

* agebant

Col. 1120.

Col. 1121.

* discipulus

* Marillais

* Evre

- Raignaldus, vir singularis exempli et Andegavensium scholarum Magister, Fulberti Episcopi doctrinam eruditus, Frederici Abbatis monitu, S. Florentii miracula descripsit, etc. Sigo verò, Carnotensis Ecclesie Decanus, ipsiusque Fulberti cum ceteris à puero doctor*, cantum fecit, etc.
- Sub monte Glonna est B. Dei Genitricis Ecclesia, Mariolum* dicta, cujus ante frontem Hiberis* fluvius decurrit... Signum aureum ferè centum librarum pedibus [rusticus] offendit; calciariamque (d) primò putans, ad ansas signum esse cognovit... quod audiens Budicus Nannetensium Comes, à curia Fulconis Andegavorum Comitis revertens... signum, ut potè sicut sui prædecessores adhuc dominus, minarum improbitate

conjugis, ut constat ex Cod. Theod. lib. 3. tit. de secundis nuptiis; et ex hoc loco quanquam falso Tomi nostri X, pag. 165 not. c. *Post datum legibus diem*... Hugo [Capetus] *Blanchiam sub tempore et ordine canonico duxit solemniter*, inquit Gervasius Tilleber. lib. de Otis Imperial.

(a) Calanni, nostris *chalans*, à ehelandiis, navigii specie, seu ab eorum forma nomen mutati sunt.

(b) Rotbertus Burgundio, Reginaldus de Castello - Guntherii aliique subscribere litteris hac de re datis anno, ut videtur, Glonnensis seu S. Florentii Veteris Ecclesie dedicationis,

cui fortè Gaufridus Junior Andecav. Comes interfuit. Glonna autem, seu Glomma et Glomma, locus est ad Ligerim in Pictonum pago Madalgico inter Castrum-celsum et Calonnam.

(c) *Monasterium S. Florentii Senioris dedicatum est... eadem videlicet antiqua dedicationis ejusdem Monasterii dignitate confirmata*, etc. ut supra in Historia eversionis Monasterii S. Florentii Veteris, quam ad verbum transcripsit Anonymus hujuse Historie fusioris Auctor.

(d) Gall. *chaussée*: vel potius caldariam, *chaudiere, chaudron*.

Col. 1122. pro decem libris denariorum extorsit... Antiquitus personæ cum signo suæ A
 Col. 1124. potentiæ tumulabantur (a); mulieres quoque cum armillis et inauribus et annulis variisque ornamentis.

An. 1041. Nunc ad novum S. Florentii locum redeamus. Postquàm magnificum illud operis ædificium est perfectum, convocavit Abbas Fredericus quatuor Episcopos (b) etc. Ob ejus [Frederici Abb.] industriam commissa est ei Abbatia S. Juliani Turonensis per plures annos. His temporibus... levati honorificè S. Salicus et S. Lupantius, necnon S. Lachia et S. Coremarus... Eodem tempore Bellaius dominus Mosteroli castri defunctus est: cujus corpus Abbas Fredericus et Letardus Prior afferentes in locutorio, quo pedes pauperum abluuntur, honorificè sepelierunt. Hujus conjux vocabulo Griscia, postea Andegavensis Comitissa, annuentibus filiis ejus, Giraldo
 Col. 1125. Andegavis in Cœna Domini cum aliis interfecto, et Rainaldo multò post B Remensium Archiepiscopo, dedit S. Florentio terram in territorio Pictavensi apud Triangulum castrum; aliaque plurima beneficia ipse Griscia Comitissa S. Florentio concessit. Sed et memorata Agnes * Comitissa dedit S. Florentio locum qui Fossas dicitur, situm in pago Pictavo; qui S. Crucis Monachus antea extiterat... concedentibus Petronilla Abbatissa cum Monachus, filiisque suis Comitibus Guillelmo et Guidone... Miles quidam Dominicus Sigebrandus de Monte-Glisiaco ejusdem loci S. Hilarii Ecclesiam tradidit... S. Clementini Ecclesiam, stupendorum miraculorum frequentiam inlytam, Guido de Valle concessit.

* uxor Gau-
fredi

Col. 1127. Rexit domnus Fredericus congregationem sibi commissam annis XXXIV et uno mense, diebus tribus... Requievit in Domino IV Kal. Octobris, MLV... Huic successit domnus Abbas Sigo IV (c) Kal. Novembris (d), C etc. Cùm Normannus de Monte-Rebelli minoris dominus cum Andegavensium Comite discordatus, illius terras eò quòd remotæ essent, nequiret devastare, Glonnensis Cœnobia tellurem, quæ sub Comitibus erat tutela, promisit invadere... Cùm non minùs quàm mille promissis solidis [Fratres Glonnenses] à Normanno remedium possent invenire... cùmque ei quingentos solidos perdonasset de mille Sigo Abbas [frustrà]... recessit ad villam quadam S. Florentii, quæ Bornus dicitur... Gunibertus concitus Glonnensis occurrit, omnibus sub præconis voce indicens, ne propter cujusquam raptoris vocem clamoris in campis ullus exiret. Facta autem cum tyranno licet (e) gravem egressus, agebat equidem tunc nuptias, sororem Boëlli Nannetensium Comitibus viduam ducens uxorem; jussit suis ut simulatâ viâ quasi in terram S. Florentii pergerent, sicque retrò gradum revertentes, D ex terra Montis S. Johannis insperatam multam vi raperent prædam. Quod advertens Rodulfus Montis-Rebelli majoris Vicecomes; erant enim eo tempore ambo castella penè contigua; quantum suorum potuit aggregans, per ripam Hiberis fluvii suos quosdam in loco dimittens, occurrit ad S. Florentii Monasterii portas... ut S. Florentii illi aliquod vexillum daretur, contra ejus et suos inimicos ad bellum ferre volens, ut vulgariter vocamus ad voariam. Quo illicò accepto, hostes cum maxima præda redeuntes ad Quercum Arbaldi invenit, et validam ex eis stragem fecit; ceterisque turpiter fugatis seu raptis, duos etiam Normanni fratres cepit.

Tempore memorati Patris, apud urbem Redonicam Abbatia (f) S.

(a) Suprà col. 1122: *Sarcophagum aperuerunt, anulumque aureum cum digito et catholum argenteum et quinque solidos antiquæ monete argenteos invenerunt*; et col. 1124: *Philacterium super pectus defuncti invenerunt... Spatam cum vagina juxta eum [alium] invenerunt; quem Comitem aut magnum Potentem fuisse æstinaverunt: quia antiquitus, etc.*

(b) Ut suprà in Historia mox laudata.

(c) Anno 1054 Frederico successit Sigo in Chronico S. Florentii Salmur. desinente ad annum 1235.

(d) Ut in Historia Eversionis suprà.

(e) Martenio hic meritò videtur aliquod verbum deesse.

(f) In Chronico Kemperleg. infra exhibendo, Monasterium S. Melanii inchoatum fuisse dici-

tur anno 1073: at hæc epocha minimè potest stare cum his quæ narrantur de dono Gervasii Archiepiscopi Remorum, antè Cenomann. Præsulis. Is nempe quasdam S. Melanii reliquias, quas à parentibus acceperat, *Eveno S. Melanii venerando Abbati* priùs concessit, scriptâ ad eum sub præmisso titulo Epistolâ (Bolland. Tom. I pag. 333), in qua quedam miracula ad illas Reliquias facta commemorat hos primùm possederat *felicitis memoriæ* Rorans avia sua quæ eum in pago Cenoman. in villa dotalitii sui Argentrada [Argentré] moraretur, illas exorto ibi incendio opposuit, quod subito restinctum est. Rorans easdem Reliquias suo ex filio nepoti reliquit, qui eas ad Castrum-Ledi [Château du Loir] transtulit, ubi multa miracula, quedam etiam se præsentè facta testatur Gervasius. Denique

A Melanii ad paupertatis extremitatem redacta est... Cujus Ecclesiæ casum illustris Comes Britanniae Goffridus, cognomento Bastardus, cum dolore percipiens, consilio et hortatu venerabilis uxoris suæ Berthæ, Salmurum ad memoratum Abbatem nuntios delegavit... Reverendus Pater precibus Comitis acquiescens, S. Melanii Abbatiam de manu ipsius Comitis sub firma ejus donatione jure perpetuo possidendam suscepit; eique Fratrem Evenum, illustrem genere, summæ religionis et industriæ virum, Abbatem præfecit. Hic igitur Evenus, suscepto Abbatis officio... cognitâ ejus sagacitatis industriâ et per totam provinciam divulgatâ, et assensu Comitis, postulantibus Clericis, acclamantibus laïcis, in Archiepiscopum Dolensem promotus est; sicque duplicis honoris radio Archiepiscopus pariter et Abbas toti Britanniae coruscavit, etc.

B idem Præsul has Reliquias Eveno Abb. petenti concessit, eo pacto ut Haimonis et Hildeburgis Gervasii parentum, necnon domini sui Ilcinrici memoria illic æterna servaretur. Ex his intelligitur, S. Melanii Monasterium instauratum fuisse ante annum 1067, quo Gervasius decessit.

EX ORIGINE ^(a) ET HISTORIA BREVI NIVERNENSIVM COMITVM.

Apud Labbeum Tom. I Novæ Biblioth. Libr. Mss. pag. 399.

C **CONJUNCTUS** matrimonio sorori Regis Roberti [Raynaldus], Comitatum Autissiodori conjunxit Comitatu Nivernis. Cujus Comitatus gratiâ bello cum Duce Burgundiæ confligens, apud Saigniacum ^(b) occisus est, triumphum simul et hereditatem sanguinis Guillelmo filio suo relinquens. Guillelmus autem per L ferè annos cum tantâ Comitatum tenuit industriâ et bellorum exercitio, quòd infra præscriptum spatium nec etiam unius anni summam colligere potuerit, quo pacem tenuerit; nec minori frequentiâ, tempore quo sanguinem vel aliam corporis curam levabat, L militum familiari contubernio usus fuerit: et tamen possessionibus multis ditatus, quinquaginta millia solidorum in thesauro suo semper habuit; de quibus circa terminum vitæ suæ Basilicam S. Stephani extra muros civitatis Nivernis ædificavit. Dilatavit et ipse terminos intra fines Lingonum, Comitatum Tornodorensem apponens Comitatu Nivernis et Autissiodori, unum de tribus componens: genuitque duos filios, Guillelmum et Renaldum; è quibus Guillelmus curam Tornodori obtinuit; Renaldus autem Malliacum et Huben ^(c), duo nobilia oppida possedit: uterque tamen superstitè patre vitâ excessit, etc.

^(a) Monumenti hujus initium vide pag. 258 Tomi X, ubi de ejusdem Auctore quædam monumentum.

^(b) In Chronico Vezeliacensi Raynaldus occisus dicitur anno 1040 apud Silviniacum: qui locus nobis esse videtur villa Silviniac in pago Tornodorense, vulgò dicta S. Vertuz, tribus leu-

gis distans à Tornodoro [Tonnerre].

^(c) In lib. de Miraculis S. Benedicti cap. 36: *In territorio Nivernensi habetur castellum Huben nuncupatum, in prærupti collis cacumine: hujus dominus Hugo dicebatur. Huben nunc ferè vicus est, Yban vulgò dictus, non longè ab amne qui in leaunam decurrit.*

EX CHRONICA ^(a) WILLELMI GODELLI,
MONACHI S. MARTIALIS LEMOVICENSIS.

Ex Manuscripto Regio Codice, num. 4904. 4.

Lib. IV.

ANNO Domini MXXXV, famosissimus Rex Anglorum Cnuto moritur :
A succedit Haroldus filius ejus . . . et regnavit annis IV. Hic Einmam
Reginam, novercam suam, de Anglia effugavit in Flandriam.

An. 1039.

Anno Dom. MXXXVI (b), Conradus Imperator moritur XIII anno B
imperii sui.

Anno Dom. MXXXVII, Henricus Imperator (c) Romanorum imperat.
Hic famosissimus et inclitus fuit ; de quo meritò dici potuit : *Omnia Cæsar
erat.* De hoc multa mira leguntur. Hic uxorem habuit Conildam filiam
magni Cnuttonis Regis Anglorum.

Anno Dom. MXXXVIII, Theobaldus Comes Campaniæ floruit. Hic
pater Odonis Comitis fuit.

Anno Dom. MXXXIX, Gaufridus Martellus Comes floruit. De hoc
scriptum est :

*Dum vixit tua, dum valuit, Martelle, potestas,
Fraus latuit, pax magna fuit, regnavit honestas.*

C

Hoc eodem anno Haroldus Rex Anglorum, filius Cnuttonis, moritur sine
filiis, anno IV regni sui.

* Conildam

Anno Dom. MXL, Hardecnuto filius Cnuttonis Regis, ex Emma Regina
natus, regnum suscipit Anglorum, et regnat annis II. Hic Bonildam *
sororem suam præfato Henrico, Romanorum Imperatori, in uxorem dedit
post mortem patris sui.

* Goduini

Anno Dom. MXLI, Hardecnuto Rex Anglorum moritur. Quo mortuo,
Anglorum Præsules et Proceres cautiùs de regno certantes, Eduardum,
filium Ethelredi quondam Regis Anglorum, Regem sublimaverunt. Hic,
regno suscepto, devotissimus extitit : cui data est in uxorem Edith, filia
Boduini * Comitis, nata ex filia superiùs nominati Cnuttonis Regis Anglo- D
rum. Regnavit annis XXIV in regno paterno.

Anno Dom. MXLII, Gaufridus Martellus devicit Comitem Pictaven-
sem et Theobaldum Blesiensem, accipiens pro redemptione urbem Turo-
nicam. Hoc eodem anno Ecclesia S. Sepulchri fundata est in Bituria ad
formam S. Sepulchri Jerosolimitani, præsentè Odone Ruffo Dolensis castri
domino, et Bosone viro illustri de Closis ; in cujus dominio situs est locus
jam dictus Novicus, qui quondam erat de jure Girardi Viennensis.

Anno Dom. MXLIII, Guillelmus Dux Normannorum magnus habetur,
prosperè cuncta gerens, subjiciensque sibi Normanniæ Proceres, regnante
Henrico Rege.

Anno Dom. MXLIV. Hoc tempore Theobaldus vir sanctus, Confessor
Provinensis castri, in sancta religione emicuit.

E

Anno Dom. MXLV, Eduardus Rex Anglorum, sanctitate præclarus,
erga Dei Ecclesiam in suo regno devotissimus apparuit. Hic leges justitia et

(a) Excerptum ex his Annalibus editum est à nobis pag. 259 Tomi X. Ibi autem videat Lector, quæ diximus cum de Chronico, tum de Chronographo Godello. Ceterum is ætatem suam prodit in pluribus locis, et maxime in anno 1086 ubi inter filios Stephani Carnot. Comitum recensens Stephanum, addit : *quem Regem vidimus in nostris diebus, Anglorum.*

(b) Hic et infra pluribus in locis errat Godellus in anno assignando.

(c) *Henricus III cepit anno Dom. MXL, et XVII annis rexit : per quem dignitas imperialis ad*

generosum et antiquum germen Caroli reducta est : quem et ipsi Carolo Magno plures assimilant. Eam siquidem morum excellentiam, eam in rebus agendis magnificentiam, eam humilitatem, pietatem, mansuetudinem, affabilitatem, atque in dandis elemosynis liberalitatem [habebat]. Erat autem ipse nigro quidem, sed venusto aspectu, staturâ procerus : nam ab humero et sursùm eminebat super omnem populum. Ipse anno Dom. MXLIV Agnetem Wilhelmi Pictav. Principis filiam sibi copulavit. Ex Chronico Citizensi inter Historicos Germaniæ Scriptores, apud Pistorium Tom. II pag. 755

A pietate pollentes plurimas promulgavit, quibus tam Ecclesia quàm plebs Anglicana usque (a) hodiè regitur.

Anno Dom. MXLVI, cometes apparuit, Indictione XIV, anno Henrici Regis Francorum post mortem patris sui XV.

Anno Dom. MXLVII, in Ecclesia Cantuarum... succedit Robertus Archiepiscopus, genere Normannus.

Anno Dom. MXLVIII, domnus Odilo Cluniaecensis Abbas, virgo centenarius; moritur: cui succedit Hugo Abbas devotus; cujus sanctitas et fama in suo tempore magna fuit.

Anno Dom. MXLIX, Robertus, Cantuarum Archiepiscopus, ab Anglia pulsus est à Proceribus Anglorum; et in ejus sede Stygandus Wintoniensis Episcopus succedit.

B Anno Dom. ML... Hoc eodem anno Gelduinus, Archiepiscopus Senonensis, depositus est pro sua perversitate; et succedit ei domnus Mainardus Treccensis Episcopus, in Archiepiscopatu XII annis.

Anno Dom. MLI... Hoc eodem tempore in confinio Normanniæ et Britanniae, etc.

Anno Dom. MLIII, S. Eduardus Rex Anglorum valdè famosus in orbe efficitur, etc.

Anno Dom. MLIV, Henricus Romanorum Imperator, vir temporali gloria sublimis, gener magni Cnutonis, Regis quondam Anglorum, XVIII anno imperii moritur, anno Henrici Regis Francorum XXIII, Indictione VII: cui alter Henricus succedit.

C Anno Dom. MLV, Kalendis Augusti, feriâ II, lunâ IV, facta est tempestas valida; quæ omnia sata et segetes, vineta et nemora vastavit, et interfecit homines multos et jumenta: et hoc eodem anno, feriâ IV ante Pascha, luna effecta est nigra duabus horis.

Anno Dom. MLVI. Fundata est hoc anno in Burgundiæ partibus Ecclesia, nobilis nunc et valdè famosa, S. Mariæ de Caritate: in quo nunc loco requiescit S. Girardus Prior, ejusdem constructor Ecclesiæ; ubi multorum Monachorum caterva devota divinis obsequiis mancipatur. Super Ligerim fluvium hic locus est in Episcopatu Autissiodorensi positus, qui verè ex re tali sortitur vocabulo.

Anno Dom. MLVII... S. Galterius Stirpensis Ecclesiæ Abbas, vir religiosus, hoc tempore floruit: per quem Deus tam in vita quàm in morte sua multa mirabilia operatus est. Huic sancto Dei Waltero, pro suæ sanctitatis merito, Victor Papa Romanus auctoritatem judicandi de omnibus * contulit, ut potè viro discreto.

* criminibus

Anno Dom. MLVIII, sanguis pluit in festo omnium Sanctorum, Kalendis Novembris.

Anno Dom. MLIX... Hoc eodem anno Henricus Rex Francorum, consensu Præsulum et Procerum regni sui, fecit coronare Philippum, filium suum parvulum, Remis per manus Gervasii Archiepiscopi ejusdem sedis.

Anno Dom. MLX, Henricus Rex Francorum, coronato jam filio suo Philippo, moritur, anno regni sui XXVIII.

Anno Dom. MLXI, Philippus Rex Francorum, licet parvulus adhuc et sub tutore constitutus, dominatur in regno suo.

E Anno Dom. MLXII... Hoc anno Mainardus Senonensis Archiepiscopus

(a) Auctor Ms. vetusti Ecclesiæ Lichfeldiensis Chronici. Anno, inquit, Guillelmus regni sui VI, apud Londonias consilio Baronum suorum fecit summoneri per universos Angliæ Comitatus, omnes nobiles, sapientes et sua lege peritos, ut eorum leges et consuetudines audiret... Qui deprecati sunt, quantum permetteret sibi leges proprias et consuetudines antiquas habere in quibus vixerant patres eorum, et ipsi in eis nati et nutriti sunt, scilicet Leges S. Regis Edwardi. Rex acquievit; et ex illo die magna auctoritate veneratæ et per universum regnum corroboratæ et conservatæ sunt præ cæteris regni legibus leges Regis Edwardi: quæ quidem prius inventæ et

constitutæ fuerant tempore Regis Elgari avi sui; veruntamen post mortem ipsius Regis Elgari usque ad coronationem S. Regis Edwardi sopitæ sunt et penitus prætermissæ. Præter Ingulfum, ut videtur, has leges nemo tradidit, neque præter easdem jus aliquod omnino exstare putamus, quod illius ævi idiomate Gallico seu Normannico conscribatur; cum interim memoriæ sit traditum, Guillelmum idioma illud, ut potè vernaculum nascentique imperio velut magis fidele, in Anglia propagari et populare fieri impensè desiderasse, idque sancito jussisse.

moritur : succedit venerabilis Richerius Archipræsul electus, qui XXXIV A annis Senonensem rexit sedem.

Anno Dom. MLXIII, finis fuit anni magni, qui constat DXXXII annis : incipit enim ab anno Incarnati Verbi DXXXI, Justiniani Imperatoris III.

Anno Dom. MLXIV, incipit supradictus circulus, in cujus fine erit labor et dolor, anno Philippi Regis Francorum IV, Indictione II.

Anno Dom. MLXVI, S. Eduardus Rex (a) Anglorum moritur Nonis Januarii; et in crastino die Epiphaniæ Haroldus juvenis, frater Edith Reginae, favente Stigando Cantuarum Archiepiscopo, et Proceribus Anglorum, sublimatur in regno. Hoc anno fuit finis regni Anglorum in stirpe regali, et ad Normannos divino judicio diadema transivit. Nam Guillelmus Dux Normannorum, audita morte gloriosi Eduardi Regis, cognati sui ex B parte matris, collecto grandi exercitu transivit mare III Kal. Octobris, et cum Haroldo regni invasore pugnavit, et victoriâ potitus est II Idus Octob. in die videlicet S. Callixti; et sequenti Natali Domini apud urbem Londoniarum coronatus est. Hoc eodem anno cometes apparuit in vigilia S. Marci, significans fortasse abundantiam effusi Christiani sanguinis, quem terra in regno Anglorum absorbuit, etc.

Anno Dom. MLXVII, Guillelmus Nothus, Rex Anglorum effectus, omni arte et sollicitudine intendit Proceres et nobiles quosque Anglicæ gentis affligere, deprimere, proscribere, et ad suæ voluntatis arbitrium cuncta sive justè sive injustè redigere. Stigandum Cantuarum Archiepiscopum in carcere retrusit, etc.

Anno Dom. MLXVIII, nascitur Guillelmo Regi filius in Anglia, qui C Henricus dictus est, et postea Rex Anglorum efficitur.

Anno Dom. MLXIX, convocavit Guillelmus Rex Clerum, et habito consilio dedit Archiepiscopatum Cantuarum viro venerabili Lanfranco Becensi Abbati.

Anno Dom. MLXX, Lanfrancus consecratus, cœpit operari, quæ Dei sunt, etc.

Anno Dom. MLXXI, Guillelmus Rex Anglorum, partitâ terrâ militibus suis, diversas irruptiones patitur ab hostibus, qui in munitioribus latitabant locis.

Anno MLXXII, Stigandus Archiepiscopus moritur Wintoniæ in carcere, etc.

Anno Dom. MLXXIII, Guillelmus Rex Anglorum in regno suo multas D ultiones in interioribus Angliæ partibus exercens, suspendit quosdam, quorundam oculos extinxit, quosdam quoque interfecit, hoc magis cupiens à subjectis timeri, etc.

Anno Dom. MLXXIV... Hoc eodem anno in Lingonensi diocesi fundatum est Cœnobium Molismum vocatum, cujus primus Abbas Robertus vir religiosus extitit; de quo postmodum aliquid dicturi sumus pro loco et tempore.

Anno Dom. MLXXV, hæresis quorundam ebullire cœpit... Perversâ doctrinâ Berengarius, tam famosus Magister in regno Francorum, infectus est.

An. 1079. Anno Dom. MLXXVI, terra tremuit X Kal. Maii. Nimius omninò ventus in Natale Domini fuit. Romæ celebratum est Concilium, præside E venerabili Papa Gregorio VII; ubi et præfatus Magister Berengarius (b) convictus est, et de suo errore penituit.

Anno Dom. MLXXVII, Indict. XV, fuit Lando Prior S. Pancratii : cum Cluniaci Monachis venit ad Angliam ad locum qui Leawes vocitatus est, situs non longè à mari.

(a) Suprà ad annum 1053 retulit Godellus ridiculam causam risûs Edwardi Regis. Sic in anno 1051 collocat fabulam Palumbi Presbyteri, et inventionem corporis Pallantis filii Evandri. *Hiatus vulneris*, inquit, *IV pedibus et semis mensuratus est; corpus altitudinem muri vincebat. Lucerna ad caput ejus inventa est, quæ nec statu necliquore extingui poterat; sed foramine subtus flam-*

mam cum stilo facto, et introducto aere extincta est. Hoc eodem tempore in confinio Normanniæ, etc. Porro hæc portenta, quæ et alii plerique Annalistæ hujus et subsequentiæ ætatis referunt, hausit Godellus ex Guillelmo Malmesbur.

(b) Non contra Berengarium, sed adversus Henricum IV Imper. videtur Concilium Romæ coactum anno 1076.

A Anno Dom. MLXXVIII, ætas nimis sicca et calida fuit. Vindemiaverunt mense Augusto, et hoc vinum optimum fuit.

Anno Dom. MLXXIX, Guillelmus Rex, subactis hostibus suis, paci regni attentius studet. Tanta enim hoc tempore in Anglorum regno pax enituit, ut à mari usque ad mare in insula puella auro onusta, sola incedere posset securè.

Anno Dom. MLXXX, præfatus Rex Guillelmus pacificato regno lætatur, quia omnibus bonis in insula abundare cœpit. Hic Guillelmus Rex matrem suam, quamvis esset inferiori genere orta, multum honoravit; et fratres ex ea, Robertum, Comitem Moretonii fecit; Odonem, Episcopum Baiocensem, et postea Comitem Cantiaë.

B Anno Dom. MLXXXI, Concilium fuit apud Exoldunum castrum, quod est in Britannia (a) situm, XV Kal. Aprilis, præsulante Romæ Gregorio VII, Bituricas Archiepiscopo Ainone.

Anno MLXXXII, Concilium fuit apud urbem Meldensem, præside Hugone Diensi Episcopo, et Apostolicæ sedis Legato, sub Richerio viro venerabili, Senonensi Archiepiscopo.

(a) Corrig. in Bituria: Exoldunum enim seu Exolidunum [Issoudun], vetus est oppidum Biturigum. Deinde jam anno 1071 in sede Bituric. Richardus II successerat Aymoni, quem Bituris Concilium habuisse indicat [ex archivis Abbatiaë S. Sulpicii] instrumentum hujuscemodi: Ego Aymo . . . ad reformandam pacem, et res Ecclesiarum commodè disponere, consilio Regis Henrici et

Episcoporum ad nostram sedem pertinentium decrevimus Concilium facere in Biturica civitate . . . Disposuimus res Ecclesiarum . . . deinde pacem toto nisu corroboravimus . . . Factum est hoc sub testimonio trium Episcoporum . . . scilicet D. Rinco Episc. Claromont. vir apostolicus atque Ecclesie hujus sedis nostræ Decanus, et D. Hugo Episc. Nivern. atque D. Durandus Caturc. Episc.

C

EX CHRONICO FRATRIS RICHARDI (a)

MONACHI CLUNIACENSIS.

Inter Schedas Domni Johannis Mabillonii.

H ENRICUS Roberti filius super Francos regnat annis XXXIII (b) . . . Per hæc tempora Odilo Abbas, qui per LVI annos præfuit Cluniacensibus, obiit. (c) Post quem eidem Cœnobio præesse cœpit domnus Hugo Abbas, præ cæteris genere, eleemosynis, prophetiæ spiritu clarus.

Uterq.

D Tunc Willelmus Dux Aquitanis præerat. Hic pugnavit contra Gaufridum Andegavensem; captusque ab eodem Gaufrido, per quinquennium carcere detinetur. Postquam verò ducentis millibus solidorum redemptus est, quadragesimo die moritur. Gaufridus autem Comes Agnem (d) Comitissam accepit in conjugem, et Comes Pictavorum efficitur.

Mabillon.

(e) [Tunc Willelmus Dux Aquitaniæ præerat; quo sine prole defuncto, frater ejus Wido Ducatum suscepit regendum. Hi duo fratres Wasconiam sibi subjugaverunt. Per hæc tempora Pictavi cum Andegavensibus haud longè à castro, quod dicitur Chevolutunna, grave prælium habuerunt; et victi sunt Pictavi cum multa strage suorum; multique ex vivis inter mortuos latuerunt, et sic incolumes evaserunt. His temporibus florere cœpit in Theutonica terra Menegaldus Philosophus, divinis et sæcularibus litteris ultra cœtaneos suos eruditus. Uxor quoque ejus et filiaë religione florentes, multam

Marten.

(a) Richardus Monachus Cluniacensis Chronicon suum continuavit usque ad annum 1174, ut jam monuimus. Vide paginam 263 Tomi nostri X.

(b) XXIX apud Martenium Tom. V Ampliss. Collect. col. 1169; ubi idem Chronicon non progreditur ultra annum 1153, et ubi non eadem lectio exhibetur.

(c) Apud Martenium, Per hæc tempora.

(d) Gaufridus Comes Andegav. et Agnes ejus conjux anno 1047 in Apuliam profecti sunt, ut scilicet comitarentur Henricum Imper. qui Agnetem prædictæ Agnetis filiam conjugio sibi copulaverat: quod quidem iter discimus ex Charta Gaufridi Com. et Agnetis ejus uxoris

pro Monasterio B. M. de Caritate seu de Roncereio; in qua testes Guillelmus Comes Pictav. et Gaufridus frater ejus, Petrus de Trimolia et alii. En verba: Actum publice in Ecclesia S. Albini, regnante Rege Henrico, Archiepiscopo Turonis Arnulfo, in transacta antè Quadragesimâ defuncto Huberto Pontifice Andegavensi, cum redissent Comes et Comitissa de Apulia, Scripsit hæc Martinus Capellanus, postea Trigarensis [Trecor.] Episcopus. Hæc autem Mabillonio judice epocha observatu digna est. Confer Lambertum an. 1046 et Hermannum ad an. 1047.

(e) Ansulis inclusa, sunt ex editione Martenii.

in Scripturis habuere notitiam ; et discipulos proprios filiae ejus praedictae A
docebant . . . Leo IX , qui et Bruno Tullensis Episcopus , sedit annis VI].

Uterq.
Mabillon.
An. 1066.

Philippus Henrici filius super Francos regnat annis XLVIII (a). Anno ab Incarnatione Domini MLXVI , regnante Philippo Rege , capta est Anglia à Normannis , et cometa multis diebus apparuit. Angli verò nobiles , qui de praelio navi evaserunt , Bisancium ad Imperatorem fugerunt. De quibus dixisse fertur , quòd securè ab eo retineri possent ; quia qui terram suam amiserant , numquam alienam acquirere possent. Posuitque illos ad custodiam palacii , quod usque in hodiernum diem servant . . . [Circa hæc tempora in Africa à Mauris Maroch civitas nobilissima conditur.] Per hoc idem tempus Robertus Wiscardi de Normannia exiens , vir pauper , Miles tamen , ingenio et probitate sua Apuliam , Calabriam suae ditioni submisit , et insulam Siciliam de manu Ismaëliitarum liberavit ; Rogerium fratrem suum B
ejusdem insulae Comitem appellavit , etc.

An. 1061. His temporibus Gaufridus , qui et Guido , Dux Aquitanorum et Comes Pictavorum , bellum habuit cum Andegavensibus prope castrum Chevotinum , prope Sanctonas civitatem quam eis abstulit. Factum hoc bellum anno MLXI ab Incarnatione Domini. Dux (b) autem praedictus Novimonasterii (c) Cœnobium Pictavis à fundamentis erexit ; quem de propriis redditibus juxta munificentiam suam valdè ditavit , domnoque Hugoni Abbati Cluniacensi ad disponendum tradidit.

Uterq.
An. 1076.

(a) Malè apud Martenium , annis XLV.

(b) *Monstierneuf* , in suburbio Pictavensi , in loco dicto *Chassaigne*. Monasterium-novum , quod Willelmus , cognomento Gaufridus , Pictavorum Comes construxit , Hugoni Abb. Cluniae. commissum fuisse anno 1075 dicitur in Chronico Malliacensi. Verùm Guillelmi Comitis hæc de re litteræ , quibus potior fides , id differunt

in annum sequentem ; sic enim habent : *In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri J. C. Guillelmus Dux Aquitanorum Wasconum . . . manu propria firmavimus anno MLXXXVI , presidente domino Gregorio Romanæ sedis Papa , regnante Philippo Rege Francorum.* De quibus fusiùs , ubi de Diplomate Philippi Regis Fr. etc.

(c) Apud Marten. *Wido autem Dux Aquitanicæ.*

EX CHRONICO (a) MONASTERII S. ALBINI ANDEGAV.

Apud Labbeum (b) Tom. I Novæ Bibl. Libr. Mss. pag. 276.

ANNO MXXXII , Gaufridus Martellus Agnetem duxit incesto conjugio (c) Kalendis Januarii ; et urbs Andegava horribili incendio combusta est V Kal. Octobris : inde bellum illud execrabile (d) , quod contra patrem suum per annos ferè septem subsequentes impiè gessit. D

MXXXIII , Gaufridus Martellus Guillelmum Comitem Pictavensem cepit in bello , XII Kal. Octobris : quare orta est discordia inter patrem et matrem.

MXXXVI , Waltherius Abbas ordinatus [S. Albini Andegav.].

MXL , obiit Fulco Comes pater Gaufredi Martelli.

MXLIII , Henricus Imperator filiam Agnetis duxit uxorem Kal. Novembris. Fames per Galliam.

MXLIV , Theobaldus filius Odonis Comitis captus est XII Kal. Septembris à Gaufrido Martello ; et sequenti die urbem Turonis reddidit.

MXLVI , Hildegardis Comitissa obiit Kalendis Aprilis.

MXLVII , obiit Hubertus Episcopus , et Eusebius Episcopus ordinatur. [Karofense Monasterium dedicatum est XVI Kal. Julii. Idibus Decembris ordinatio Eusebii cognomento Brunonis]. E

MLV , obiit Walterius Abbas IV Kalendas Januarii.

(a) Vide pag. 274 Tomi X , ubi præcedentes proximè annos edidimus

(b) Idem Labbeus ibid. pag. 281 edidit aliud Abbatiae S. Albini Chronicon , quod ad annum duntaxat 1110 ducitur , et quo usi sumus pag. 29 supra in Chronico Andegav.

(c) Eidem anno conjugium hoc illigatur in Chronico S. Michaëlis ; sed in Historia Monasterii S. Florentii Salmur. retrahitur ad annum 1030. Porrò hîc rejiciendum videtur ad an.

1031 : nam Chronicon S. Albini passim infra res , uno anno differt , errore calculi forsàn ex superioribus annis continuato ; imò et interdum graviùs peccat , ut ex aliis Chronicis patebit.

(d) In Chronica Ms. Raynaldi Archidiacon. Andegav. S. Mauriti : *Anno MXXXVI , initium belli plusquam civilis fuit inter Fulconem et filium ejus Gofridum. Anno MXXXVII , exortum est bellum plusquam civile inter , etc.* ut supra pag. 29 in Chronico Andegav.

- A MLVI, Theodericus Abbas ordinatur XIX Kalendas Februarii.
 [VII Kal. Jan. obiit venerabilis memoriæ Theodericus Abbas Cœnobii S. Albini, anno [MLIX], ordinationis verò suæ sexto].
 MLX, obiit Theodericus Abbas septimo Kal. Januariarum: Otbrannus Abbas ordinatur XII Kal. Apriles.
 MLXI, obiit Gaufridus Martellus XVIII Kal. Decembris: cui successit Fulco cognominatus Rechin. Henricus Rex obiit (a) pridie Nonas Augusti. An. 1060.
 MLXII, dedicatio sanctæ Trinitatis Andegavensis.
 MLXVII, Gaufridus Barbatus Fulconi fratri suo traditus; et Barones traditionis auctores crudeliter interfecti sunt. Guillelmus Dux Normannorum Angliam acquisivit. [(b) Kal. Februarii, feriâ IV, Lunâ VI, horâ An. 1066.
 B III, apparuit signum in sole, habens similitudinem solis unius in dextram et alterius solis in sinistram, et coronam in summo cœli: et Concilium apud Pictavum fuit factum. In fine ipsius mensis luna apparuit sanguinea et cærulea in prima vigilia noctis].
 MLXVIII, Gaufridus Barbatus captus est in bello à Fulcone fratre suo.
 MLXX, corpora SS. Præsulum Albini et Clari cum aliis Reliquiis translata sunt VIII Kalendas Novembris.
 [MLXXV, finis Chronicæ (c) Rainaldi Archidiaconi S. Mauritii *]. * Al. Andegav.

(a) Obiit Henricus Rex anno præcedenti.

graphis, ab anno 1047 ad an. 1106.

(b) Cancellata hic et suprâ ac infrâ, adducinus ex Addendis apud Labbeum ibid. pag. 282, ex Codice Petaviano et aliis Mss. apo-

(c) Sic et in Chronica ipsius Raynaldi, quæ exstat in Bibl. S. Germani Prat. Tom. II Miscell. Mss. Durandi, ex Ms. Cod. Regiæ Succ. 264.

C

EX FRAGMENTO (a) DE PETRAGORICENSIBUS EPISCOPIS,

seu ex Epitome Gestorum quorundam Ecclesiæ Petragoricensis Præsulum.

Apud Labbeum Tom. II Novæ Bibl. Libr. Mss. pag. 738.

- D **A**RNALDUS Vittabrensis, Episcopus [Petragor.], obiit anno Domini MXXXV, II (b) Idus Julii... Post autem millesimum trigesimum supra septimum in eundem Episcopatum Giraldus de Gordonio Episcopus successit; qui quidem Ecclesiam annos XXII, menses IV, dies XXI rexit et moderatus est. Obiit autem anno Domini MLIX, XII Kalendas Aprilis... Alienavit castrum Agoniacum et Albam-rocham pro quadam guerra, quam adversus Audebertum Cadenerarium Comitem habuit: deposuerat enim monctam Helianensem, quam Helias Comes pater ejusdem Audeberti jusserat fabricari. Post hunc successit Guilhermus de Monte-Berulpho, qui rexit Ecclesiam annos XX, menses XI, dies III. Obiit autem anno Domini MLXXXI, VIII Idus Febr. et sepultus est apud Montem-Berulphum in Ecclesia S. Mauritii. Iste Præsul homo sanctissimus fuit... Cujus tempore Guinimandus Monachus Casæ-Dei, sepulchrum S. Frontonis mirabiliter sculpsit anno Domini MLXXVII... Post hunc in eundem Episcopatum successit Reynaldus de Tiborio, etc.
 E Anno Domini (c) MXLVII, feria IV, magnum Monasterium S. Frontonis dedicatum est ab Aymone (d) Bituricensi Archiepiscopo, etc.

(a) Fragmento huic finem dat annus 1182.

(b) Barbarè pro pridie Idus ex more illius sæculi.

(c) Hæc addita reperit Labbeus in quodam Apographo.

(d) a Præfuit D. Aymo, inter cæteros generis dignitate sublimis, et vitæ sanctimoniâ præclarus. Hujus frater vocabatur Archinbal-

» dus, strenuissimus Princeps et Comes Borbo-
 » niensis... Habuit Concilium provinciale Bi-
 » turis, quatenus Ecclesiis à tyrannis penitus
 » desolatis sua auctoritate succurreret... Sedit
 » ab anno Chr. 1030 ad an. 1071 ». Ex Cap. 58
 Patriarchii Bituric. apud Labb. eum Tom. II Bibl.
 Libr. Mss. pag. 87.

EX CHRONICA (a) GAUFREDI COENOBITÆ MONASTERII
S. MARTIALIS LEMOVIC AC PRIORIS VOSIENSIS COENOBII.

Apud Labbeum Tom. II Novæ Bibl. Libr. Mss. pag. 280.

- Cap. 6. **H**ORUM [Guidonis de Turribus et Engaleiæ] filiam unicam Aolaarz
part. 1. Hæcepit Ademarum lo Contors de Laron, filius Rogerii; de qua genuit Guidonem: postea II Idus Julii obiit juxta matrem sepulta, quia fragilis multum fuit. Ademarum verò duxit uxorem sororem Iterii Episcopi Lemovicensis; de qua prodiit progenies Larumdensium dominorum de paterna hereditate. Guido de Agne sorore Principis castri de Chambon S. Valeriæ genuit Guidonem, Geraldum et Gulferium; et Arnaco tumulatur, etc.
- Cap. 7. Hic [Geraldus de Crosent] de Eblena genuit plures; quorum primus dictus est Beraldus, secundus Geraldus cognomento Rebara... Beraldus villæ [burgi S. Mariæ de Subterranea] dominium, non dominus sed tyrannus exactor, usurpavit. De Radegunde genuit Raymundum, qui modò ad obitum in capitulo conditus, filium de Bricia sorore Rothidæ de Exigento ortum Beraldum reliquit: qui Beraldus uxorem quamdam duxit, sed sine filiis obiit, etc.
- Cap. 12. Ea tempestate triumphator ille Guillelmus Manzer, subjugatâ Angliâ, probitate pollebat. Hic misit in Daciam Elphinum Abbatem Remesiensis Monasterii; cui in mare periclitanti Angelus apparens, diem Conceptionis perpetuæ Virginis Mariæ designavit, eumque à mortis periculo eripuit. Hujus Regis pater Eustachius * Dux Normannorum, apud Fiscanum splendido (b) quiescit mausoleo. Hoc Cœnobium situm in territorio Rothomagensi, in nullo obnoxium est (c) ejusdem Archiepiscopo; Romano tantum Pontifici parens, sub umbra ut ita dicam Regum Anglorum, nobilitate vel libertate præpollet... Robertus qui Casam-Dei ædificavit, Aquitaniam religionis splendore illustravit. Huic Roberto succedit Durannus, qui postea fuit Episcopus Arvernensis; deinde Seguinus de Agno... Jordano Lemovicensi succedit Iterius frater Principis castelli (d) de Chaslas.
- * Robertus
An. 1052. Defuncto [Petro Abb. S. Martialis Lemovic.] V Kalendas Octobris substituitur Mainaldus de Hisli... Mainardus obiit XIII Kalendas Julii, regnante Henrico Rege.
- Cap. 13. Anno Domini MLIII concremata est regalis Ecclesia Salvatoris mundi Lemovicæ, et omnes officinæ ipsius Monasterii... tres Monachi extincti sunt super sepulchrum Apostoli. Vivente adhuc Henrico Rege, et Iterio Præsule, Canonici S. Aredii * Ransoliæ Monasterium, favente Guillermo Arvernensi Comite, recuperavère... Iterio Pontifice apud S. Augustinum tumulato, Guido de Laranda Jordani nepos successit.
- * S. Yrier
An. 1073. Anno Dom. MLXIII (e), Nonas Augusti invaserunt locum S. Martialis Cluniacenses per fraudem Ademari filii Guidonis Vicecomitis Lemovicensis, et Petri Escausarii qui pro hoc dedit eidem Vicecomiti equum

(a) Ex hoc Chronico, quod curiosis rerum ad genealogias spectantium Lectoribus utile scriptum merito dixeris; excerptum jam dedimus pag. 267 Tomi X. *A tempore Roberti Regis*, inquit initio Operis Gaufredus, cepi Historiam, et in anno quo Fredericus edomuit Longobardos, explevi. Et cap. 22. *Ego Gaufredus ista dictavi anno Incarn. Dom. MCLXXXIII, Philippi qui fuit filius Ludovici, tertio anno.*

(b) Robertus Dux Norm. hic confunditur cum Richardo II.

(c) Robertus Dux, ut Fiscamnensis Monasterii libertatem tueretur, voluit ut Johannes anno 1028 Abbas consecraretur ab Hugone Abrinc. Episcopo, non à Rodberto Rotom. Archiepiscopo. Eodem Johanne Abbate, ordines non semel ab aliis Episcopis ibidem collati sunt, Archiepiscopo nequaquam reclamante. Id factum tempore Malgerii Rodberti successoris, discimus ex quodam Codice Ms. Cellæ S. Gabrielis

apud Mabillonium in *Append. Ann. Bened. Tom. IV pag. 728.*

(d) Apud Sammarthanos Iterius legitur transulisse castrum de Chaslus ex loco vocato *Franchenas*, in eum ubi nunc visitur.

(e) In alio exemplari Ms. legitur *MLIII*; sed malè: nam decennio post Monasterium S. Martialis vi subjectum est Cluniaco. Id patet ex Ademari Vicecom. Lemov. concessione quæ scripta est regnante Philippo Rege anno II, Indictione XV. Anno enim 1062 congruit indictio 15; et anni Philippi Regis computantur à morte patris, hoc est ab anno 1060; et ibi ratio habetur annorum non inchoatorum, sed completorum. Etsi autem Vicecomes Abbatiam S. Martialis Hugoni Abb. Cluniac. anno 1062 subjicere decrevisset, idque litteris suis contestatus fuisset; non tamen ante annum 1063 illuc introducti sunt Cluniacenses.

A optimum, qui appellabatur Millescus (a). Veruntamen ibi per dies plurimos Monasterii reformata est disciplina sub Ademaro Abbate, qui erat de Lemovicino ex equestri genere.

Ante Geraldum fuit Abbas S. Augustini Albertus, successor illius Guidonis qui construxit cloacarium... Obiit Geraldus Abbas Vosiensis V Kal. Januarii... huic successit Petrus.

Cap. 22.

B Cernens Archambaldus (b) [filius Eboli filii Archambaldi Chambæ-putridæ] patrem diligere fratres plusquam se, unum ex illis Robertum occidit: quapropter pulsus à patre, profugus factus est. Post dies multos occidit militem quemdam, qui olim in prælio patrem plaga insanabili vulneraverat: qua de re exhilaratus Ebolus, precibus multorum apud Tutelam cum filio pacem fecit; deditque Guillermo [filio] consensu Archambaldi Ebolus castrum de Torena. Alii dicunt Guillermmum de legitimo procreatum conjugio, castrum de Torena præ cæteris à patre dono accepisse, et quibusdam ex causis partem de terra sua non jure amisisse. Guillermus genuit Bosonem: Boso genuit Raymundum, etc.

Cap. 23.

Archambaldus qui vindicavit patrem, et occidit fratrem, de Rotberga sorore Vicecomitis de Rupecavardi genuit Archambaldum, Ebolum atque Bernardum. Isti diviserunt terram suam: primus Archambaldus, tenuit castrum de Comborno; Ebolus, Ventadour; cæteras possessiones, castella vel oppida, æqua lance diviserunt: Bernardo unusquisque XXV mansos dedit, id est L de communi, et Ecclesiam de Belmond, quæ tunc non erat munita. Ebolus de Ventadour, etc.

Cap. 24.

C Ademarum (c) [filius Senegundæ] de Humberga genuit alium Ademarum, qui jurabat per corpus S. Martialis: hujus hæreditas, ut dictum est, descendit ad filiam ejus Humbergam, quæ appellata est Brunicendis, mortuis Guillelmo et Helia filiis Ademari supradicti: aliam tamen filiam, quæ dicta est Emma (d), post obitum prioris viri Bardoni de Conniaco, sibi copulavit Guillermus Dux frater Raymundi Antiocheni Principis. Hanc postmodum rapuit Willelmus Sector-ferri, filius Vulgrini Comitis Engolismensis... Igitur Brunicendis de Archambaldo Barbato genuit Ademarum, etc.

Cap. 41.

(a) Quem *Milicini* vocabant, inquit Mabilonius.

(b) Ibi Gaufridus describit genus Combornensium et Turrenensium Vicecomitum, et deinde agit de Ventadorensibus Vicecomitibus:

quas genealogias, sicut et alias, integras Lectori exhibebimus tantum in alio Volumine.

(c) Habes hinc genus Vicecomitum Lemovic.

(d) Apud Labb. *Quæ dicta est Ennea seu Emma.*

D

EX GESTIS COMITUM BARCINONENSIVM (a).

Apud Baluzium in Append. ad Marcam Hispan. col. 542.

P OST Raimundum Borrelli Berengarius filius ejus tenuit Comitatum Barchinonæ, nihilque ibi boni gessit; immò in omni vita sua parentelæ probitate fuit inferior; et vixit XVIII annis post patrem in prædicto Comitatu, et genuit filios, Raimundum Berengarii, et Gillelmum Berengarii, et Sancium Berengarii; et obiit anno MXXXV. Iste Guillelmus Berengarii fuit Comes Minorisæ, et mortuus fuit nulla ex se prole remanente: et alius E frater istius, scilicet Sancius Berengarii: fuit Monachus Tomeriensis, et Prior S. Benedicti de Bagis, quia tunc non erat Abbatia; et ibi mortuus est.

Cap. 9.

Sub temporibus Raimundi Borrelli et filii ejus Berengarii, Comitum Barchinonæ, tres filii Olibani Cabretæ floruerunt; Bernardus scilicet Scindens-ferrum, ideò quia armis acerrimus atque fortissimus extitit: hic successit patri suo Olibano in Comitatu Bisulduni, et tenuit Comitatum XXXI

Cap. 10.

(a) Francorum Reges jam inde à temporibus Pippini Regis habuerunt supremum dominatum in Cataloniam, seu in amplas illas regiones, quæ inter Pyreneos montes et Iberum mareque Mediterraneum à Salsulis usque ad Dertusam habitantur: hinc Chartæ in Marca Hispanica datæ passim habent, anno regnante Roberto vel Henrico

vel Philippo Francorum Rege, etc. Anno tantum 1258 Barcinonenses et Catalani prorsus exempti sunt veteri Gallorum Regum imperio. Gesta autem Barcinon. Comitum, scripta circa annum 1190 à quodam Monacho Rivipullensi, edidit Baluzius ex veteri Codice Ms. ejusdem Monasterii.

anno , et genuit filium Guillelmum scilicet Bernardi , cognominatum A Grassum. Hic Rodanum transmeans , in flumine periit anno MXX : corpus verò ejus ad Rivipolli Monasterium reportatum , ibidemque humatum est. Vixit in Comitatu XXXI anno , et successit ei Guillelmus Bernardi , filius ejus , in Comitatu Bisulduni. Oliba verò , qui fuit tertius filius supradicti Olibani Comitis , fuit Monachus Rivipulli et Abbas , deinde Episcopus Vicensis * ; cui etiam fuit commissum regimen Monasterii S. Michaëlis de Cuxano : sedit etiam in Episcopatu annis XXVIII , et rexit Cœnobium XXXVIII (a) , et fuit septimus Abbas istius Cœnobii , sub quo quartò dedicatum fuit istud Monasterium Rivipulli cum præclara Episcoporum catterva sub Berengario supradicto Comite Barchinonæ , anno Christi MXXXII . . . Obiit prædictus pater eximius anno Christi MXLVII . . .

* Auson.

Ecclesiam quæ modò est nobiliter construxit . . . Sepultus verò fuit in Monasterio Cuxanensi , eò quia ibi decessit. Guifredus filius Olibani Comitis Bisulduni successit patri suo supradicto in Comitatu Cerritaniensi , et rexit Comitatum per multum tempus. Hic Monasterium S. Martini de Canigone construxit atque dotavit ; et genuit filios plurimos , Raimundum scilicet Guifredi Comitem , et Guifredum Archiepiscopum Narbonensem , et Berengarium Guifredi Episcopum Gerundensem , et Guillelmum Guifredi Urgellensem Episcopum , et Bernardum Guifredi Comitem Bergitani. Vixit in Comitatu XXXVI annis , et obiit anno Christi MXXV (b) : sepultus verò fuit in Monasterio Caninogeni.

An. 1030.

Cap. 11. Mortuo namque Berengario supradicto Comite Barchinonæ , remanserunt ejus tres filii , ut superius sunt nominati ; et successit ei in Comitatu Barchinonæ Raimundus Berengarii , qui Vitulus dicebatur. Hic Raimundus Berengarii nimia claruit probitate ; et inter alios Hispaniæ Principes super Agarenos tantum habuit principatum , ut XII Reges Hispaniæ suo tempore annuatim ei tributum tamquam domino persolverent. Hic denique Comes famosissimus suum optans dominium decorare , coram Ugone Cardinali et Legato Romano ac suis plurimis Magnatibus intra Barchinonæ palatium , supradictorum consilio et assensu , propria quædam instituit jura , quæ Barchinonæ Usaticos nuncupamus , mandavitque ut iis constitutionibus omnes Comitatus sub Barchinonensis Comitatus imperio regerentur. Nobilissimus igitur Comes tres genuit filios Petrum scilicet Raimundi , et Berengarium Raimundi , et Raimundum Berengarii. Illi verò duo primi fuerunt quasi duo genimina viperarum , quæ naturaliter ruptis visceribus interficiunt matres suas. Prior enim , id est Petrus Raimundi , madriastram suam Adalmoyn (c) interfecit ; unde et in Hispania sub pœnitentia obiit sine prole. Veruntamen pater ejus plenus dierum , tertio ejus filio dimisso herede , diem clausit extremum anno Christi MLXXVI : vixit autem in Comitatu XLII annis.

An. 1068.

Cap. 12. Sub temporibus verò istius fuerunt Comites in Urgelli Comitatu ; Ermengaudus , qui dictus fuit peregrinus , eò quia peregrinus Hierosolymis obiit anno Domini MXXXVIII : et vixit in Comitatu annis XXVIII : et successit ei Ermengaudus filius ejus , qui dictus fuit de Barbastre , eò quia in obsidione Barbastrensis castris , quod à Sarracenis adhuc detinebatur , plurimum

(a) Inde colligit Cossartius , Olibam rexisse et in sua potestate habuisse XXXVIII Monasteria : Baluzius autem simpliciter intelligit , eum Abbatem fuisse per annos XXXVIII ; et hoc verum esse calculo probat. Cùm autem alibi legitur eundem Auson. Episcopum fuisse multarum Abbatiarum patrem , hæc verba Baluzius accipi sic vult , ut Oliba Monasteria regionis foverit tanquam pater , et præferit tantùm ut Abbas Cœnobii Rivipullensi et Cuxanensi.

(b) Rectius , ut probat Baluzius , in veteri Codice Canigon. adnotatur , Wifredum mortalius ereptum fuisse anno 1030.

(c) Adalmodis , femina ingentis animi , varia conjugia experta fuit : Hugo nempè Liziniacensis eam duxerat , et postea dimisit causâ parentelæ ; tumque vinculo jugali sociata est cum Poneio Comite Tolosano : iste quoque postea divertens ab ea , Raimundo Barchinonensi eam anno 1053 dedit in uxorem. Mos erat ea tem-

pestate vulgatus ut , cùm viros Principes ac fortasse alios tædium ceperat uxorum suarum , eas facile repudiarent , intentata videlicet actione consanguinitatis vel affinitatis. Willelmus Malmesbur. in nominibus virorum Adalmodis labitur , inquit eam primùm Arelatensi Comiti nuptam , mox illius pertæsam Willelmo se Tolosano Comiti conjunxisse. Raimundus et Adalmodis Barchinon. Comites anno 1067 Carcassonam et Carcasson. Comitatum emerunt ab ultimo Comite nomine Guillelmo , quem Guillelmum Comitem Ceritanæ maritum Adalaidis interpretatur Baluzius. Ceterùm Adalmodis videtur fuisse filia Bernardi et Ameliæ Comitum Marchiæ ; ex quibus et prodierunt , Aldebertus II Comes Marchiæ Lemovicensis ; Rangardis uxor Petri Raimundi Comitis Bitterensis , mater verò Rotgarii Comitis item Bitterensis et Adalaidis Comitissæ Ceritanæ ; et Lucia Palliarenensis Comitissa.

A laboravit, et eo anno quo captum est castrum, scilicet Incarnationis Christi MLXV, mortuus est. Vixit verò in Comitatu XXVIII annis. Mortuo isto, successit ei Ermengaudus de Gerb, filius ejus, in Comitatu; qui ideò sic vocatus fuit, quia ipsum castrum de Gerb construxit, cum quo civitatem Balagarii usquequo capta est expugnavit: tenuitque Comitatum XXVIII annis. Fuit enim contemporaneus primo et secundo et tertio Raimundo Berengarii, Barchinonæ Comitibus. Obiit anno Domini MXCII; et successit ei filius ejus Ermengaudus de Moyeruca, etc.

In Comitatu Bisulduni fuit Comes Guillelmus Bernardi, cognominatus Grassus; qui duos genuit filios, Guillelmum scilicet qui cognominatur Trunnum, eò quòd nasum fictitium haberet et Bernardum Guillelmi. Vixit verò in Comitatu annis XXXIII, et mortuus est anno Domini MLII, et sepultus in Monasterio Rivipulli in uno eodemque tumulo cum patre. Et successit ei in Comitatu Bernardus Guillelmi, filius ejus minor, eò quia vir benignissimus et patientissimus erat. Frater autem ejus major Guillelmus Trunni, quia vir iracundus atque iræ impatientissimus haberetur, consensu fratris sui ac quorundam suorum Procerum interfectus esse dicitur, etc.

Cap. 13.

In Comitatu Cerritaniensi fuit Comes Raimundus, filius supradicti Guifredi Comitis Cerritanie, et tenuit Comitatum XL annis; et genuit duos filios, Guillelmum scilicet Raimundi, et Henricum. Obiit denique Christi anno MLXVIII, et successit ei Guillelmus Raimundi, etc.

Cap. 14.

EX CHRONICO (a) REMENSI

Apud Labbeum Tom. I Novæ Biblioth. Lib. Mss. pag. 360.

ANNO MXXXIX, VIII Idus Aprilis visa est . . . ignea trabes (b), etc. MXLVII. Nix tanta fuit in occidente, ut silvas frangeret.

MXLVIII. (c) Dedicata est Ecclesia B. Remigii, et translatio ejus à domno Leone IX Papa [est peracta].

MLV. Obiit Leo (d) Papa IX. Suscepit B. V. Maria in Archiepiscopatu Remensi Gervasium Episcopum Cenomanicum Idibus Octobris.

MLVI. Gervasius Archiepiscopus ædificavit Remis Ecclesiam S. Dionysii (e) Sociorumque ejus.

MLIX. Philippus Rex Remis ordinatus à Gervasio in die Pentecostes.

D XLX. Obiit Henricus Rex piissimus, pater Philippi, pridie Nonas Augusti.

MLXVI.

*Sexagenus erat sextus millesimus annus,
Cum pereunt Angli, stella monstrante cometa.*

Obiit Gervasius Archiepiscopus.

MLXVII. Facta est hiems horrida à festo S. Briccii usque ad festum S. Gregorii.

MLXXXI. Magnus terræ motus factus est cum gravi terræ mugitu VI Kal. Aprilis, primâ horâ noctis, portendens fortè imminens malum quod in toto orbe sonuit, et unde terra doluit et dolet. Henricus enim Imperator ad debellandum Papam Hildebrandum Italiam petiit; contra quem Papa urbibus et castellis munitis se ad bellandum accingit, eumque Romam hostiliter adeuntem non recipit.

(a) Præcedentem hujus Chronici partem exhibet pagina 271 Tomi X.

(b) Ut apud Sigebertum supra pag. 163, sola Conradi morte dempta.

(c) Corrig. *MXLVIII*.

(d) Obiit Leo IX anno 1054.

(e) Gervasius in Charta quâ suburbanam S. Dionysii Ecclesiam tradit, ait se illam restituisse, et Canonicos ibidem constituisse B. Augustini regulam ordinemque profitentes. Jam nova Canoni-

corum Regularium congregatio exorta fuerat in Abbatia S. Rufi apud Avenionem anno 1038, quo Benedictus I illius urbis Præsul S. Rufum quatuor Ecclesiæ suæ Canonicis regulariter ibi victuris donavit. Nulla tamen S. Augustini regulæ adhuc mentio in ejus litteris; neque in Diplomate Henrici Regis, qui anno 1060 Ecclesiam S. Martini à Campis confert Canonicis regulari conversatione Deo famulantibus.

EX CHRONICO BREVI AUTISSIODORENSI (a).

Apud Labbeum Tom. I Biblioth. Libr. Mss. pag. 292.

ANNO MXXXIII, sol obscuratus est natale S. Petri, III Kal. Julias.
Factum est (b) Concilium de pace in hac urbe.

Anno MXXXVII, Odo Comes cecidit in prælio.

MXXXIX, Obiit Hugo Episcopus; et in ipso anno ordinatio Eriberti Episcopi.

An. 1049. ML, Leo Papa habuit Concilium (c) Remis cum Gallicanis Episcopis, B super his qui suas animas ex simoniaca fece inquinaverant. Unde Apostolica auctoritate Hugonem Lingonensem, Gelduinum Senonensem Episcopali honore privavit, et alios videlicet multos per Galliam.

(d) [Anno MLI, Cal. Decemb. ordinatio Gaufridi Episcopi].

* VI MLII, Kal. Decembris (e) *** Ordinatio Gaufridi Episcopi V * Kal. Januar.

* Ms. infra MLVII, Hugo filius Roberti Ducis incendio subdidit villam S. Bricii; et perierunt intra * Ecclesiam viri et mulieres cum infantibus numero CX: et eodem anno ipse interfectus est. Item eodem anno hæc Ecclesia dedicata est.

* Ms. infra Anno MLVIII, clandestina irruptione captum est castrum S. Germani à militibus Roberti Ducis et Tebaldi Comitis; qui ingressi, nutu divino C territi, quantociùs exierunt; et hoc intra * venerabiles Quadragesimæ dies.

MLIX, unctus est in Regem Philippus Remis die Pentecostes; et sequenti anno mortuus est Rex Henricus.

Pag. 403. MLX, facta seditione inter Iterium et Aganonem (f), Crociacum castrum concrematum est à Tetbaldo Comite superveniente cum grandi multitudine militum.

MLXIV, concrematum est Monasterium S. Germani pridie Kal. Aprilis, et omne castrum infra et extrà, exigentibus inhabitantium peccatis.

MLXXII, tota urbs Autissiodori igne succensa est præter turrim et capellam S. Albani.

MLXXVI, obitus Goffridi Episcopi, et electio Roberti.

(a) Idem est quod inter Schedas D. de Gagnieres legitur in fine Martyrologii S. Stephani Autissiod. Vide Excerptum pag. 270 Tomi nostri X.

(b) Eclipsis præcedens non legitur in Chronico D. de Gagnieres. Quod autem proximius sequitur, hoc duntaxat refert Labeur pag. 405,

in Appendice ex alio Ms. Cod. locupletiori.

(c) Habitum est Rem. Concilium anno 1049.

(d) Ansulis circumscripta, pertinent ad Chronicon D. de Gagnieres.

(e) Ibi forsitan notabatur obitus Heriberti Episcopi.

(f) Apud D. de Gagnieres, *Agavonem*.

D

EX CHRONICO (a) SENON. S. COLUMBÆ.

Apud Martenium Tom. III Anecd. col. 1451.

An. 1032. ANNO MXXXIII, obiit Leothericus Archipræsul, et eodem anno successit Gelduinus [in Archiepiscopatu Senonensi].

* Ms. durè MXLVII, factum est vix credibile prælium inter Henricum Regem Francorum et gentem Normannorum, in ipsa provincia super fluvium Diva (b). Fuere autem viginti millia Normannicæ gentis peditum et equitum; Francorum verò tria millia bellatorum, à quibus duriter * Normanni cæsi, decem millia perierunt.

(a) De hoc Chronico, vide quæ notavimus pag. 272 Tomi X. Ansulis inclusa, descripta sunt ex laudato ibidem Ms. Codice, seu ex Tom I Collectionis veterum Script. Mss. *Durand*

in Biblioth. S. Germani à Pratis.

(b) Malè apud Martenium, *Dura*: Anonymi enim Chronicon Ms. habet, *Dura. Fuere autem triginta millia*.

E

A MLV, obiit Henricus filius Conradi Imperatoris, et Comes Rainardus *. An. 1056.
Theobaldus, nobilis generis, in Vincentia Venetiæ urbe, duodecimo conversionis suæ anno obiit miraculis clarus. * *Ms. Raynaldus*

[Anno MLV, facta est tempestas valida; et juxta urbem Senonicam tam propè, quàm longè (a), etc. Eodem anno mortuus est Imperator Henricus (b), etc.]

[Anno MLVI (c), S. Theobaldus, nobilis genere, reclusus in Vincentia (d), etc. obiit. Ossa ejus in Francia deferuntur.] An. 1066.

[MLVIII. Hoc anno, in solemnitate omnium Sanctorum, pluit sanguis (e), etc.]

MLX, obiit Manardus Archiepiscopus [Senonensis].

[MLXI. Hoc anno mortuus est belliger Henricus Rex Francorum]. An. 1060.

B [MLXII. Hoc anno mortuus est Menardus Archiepiscopus].

[Anno MLXIV, mortuus est Abbas Willencus; cui successit Abbas Arnulfus]. An. 1072.

[Anno MLXVI:

*Navibus instructis remis, velisque paratis,
Transiit hoc anno mare, fretus milite multo,
Consul Willelmus, multa virtute notatus.
Anglos constanti victos * virtute subegit;
Et caput à scapulis Regis mucrone revulsit.
Hoc ita perfecto, merito diademate sumpto,
Ipsè coronatus, Rex est è Consule factus].*

* *Aut victor*

C MLXXIII, mortuus est Abbas Wilencus *; cui successit Arnulfus. * S. Colum-

MLXXVII, hiems durissima et longissima, à Calendis Novembris ad medium Martii; qualem se vidisse fatentur seniores nunquam.

[Anno ab Incarn. MLXXVII, facta est hyems magna et valida nimis].

MLXXVIII, Arnulfus, Abbas S. Columbæ, ossa S. Theobaldi (f) fratris sui de Italia defert, et in eadem Ecclesia locat.

(a) Ut in Chronico S. Petri Vivi suprâ pag. 497.

(b) Ut suprâ apud Martenium.

(c) In Anonymi Chronico Ms. sæpiùs perturbatur annorum ordo.

(d) Ut suprâ apud Martenium.

(e) Ut in Chronico S. Petri Vivi.

D (f) Anno 1074 corpus S. Theobaldi Vicentiâ Vangadiciam translatum fuerat: hæc autem fama cum pervenisset ad aures Arnulfi Abbatis Lati- niacensis et S. Columbæ, is anno 1078 in Italiam profectus, partem Reliquiarum fratris sui obtinuit; invisitque matrem suam Willam, quæ

ad id tempus superstes erat, et in proxima Monasterio cellula inclusa manebat. « Moris erat » tunc temporis, inquit Mabillonius ad annum » 1033, ut religiosæ feminæ prope Monasteria » nostra recluderentur, ut in illo reclusorio » vitam à sæculi corruptelis longè remotam du- » cerent. Ex earum numero fuit nobilissima ma- » trona B. Helvisa, *clarissimo genere præfulgens*, » reclusa in Columbensi diocesis Carnot. Mo- » nasterio. Hæc olim conjugata Hugoni cuidam, » cui Caput-ursæ cognomen erat, deinde » Alexandro Azzolino fuerat ».

EX CHRONICO LAMBERTI PARVI (a),

LEODIENSIS S. JACOBI MONASTERII MONACHI.

Apud Martenium Tom. V. Ampliss. Collect. col. 5.

E ANNO ab Incarnatione Domini MXXXI, obiit Robertus Rex Fran-
corum; succedit Henricus filius ejus.

MXXXIV, consecratur Cœnobium S. Laurentii [Leod.]

MXXXVI, Henricus Rex ducit filiam Regis (b) Anglorum.

MXXXVII, bellum apud Barum * inter Gotzelonem Ducem et Odonem Comitem. * *Bar.*

MXXXVIII, obiit Reginardus Episcopus; Nithardus succedit.

MXLII... obiit Nitardus; succedit Wazo Episcopus.

(a) Lambertus sæculo XII florebat, scripsitque breve Chronicon ab anno Christi 988 ad 1194, quo vitam cum morte mutavit, ut testatur ejus Continuator Reinerus ejusdem Cœnobii Asceta.

(b) Malè igitur suprâ in Chronico Leod. pag. 202, conjugium istud refertur ad annum 1032,

et ibidem corrig. *MXXXVI*. In utroque autem Chronico, Lamberti scilicet ac Leodiensi, non solùm res sed et verba eadem leguntur; nec mirum: hinc ne actum ageremus, consultò hic omisimus annos 1039, 1044, 1045, 1049, 1052, 1054, etc.

MXLVI, Henricus Rex fit Imperator, et ab eo duo Papæ deponun- A
tur, etc.

MXLVII, nix in occidente tanta cecidit, ut silvas frangeret, Godefri-
dus, etc.

MXLVIII... obiit Wazo Episcopus; succedit Dieduinus. Obiit etiam
Olbertus primus Abbas S. Jacobi in Leodio; succedit Albertus.

MLI, Balduinus cum filio rebellat, invaso monte Castri-loco.

An. 1054

MLII, Leo Papa obiit CXLV. Iste est qui cantum S. Gregorii composuit.

MLV... Imperator Henricus obiit III Nonas Octobris; et sepultus in
Spira, ubi et pater ejus. Henricus filius superioris Henrici succedit.

MLVI, adventus reliquiarum S. Jacobi, etc. Obiit Imperator Henricus;
succedit filius ejus Henricus, hujus nominis IV.

MLXVI, obiit Albertus Abbas secundus; Stephanus succedit tertius. Co- B
metes apparuit, quæ bellum Angliæ portendebat; quam Guillelmus Nor-
mannorum Comes, ipsâ cum Rege suo Hero gravissima cæde mulctatâ, vi
militari corripuit; regnumque victor obtinuit.

MLXX, obiit Dux Godefridus; succedit alter Godefridus filius ejus.

MLXXVI, obiit Dieduinus Episcopus Leodiensis; succedit Henricus.
Item obiit Stephanus Abbas tertius Ecclesiæ S. Jacobi in Leodio; succedit
Robertus. Godefridus Dux et decus Galliæ à sicario perimitur: Godefridus
filius sororis ejus Marchio (a) subrogatur.

(a) Infra: *MLXXXVII, Marchio Godefridus sublimatur in Ducem.*

EX CHRONICO STROZZIANO MS. (a)

C

Ex Apographo nostri D. Bernardi de Montfaucon.

ANNO Domini MXXXI, S. Aymericus filius S. Stephani Regis Hun-
gariæ obiit... Anno imperii Corradi VII, Robertus Rex Francorum
moritur: post Robertum verò regnavit in Francia filius ejus Henricus annis
XXX. Per idem tempus Gaufridus Martellus Comes floret (b): de hoc scriptum
est: *Dum vixit tua (c), etc.* Hic devicit Comitem Pictaviensem, et Theo-
baldum Blesensem, et accepit pro redemptione urbem Turonicam.

An. 1049. Anno Domini MXL, Henricus imperat annis XVII... Anno Henrici
Imperatoris IX *, Odilo virgo centenarius, Abbas Cluniacensis, dormivit D
in Christo. Porrò S. Odiloni substitutus est Ugo venerandus, vir miræ reli-
gionis et præcipuæ sanctitatis... S. Theobaldus, inter Nobiles Francorum
non infimus, hoc tempore clarebat: qui mundo et semetipso abnegato, etc.

An. 1054. Romæ post Leonem Victor successit, seditque annis II. Hoc tempore
Romæ Palumbus Presbyter fuit maleficiis multis deditus, etc... Hoc etiam
tempore corpus Pallantis filii Evandri, etc... Hoc eodem tempore in
confinio Normanniæ et Britanniæ fuit una, vel potiùs duæ mulieres, etc...

M. XIII Anno Henrici Imper. XVII *, fundata est nobilis nunc, etc... Floruit
hoc tempore S. Gauterius Abbas Stirpensis in territorio Lemovicensi; cui
pro sanctitatis suæ merito Victor Papa auctoritatem judicandi de crimini-
bus contulit; ut potè viro discretissimo et sapientiæ titulis adornato...

Anno Domini MLVII, Henricus imperat annis V... Anno Imperatoris E
Henrici tertio, Henricus Rex Francorum (d), consensu Præsulum et Pro-
cerum regni sui (e), coronari fecit filium suum Philippum adhuc octen-
nem (f), et ungi in Regem Remis per manum Gervasii Archiepiscopi
ejusdem sedis. Anno post hoc altero idem Henricus moritur: post quem
filius ejus Philippus in regno dominatur; eumque, quia parvulus erat,

(a) Opus istud, quod ineunte sæculo XIII scriptum est, quodque exstat in Bibliotheca D. Leonis Strozzi, idem est in præsentia cum Chronico Ms. incerti Auctoris in Bibliotheca Divion. Buberiana, et cum Anonymi Chronico ab initio mundi ad annum Chr. 1269, in Cod. Ms Reg. 4606. 5. olim Colbert. 6633. Vide adnotationem nostram in partem ejusdem Chro-

nici editam pag. 272 Tomi X.

(b) In Codd. Mss. Reg. et Buber. floruit: de hoc scripti sunt versus isti.

(c) Ut supra apud Willelmum Godellum.

(d) In laudatis Codd. Mss. additur, *antequam moreretur.*

(e) Ibid. in regni sui solio.

(f) Ibid. adhuc VIII annorum.

A Balduinus Comes Flandrensis aluit ; et Franciam gubernavit. Regnavit autem Philippus annis XLVIII.

Romæ post Stephanum Benedictus præsidet mensibus X ; ac post eum Nicolaus annis II. Per idem tempus Francia turbatur per Berengarium Turo-nensem. Hoc tempore S. Edoardus, Anglorum Rex, famosissimus in orbe habetur, etc.

EX LAMBERTI ARDENSIS ^(a) HISTORIA

COMITUM ARDENSIUM ET GUISNENSIUM.

B *Inter Reliquias (b) Mss. Jo. Petri de Ludewic, Tom. VIII
pag. 391.*

FUIT in diebus illis locus quidam pascuus, amplus admodum et latus, inter flumen quod dicitur Vonna ^(c) ab orientali plaga, et Noleios vel Neleios ^(d) fontes ab occidentali, et inter flumen quod à re veris id est amœnitatis effectum, vel à rei vero Reveria nuncupatur ; à meridie usque in oppositam marisci partem spaciosi, ad aquilonem longè latèque diffusus et extensus ; pecoribus et armentis nutriendis propter herbarum fertilitatem circummanentibus, licet adhuc paucis, admodum necessarius. Hæc siquidem terra à latitudine pasturæ vulgò Bredenarda dicta est, raro frequentata habitatore, paucis vel nullis adhuc exulta colonis. Hanc igitur terram

Cap. 13.

C memorandus Flandriæ Comes Arnoldus, pater Balduini Barbati, ad honoris sui et nepotis augmentum, et ad Ghisnensis terræ fines dilatandos, in feodi quoque clementiam, cognato suo germano et filiolo liberè possidentem, et in perpetuum hereditario jure tenendam, contulit Ardolpho. . . . Acceptâ à domino cognato et patrino Flandriæ Comite Arnolde licentiâ, in patriam suam ad Ghisnensium partes se transtulit ; ubi... famosissimi Bologniæ Comitis Ernuculi ^(e) filiam Mathildem duxit uxorem [Ardolphus].

Cap. 14.

Nec enim audiendi sunt illi, qui somniando dictitant, quòd ille, quem jam Bologniæ Comitem nominavimus Ernuculum, qui apud S. Vulmarum * de nemore vel de Silviaco Ernuldus nominatus, cum duobus filiis suis Ernulfo videlicet et Eustacio in eodem loco sepultus esse dicitur, unquam terram Bologniensem et S. Pauli atque Ghisnensem simul in eodem tempore tenuisset ; et quòd

Cap. 15.

* *Samer*

D pro qualitate affectionum trium filiorum suorum et studio, terram portionaliter juxta studii et affectionum ipsorum convenientiam, competentem ipsis distribuisset. Ghisnensium enim terra, circumspectis, lectis et relectis omnibus tam Flandriæ quàm Bologniæ Chronicis, si qua sunt, autenticis, auditis et intellectis plurimorum narrationibus antiquorum, et fabulis nunquam, nusquam Bologniensis terræ portio vel appendicium invenitur aut auditur ; sed Flandrensis dignitatis ditioni post Comitem Walbertum totaliter inclinata et subjecta est. Si autem quærat, unde hujus opinionis surculus diu sopitus demùm in populo ventilatus subreperit et emanaverit, dicimus quòd à quodam vero quoddam verisimile simplicibus et facilè credentibus prodiit, et in fabulam snbiit. A verissimo enim * rei eventu commutatam est à Bologniensibus, immò commentatum ad suæ consolationis et delectationis fabulam. Sicuti enim in

* *Al. ejus*

E veterum Annalibus legimus et à grandævis patribus quandoque audivimus, multorum annorum labente curriculo, postquam piæ recordationis et colendæ memoriæ Comes, de quo jam diximus, Walbertus, qui Pontivi * et

* *Al. Pontini*

(a) Lambertus Presbyter, ab Ardea patria cognominatus Ardensis, descripsit ab anno 800 ad annum 1200 Historiam Ardensem, quam Arnulpho II Comiti Giseni et Ardeæ domino dicavit. Multis in locis prodit, quàm sibi in historia scribenda commendatam habeat veritatem, fabulosis Comitum originibus atque genealogiis rejectis, quæ suo tempore credulos occupaverint hominum animos. Hunc tamen cave ne credas ex omni parte perfectum : licet enim multas in historia fabulas discussit,

plures ipse auctor retulit, quibus alios forsitan in errorem traxit. Sub Philippo Augusto floruit.

(b) Contulimus cum fragmentis à Chesnio editis inter Probationes Historiæ Geneal. Comitum de Guines, d'Ardes, de Gand et de Coucy.

(c) *Riviere de Vonne et le pont de Neullay*, ut vocat Chesnius.

(d) Apud Ludew. et *Neleios vel Noleios fontes*.

(e) Ibid. *Ermicula . . . Ermiculum . . . Ermildus*.

S. Pauli Ghisnensiumque præerat et principabatur terræ... carnis debitum A
 solvit; fuit quidam de nobilissimo Francorum oriundus genere in Pontivo
 præpotens Comes, nomine Willermus (a), qui cum virtute corporis non
 minus, quam nobilitatis gloriâ * famosissimus existeret, et longè latèque
 * *Al. genere* admodum polleret et famâ personaret; cumque sibi sua non sufficerent, sed
 in adjacentia multâ vi et fortitudine manus extenderet, Boloniensium vasti-
 tatem suis subjugavit et continuavit interstitiis. Qui etiam cum ex veterum
 relatione cognovisset, quod antiquus prædecessor suus Comes Walbertus
 olim tantæ virtutis exstitisset, quod usque ad mare occidentale, sive justè
 sive injustè, suæ dominationis extendisset et exercuisset potentiam, hoc
 idem concepit; et quoad ipse potuit, suæ satisfecit et obtemperavit volun-
 * *Hilduino* tati. Hic siquidem Willermus, cum quatuor haberet filios, primogenito *,
 eò quod circa militiam in equis et armis glorioso jocundaretur affectu, ut
 potè digniori, digniorem et excellentiorem suæ dominationis partem, quæ B
 * *Al. Pontin.* nunc Pontivorum * terra nuncupatur, distribuit: secundo verò (b), eò quod
 venatoriæ occupationis studiis applicuisset animum, et nihil sine canibus jo-
 cundum esse assereret aut delectabile, nemorosos terrarum saltus, qui nunc
 * *Hugoni* Boloniensis terra dicuntur, feudalem contulit donationem: tertio * autem,
 quia circa agriculturam et in frumentis colligendis et servandis curiosus existe-
 bat, Tervannensium fines, qui usque hodie S. Pauli vocantur Comitatus,
 in feodum dedit perpetuum: quarto etiam nichilominus, eò quod in armentis
 et pecoribus nutriendis totam perfunderet intentionem, terram in parte
 monticulosam et rapeis et bosculis obsitam, agros etiam pascuos, gurgito-
 sam marisci planitiem, quæ nunc temporis Ghisnensis terra nominatur,
 cum se daturum disposuisset; audiens Sifridum à generoso Comitis Walberti C
 sanguine prodeuntem de Dacia nuper advenisse, et Ghisnensium fines, ipso
 ignorantiam simulante, in manu forti, viriliter et justè obtinere, sibi timuit;
 et mutato sapienter consilio, Sifridum in pace sub Flandrensium Comitis Ar-
 noldi Magni protectione permittens, filio suo videlicet quarto filiam Rai-
 naldi de S. Walarico desponsavit uxorem. Hæc igitur de veterum Annali-
 bus, non de opinione vulgali contra Bolonienses dicta sufficiant.

Cap. 16.

Juncta igitur Ghisnensi Comiti Ardolpho (c), Boloniensis Comitis Ernuculi
 filia Mathildis, concepit et peperit ei filios Radulphum et Rogerum. Quo-
 rum prior natu Radulphus, Ardolpho jam defuncto, Ghisnensis terræ factus
 est Comes: junior verò antequam pubesceret, juvenis defunctus est. Radul-
 phus igitur Ghisnensis Comes factus, et fastuosam tam Flandrensium quàm Bo-
 loniensium gerens nobilitatis superscriptionem, animosus extitit, acer et bel- D
 licosus. Quippè cum à Flandrensibus, qui ab Imperatoriæ nobilitatis san-
 guine, à Regibus quoque et Ducibus descenderunt et originem duxerunt; et
 à Boloniensibus, quorum auctor (d) cum non phantastici, sed veri et divini
 ducatu coelitus advectus, Boloniensibus generosæ propaginis et divinæ nobi-
 litatis originem indidit; divinæ sic et humanæ generationis stemmate polle-
 ret, gladiaturam pomposi nominis heres et genituræ ob nativitatis insigne

(a) Utrumque, nempè de Ernuculo et de Willelmo, fabulæ loco reponere audeat Malbrancq cap. 60 lib. 7 de Morinis, pag. 594 Tom. II. « Sicut verò, inquit, quæ de Arnuculo perhibentur, fabulosa censet, [Lambertus]... immò commentum existimari quod de Willelmo asserit nullo certo auctore; » quandoquidem in omnibus Bonon. genealogiis... Tornahemi Comes Bononicus tradatur, et sub Tornahemo Arkes et Gisnæ contineantur... Attribuit ipse Willelmi liberis, quod Guidonis partim attribuendum: hinc nato errore ex synonymis, quatuor duorum istorum Comitum [Pontiv. et Bolon.] filios in unum videtur conjecisse parentem. Denique duæ istæ domus Bonon. et Pontiv. à divinis planè manant principiis, et nunquam in unam hactenus coaluisse comperiuntur ».

(b) Ernuculo seu Ernuldo aut Arnolfo: qui Bolon. Comes, ut conjicit Chesnius, anno 972 subscripsit Chartæ Arnulfi Jun. Comitis Fl. pro Abbatiâ S. Petri Gand. Quanquam Malbrancq in Scol. pag. 919 miratur cur Lambertus Ernuculum faciat Comitem Bononiæ, et illum

Comitatum obtinuisse tradat à patre Willelmo Pontivensi: sunt enim distinguenda nomina Willelmi et Guido, quæ quidem, inquit, fuere olim synonyma, et in hac genealogia peperere confusionem; ut fecerint Ernuculum filium Willelmi Pontivensis, cum revera sit filius Guidonis Bononici:

(c) Ardolfus ex Elstrude Fland. filius erat Sifridi Dani, qui, ut supra legitur, *Ghisnensis nobilitatis et generis auctor Sifridus, Ghisn. oppidi munitionem sive durjonem fossato duplici circumcinxit.* De eodem sic habet Chronicon S. Bertini: *Miles quidam de Normannorum reliquiis... nomine Sifridus Dacus, cum sua turma rediit, et Ghisnas et patriam [an. 928] occupans, nobis abstulit, sibimet usurpavit, sedem suam in ea posuit, tuitionem et castrum construxit, et se Ghisnarum dominum appellavit.* Quam autem mereantur fidem hæc origines, viderint illi quorum interest. Nobis hoc satis est quod illæ figmentis sint conspersæ, seu potiùs circumfusæ tenebris, ut pleræque aliæ.

(d) Apud Chesn. quorum auctor cygni phantastici... indidit: et divinæ et humanæ, etc.

præconium

A præconium cum extollentiæ fastu in longis et remotis terrarum tractibus et finibus sub nobilibus Regibus et Principibus oportunè et importunè, studiosè, diligenter, immò ardentè exercuit.

Cap. 17.

Duxit autem Radulphus iste filiam Comitum S. Pauli militis strenuissimi Hugonis, à roscido odore vel à roseo colore nominatam Rosellam, ex qua suscepit nobilem virum Eustacium aliosque in bellicis armis et apparatus patris non degeneres filios, et venustæ faciei et laudatissimæ formæ filias...

Cap. 18.

[Radulphus] tam profluæ prodigalitatis notâ perfusus dicebatur, ut ei, quod habebat, sufficere non posset. Unde cum ei non sufficeret de suo, quod suis distribuere valeret commilitonibus, in subjectos nimirum ultra modum injustas exactiones faciendo, injustè calumniando, vi opprimendo et plerumque rapiendo sæviebat. Factum est in una dierum ut ad execrabiles

B nundinas, quas tornamenta vocant, properaret in Franciam: et veniens ad Montem Iniqui vel Fullonis vel etiam Philonis, qui vulgò Monfelon dicitur, juxta Surcas, invenit maximam pastorum multitudinem propter pasturæ amplitudinem ibi congregatam. Ubi cum dissimularet suos, et seipsum ficto verborum idiomate, ne ab eis agnosceretur, averso vultu transfiguraret: « Heu! inquit, pastores (non præmisso vale), quid dicitur de Comite Ghisnensi; si valet, ubi est, aut quò tendit? » Pastores verò, ut erant nimie simplicitatis, ratione et sermone tenues... rationem ex affectu animi cum responso confundentes dixerunt*: « O mortiferum terræ suæ virum! etc. »

* *Al.* responderunt

Quod cum audisset Comes, stomachatus admodum murmurando recessit. Cum ergò ventum est ad locum gladiaturæ vel tornamenti, justo Dei iudicio actum est ut in primo belli concursu, accepto in umbilico vulnere,

C Comes de vita periclitaretur. Cum autem inter sagittarios quasi mortuus deportaretur, veniens ab opposito sagitta dextrum ejus perforavit oculum: et prævaluerunt in oppositam sagittarii partem; et semivivum apprehendentes (a) Comitem, eum despoliaverunt, et plagis impositis in præterfluentis Secanæ alveum nullâ moti misericordiâ immisericorditer præcipitaverunt, ubi ulterius nusquam comparuit... Audiens igitur Eustacius patrem suum Radulphum miseranda et inopinata morte vitam exhalasse... omni dilatione postposita, in Franciam properavit, et circumquaque (b) patrem quæsivit. Sed cum eum nullatenus invenire potuisset, repatriavit: et accepta de morte patris consolatione, et dolore prudenter aliquantulum mitigato, in Flandriam usque maturavit; et hominibus Flandriæ Principi, Balduino videlicet Barbato, cum reverentia ritè exhibito, in patriam remeavit.

D Factus igitur Comes Ghisnensis Eustacius est, patris ingenui dictus non degener heres, excepto quòd in populo suo per omnia mitissimus apparuit, et quòd per amplius et perfectius, quantum justitiæ rigor et rectitudo permisit, studuit *parcere subjectis et debellare superbos*. Hic siquidem Eustacius tam benignus, tam patiens et benevolus dictus est inter suos extitisse, quòd quodam futuri præsigio hoc nomen Eustacius ei inditum esse credebatur, eò quòd semper et ubique diceretur in bono, etc.

Cap. 19.

De virtute in virtutem giganteis, ut ita dicam, passibus procedens Eustacius, bonum sibi nomen et famosum tam in remotis quam vicinis terræ partibus acquisivit. Duxit autem in uxorem Flandriæ Camerarii nobilissimi

Cap. 22.

Sigeri de Gherminiis filiam nomine Susannam, quæ concepit et peperit ei Balduinum, Willelmum et Remelinum*, Adalam et Beatricem; quos

Cap. 23.

E omnes liberalibus litterarum studiis adprimè imbuendos tradidit pater eorum Eustacius; filios autem militaribus elementis inter primos Flandriæ juvenes erudivit, et ad unguem edoceri procuravit... Plenus dierum, carnis debitum solvens, matura morte vitam finivit.

* *Al.* Reinelinum

Mortuo autem Eustachio successit in Ghisnensis (c) terræ Comitatum

Cap. 24.

(a) *Bastardus iste Arduifus, uxorem duxit Mathildem filiam Erniculi Bologniæ Comitum, de qua genuit filium, Rodulfum, hominem superbum, ferum et in suis crudelem. Qui in terra sua servitutem induxit, quæ Colvekerlia vocatur, per quam populares astrinxit, ut arma nulli nisi clavas deferret: et inde Colvekerli dicti sunt, quasi rustici cum clava: nam eorum vulgare colve, clavam; et kerli, rusticum sonat... Iste Rodulfus uxorem duxit Rosellam filiam Comitum*

S. Pauli. Ipse intorneamenta Parisius equo dejectus, à canibus laceratus est: cujus corpus in Sequana projectum nunquam postea comparuit. Et sibi successit filius suus Eustachius, Ghisnarum Comes quartus. Sic Chronicon S. Bertini: cujus apud Auctorem forsitan alta mente repositum manebat damnum à Sifrido San-Bertiniani illatum.

(b) *Apud Ludew. et circumquamque partem.*

(c) *Inter Calesium et Bononiam ad litus*

filius ejus piæ recordationis Balduinus (a), miles quidem strenuissimus, et ^A in omni morum probitate præclarus. Qui quamvis milites miro venerabatur affectu, circa militiam tamen prudens fuit et modestus... literarum eruditus apicibus... in atriolo pectoris sui sagaciter reservavit quod à pii patris sui visceribus olim disciplinabiliter suxit.

Cap. 25.

Duxit autem in uxorem summi et incomparabilis viri Lothariæ et militiæ Ducis florigeri Florentini filiam, Adela[m] propria appellatione vocatam... Christianam nuncupatam... ex qua [Adela re et nomine dicta Christiana] suscepit jam dictus et nichilominus dignè dicendus et nominandus Balduinus famosissimæ nobilitatis sobolem, Robertum videlicet, qui, ut tunc temporis erat consuetudo, et adhuc plerumque tenetur, binomius erat, sed suppressa vocationis proprietate, invalescente usûs assuetudine, dictus est Manasses, postea Ghisnensis Comes; Fulconem in terra promissionis Comitem apud Baruth, ibique demum sepultum; Guidonem Comitem de Forois, sed in Andria sepultum; Hugonem Morinensis Ecclesiæ Archidiaconum, sed postea militem et in Andria similiter sepultum; Adelidem quoque Samurensem, et Ghislam Gandavensem. Quarum prima Adelidis videlicet, Parisiensis Episcopi Guiffredi, Boloniensis Comitum Eustacii fratris cujus erat cognata et consanguinea, opitulatu, Samurensi domino Galfrido; qui ob insigne probitatis * præconium in tota Burgundia, Brachata videlicet Comata et Manuleata, longè latèque quasi sol emicuit; legitimo conjuncta est matrimonio. De qua genuit Galfridum patris non degenerem filium, totius Burgundiæ militem strenuissimum, aliosque filios et filias... Ghislam verò postea uxorem habuit, vir viribus inclitus (b) et genere, Gandavensis oppidi Castellanus, nomine Winemarus. Qui ex ea genuit primo- ^C genitum, ad quem tendimus, de quo grandis sermo, Arnoldum; Winemarus quoque et Sigerum; et Balduinum S. Petri Gandavensis primò Monachum postea, militem, et demùm à Liskensibus *, dum militem quemdam protegeret et de morte liberare intenderet, miserabili et inopinata morte enecatam; et unam filiam nomine Margaretam, quæ post nupsit Gandavensi militi Stepponi.

* Al. pietatis

* Al. Listr.

Cap. 27.

Audivit Balduinus quòd (c) Richildis Montensis Comitum filia, et Flandriæ Comitissa, inconsueta et inaudita et indebita à Flandrensibus præsumeret exigere tributa. A quolibet enim ostio et tecto nichilominus sine culcitra quatuor denarios per universas Flandriæ partes turpiter et protervè et irreverenter exigebat. Et cum Ghisnas eadem sub intentione penetraret, pius et prudens prudenter sustinuit Balduinus; donec sæpè et sæpiùs vocato et demùm in Flandriam adventante Comite inclyto Roberto Frisone, relictis in pace et securitate libera Ghisnensibus, in Flandriam repedavit Richildis. Cui occurrens cum omni exercitu suo Comes Robertus, inpetum fecit in illam juxta montem Wouhe, qui vulgari nomine dictus est Wombergh *, monti adjacens Casletensi (d). Ubi cum pulverem incantatum super Comitem Robertum et ejus exercitum manu projecisset sacrilegâ, mutato ad nutum Dei vento, pulvis in ipsam recidit Richildem et suos.

* Woubergh

Cap. 28.

An. 1072.

Richildis igitur Dei nutu se causæ succumbere, et bello victam jam se esse intelligens et respiciens, locum dedit Comiti; sicque devicta (e) et bello exsuperata, interfecto ibi filio suo Arnolde, qui ante majus altare in Ecclesia S. Audomari apud Sythiu sepultus est, in Hainonia non sine multa strage suorum (f) à Flandria turpiter abscessit, et in Flandriam ultra nunquam comparuit. Ob cujus facti mentoriâ et memoriâ Comes Robertus, adepto ^E

Oceani, quod Picardiam respicit, sita est Ghisnensis terra; ad cujus Comitatum pertinuerunt *Ardes, Audervic, Bredenarde, Sangathe et Tornehem*, cum *Witsant* portu, quem eruditi volunt esse Iccium portum Cæsaris.

(a) Eustachius vivebat adhuc anno 1052, ut discimus ex Catalogo Abbatum S. Bertini et ex Chronico ejusdem loci. Charta autem Philippi I docet, Balduinum successisse Eustachio ante annum 1065.

(b) Apud Ludew. *viris et viribus vir inclytus*.

(c) Sinistris Coucyus et Anselmus Maillius, ambo Picardici sanguinis Proceres, et Flandris latenter infensi, inquit Malbranchus, consiliis

transversum egère Richildem; ut nihil Arnulphi veri Comitum nomine, omnia suo expediret et firmaret, omnia in sanos probosque monitores crudeliter moliretur.

(d) *Mons Descoufle* vocant, addit Scriptor jam laudatus; sic ut latior illa planities, quæ Stapulas inter et Bavinchovam sensim leniterque declivis visitur, utramque aciem discerneret.

(e) Hac victoria ad Bavinchovam Frisius positus est, ait cum aliis compluribus Meyerus, anno 1071; seu 1072, ut Sigebertus more Romano supputat: quanquam Sigeberti calculum rejicit et confutat Malbranchus.

(f) Ex eodem Auctore occubuit Coucyus,

A totius Flandriæ principatu, in honorem beatissimæ semper Virginis Mariæ Watiniensem fabrefecit Ecclesiam, et triginta regulariter viventium Canonicorum deserviri instituit obsequio. Nec contentus eo, quoniam quidem in die, quâ S. Petri Apostolorum Principis sollemnis habetur Cathedra, meritis et intercessione ejusdem Apostolorum Principis, cui se et suos ipso die conflictûs et belli commendaverat, divina semper præeunte gratia, de Richilde victoriosum diem exaltaverat, in parochia S. Mariæ Virginis apud Casletum in eminentiori montis excelsi crepidine infra muros castelli et firmitatis ejusdem loci, in honorem Apostolorum Principis S. Petri fabricavit et fundavit Ecclesiam, et viginti Clericorum sive Canonicorum secularium frequentari procuravit obsequio.

B Framericus [Episc. Morin.] habebat magni nominis (a) et famosi nep-
tem in terra Ghisnensi, loco qui antiquo nomine usque in hodiernum diem dicitur Selvessa *, juxta mariscum in confinio prædii S. Mariæ de Capella degentem, de indigenis inlytis ortam natalibus, prædiis quidem et possessionibus admodum locupletem, sed consilio et viri solatio et auxilio, parentum licet nobilium maximè negligentia, solam et desolatam nomine Adela. Hæc siquidem Adela parentum, ut jam diximus, destituta et orbata solatio, cum à Ghisnensium Comite Eustachio (b) de die in diem sollicitaretur, ut ad consilium suum nuberet, et virum qui ei non compete-
bat acciperet, non audens omnino Comitum confutare petitionem, quantumcumque potuit, acquiescere distulit, et diem in multos dies protelavit.

Cap. 97.

* Al. Selnessa

C cum autem à jam dicto Comite, cujus erat consanguineus ille pro quo tam districtè petebatur, plusquam decens erat et honestum, immò plusquam dignum et justum erat, impeteretur, et ad nubendum majori stimulo, quasi vellet nollet, perurgeretur; illa... ad consilium parentum suorum et Ecclesiasticorum virorum, omnia prædia quæ ubicunque tenebat et possidebat, in nomine Domini... in manu Morinensis Ecclesiæ Episcopi, sui tamen avunculi, Framericici (c) resignavit; et ei hominio facto et exhibito, eadem omnia ex integro perpetuum ab eo recepit in feodum... Hæc autem fuerunt ea, quæ per eundem et ad eundem Episcopum de alodiis. sive prædiis in feodum commutavit Adela: quicquid habebat in Pepelinghem (d)... in Pepelinghem (e) juxta Witsandum... in Ghimniaco, in Walaniis, in Helcecho; altaria quoque de Bonninghiis (f) et de Suavaca... quicquid habebat etiam in Hondescoto, sive terram sive mariscum vel morum sive altare. Sed sciendum, quòd hoc, quod in Hondescoto possidebat, cuidam prædecessori suo quondam contulit Abbas S. Vedasti Atrabatensis, eò quòd duelli certamen pro quadam hæreditate S. Vedasti conservanda quandoque subiit; in quo, hæreditate Ecclesiæ S. Vedasti conservata et honore recuperato ejusdem, fidelis factus Ecclesiæ victoriosum diem exultavit.

Cap. 98.

D Episcopus autem devotionem videns et intentionem attendens.., neptis suæ Adelæ, memorandæ nobilitatis et probitatis virum, qui ipsam ei terram suam sub patrocínio Morinensis Episcopi contra Ghisnensis terræ Comitem protegere atque defendere, et in quietâ pace conservare sufficeret, militem quendam * fortem et strenuum, de Flandrensis ortum prosapiâ nobilitatis, inter Furnenses primum et præcipuum, nomine apud suos Herebertum, apud nostros Herredum, à pueris in pueritia dum pueriles degeret annos, ab inversa tunica accepto vulgariter cognomento Craugroc, ei maritalis
E lege matrimonii copulavit. Insuper et feodum ejus, non tantum pro eo quòd neptem ejus uxorem duxerat, quantum pro eo ut in Ghisnensi terra et ubique, Morinensis Ecclesiæ fidelis existeret, ampliavit et augmentavit. Dedit ergo ei in feodum Clarcas (g) et Comecas et Brulinghen cum appendiciis

Cap. 99.

* Al. quidem

* Al. Cran-groc

pravorum apud Richildem consiliorum architectus, cum aliis nobilibus viris; qui omnes Casletum [Castellum Morin.] inter et Audomaropolim tumultum acceperunt.

(a) Walterus de Clusa narrat jam Ardensium historiam.

(b) Vox Eustachio hic redundat, Librarii forsitan scriptoris, non Auctoris errore.

(c) Framericus obiisse dicitur anno 1004. Hinc supra, parens pro filio, nempe Radulphus pro Eustachio, reponendus videtur; nam Fra-

mericus non excessit annum 1005; et Eustachius Diplomati subscribens anno 1050, satis apparet non ante annum 1020 successisse patri Rodulpho.

(d) Pago scilicet ad Calquellam. Apud Ludew. Pipelinghen.

(e) Ibid. in Belinghen. Vulgò Peuplingues.

(f) Ibid. de Beninghis. Vulgò Bonningues.

(g) Clerques, Comeques, Brulinghen. Apud Ludew. Clarcas, et Cormetas, et Boulinghen.

* *Al. Aquignium* ejus, Bochout quoque juxta Aquinum *... Helbodeshen etiam (a), villam A videlicet juxta Longum-villare ab eodem Helbodone in ipsa donatione ab incolis dietam, dedit idem Episcopus Framericus sub feodalis conditionis dono Herredo et Adelæ, et quasdam terras et decimas in terra Bolonien-
 * *Cayeu* sium, quas Stephanus et Anselmus de Caiucho * et hæredes sui ab Ardensi domino in feudum tenere debent. Sicque eum Morinensis curiæ (b) Parem constituit et Baronem: hoc ad ejus promotionem et honorem addito, quòd ipse et hæredes sui ad incathedrationem Morinensis Episcopi, ipsum Episcopum ab electionis loco, cum aliis ad hoc ipsum deputatis ministerium et consimilis feodi comparibus, usque in cathedram suam deferre et transportare debeat. Quare autem ab inversa tunica tantæ nobilitatis auctor Herredus, justiori tamen appellatione dignè nominandus Hercules, vulgali agnomine Craugroc agnominatus fuerit, causa est; non quia postquam nobilem duxit B uxorem Adelam, rerum suarum fidelis et prudens procurator in ferialibus diebus parceret vestibus, et deferret adeò, ut quidam Ardensis nobilitatis æmuli jactando somniant, quòd propter vestium paritatem et laboriosi operis expeditionem, tunicam inverteret atque succingeret; sed ideò quòd cum pater suus, dum adhuc adolescentes degeret annos Herredus, immò Hercules, circa canes studiosissimus fuerit in venando, et propter idem studium pater ejus quandoque summo consurgeret diluculo, filiumque suum, ut se-
 * *Al. soninolentus* eum in saltus et dunas secùs mare juxta Furnas veniret, sub æstivo tempore somno gravem excitaret, Herredus adhuc somno tentus * eum ad vocem patris surgeret, ignorans quid aut quemadmodum se indueret, tunicam inversam vestivit. Sicque cum ad patrem perveniret, et inversâ eum, hoc ipsum ipso ignorante, vestitum tunicâ conspicerent socii, ab inversa tunica, C
 * *Al. Craugroc* ut jam diximus, vulgali nomine eum Craugroc * vociferantes inelamaverunt. Unde usque hodie propter hanc causam eum Craugroc (c) appellatum cognovimus et denuntiamus. Herredus igitur accepta uxore sua Adela, ut in terram Ghisnensem pervenit, ad consilium venerandi Præsulis viriliter se habuit, et apud Selvessam *, ubi uxoris suæ prædecessores et ipsa sua uxor priùs manserant, manere cœpit; et Ghisnensi Comiti Eustachio, mediantebus amicis suis et parentibus et Morinensis civitatis Præsule, reconciliatus, hominio ei super quibusdam tenementis Ardeæ adjacentibus ritè exhibito, amorem ejus et gratiam demùm recuperavit. Mansit igitur Herredus, ut jam diximus apud Selvessam (d) inter sylvam et mariscum in eo loco, ubi usque hodie inveniuntur quasi reliquiæ gentilium, rubeæ videlicet tegulæ, testæ vasorum minii coloris, et fragmenta vasculorum vitreorum, ubi nunc sulcante aratro reperitur pita sive via dura et lapidea, marisco in sylvam D calcata.

Cap. 100. Locus autem, qui nunc Ardensium populoso frequentatur accessu, pascuus erat, et raro cultus habitatore. Mansit tamen ibi in medio agri pascui secùs viam, in loco ubi nunc Ardeæ forum rerum venalium frequentatur, quidam cervisiæ brasiator * vel cambarius, ubi rustici homines et incompositi vel ad bibendum, vel ad cheolandum, vel etiam herkandum (e), propter agri pascui largam et latam planiciem convenire solebant. Ille autem adhuc sine nomine locus, eò quòd usque ad montem, qui Agomelinda * ab indigenis nomine accepit, pascuus erat, denominativè à pastura, ut aiunt incolæ, in vulgali dicebatur Arda. Dicebant enim pastores (f) ad invicem, et alii qui illuc convenire consueverant, nomen tabernarii vel inhabitati loci E ignorantes, alteri alteros instigantes, et ad ludendum provocantes: « Eamus, eamus et conveniamus in pasturam, hoc est, in Ardam ». Postea verò convenientes in eodem loco alterius incolatûs homines, ibi manere cœperunt.

(a) Ibid. *Helbodeschen. Helbodeshen près Longvilliers.*

(b) Exemplum Fr. Regum sequenti, non modò Ducis et Comites, sed Episcopi atque etiam parvorum oppidorum seu castellorum domini, Pares suos habuerunt. Qui Ducibus assidebant in privatis judiciis Barones aut Proceres, Pares Ducatûs vel Curie appellabantur: qui Comitibus aderant, Pares Comitatus aut Curie nuncupari consueverant: qui in consilio erant Episcopis, hujus aut illius Episcopatus Pares

vocabantur. Id probat pluribus in locis Lambertus.

(c) Apud Ludew. *Craugroc*, et sic semper. *Craugroc* autem significabat *Saye ou hoqueton renversé.*

(d) Ibid. *Selvessan*, et sic semper.

(e) Ibid. *berliandum*. Corrig. fortè, *herbandum* vel *herchandum*

(f) Hos ex Lamberto, nescimus quare, *friponec* vocat Malbrancq.

A Crescentibus autem ibi populis indigenis simul et advenis, locum habitationis in villam tandem contraxerunt. Postmodum autem transitum per eundem locum facientes quidam Italici, ut in Angliam suam facerent negotiationem, cum interrogassent et audissent nomen loci, putantes villam Ardeam vocatam, respexerunt et viderunt volucrum quandam, videlicet arduam, versus mariscum ad aquilonem volitantem. Exclamantes igitur Italici ab Ardea civitate Turni * oriundi et egressi, à suæ civitatis nomine, vel ab ardea (a) quam viderant, loco nomen hoc indiderunt Ardea (b). Multiplicato itaque ibi populo, crevit loci magnitudo; crevit villæ situs et amplitudo; crevit et Ardensis nominis bonitas et fama, adeò ut Herredus jamjam à Selvessa illuc sua transferre disposuit ædificia. Sed cum Furnenses, Selvensis situm loci et munitionem circumquaque ferè marisco spatioso et

q profundo silvarumque densitate circumcinctam et conclusam considerantes, aliique parentes ejus et amici, ut potè viri fortes et bellicosi, ausim dicere Blavotinorum patres et auctores, ipsum Herredum ab illo revocarent proposito, remansit in sua firmissima Selvessa cum uxore sua Adela in divitiis deliciosè vivendo.

* tum

Sed sciendum est, quòd quamvis Herredum de Furnis oriundum verissimè, sicut Chronicalia Furnensium protestantur scripta, cognovimus et pro certo asseruimus; fuerunt tamen aliqui, quibus quasi parva de Herredo monumenta reliquit antiquitas, quoniam * de Herredo veritatis ignorantes historiam, propter quoddam verisimile poëticis quibusdam figmentis verum obnubilantes et involventes, assererent et dicerent, ipsum Herredum de Pepelinghis juxta Calquellam esse oriundum. Dixerunt enim nobis, immò veriloquis patribus immurmurantes, quòd fuerit quondam apud Pepelingas quidam dives ejusdem villæ dominus, nomine Hernulphus; qui duos dictus erat habuisse filios, Herredum et Hackum*; et ab Herredo Ardensium dominos, et ab Hacko Pepelinghensium (c) Hackettos sumpsisse generationis exordium. Mortuo autem Hernulpho, diviserunt filiae hæreditatem patris et alodia in duas, non tamen æquales portiones; et major pars cessit Herredo, ut potè majori natu; minor verò Hacko juniori. Isti verò duo fratres, cum constantissimè constringerentur, hinc à Ghisnensium Comite, hinc à Boloniensi, de prædiis suis facerent, et ipsis in subjectionis signum exhiberent hominum; major natu Herredus neutri Comitum se inclinans aut consentiens, ad Morinensis Ecclesiæ Episcopum subito cursu permeavit, et ab eo quicquid in Pepelingharum dominatione possidebat, sive terram sive decimam, perpetuum et hæreditarium recepit in feodum. Alter verò videlicet Hackus magis homines reveritus quàm Deum, invito fratre ad Boloniensem Comitem convolvit; et ei hominio exhibito, ab eo terram suam, fratre suo Herredo præsentem, et hoc ipsum omninò contradicente eò quòd totus * terræ Pepelingharum Comitatus, et * universi juris et dominationis potestas ad ipsum pertinebat, quomodo potuit, in feodum recepit. Sed et hujus portionis terræ dominationem, quam Boloniensis Comitis nec nomine quidem digni, Herredo, immò Domino Deo et Episcopo quandoque surripuit et sustulit immanitas, Boloniensis Comitis alterius, religiosissimi videlicet Eustachii, sanctissimæ dominæ et matronæ Idæ (d) viri, postea Cluniacensibus Monachis in ædificationem monachalis Cellæ vel Prioratûs apud Wastum pia demùm contulit et larga benignitas. Illum autem Herredum

E Pepelingharum dominum tam parcum tamque tenacem * extitisse asserunt,

Cap. 101.

* Al. qui

* Al. Hacerum

* Al. totius
* Al. ut

* Al. tennem

(a) Id fictitium videtur Malbrancquo, cum Ardæ insignia non ardeam, sed aquilam præ se ferant.

(b) Olim *Ardes*, nunc vulgò *Ardres*, inter Gisas et Audomaropolim.

(c) Apud Ludew. *Hacero* ... *Haceretios*, et sic semper. Quod autem ibi confutat Lambertus de Pepelinghensi familia juncta Furnensi, explanatur et conciliatur à Malbrancquo, lib. 8 de Morinis cap. 12, pag. 640.

(d) Ricuinus genuit Sigifri burgi, Fulconem Juniores March. Antverp. Godefridum Seniores, Ottonem etiam Mosell. Ducem à quo Duces Barrenses: Godefridus Se-

nior ex Mathilde fil. Hermanni Sax. Com. genuit Godefridum Jun. Ducem III Loth. Gozelonem Ducem IV Loth. Annam nuptam Carolo Duci Loth. I ex quibus Otto Dux II: Gozelo ex Junca fil. Berengarii Regis genuit Fredericum seu Stephanum IX Papam, Godefridum le Preux Ducem V Loth. et Bull. Hic genuit Godefridum Ducem VI Crassicol. et Idam Ducissam VII Lothar. Bull. Mercatorissam Antverpiæ, uxorem Eustachii Com. Bonon. Amb. S. Pauli, Thurn. et Lensi; ex quibus prodierunt Godefridus Rex Jerus. Eustachius, Balduinus et Guilelmus.

quòd stivam aratri vel caudam producendo, tantæ dominationis immemor A
 tunicam propter vestium parvitatem inverteret atque succingeret. Unde et
 Al. aut ab inversa tunica, nomen ejus haud * immeritò blasphemantes agricolæ,
 ipsum vulgali nomine Craugroc nominaverunt. Hunc ergo Herredum ad
 Ardensium dominationem lege matrimonii quandoque accessisse, verisimili-
 ter referentes mentiuntur.

Cap. 102. Sic sic verum fabulis quasi veris involventes, Ardensis nobilitatis argu-
 mentantur æmuli, mentiuntur adversarii . . . Absit igitur à mentibus sanè
 credentium, ut dubia pro certis, immò ficta qualiacumque qualicumque
 vero involuta pro vero suscipiamus. Sanè cum Herredus noster, dignissimè
 nominandus Hercules, nec Herredus quidem apud suos, ut jam diximus,
 sed Herebertus nominatus est. Sed nec ab inversa tunica propter vestium
 parvitatem, sed propter fortuitum, ut jam suprâ memoravimus, rei even- B
 tum nominationem accepit . . . Herredus igitur, ut verum vero prosequamur
 * Al. nobi- eloquio et testimonio, sicuti jam præmisimus, nobilitatis * et sanguinis
 litate natione Furnensis, incolatùs autem habitatione factus Selvessensis, cum in
 tranquilla pace et in deliciis, juxta quod de eo superiùs diximus, apud Sel-
 vessam viveret, cognita uxore sua Adela, genuit ex ea duas filias, primam
 à nomine matris Adela, alteram verò Adelidem nominatam. Quarum pri-
 ma Eustachio hujus nominis primo, senis Eustachii de Fielnis (a) patri,
 legitimo copulata est matrimonio; secunda Elemboninsi (b) domino Roberto,
 cognominato Putepeliche, Elemboninsium patri et auctori: cui successit
 Wido ante Ghisnas, eò quòd Ghisnensium Comitem cum Ardensibus infes-
 tabat interfectus; cui etiam Wido secundus, quem Comes Ghisnensis
 Manasses capitalem fecit subire mortis sententiam; cui tertius quoque Wido, C
 pater videlicet majoris Widonis et junioris. Sed post multas inter duos Wi-
 dones altercationes tam in ecclesiasticis, quàm in secularibus curiis, tan-
 dem majore Widone mortuo, remansit Wido minor Elemboninsium hæres
 et dominus.

Cap. 103. Paucorum itaque dierum transcurso spatio, Herredus mortuus est; et
 * Al. post Adela non per * multos dies remanens vidua, ad consilium Morinensis
 Episcopi et aliorum amicorum suorum, cuidam viro nobili, Bergensis
 Castellani fratri, Elbodoni ampliùs non nuptura nupsit. Quæ primâ, ut
 aiunt, nocte cognita viro mox concepit et peperit Arnoldum non minùs
 anima, quàm genere nobilem atque spectabilem, aliosque filios et filias,
 de quibus tamen, Arnolde locum accommodantes, quoniam de eo in sequen-
 tibus latius tractari sumus, scribere supersedimus. D

Cap. 104. Elbodo igitur nobilis prolis fœcunditate jocundatus, inter virilem ætatem
 * Al. ad et senium ferè constitutus medius, cum proclivem magis et magis * se-
 nium ætatem jam sentiret sibi approximantem (c), postquàm secularibus
 ludicris abrenunciavit et torniamentis, in domo apud Selvessam et circa
 domum cum familiaribus et circa familiam residens et intendens, in rebus
 suis disponendis fidelis extitit et prudens procurator et provisor. Unde et
 à patria se nullatenùs, in quantum deferre sive differre potuit, elongare
 voluit. Sed plerùmque apud Selvessam cum uxore sua et filiis et familia
 moram faciens, pia sollicitudine liberos salutaribus instruebat documentis,
 aut in rerum suarum procuratione provisoriam sollicitudinem fines suæ deam-
 bulabat terræ, pro sui honoris non minùs, quàm suæ gentis conservatione.
 Sed quoniam à domesticis suis quandoque audivit, prædecessorem suum E
 Herredum accepisse in proposito, ut à Selvessa apud Arduam sua transferret
 ædificia, et ibi novam ædificaret mansionem, et ipse simili quoque correptus
 voluntatis intentione, extirpato alneto (d) à fonte S. Folquini . . . usque ad
 pedes atrii primitivæ matris Ecclesiæ S. Audomari Ardensis, ibi imprimis
 clusam (e) sive terreum molis dorsum in medio marisci constituit; ubi
 congregatis à fonte S. Folquini (f) et à fontibus aliis aquis et collectis

(a) Fielnas, Filnas et Fienlas, oppidulum
 vel municipium in Comitatu Gisenensi et
 Gisenis proximum, Picardi vocant *Fiennes*. Filii
 autem Eustachii Fieln. I, non fuit Eustachius
 Senex, sed Cono, si Chesnio credimus.

(b) *d'Elembon aut d'Alembon*. Apud Ludew.

Elembonensi . . . Putepelico . . . Elembonensium.

(c) Apud Ludew. *appropinquantem*.

(d) *Bois d'aunes*. Apud Ludew. *Aneto*.

(e) *Une escluse ou chaussée*.

(f) Ibi requieverat olim S. Folquinus Episc.
 Morin. ut suprâ legitur.

A atque retentis, vivarium fecit profundissimum, et in propiore villæ margine clusæ, quanta potuit calliditate et rerum providentia, molendinum fabricavit et adaptavit.

Arnoldus autem filius ejus à torniamentorum gloria, cui totus inhærebat, quandoque rediens in patriam ad patrem, ut juvenilis illa assolet ætas, cum quadam Audomarense puella pulcherrima lusit et illisit; et ex ea genuit Radulphum Audomarense et Ardensis Ecclesiæ postea Canonicum. Ille verò Radulphus genuit Radulfum militem fortem et nominatum, qui postea ab amore separatus Ardensium, cum Philippo Ardensis domini filio ipsos Ardenses auxilio Reinaldi de S. Walerico infestavit; et eorum prædas, quoad ipse amorem eorum recuperavit et ipsis denuò reconciliatus fuit, sæpius abduxit. Genuit etiam suprâ taxatus Radulphus (a) Canonicus Eustachium Ardensis Ecclesiæ Canonicum, et Walterum cognomento Militem,

Cap. 106.

B patrem Raulini de Bosco sive de Nemore, et Evam, et Adelam, si non pigeat auscultare nobis, ista referentis matrem. Cùm autem redisset iterum idem Arnoldus ab Anglia in patriam, et venisset per Bokerdas (b), invenit ibi præstantissimæ formæ puellam; quam cùm devirginasset, genuit ex ea Libertum patrem Drogonis Bothetei qui genuit Eustachium Botheteum, patrem Willani Bothetei, qui duxit Agnetem filiam Willelmi de Colvida in uxorem. Postea verò Selvessensis domina mortua est Adela; et ubi prius elegit et debuit, in cimiterio S. Audomari Ardensis honorificè est sepulta.

C Porro S. Quintini Capellula, quæ erat in loco, qui usque hodie dicitur Cappelhova, et ejusdem Capellulæ atrium, ubi antiqui Selvessenses sepeliebantur, constructâ apud Ardeam eâ *, quam nunc inhabitant Monachi, Ecclesiâ et cimiterio facto, nulla Cleri vel populi frequentatione colebatur. Ab illo enim tempore remansit locus ille desolatus... Postea verò in hoc... inter condensa veprium et spinarum... conversationem habuit quidam sanctissimi nominis heremita, nomine Abraham... Post hæc autem... apud Selvessam in condensitate nemoris quod usque hodiè dicitur Dickebuch *, usque in finem dierum suorum latitavit, etc.

Cap. 106.

* Al. et

* Al. Dickebuch.

D Mortuâ igitur Adelâ et sepultâ, accesserunt ad Elbodonem et ad liberos ejus Fielnenses et Elembonienses de allodiis, quæ ex parte Adelæ à qua originem duxerant, sibi contingere debebant, portionem quærentes. Sed cùm Helbodo et sui se nulla habere vel obtinere Adelæ allodia, cùm Adela dudum omnia allodia sua à manu Morinensis Episcopi in feodum suscepisset (c), ut jam diximus, omninò dicerent et constantes assererent, Ellebboniensibus acquiescentibus, Fielnenses immurmurantes et ad tempus sustinentes, in locum suum recesserunt. Postmodum autem Elbodo ætate maturus, senio confectus et plenus dierum, universæ carnis viam ingressus migravit à seculo. Cujus corpus juxta maceriem templi S. Audomari Ardensis, non sine lacrimabili suorum tam Bergensium quàm Ardensium fletu et planctu, sepultum est. De omnibus igitur filiis Elbodonis et filiabus, quasi non fuerint, obmittentes, soli Arnoldo ut dignum et justum est, obsecundantes, quod concepimus prosequamur.

Cap. 107.

E Arnoldus itaque, patre suo Elbodone jam defuncto, postquam in Ardensis promotus est dominationis honorem, Hectorino animo circumquaque provincias circuevit et regiones, et quasi ubique clamans ingeminet cum Tydeo: « Arma! arma viri! » nihil in torniamentis se adeptum est proficere batur laudabile, nisi in seipsum solum torniamentorum conversum prædicaretur pondus et gloria. Tornamenta ergo diligendo et ardentissimè frequentando, multis in regionibus notus, Boloniensium Comiti Eustachio (d),

Cap. 108.

(a) Hic Canonicus accepit uxorem, inquit Chesnius, pessimo more, tunc usitato apud Normannos, quorum Presbyteri longè post conversionem, quasi in modum matrimonii, concubinatum publicum tenuerunt, ut discimus ex Orderico Vit.

(b) Apud Ludew. *Bolceldras*, invenit sibi.

(c) Malè ibid. *suscepta*.

(d) Guido genuit Balduinum Com. Bonon. al. Ernuculum vel Arnulphum; Hermetem qui duxit filiam Comitis S. Pauli; Wlmarum, al. Guillelmum Com. Markii seu Merkii; Adelam Com. de Warenne, nuptam Holandico; Beatri-

cem nuptam Frisio: Balduinus Com. Bonon. ex Helena Gand. genuit Eustachium Alceil Com. Bon. qui Joannam Namurc. duxit; Godefridum post fratrem Com. Bon. qui duxit 1^o. Josquinam de Luxembourg, 2^o. Comitissam Aucitanam et d'Aumal; Mathildem nuptam Ardolpho Com. Giseni: Godefridus Com. Bon. genuit Eustachium Guarbonatum, al. aux Guernons, qui duxit Idam filiam Godefridi au Cigne, hæredem Bullonii, etc. Godefridum Episc. Paris. et Fr. Cancellarium, Lambertum Com. Lensi et d'Aumal.

nobilissimæ prolis, Eustacii videlicet, Godefridi et Balduini auctori et patri, A notissimus fuit et familiarissimus. Unde propter eminentem ejus in militia fortitudinem, temperantiam atque sapientiam, eum in loco suo universæ terræ Senescallum et Justitiarium sibi substituit atque Baillivum. In cujus ministerii officio non tantùm populis Boloniensium (a) Comitis, sed et Regibus Francorum videlicet et Anglorum, aliisque terrarum principibus et ducibus carus fuit, notus et gratosus. Sic autem principabatur in terra aliena, ut non oblivisceretur quomodò sua se haberet Ardea. Nam quæcumque in extraneis partibus acquisivit munuscula, loco et tempore summa cum devotione in suæ collocavit terræ et Ardeæ vicinia. Comes autem jam dictus Eustachius Lensim * tenebat et Hinniacum-Letardi et Exclusam juxta Duacum. Sed cùm in Hinniaco et in Exclusa nihil proprium haberet idem Comes Bononiæ, præter homagium; et Hinniacenses et Exclusenses efferi B essent homines, et Boloniensium principatui superbi et rebelles; quidquid in Hinniaco * vel Exclusa juris habebat Senescalo suo Ardensi domino Arnoldo, hominio accepto, in servitii sui remunerationem, in perpetuum concessit ei et dedit feodum. Eustachius itaque * Hinniacensis dominus et Balduinus de Exclusa ei hominum fecerunt, et ad voluntatem Comitis Bononiæ ei servitium sponderunt. Unde et quidam Hinniacensium incolæ, et Duacensium necnon Exclusensium, ad ipsum Arnoldum, eò quòd propiciam eum sibi invenissent dominum, apud Ardeam spontè confluerunt, et ad nutum ejus cum Ardensibus perpetuam sibi habitationem elegerunt. Sed dum contra illos rixarentur et decertarent quandòque Ardenses, adventitios illos et servilis conditionis obprobrio notabiles esse, verborum objectione turpium impropaverunt. Inde est quòd ipsorum hæredes et C successores, propter solam olim factam patribus in ira et litigio improprii et opprobrii appellationem, licet injustè et immeritò, servorum nomen contraxerunt et obprobrium.

cap. 109. Videns ergo Arnoldus quòd omnia sibi arriderent, et quasi ad votum in prosperitatem succederent, in marisculo apud Ardeam juxta molendinum exclusam quasi in jactu lapidis fecit, et aliam (b) exclusam inter aquas in media limosi marisculi et gurgitosi profunditate, adjacentis ferè secùs radicem collis, motam altissimam sive dunjonem eminentem in munitionis signum firmavit, et in aggerem coacervavit. Cujus firmitatis dunjonem quidam, ut aiunt incolæ, ô mortalium industriam! ô indomitarum mansuetudinem bestiarum! domesticus ursus, non ille pro quo furnagia exiguntur interdùm, eam altitudinem et molem aggeravit... Exterioris verò spatium D valli, incluso interiùs molendino, fossato cinxit firmissimo. Mox juxta quod pater suus olim proposuerat, concussis * atque dirutis omnibus apud Selvessam ædificiis Ardensem Dunjonem pontibus, portis et necessariis communivit ædificiis. Ab illo ergo magno die, Selvessensium mansionis loco commolito et contrito, ædificiisque apud Ardeam contractis atque delatis, deleta est cum castello memoria etiam Selvessensium; adeò ut ab Ardea etiam ubique prædicaretur et nominaretur Ardensium protector et dominus.

cap. 110. Postquàm Arnoldus suam munivit Ardeam qualicunque firmitate et castello, Markisiæ (c); domino Gaufrido mortuo, ad consilium Boloniensis Comitis, cui dudùm militaverat, Eustachii videlicet Gernobadati, et aliorum amicorum suorum, duxit in uxorem Mathildem ejusdem Gaufridi filiam, quam post se reliquit unicam et totius terræ suæ hæredem. Et acceptâ cum E multis à Comite Bononiæ muneribus licentiâ, cum uxore sua Mathilde suam secessit in Ardeam. Cognovit autem Arnoldus uxorem suam, et ex ea genuit Arnoldum postea dictum Senem, et Gaufridum postea Markisiæ * dominum, patrem videlicet Senis Balduini de Markisia; cujus filius Balduinus postea duxit in uxorem, Adelinam Ghisnensis Comitis Balduini filiam. Genuit etiam Arnoldus Ermentrudem Norhontensium * matrem et dominam, et Hellewidem * Odrensi domino Hemfrido desponsatam uxorem, et Jocastam sive Ivisiam Brunenbergensium domino Stephano copulatam

(a) Apud Ludew. populis et Boloniensium Comitum.

(b) Ibid. aliam exclusam. Inter quas in media.

(c) Ibid. Marcisæ domino Gaufrido: infra autem Marchisæ, et Gaufrido semper.

A uxorem, et Emmam seni Johanni de Bereborna legitimo conjunctam matrimonio.

Cap. 111.

Hic autem Arnoldus, postquam in corona Angliæ non minùs quàm Franciæ, omnium torniamentorum gloriosum nomen adeptus est et laudis præconium, in sua securus residebat Ardea; Ardeam quantocunque nomine et honore extollere posset, prudenter examinans et diligenter excogitans. Petiit igitur à Balduino Ghisnensium tunc Comite, Andrensis Ecclesiæ (a) videlicet instauratore, quod et impetravit; ut scilicet de villa sua Ardea liberum imò liberrimum facere castellionis, licet exiguum, posset oppidulum. Quo concesso, et plenissimo denariis modio Comiti jam dicto liberaliter oblato, et à Comite in gratiarum actione pro omnibus quæcumque ab eo postulaverat accepto, Ardensis dominus Arnoldus duodecim Pares vel Barones castro Ardeæ appenditios instituit, et fossato extra vallum in circuitu quasi coronâ firmissimo præparato, rerum venalium forum in medio collocavit, et in quinta feria in perpetuum servandum et frequentandum juravit. Et scabinos eidem loco ordinavit, et eorum judicia secundum jurisdictionem et institutionem Audomarensium scabinorum et burgensium tenenda, et imperpetuum servanda, cum XII (b) Ardensis oppidi Paribus, vavassoribus, militibus, burgensibus et plebe, tactis Sacrosanctis, in Ecclesia S. Audomari Ardensis juravit et confirmavit.

Siquidem hic Arnoldus, cum villicaturam sive præposituram S. Bertini in terra Ghisnensi hæreditario jure, à tempore venerabilis patris et Comitis Walberti, ab antecessoribus suis accepisset, maximam cum ejusdem loci Monachis familiaritatem consecutus est; adeò ut per omnia Ecclesiæ suæ fidelem, et in terra Ghisnensi eum Advocatum suum dicerent et constituerent. Unde et ubique terrarum Advocati nomen accepit. Hujus ergo nominis impositionis causâ (c) et certitudine, in multis Ardensis, Bertinensis, Audomarensis, Morinensis, Boloniensis, Hinniacensis Ecclesiæ, necnon et S. Pauli, scriptis authenticis et privilegiis Arnoldus invenitur Advocatus nominatus. Fuit autem propter supradictam causam, eò quòd Corilium et quasdam terras citra et intra burgum S. Audomari et Wachkinghem * et quædam alia de Abbate teneret, ejusdem Abbatis videlicet S. Bertini fidelis et hominii debitor et conservator. Malthildis autem uxor ejus in Ardea tempore residens quodam, appropinquante horâ partûs, vix puerum in dolore et in mortis angustia edidit, cum et ipsa simul mortua est cum puero, et Ardeæ cum planctu et gemitu sepulta.

Cap. 112.

D Arnoldus autem filius ejus adolescentes jam exsuperans annos, in robur cœpit crescere virile, etiam factus miles, patris sui Arnoldi per omnia mores sequens et vestigia, à patre parùm aut nihil in militiæ gloria discrepare videbatur. Fuit igitur Arnoldi filius Arnoldus miles in armis strenuissimus. Unde et opitulante Boloniensi Comite Eustachio, inter commilitones Anglorum Regis Willelmi, qui Angliam bello et armis et in virorum viribus debellavit et acquisivit, annumeratus est primus; et ei plurimis servivit annis. Vocatus est autem et ab eodem Rege Willelmo Gaufridus * frater ejusdem Arnoldi, qui simul sub Hectorinæ prohibitatis clypeo diutiùs ei servierunt. Servientes igitur ambo fratres, Arnoldus videlicet et Gaufridus, jam dicto Regi, tantam ejus adepti sunt gratiam, quòd præter * quotidiana stipendia et munuscula, quæ ipsis contulit innumerabilia, contulit etiam eis et in perpetuitatis concessit feodum Stebintoniam (d) et pertinentias ejus, Dokeswordiam, Tropintoniam, Ledefordiam, Toleshondiam et Hoilandiam. Interim autem, dum in Anglia in servitio Regis moram faceret Arnoldus, tres filios in tribus puellis genuit: quorum (e) Elmantus et Willelmus milites

* Al. Wachkinghen

* Al. Gonfridus

* Al. propter

Cap. 113.

(a) Ad calcem Chronici Andr. Monasterii, apud Acherium Tom. II Spicil. in-fol. pag. 871, occurrit Comitum Ghisnensium series hæc:

Primus Syfridus, Arnulfus, et inde Rodulfus, Eustachius, Baldevinus fundator honesti Andrensis Templi [post quem] Manasses et Emma, etc.

(b) Nota ibi Parium eundem numerum, qui in Curia Regum nostrorum. Pares autem Fran-

ciæ nihil aliud fuerunt, quàm Judices, seu Consilarii Regum et assessores. Dux Aquit. videtur antiquitatis causâ primas tenuisse inter Duces Pares. Sic in consecratione Philippi pueri septennis, anno 1039, Wido Dux Aquit. Hugonem filium et legatum Ducis Burg. præcessit.

(c) Apud Ludew. malè, *causam et certitudinem.*

(d) Ibid. *Stebintoniam . . . Dokeswordiam, Tropintoniam, Ledefordiam, Toleshondiam.*

(e) Apud Chesnium, *quarum Elinantus.*

fuertunt; sed Anselmus in ultramarinas tendens et perveniens et moram A
faciens partes, tandem à Sarracenis captus, legem Christianam et fidem, et
paternas apostatavit traditiones. Sed cùm post multos annos manus evasisset
Sarracenorum, tandem in patriam ad parentes rediens, cum eis ad tempus
commoratus est: sed tamen cum Christianis manens parentibus, omni (a)
die nisi exceptâ feriâ sextâ, carnibus utebatur, nec se dissimulabat quando-
que apostatatum, et in Sarracenis olim prolapsus immunditias. Unde et
Christicolis parentibus odiosus, ab Ardea in transmarinas iterùm secedens
partes, ulteriùs suis non comparuit. Ad patrem autem rediens quandoque
Arnoldus, apud Lothesiam in nobili puella genuit Philippum quidem mili-
tem, non minùs armis quàm genere nobilem. Hic siquidem Philippus Ar-
denses, cùm ei debitum cognationis jure beneficii denegarent contuber-
nium, adjunctis secum satellitibus et prædonibus, eosdem Ardenses præda- B
tionibus plerùmque lacessivit et armis.

Cap. 114.

Igitur dum Arnoldus et Gaufridus frater ejus memorato Regi Anglorum
gloriosissimè militarent, pater eorum Arnoldus, postquàm filias suas præ-
taxatis viris desponsavit uxores, per totam Franciam, Angliam et Norman-
niam, Burgundiam nihilominus quàm per Flandriam famosissimus fuit et
notissimus... Interea Tervannici populi vel S. Pauli Comite, Hugone
videlicet (b) Sene, susceptis de uxore sua Clementia liberis, universæ carnis
viam ingresso, cùm adhuc filii ejus imbecilles essent et custodiâ indigerent,
propter eminentiam quâ omnibus commilitonibus præpollebat in sapientia et
in militiæ gloria et virtute, juxta consilium Baronum Franciæ et Flandriæ,
opitulante Bononiæ Comite... S. Pauli Comitissa Clementia Arnoldo Ar-
densi domino, legitimo conjuncta est matrimonio... Arnoldus itaque S. C
Pauli factus Comes... cum omni mansuetudine et benignitate, quanto
potuit studio, populo terræ quasi se hæreditarium imaginavit Comitem et
dominum... eundem Comitatum rigido sollicitudinis gladio rexit et pro-
texit. Nec tamen à suæ perculit memoriæ cellula, quomodo subsistat (c),
et quomodo sua se habeat et contineat Ardea; quomodo filii sui in Anglia;
quomodove filiæ in quacunque conversentur patria. Quocirca nunc in Ter-
vannicorum patria, nunc conversationem habet in Ardea; nunc apud Le-
tardi Hinniacum, nunc in Exclusa suspendit itineris gressum; nunc conso-
lationem accipit de filiis in Anglia, nunc diligentiam adhibet circa filias et
earum liberos: nunc Tervannicorum girans patriam, vices Comitis dili-
genter exequitur. Uxori autem in omnibus et præ omnibus venerationem
exhibens, non tantùm ut uxori, sed ut dominæ reverentiam exhibuit et D
obsequium; et, sicuti decuit, ei congaudebat et meritò congratulabatur. Sed
quoniam S. Pauli Comitatum ad suos non posse neque debere transferri
hæredes non ignoravit, quicquid salvâ honoris sui reverentiâ potuit, de
assumpto loco in suæ proprietatis locum apud Ardeam transportare curavit.
Sic ergo secularia circumquaque procuravit (d) negotia, ut quotidie seiret,
quid in sancta ageretur Ecclesia.

Cap. 115.

Cùm igitur omnis ei applauderet populus, et ferè totus ei in prosperi-
tatem arideret mundus... cum felicis memoriæ Morinensis Ecclesiæ Epis-
copo Drogone tractare cœpit, qualiter et quomodo suam apud Ardeam
Conventualem facere et instaurare posset Ecclesiam. Erat autem tunc tem-
poris in Ardea quidam sub Morinensis Episcopi præsidio substitutus perso-
nator sive persona, nomine Walterus, qui etiam Nelensis et Altinghensis E
villæ simili professione procurabat Ecclesiam... Habebat autem Arnoldus
quemdam, sicuti jam diximus, filium nomine Radulphum, in burgo S. Au-
domari et progenitum et nutritum, et jam in eodem burgo in Ecclesia S.

(a) Apud Ludew. *omnium die*.

(b) Guillelmus genuit Hilduinum Pontivi
Comitem, qui duxit Gislam filiam Hugonis
Capeti; Hermetem Com. Ternensium. Hildui-
nus genuit Ingelramnum Com. Pont. et Wido-
nem. Ingelramnus genuit Hugonem II Com.
Pont. et Fulconem Abb. Forestis Cellæ: Hugo
II genuit Ingelramnum II Com. Pont. et Wido-
nem: Ingelramnus II genuit Guidonem Com.
Pontivi. Hermes autem Com. Tern. genuit An-

selnum Com. Tern. et Rosellam nuptam Ra-
dulpho Gisuensi: Anselmus genuit Rogerum
Com. S. Pauli: Rogerus ex Bertha uxore genuit
Hugonem Com. S. Pauli, qui tabulis subscripsit
anno 1065: Hugo genuit Guidonem Campda-
vaine et Hugonem Campdavaine.

(c) Apud Chesn. *subsisteret... se habebat et
continebat.*

(d) Malè apud Ludew. *provocavit.*

A. Audomari Canonicum. Hujus autem Radulphi simul et jam dicti Walteri consilio . . . quasdam in eadem Ecclesia constituit præbendas . . . Ut cognovit Episcopus, quòd in Ardea Conventualem facere disposeret Ecclesiam, ad hoc ipsum faciendum ei facilem et propiciam præbens assensum, Ardensis Ecclesiæ personatore Waltero præsentem, et hoc ipsum annuente, Ardensis Ecclesiæ * altare cum ejusdem omnibus altaris pertinentiis, totamque ejusdem loci Ecclesiolam ad instar Ecclesiæ S. Mariæ, in qua requiescit corpus S. Audomari, ei liberam reliquit. Arnoldus igitur . . . filios suos et filias, simul et terræ suæ nobiles, Clericos quoque et viros religiosos convocavit; intransque Ecclesiolam . . . in substentationem decem Clericorum sive Canonicorum secularium, Deo et S. Audomaro . . . super ejusdem Ecclesiolæ altare per virentis (a) olivæ raram in vexillo S. Crucis appensum obtulit, B et in liberam ei contulit elemosynam; in primis ejusdem loci altare, in eâ, quâ idem altare prius à Morinensi impetraverat et acceperat Episcopo libertate, cum ejusdem altaris pertinentiis, totamque totius parochiæ decimam, terrarum tam novalium quàm ab antiquis excultarum, non excludens aut excipiens nemus aut mariscum . . . decimam quoque de Frelinghem et de Relinghem * et (b) de Wallaniis, et in eadem villa molendinum et juxta molendinum curtillum unum, et in Elcecho terram ad carrucam unam liberam; altaria quoque de Suanekis et Boningis *. Altare quoque de Hondescoto, et subsilles circa ejusdem villæ atrium, et morum sive mariscum; et (c) in Blendeka (d) terram ad carrucam unam liberam . . . in Ardea etiam terram de Cruce, et molendinum ab orientali parte castelli . . . Accedentes etiam alii terræ nobiles et Barones tam Ghisnensis quàm Ardensis C conditionis . . . obtulerunt. Hic unum polkinum vel bussellum frumenti, etc. . . Primam dedit [Waltero] præbendam; secundam Radulpho filio suo . . . Sicque facti sunt et instaurati Ardensis Ecclesiæ decem Canonici, Francorum Rege regnante Philippo; Roberto Frisone, Richilde triumphata, Flandriam procurante, Balduino, Comite Ghisuensi principante, ipso Arnolde sive Arnulfo advocato Teruannici Comitatus præside et Ardensibus dominante, Drogone Morinensis Ecclesiæ baculum bajulante, Dominicæ incarnationis anno MLXIX (e).

* Al. Ecclesiolæ

* Al. Roringhen

* Al. Boringhis

An. 1069.

Cap. 116.

Drogo itaque Morinensis Episcopus Ecclesiæ . . . eandem Ecclesiam . . . in plena privilegiavit Synodo et confirmavit in hunc modum: « In nomine » Patris et Filii et Spiritus Sancti, unius veri Dei. Ego Drogo gratiâ Dei » Tervanensis Ecclesiæ Antistes, etc. . . . Actum Tervannæ anno Incarn. » Dom. MLXIX, Indict. II (f), regnante Rege Philippo . . . Signum Drogonis Episcopi, etc. . . . S. Arnulphi * Advocati. S. Sichardi Descoches (g). » S. Gerardi Godanach . . . S. Balduini de Uphen (h), etc. »

* Al. Ernulfi

(a) Formas traditionis seu investituræ, aut investitionis varios modos videre est apud Mabilonium, Annal. Bened. Tom. IV; nempè pagg. 24, 60, 116, 209, 260, 455, per cultellum, fistucum nodatum, wantonem, wasonem seu guasonem terræ atque ramum arboris, juxta legem Salicam et Ribuariorum, atramentario, pergamenâ et pennâ manibus de terra levatis; pag. 667, per baculum; pagg. 594 et 639, per cambutam; pag. 658, per chordam campanæ; pag. 393, per colaphum in rei memoriam; pag. 421, per cornu altaris; pag. 715, per cultellum; pagg. 113 et 455, per festucam à laïcis; pag. 743, per frustum ligni; pagg. 380 et 449, per ramum arboris super altare, pag. 487, per virgam quam gestabat Abbas; pag. 421, per unguam usque ad sanguinem abscissam, etc.

(b) In Charta Drogonis Episcopi. additur: *In Popelinghem decimam ejusdem ville.*

(c) Ibid. additur, *cum terra apud Bladringham.*

(d) Quidam opinantur, ut infra legitur, Cœnobium Sanctimonialium S. Columbæ fuisse ibi instauratum.

(e) Apud Ludew. *polcinum vel bustellum.*

(f) Anno 1069 Robertus Frisio nondum triumphaverat ex Richilde. Illic igitur latet error aut in anno Incarnationis, aut suprâ in *Richilde triumphata*. Novæ Galliæ Christ. Auctores Drogonis concessionem seu confirmationem rejiciunt ad annum 1073. An idem statuendum de ipsa Ecclesiæ Collegiæ Ardensis ab Arnulfo facta erectione?

(g) Indictio II postulat annum 1079: quo admissio caleulo, Drogo annum 1078 excessit. Sed fortè legendum hic *Indict. XI*, loco Indictionis II: nisi dicatur Indictionem II cœptam fuisse à Drogone à Septembri anni 1078; et sic concilietur cum eodem anno mors Drogonis.

(h) Apud Ludew. *des Coches . . . Godnach . . . Uphen.*

EX CHRONOLOGIA ^(a) ROBERTI,

MONACHI S. MARIANI AUTISSIODOR.

Ex editione Nic. Camuzæi in-4^o. Trecis 1608.

POST Robertum regnavit in Francia filius ejus Henricus annis XXX... Senonensi Ecclesiæ post Leothericum Gelduinus præfuit, non Cleri electione vel populi, sed muneribus in Pontificem sublimatus. Nam Mainardum Ecclesiæ Archiclavem Clerus elegerat; sed Regis prævalente potentia, præfatus Gelduinus apud Parisios Episcopalem consecrationem adeptus est: qui Senonis rediens, nullatenus intrare potuit, Odone Comite et cum eo Dainberto Vicecomite cum ^(b) suis fortiter obsistente. Eodem anno Henricus Rex cum multo exercitu Senonis venit; in qua expeditione Comes Andegavensium Fulco post Regem primus, Cœnobium S. Petri fregit, et clausum Monachorum terrâ tenus incidi fecit. Deinde Henricus Rex cum suis Parisiis redit; et sequenti anno, exercitu adunato, prope Senones castra ponit; ubi diebus VII morantes, Cœnobium S. Remigii et burgum S. Heraclii, quod nunc S. Johannis dicitur, nec non et burgum S. Leonis prædando et incendendo vastarunt; ac deinde ad sua reversi sunt. Tandem verò urbis Senonicæ medietate Regi Henrico concessâ, inter ipsum et Odonem Comitem pax facta est; et Gelduinus Archiepiscopus in sua sede receptus est, non tam rector Ecclesiæ quàm prædator: siquidem Cœnobium S. Petri, quocunque modo potuit, dissipavit, servos et ancillas ^(c) ejusdem loci deprædans et carcerans injuriisque affligens; ornamenta etiam Ecclesiæ quæ subripere poterat invadians, et prodigè dilargiens suæ complicitibus pravitatis.

An. 1032.

An. 1033.

An. 1034.

Autissiodorensi Ecclesiæ post Hugonem præfuit Heribertus II. Hic cùm à Roberto Duce Burgundiæ, suis adhuc diebus Autissiodoro principante, multas sustinuissèt molestias, tandem secularibus abrenuntians et æternis inhians, apud S. Salvatorem in pago Senonico habitum Monachalem suscepit; ubi multis postea regulariter vivens annis, bono fine quievit, et ibidem sepulturam accepit.

Hoc tempore Ecclesia S. Sepulchri in Bituria constructa est ad formam S. Sepulchri Jerosolymæ. Anno MXLIX Leo Papa, in Germania Synodis habitis, Ecclesiæ statum meliorabat. In Gallia quoque apud Remis urbem Concilium celebravit; ibique Gelduinum Senonensem Archiepiscopum et Hugonem Lingonensem, Simoniaca peste infectos et sæpè redargutos nec correctos; deposuit; et in eadem urbe Ecclesiam B. Remigii consecravit. Porrò Gelduino deposito, Mainardus Trecensis Episcopus ad Archiepiscopalem sedem translatus est. Hic omnes injustas consuetudines quas in urbem Gelduinus immiserat vel immitti permiserat, redegit in nihilum, suam multipliciter sublimans Ecclesiam, reficiens diruta et antiqua renovans instituta. Gelduinus verò ignominiosæ vitæ deditus, Radulfum Comitem adiit, eique castella ex jure paterno sibi contingentia, ut se ad recuperandum honorem amissum adjuvaret, dedit; et sic nihil proficiens, omni se honore privavit, deinceps ut scurra vagus et profugus super terram.

(a) Præcedentem S. Mariani Chronologiæ partem exhibet pagina 275 Tomi nostri X; proinde videnda, quæ ibi jam notavimus. Ceterùm hujus Chronici Auctor Robertus, tanti fecit Scriptum Clarii, ut ipsius verba, suppresso licet nomine, res Senonenses præsertim agitando, passim usurpet. Acta etiam Episcoporum Autissiodorensium præ manibus, cùm scripsit, habuisse dicendus est.

(b) In Chronico S. Petri Vivi, pag. 225 Tomi nostri X, additur, *et patre ejus Mainardo*; in eodem verò Opere Ms. *et fratre ejus Mainardo*.

(c) Alberto Majoris-monasterii Abbate, Raim-

bertus quidam libero genere ortus, cùm nihil haberet carius quod Deo offerret, seipsum S. Martino tradidit in præsentia Alberti Abbatis, omnemque tam natam quàm nascituram ex ipso progeniem, ut toto vitæ suæ tempore servili conditione Monachis serviret: in cujus traditionis signum, *quatuor denarios super caput proprium ponens, semetipsum Deo obtulit*. Alii chordas signorum seu campanarum collo suo circumdebant, et pro testimonio servitutis quatuor denarios de proprio capite super altare S. Martini ponebant. *Mabillon*.

A Anno Henrici Imp. XV, facta est tempestas valida (a), etc. . . . Sequenti anno fundata est in Burgundiæ partibus Ecclesia nobilis nunc et valdè famosa, etc.

Senonensi Ecclesiæ post Mainardum Richerius præfuit. Autissiodorensem Ecclesiam post Heribertum rexit Godefridus, vir vitæ venerabilis et genere illustris. Hic Ecclesiam S. Stephani ornamentis exutam reperit, sed eam provexit admodum et multipliciter adauxit. Anno Dom. MLXVIII. Sub hoc tempore, venerabili Richerio Senonis præsulante, dum reædificaretur Ecclesia [S. Saviniani] . . . in qua idem Martyr aliique innumeri suscepto martyrio sunt sepulti (b), etc.

B (a) Ut apud Clarium suprâ pag. 197, usque ad verba, iterum reaccensa. (b) Ibi Clarius habet, *gypseis*, et *septis* . . .

quidam etiam; Monachus autem S. Mariani, *gripseis, sectisque . . . quædam etiam.*

EX ROGERI (a) DE HOVEDEN ANNALIUM PARTE PRIORI.

Inter Rerum Anglicarum Scriptores editos Francofurti 1601.

A NNO MXVII, mense Julio, Rex Canutus derelictam Regis Egelredi Reginam Emmam * in conjugium accepit; ex qua genuit Heardecnutum postea Regem, et filiam nomine Gunildam, quæ nupsit Henrico Romanorum Imperatori. Pag. 436.
* Al. Elfgisiam

C Anno MXXXVI, obiit Richardus II Dux Normannorum; cui successit Richardus III, qui eodem anno (b) mortuus est; cui successit frater ejus Robertus. Pag. 437.

Anno MXXX, S. Olavus Rex et Martyr injustè perimitur à Norreganis*.

* Norvegis

Anno MXXXI, Canutus Rex Anglorum magno cum honore Romam (c) ivit.

Anno MXXXV, Canutus Rex Anglorum, II Idus Novembris, feria IV, vitâ decessit . . . Robertus Dux Normannorum obiit; cui successit Willielmus Bastard filius ejus, in puerili ætate. Pag. 438.

D Anno MXXXVI, innocentes clitones Alfredus et Eadwardus, Egelredi (d) quondam Regis Anglorum filii, de Normannia, ubi cum Richardo avunculo suo manserant tempore longo, multis Normannicis militibus secum assumptis, in Angliam paucis transvecti navibus, ad suæ matris colloquium, quæ Wintoniæ morabatur, venère: quod indignè graviterque ferebant Potentes nonnulli; quia, licet injustum esset, Haroldo multò devotiores existère quàm illis; maximè, ut fertur, Comes Godwinus. Hic quidem Alfredum, cum versùs Landoniam ad Regis colloquium, ut ei mandarât, properaret, retinuit, et arctam in custodiam posuit; sociorum verò illius quosdam disturbavit, quosdam catenavit, et postea cæcavit; nonnullos cute capitis abstracta cruciavit, et manibus ac pedibus amputatis multavit; multos etiam venundari fecit; et mortibus variis ac miserabilibus apud Geldfordam sexcentos viros occidit . . . Quo audito, Regina Emma filium E suum Edwardum, qui secum remanserat, magna cum festinatione in Normanniam remisit. Deinde Godvini et quorundam aliorum jussione, ad insulam Elig Clito Alfredus strictissimè vinctus ducitur; sed ut ad terram navis applicuit, in ipsa mox abstraxerunt oculos ejus cruentissimè; et sic ad Monasterium ductus, Monachis traditur custodiendus, ubi brevi post tempore de hac migravit luce.

Haroldus Rex (e) Merciorum et Northimbrorum anno MXXXVII, ut

(a) De Rogero diligenti temporum indice, ejusque Annalibus in alio Volumine dicemus; et maximè ubi de Auctoribus, qui scripserunt initio sæculi XIII.

(b) Eodem scilicet Ducatùs, et non Christi, anno.

(c) Anglici Scriptores, qui Romam iter Ca-

nuti referunt scribunt anno 1027, errant, ut docet Pagius, et ut patet ex Vita Conradi Salici Imp. pag. 3 suprâ.

(d) Al. *Edelredi*, id est Ethelredi II.

(e) Rogerus tradit pag 437 suprâ, Haroldum à Canuto fuisse ex *Hamtonensi Elfgiva* (al. *Elgina*) procreatum.

per totam regnaret Angliam, à Principibus et omni populo Rex eligitur. A Hardecnutus verò quia in Denemeria moras innexuit, et ad Angliam, ut rogabatur, venire distulit, penitus abjicitur; cujus mater Elfgiva, quæ et Emma, quondam Anglorum Regina, hyemis initio sine misericordia expellitur Angliâ; quæ rate mox paratâ, in Flandriam transvehitur, et à nobili Comite Baldevino cum honore suscepta est. Is, ut talem virum decuit, quandiu necessitas poposcerat, ei necessaria gratanter ministrari curavit.

Anno MXXXIX, hyems exstitit asperrima... Hardecnutus Rex Danorum Flandriam devectus, ad matrem suam Emmam devenit.

An. 1040. Haroldus Rex Anglorum obiit Lundoniæ... Proceres ferè totius Angliæ legatos ad Hardecnutum Brige, ubi cum matre sua morabatur, [mittunt]... qui ante mediam ætatem Angliam advehitur, et gaudenter ab omnibus suscipitur, regniq[ue] solio mox sublimatur. B

Pag. 439. Anno MXLI... Eadwardus, Egelredi quondam Regis Anglorum filius, de Normannia, ubi multis exulabat annis, venit Angliam, et à fratre suo Hardecnuto Rege susceptus honorificè, in curia ejus mansit.

Anno MXLII, Rex Anglorum Hardecnutus, dum in convivio (a) bibens staret, repentè inter bibendum miserabili easu ad terram corruit; et sic mutus permanens, VI Idus Julii, feria III, expiravit... cujus frater Eadwardus Lundoniæ levatur in Regem.

Anno ab Incarn. Dom. MXLIII, Eadwardus prima die Paschæ, III Non. Aprilis, ungitur in Regem Wintoniæ... Eodem anno post festum S. Martini Rex Wintoniam venit improvisè... et suæ genitrici quidquid in auro, argento, gemmis, lapidibus aliisque rebus pretiosum habuerat, abstulit; vel quia, priusquàm Rex esset effectus, vel post, minùs quàm volebat illi dederat, et ei valdè dura exstiterat. C

Pag. 440. Anno MXLIV... Gunnilda post mortem Haroldi viduata, cum duobus filiis Hemmingo et Turkillo expellitur Angliâ; quæ Flandriam devecta, in loco qui Brige dicitur, aliquando resedit.

Anno MXLVI... Regis Capellano Leofrico Britannico Cridiatunensis datus est Præsulatus.

Anno MXLIX, Leo Papa... Iste est Leo, qui novum cantum de S. Gregorio Papa fecit. Henricus Imperator innumerabilem congregavit exercitum contra Flandrensium Comitem Baldevinum; maximè quòd apud Neomagum, suum palatium combussisset atque fregisset pulcherrimum. In qua expeditione fuit Leo Papa, et de multis terris nobiles et magnifici viri quàm plurimi. Swanus etiam Rex Danorum, ut Imperator illi mandarât, cum sua classe ibi affuit, et ea vice fidelitatem Imperatori juravit: misit quoque ad Regem Anglorum Eadwardum, et rogavit illum ne Baldevinum permitteret effugere, si vellet ad mare fugere. Idcirco cum magna classe Rex Sandicum portum adiit; et ibi tandiu mansit, quoad Imperator de Baldevino omnia quæ voluit, habuisset... Pacificato cum Imperatore Baldwino, etc... Swanus Comes ad Flandriam duabus fugiens navibus, ibi mansit... Eodem anno S. Leo Papa, rogatu eximie religionis Abbatis Herimari, in Franciam venit, habens in comitatu suo Præfectum et digniores quosque Romuleæ urbis; et S. Remigii Francorum Apostoli Monasterium, Remis constitutum, maximo cum honore dedicavit; et postmodum in ipsa urbe magnam Synodum Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, sex diebus celebravit: in qua Synodo fuit Aldwinus Ramesigensis, et Abbas Monasterii S. Augustini, à Rege Anglorum Eadwardo illò missus. D

Pag. 441. Anno MLI... mense Septembri Bononiensis Comes Eustachius senior, qui sororem Eadwardi Regis Godam nomine in conjugium habuerat, paucis

(a) *Wlstanus Episc. Wigorn. cibi et potûs abstinens erat, quamvis in aula ejus, pro more Anglorum, totis post prandium biberetur horis: cum quibus ipse assidens, Psalmos ruminabat; ordine tamen suo se bibere simulabat. Hauriebant alii spumantes pateras; ipse vasculum minutissimum tenens, eos ad hilaritatem invitabat, magis consuetudini patriæ, quàm judicio satisfaciens animi. Nam et consuetudines Normannorum non omittebat, pompam militum secum ducens, qui stipendiis annuis quotidianisque cibis immanè quan-*

tum populabantur... Nullius unquam personæ contuitu, nec etiam in curia Regis positus, et ad mensam ejus assidens, benedictiones quas Angli super potum faciebant, omisit... Si ei diceretur, ut saltem cattinas pelles amicaret; jocosâ comitate respondebat: « Crede mihi (nam hic mos jurandi Episcopo inoleverat), nunquam audivi cantari, Cattus Dei, sed » Agnus Dei; ideòque non catto, sed agno volo » caleferi ». Apud Willelmum Malmesb. in Gestis Pontificum Angl. lib. 4 pag. 280.

A Doroberniam applicuit navibus ; in qua milites ejus , cùm stolidè et insipienter sibi hospitia quærent , unum è civibus peremerunt ; quod videns concivis ejus , ulciscitur illum , occiso milite quodam. Ob quam rem Comes et sui nimis irati , viros et mulieres quàmplures armis interfecerunt , pueros et infantes suorum pedibus equorum contriverunt : sed ubi cives ad obsistendum concurrere viderunt , turpem fugam ineuntes , vix evaserunt , septem ex sociis eorum peremptis ; et ad Regem Eadwardum , qui tunc temporis Glavorne morabatur , fugerunt . . . Godwinus et filii ejus cum suis exercitibus . . . castra metati sunt ; et legatis Glavornam ad Regem directis , Comitem Eustachium et socios ejus , insuper et Normannos , et Bouonienses , quid castellum in Dornbernæ clivo tenuerunt , sub denuntiatione belli reposebat. Ob id autem ad tempus Rex perterritus , et in angore magno constitutus , quid ageret penitè ignorabat. Sed ubi exercitum Comitem Siwardi (a) , Leofrici et Rodulfi adventare comperiit , se nullatenus Eustachium aliosque requisitos traditurum constanter respondit . . . Godwinus cum conjuge sua Githa , et Tosti cum uxore sua Juditha , filiâ videlicet Baldwini Flandrensis Comitis , ac duo alii filii ejus Swanus et Girth . . . ad Flandrensi Comitem Baldwinum direxerunt cursum [exules] . . . Reginam verò Edgitham Rex , propter iram quam adversus patrem ejus Godwinum habuerat , repudiavit . . . His gestis , Normannicus Dux Willielmus cum multitudine Normannorum Angliam venit ; quem Rex Eadwardus et socios ejus honorificè suscepit , et magnis multisque donatum muneribus ad Normanniam remisit.

Pag. 442.

Anno MLII , Alfgiva , id est Emma , Regina quondam et conjux Regum C Egelredi et Canuti , II Nonas Martii Wintoniæ obiit , et ibi sepulta est . . . Rex pristinum honorem pleniter reddidit Godvino et uxori suæ , filiisque omnibus , excepto Swano : ille enim ductus pœnitiâ , eò quòd consobrinum suum Beorn occiderat , de Flandria nudis pedibus Jerusalem adierat ; indeque rediens , invalidudine ex nimio frigore contracta , mortuus est in Licia : filiam quoque Ducis Edgitham Reginam digniter Rex recepit , ac pristinae dignitati restituit. Factâ igitur concordia paceque firmata , omni populo rectam legem promiserunt ; et omnes Normannos , qui leges iniquas adinvenerant , et injusta judicia judicaverant , multaque Regi consilia adversus Anglos dederant , exlegaverunt : paucos tamen , scilicet Robertum Draconem , et generum ejus Richardum Scrobi filium , Alfredum Regis Stratorem , Aufridum cognomento Ceokesfot , et quosdam alios quos plus D cæteris Rex dilexerat , eique et omni populo fideles exstiterant , in Anglia remanere * permiserunt. Porrò Robertus Doroberniæ (b) Archiepiscopus , et Lundoniæ Præsul Willielmus , et Ulf Lincolnensis Antistes , cum suis Normannis vix evadentes , mare transierunt. Sed Willielmus propter suam bonitatem parvo post tempore revocatus , in suum Episcopatum recipitur. Osbernus verò cognomento Pentecost , et socius ejus Hugo , sua reddiderunt castella.

Pag. 443.

* *Al. remeare*

Anno MLIII . . . Godwinus XVII Kal. Maii vitâ decessit . . . cujus Ducatum suscepit filius ejus Haroldus ; et ejus Comitatus datus est Algaro Leofrici Comitis filio.

Anno MLV . . . Timidus Dux Rodulfus , Regis Eadwardi sororis filius , exercitum congregans , et duobus milliariis à civitate Hereforda IX Kal. E Novemb. illis [Griffino Regi Wallensium et Algaro Comiti filio Leofrici Comitis] occurrens , Anglos contra morem in equis pugnare jussit ; sed cùm prælium essent commissuri , Comes cum suis Francis et Normannis fugam primitus capescit : quod videntes Angli , Ducem suum fugiendo sequuntur. Quos adversarii ferè omnes insecuti , quadringentos vel quingentos viros ex eis peremerunt , multosque vulneraverunt . . . Hermannus Wilton. (c)

(a) Siwardus Comes in Anglia cùm mortem sibi imminere sentiret : « Quantus pudor , inquit , me tot in bellis mori non potuisse , ut vaccarum morti cum dedecore servarer ! » Tum se lorica indui , gladio præcingi , et galea caput contegi jussit ; scutum in læva , securim auratam in dextra accepit ; sicque armatus , mi-

litariter spiritum exhalavit , ut discimus ex Henrico Huntindon. qui ejus obitum refert ad annum XIV Regis Edwardi.

(b) Pag. 441 supra : Anno ML . . . Robertus Lundon. Episcopus , genere Normannus , successit Dorobern. Archiepiscopo.

(c) Pag. 440 supra : Anno MXLV . . . Regis

- Pag. 444.* Episcopatum dimisit, marique transfretato, apud S. Bertinum Monachicum A habitum suscepit, ibique in ipso Monasterio tribus annis mansit.
Anno MLVI, Henricus Imp. Rom. obiit; cui successit Henricus filius ejus.
Anno MLVII... elito Eadwardus, Regis Eadmundi Ferrei-lateris filius, ut ei mandarat suus patruus Rex Eadwardus, de Hungaria, quò multò antè in exilium missus fuerat, Angliam venit. Decreverat enim Rex illum post se regni hæredem constituere; sed ex quò venit, parvo pòst tempore vitâ decessit Lundoniæ.
- Pag. 445.* Anno MLX, Henricus Rex Francorum obiit; cui filius ejus primogenitus Philippus succedit. Willensis Episcopus Duduc obiit; cui successit Gisa (a) Regis Capellanus; ambo de Lotharingia oriundi... Herefordensis Præsulatus Capellano Edgithæ Reginæ, Waltero Lotharingo est datus.
- Pag. 446.* Anno MLXV... Cum uxore sua [Tostius Angliâ expulsus] Baldwinum B Flandrensium Comitem adiit, et apud S. Andomarum hyemem exegit... Rex Eadwardus paulatim ægrotare cœpit: in Nativitate verò Domini curiam suam, ut potuit, Lundoniæ tenuit; et Ecclesiam, quam ipse à fundamentis construxerat, die SS. Innocentium in honore S. Petri cum magna gloria dedicari fecit.
- Pag. 447.* Anno ab Incarn. Dom. MLXVI, Anglorum decus, pacificus Rex Eadwardus, Egelredi Regis filius, postquam XXIII (b) annis, mensibus VI, et XXVII diebus, potestate regia Anglis Saxonibus præfuit, Indict. IV, vigiliâ Epiphaniæ Domini, feriâ V, mortem obiit Lundoniæ, et in crastino sepultus regio more... Quo tumultato, Subregulus Haroldus, Godwini Ducis filius, quem Rex ante suam decessionem regni successorem elegerat, à totius Angliæ Primatibus ad regale culmen electus, die eodem ab Aldredo C Eborac. Archiep. in Regem honorificè est consecratus... Haroldus verò mox ut regni gubernacula susceperat, leges iniquas destruere, æquas cœpit condere, Ecclesiarum ac Monasteriorum patronus fieri, Episcopos, Abbatas, Monachos, Clericos colere simul ac venerari, pius, humilem affabilemque se bonis omnibus exhibere, malefactos exosos habere: namque Ducibus, Satrapis, Vicecomitibus et suis in commune præcepit Ministris, fures, raptores, regni disturbatores comprehendere; et pro patriæ defensione ipsemet terrâ marique desudare. Eodem anno, VIII Kal. Maii, stella cometes non solum in Anglia, sed etiam, ut fertur, per totum mundum
- Pag. 448.* visa, per septem dies splendore nimio fulgebat... Non multò pòst Comes Tostius de Flandria rediens... Rex Haroldus, quia Normannorum Comes Willielmus, Eadwardi Regis consobrinus, in Angliam cum exercitu venire D parabat, tota æstate et autumno adventum illius observabat: ad hæc autem, pedestrem exercitum locis opportunis circa ripas maris locabat. Adveniente itaque Nativitate S. Mariæ, victu deficiente, classicus et pedestris exercitus domum rediit... VII Kal. Octob. feria II, Rex Anglorum Haroldus Regem Haroldum Harvagra Comitemque Tostium in ore gladii, cum majore parte exercitûs sui, occidit, ac plenam victoriam, licet acerrimè repugnatum fuisset, adeptus est.
Interea dum hæc agerentur, et Rex (Haroldus) omnes inimicos suos æstimaret fuisse detritos, nunciatum est ei Willielmum Comitem gentis Normannicæ (c), cum innumera multitudine equitum, fundibulariorum,

Capellanus Hermannus, de Lotharingia oriundus, successit Wilton. Episcopo. Apud Willielmum verò Malmesb. in Gestis Pontificum Angl. lib. 2 pag. 250: Regnabat jam tunc Edwardus, qui Hermanno Capellano suo, natione Flandrensi, continuò Pontificatum donandum putavit... Hermannus Monachus apud S. Bertinum factus... Filius Godwini voluntati Regis accesserat, adoptioni scilicet inhians... Accepit ergo Hermannus Schireburnensem Episcopatum, Edwardo Rege dante... Ad Willielmi tempora duravit.

(a) In Gestis Pontificum Angl. Auctore Willielmo Malmesb. lib. 2 pag. 254, Meruth seu Merewit, qui et Brithwi, natione Lotharingus, dicitur fuisse tempore Regis Edwardi et Willielmi Magni Episcopus Wellensis. Huic successit Johannes, natione Turonicus, professione Medicus, qui non mini-

mum quæstum illo conflaverat artificio... Erat Medicus probatissimus, non scientiâ sed usu.

(b) Edwardus die solemnî Paschæ coronatus est anno 1043. Ex Willielmo Malmesb. lib. 2 de Gestis Regum Angl. pag. 80.

(c) Wolstanus Wigorn. Episcopus, ut in ejus Vita scribitur, in perversos sui temporis mores strenuè invecus fuerat, in primis in eos qui crines promissos gerebant, quos parato ad hoc cultello resecare consueverat: si qui verò repugnarent, eis mollitiem palâm exprobrare solebat, dictitans fore, ut qui æmularentur capillarum flexu feminas, non plus quàm feminæ valerent ad defensandam patriam contra gentes transmarinas, id est Nortmannos, qui paulò pòst revera Anglos in potestatem redegerunt.

sagittariorum,

A sagittariorum, peditumque advenisse, ut potè qui de tota Anglia * sibi fortes auxiliarios conduxerat ; et in loco qui Penuesca dicitur, suam classem applicuisse * ; unde Rex statim versus Lndoniam, suum movit exercitum cum magna festinatione. Et licèt de tota Anglia fortiores quosque in duobus præscriptis præliis bene sciret concidisse, in mediamque partem sui exercitûs nondum convenisse, quàm citiùs tamen potuit, in Suthsaxonia suis hostibus occurrere non formidavit ; et IX milliariis ab Hastings, ubi sibi castellum firmaverat, priusquàm tertia pars sui exercitûs ordinaretur, II (a) Kalend. Novembris, sabbatho, die scilicet S. Calixti Papæ et Martyris, cum eis prælium commisit : sed quia arcto in loco constituti fuerant Angli, de acie se multi subtraxere, et cum eo perpauci constantes corde remansere. Ab hora tamen diei tertia usque ad noctis crepusculum suis adversariis restitit fortissimè ; et seipsum pugnando tam fortiter defendit, et tam strenuè, ut vix ab hostili agmine posset interimi. At postquam ex his et ex illis plurimi corruiere, heu ! ipsemet cecidit (b), crepusculi tempore : Comites etiam Girth, et Leolfwinus frater illius ibi cecidère, et ferè nobiliores totius Angliæ : Willielmus verò Comes cum suis Hastingsam velociter rediit. Regnavit autem Haroldus mensibus IX et diebus totidem.

* Gallia

* applicuisse

Ut autem sciatur origo causæ, quare Willielmus Angliam bello petiit, breviter quæ paulò antè gesta sunt, repetantur. Orto inter Regem Eadwardum et Comitem Godwinum gravi, ut supradictum est, dissidio, exul ab Anglia cum suis Comes propellitur ; cui postmodum gratiam Regis requirenti, ut ei repatriare liceret, nullo modo Rex concordare voluit, nisi primò, quibus sibi securitas pararetur, obsides haberet. Qua de causa, C Wlnotus filius ipsius Godwini, et Hacun filius Swani filii ejus, obsides dantur, ac in Normanniam Willelmo Bastardo custodiendi destinantur. Elapso dehinc tempore, cum jam Godwinus Comes esset mortuus, Haroldus filius ejus petiit à Rege ire Normanniam (c), etc.

Pag. 449.

In brevi post hæc obiit Rex Eadwardus ; et juxta quod ipse ante mortem statuerat, in regnum ei successit Haroldus : cui mandavit Willielmus, ut, quamvis violatâ fide cætera non servasset, si tamen filiam suam duceret uxorem, leviter ferret, alioquin, se promissam regni successionem armis sibi vindicaturum, proculdubio sciret (d), etc.

Audita Haroldi Regis morte. . . Comites Clitonem Edgarum, Edmundi Regis Ferrei-lateris nepotem, in Regem levare voluere. . . . Appropinquante Dom. Nativitatis festivitate, [Willelmus] cum omni exercitu Lndoniam, ut ibi in Regem sublimaretur, adiit. . . et ipsa Nativitatis die, quæ illo anno feriâ II evenit, consecratus est honorificè.

Pag. 450.

Anno MLXVII, adveniente Quadragesima, Rex Willielmus Normanniam repetiit, ducens secum Dorobernensem Archiepiscopum Stigandum, Glastoniensem Abbatem Agelnothum, Clitonem Eadgarum, Comites Edwinum et Morcarum, Waltenum Suiardi Ducis filium, nobilem Satrapam, Agelnothum Cantuariensem, et multos alios de Primatibus Angliæ ; fratremque suum Odonem Baiocensem Episcopum, et Willielmum filium Osburni, Angliæ custodes relinquens, castella per loca firmari præcepit. . . . Hyeme imminente, Rex Willielmus de Normannia Angliam rediit, et Anglis importabile tributum imposuit. . . Githa Comitissa, mater scilicet Haroldi Regis Angliæ ac soror Swani Regis Danorum, cum multis fugiens Flandriam petiit.

Anno Henrici Imper. XVI et Henrici Regis XXV, in vigilia Coenae Domini luna nigra sicut carbo extinctus; et eodem anno obiit (a) Gaufridus Martellus Comes Andegaviae, et sepultus est in Abbatia S. Nicolai, quam fecit; quoniam pater suus eam inceperat: super cujus tumulum tale epitaphium denotatur: *Dum vixit, etc.* Hic Comes, cum heredes non haberet et moreretur, reliquit terram duobus nepotibus suis, scilicet Gaufrido Barbato totam Turoniam cum Laudunensi (b) castro, et Fulconi Richin Andegaviam et Xantonas cum pago Xantonico.

Anno Henrici Imper. XVII et Henrici Regis XXVI, fundata est Abbatia B. Mariae de Caritate à Girardo, qui in ea tumulatur. Tunc Victor Papa in Gallias veniens, gloriosè ab Henrico Imp. suscipitur; nec multò post eo praesente idem Imperator moritur, et apud Spiram sepelitur: cui successit Henricus filius ejus. Tunc Guillelmus Dux Normanniae Mathildem filiam Balduini Comitis Flandriae duxit in uxorem in hunc modum: cum ipsa à patre suo de sponso recipiendo saepius rogaretur, eique Guillelmus Normanniae à patre qui eum longo tempore nutrierat, praè aliis laudaretur, respondit numquam nothum recipere se maritum. Quo audito, Guillelmus Dux clam apud Brugis ubi puella morabatur, cum paucis accelerat, eamque regredientem ab Ecclesia pugnis, calcibus et calcaribus verberat et castigat; sicque ascenso equo, cum suis in patriam remeat. Quo facto, puella dolens ad lectum decubat; ad quam pater veniens, illam de sponso recipiendo interrogat et requirit: quae respondens dixit, se numquam habere maritum, nisi Guillelmum Ducem Normanniae; quod et factum est.

Henricus filius Henrici... Hujus anno I et Henrici Regis XXVII, tenuit Victor Papa apud Coloniam Concilium generale, ibique Baldoinus et Godifridus ad Imperatoris gratiam sunt reversi... Juxta Tornacum multitudo colubrorum, etc.

Anno Henrici Imper. II et Henrici Regis XXVIII, pluit sanguis in pago Parisiaco, etc... Tunc Guillelmus Dux Normanniae Cenomanniam capit; et Alanus Comes ab eo Britanniam, facto homagio, recepit, etc. *ut supra pag. 212.*

Anno Henrici Imper. III et Henrici Regis XXIX, fecit Henricus Rex Francorum coronari Philippum (c) filium suum, puerum octennem, et inungi in Regem Remis per manum Gervasii Archiepiscopi Remensis.

Anno Domini MLX, et Henrici Imper. IV et Henrici Regis XXX, obiit idem Henricus Rex Franciae: cui successit Philippus filius ejus puerulus, quem Baldoinus Comes Flandriae aluit; et regnum gubernavit. Nam Richildem * sororem Henrici Regis Franciae, patris Philippi Regis, habebat in uxorem...

* Adelan.

tur, ad discrimen alterius quod ultimâ Dominicâ Pentecosten subsequente agebatur; unde quaedam Vindocin. charta, data dicitur *die octavarum S. Trinitatis aestivalis.*

(a) Hanc mortem ad annum 1060 rejiciunt plerique alii Scriptores.

(b) Seu *Losdunensi castro*, Gallicè *Loudun*: quod oppidum Macrinus et Scævola San-Marthanus, ut patriam suam Julii Caesaris nomine nobilitarent, primi omnium aut saltem inter primos, ut notat Valesius, Juliodunum poëticiâ licentiâ appellare maluerunt.

(c) Infrâ ex Chronico Turon. discemus, castellum Juliodunum, quod tum ditionis fuit Fulconis Richin, cum fratrem suum Gaufridum Barbatum gravissimo bello superavit, Philippo

Regi cessisse ob intemperantiam victoris Richini; quae tanta fuit, ut captum fratrem ac ditione sua spoliatum, apud Canonem castrum munitissimum conjecerit in carcerem, trigintaque ibidem annis detinuerit. Hac quippè feritate commotis Principibus vicinis, et Gaufridum in libertatem asserere meditantibus, castellum praedictum Richinus Philippo R. cujus unius vires formidabat, tradidit ac dimisit, ut videlicet à sese ipsius arma averteret. Ut Regis sibi gratiam ampliùs conciliet Fulco, Radulfum Archiep. Turon. Legatis Apostolicis investituras beneficiorum Ecclesiasticorum Regi auferre molientibus faventem, jussu ejusdem Philippi à suo Archiepiscopatu deturbavit ibidem infrâ, scilicet anno 1081. Sed de his alibi.

A Anno Henrici Imper. V et Philippi Regis I, clarebat magister Berengarius Grammaticus, Andegavensis Archidiaconus et Thesaurarius, necnon et Magister scholarum, et Camerarius Ecclesiae B. Martini Turonensis, in Grammatica et Philosophia clarissimus, et in negromantia peritissimus. Hic, etc.

EX BREVI CHRONICO (a) S. FLORENTII SALMURIENSIS.

Ex Ms. Cartulario ejusdem Abbatiae.

B ANNO MXXXVI. Initium belli plusquam civilis inter Fulconem et filium ejus Goffredum * [Martellum].

* *Al. Gaufridum*

MXXXIX. (b) Obiit Fulbertus Carnotensis Episcopus.

MXL. Fulco Comes [Andegav.] obiit Jerosolymitanus.

MXLI. Dedicatio novae Basilicae S. Florentii Idibus Octobris.

MXLIII. Hoc anno fuit fames in Gallia. Thebaudus filius Odonis Comitis à Gaufrido Comite Andegavensi captus est XII Kalendas Septembris. Post triduum civitatem Turonensem (c) reddidit.

MXLV. Obiit Hildegardis Comitissa [Andegavensis].

MXLVI. VI Nonas Martii obiit Hubertus Episcopus: cui successit Eusebius.

ML. Obiit Mathias Comes.

C MLI. Dedicatum est altare Crucifixi ab Eusebio Episcopo Andegav.

MLIV. Fredericus, primus Abbas et fundator hujus Cœnobii, obiit: Sigo successit. Ab initio regni Caroli filii Ludovici, quo regnante facta est destructio Monasterii S. Florentii à Nemeneio (d) Britone, usque ad Fredericum computantur anni CLXXXIII.

MLIX *. Obiit Henricus Rex Francorum, XXIX anno regni sui. Goffredus Comes Martellus, filius Fulconis Comitis, factus est Monachus S. Nicolai, Abrardo Abbate.

* *MLX*

MLXIV. Goffredus Barbatus traditur, et Barones interfecti sunt.

MLXVI. Willelmus (e) Dux Normanniae Angliam conquistavit. Cometa terribilis apparuit.

D MLXX. Obiit Abbas Sigo, II * Idus Junii: cui successit Willelmus, IV Kalendas Julii.

* *pridie*

(a) Editum est à Lobinello inter Probationes Hist. Brit. pag. 90, et à Martenio Tom. V Amplis. Collect. col. 1142, ut Tomi nostri X docet pagina 284, quae hujus Chronici partem exhibet, et ejusdem initii et finis annos indicat.

(b) Corrig. MXXXIX vel MXXXVIII.

(c) Huc revocandum, quod ex veteri Chronico S. Juliani Turon. præproperè notavimus pag. 285 Tomi nostri X, quodque sic se habet: Hoc tempore nostra Abbatia multa et in multis passa

est gravamina: Martellus enim Comes eam munierat, et de illa civitatem oppugnabat; quam tandem à Tetbaldo Comite recepit, quem Pontilevis bello anno MXVI cepit. Miræ probitatis Martellus hic exstitit, qui Blesis et Pictavis Comites bello vicit, quique [per] nomen suum colla contrivit hostium.

(d) In Editis, Nomenoio.

(e) Ibid. MLXVI cometa terribilis apparuit. MLXVII Willelmus Dux Norm. Angliam conquistavit.

EX CHRONICO ALBERICI (a) TRIUM-FONTIUM MONACHI.

E

Ex Ms. Cod. Reg. Biblioth. (b) 4896. A. olim 5162.

ANNO MXXXI... Obiit Episcopus Lingonensis Lambertus; cui Richardus succedit mensibus V; post quem Hugo annis XXVIII. Abbas Guilelmus Divionensis post multam justitiam per XLII annos consummatam,

(a) Annus 1241 meta fuit Alberici laboris, ut monuimus pag. 285 Tomi nostri X in adnotatione in excerptum quod ibi edidimus. De Auctore autem parum in Chronologia diligenti, illiusque Chronico fusiùs agemus, cum ad atatem utriusque pervenerimus. Albericum vulgavit Leibnitiùs in Tom. II Accessionum Historic.

in-4°. Porrò hanc editionem exegimus ad fidem trium Mss. Reg. Codicum, sicque multa inde menda et vitia amovimus.

(b) Cod. laudatum optimæ notæ, et exeunte sæculo XIII exaratum, contulimus cum duobus aliis multò recentioribus Reg. Mss. 4896 B. et 4896 C.

palnam reportando, apud Fiscanum obdormivit... Robertus et Richardus minuendæ domo multitudinis causâ, etc. A

Anno MXXXII. Decretum istiusmodi, etc. ut in *Chron. Camerac. supra pag. 122, exceptis his*; à carne et liquamine abstinerent, soloque hoc contenti jejunio in omnium peccatorum remissionem... Hanc mandatorum novitatem cum multi cupidi novarum rerum libentiùs justo amplecterentur, Gerardus Cameracensis, qui solus Lothariensium appendebat ad parochiam Francorum, nullius hortatu potuit adduci ad hæc suscipienda; sed singula capitula refellebat, dicens genus hominum, etc... Hugo factus est Visunciensis (a) Archiepiscopus; qui fuit de stirpe Comitum Burgundiæ, et habuit fratrem Raymundum nomine in Hispania Comitem.

Anno MXXXIII... Castrum de Mirualt in Ardenna quidam Comes Stephanus firmaverat in Ecclesiastica S. Huberti possessione. Frederico Mossellanorum Duce mortuo, etc. ut apud *Sigebertum supra pag. 163*. Heredes hujus Frederici dicuntur fuisse alienati omninò per Imperatorem; sed filia Sigifridi (b) fratris hujus Frederici, cui adjudicatum fuit tenere allodia patris, non feoda, fuit illa Comitissa Barri-Ducis Sophia, quæ Comiti Montionis Ludovico peperit Theodericum; et iste (c) per uxorem suam Ermentrudem fuit etiam Comes Montis-Beliardi; et ejusdem Sophiæ fuit soror Beatrix Marchisa. Fulco fuit antiquus Comes Andegavorum, Gaufridi Grisagonelli filius; qui Fulco jam senex, Jerosolyman adiit: ibi à duobus servis sacramento coactis, etc. ut apud *Will. Malmesb. supra pag. 180*. Domum tamen contra desiderium regressus, filium habuit nomine Gaufridum, cognomento Martellum, et filiam unam Wastinensem (d) Comitissam. Iste Martellus multa fecit sub Francorum Rege Henrico. B

Anno MXXXIV. Obiit Archiepiscopus Ebalus Remensis, de quo supra notavimus quòd à Comite Odone Comitatum Remensem acquisivit. Archiepiscopus Guido succedit per annos XXII. *Sigebertus*: Burgundionibus non desistentibus, etc. ut supra pag. 163. *Episc. Otto*: Rodulfus Burgundiæ, etc. ut supra pag. 260. Unde Odo Celticæ Comes, eò quòd sororis filius ejusdem Rodulfi esset, etc. C

Anno MXXXV. Odo Campaniensis regnum Rodulfi Regis avunculi sui à Conrado Imperatore nepote suo repetens, ut sub eo regat Burgundiam efflagitat. Dux Normanniæ Robertus moritur apud Nichæam * Bithiniæ, peregrinus et cruce signatus. Filius ejus Guilelmus Nothus adhuc erat infantulus, septem videlicet annorum. Matrem ipsius Dux Robertus unicè dilexit, et aliquandiu justæ * conjugis loco habuit. Unde ista fuit nata, de cujus semine tantorum Regum progenies descendit, qui infra describuntur, quæsitum est à quibusdam. Sciant igitur quibus scire placet, quòd in diocesi Leodiensi juxta Abbatiam de Florines, est quædam villa quæ Calvusmons appellatur: in hac ergo natus quidam Herbertus Pelliparius, (e) cum uxore et filia, nescio qua de causa, Normanniam abiit, et apud oppidum de Falesia mansit: et cum Dux Robertus quadam die vidisset filiam Præpositi sui de Falesia in chorea saltantem *, et Præposito præcepisset, ut illam sibi nocte conjungeret, ista filia Herberti Pelliparii supposita fuit loco filiæ Præpositi ex industria; quæ de eo concepit et peperit Guillelmum Nothum, postmodum Regem Angliæ. Alii dicunt, et maximè antiqui Hoienses (f), quòd ille Herbertus Pelliparius et ejus uxor Doda, sive Duixa *, Burgenses fuerunt Hoienses, manentes ad veteres Cambias in foro Hoiensi, quandò (g) cum filia et tota suppellectile iverunt in Normanniam, ubi, sicut prælibatum est, contigit de eorum filia et Duce Roberto. Et ut satis quærentibus faciamus, fortè Herbertus Pelliparius uxorem (h) suam Duam natione Hoinensem accepit, et causâ amoris ejus et prolis apud Hoiium morabatur. Sequitur *Elinandus et Guilelmus*: Quæ mox, ut concepit, somnio prævidit D

(a) In Ms. Cod. 4896. B. *Bisuntincnsis*, al. *Bisuntinus*; et sic semper.

(b) Apud Leibnitium et in aliis duobus Mss. malè, *Fefridi*. Corrig. *Sifridi*.

(c) In Edit. *Et hic est per... fuit autem*.

(d) In Ms. Cod. 4896. A. *Variensem*, et sic semper; in Ms. autem B. rectiùs *Watinensem*.

(e) Sic in Mss. Codd. et semper; apud Leibni-

tium verò, *Belliparius*.

(f) Ms. Cod. A. habet *Hoynenses* et *Hoinenses*.

(g) Malè apud Leibnitium, quòd.

(h) Ibid. *Belliparius uxorem suam natione Hoinensem, nomine Duam, accepit, et causâ amoris et prolis ejus Hoiium morabatur: quæ mox, ut concepit, etc. sine sequitur Elinandus et Guilelmus.*

A intestina sua per totam Angliam et Normanniam extendi et dilatari. Ipso quoque die quo idem puer natus humum primò attigit, ambas manus junco quo pavimenti (a) pulvis cavebatur, implevit, strictè quod corripuerat compugnans. Obstetrix fausto omine acclamavit, eum Regem futurum. Quando igitur pater ejus Dux Robertus Hierosolymitanum iter aggressus est, Gislebertus Comes tutor pueri constituitur. Concilio apud Fiscanum Proceribus indieto tutela tutoris Regi Francorum Henrico assignatur: in nomen et fidem pueri ibi, jubente patre, ab omnibus juratur. Qui mox, ut adolevit, à Rege Francorum militiæ insignia accepit: et mater ejus ante patris obitum, cuidam nobili Herlewino (b) de Vado-Comitis data in uxorem, peperit Odonem Episcopum Bajocensem, qui fuit Comes Cantiae, et Robertum Comitem Moretonii, patrem ejusdam Guilielmi. Guilelmus B igitur Nothus, mortuo patre, per annos XXX hoc modo Ducatum tenuit, ac postea regnum Anglorum acquisivit. Obiit S. Symeon Treverensis . . .

* Al. Con-
thonis

Anno MXXXVI. In Anglia post mortem Regis Cnuthonis * . . . regnav-
erunt duo filii ejus; Haroldus quidem in Anglia IV annis, de prima uxore
procreatus; Hardecnutus verò in Dacia, qui sororem suam Gunhildim ex
Emma matre S. Edwardi genitam dedit filio Imperatoris Conradi Henrico.
Unde Sigebertus: Henricus Rex filius Conradi Imp. ducit filiam Regis Ang-
lorum. Obiit Raginardus (c) Leodiensis Episcopus, fundator Abbatiae S. Lau-
rentii: succedit Nizo Custos, qui et Richardus; de quo supra dictum est,
quòd Ecclesiam S. Dionysii fundavit. Odo Campaniensis contra Imperato-
rem rebellans, Lotharingiam incursat *, castra, etc. ut supra pag. 163. * Ed. infestat
Episc. Otto: Augustus, contumaciâ Odonis auditâ, Gallias ingressus est, vasta-
C tâque, etc. ut supra pag. 260 . . . Imperator revertitur: ac Burgundiam in-
gressus, omnes terræ illius Principes, etc. Hoc anno contigit eclipsis solis
XIV Kal. Maii, luna exeunte (d) XXVIII, primâ horâ diei. Bruno Epis-
copus Tullensis, Albertus Comes Metensis et Dux Gerardus filius ejus
multa contulerunt Ecclesiis.

Anno MXXXVII . . . Conradus Imperator Italiam adit, ut rebellionem
meditantes debellaret; quia omnes Longobardi conjuraverant, ut non pa-
terentur quemlibet dominum, qui aliud quàm ipsi vellent contra se ageret.
Episc. Otto: Ad sedandam ignobilis vulgi contumaciam, qui Principibus penè
prævaluerant, Italiam ingreditur, Nataleque Domini Veronæ celebrans,
etc. . . . Odo Comes interea sacramento rupto, etc. ut supra pag. 261. Si-
gebertus ita: Odo Barrum (e) castrum obsidet, etc. ut supra pag. 163. Eidem
D Odoni Rex Henricus Gornacum abstulit. Quidam etiam Stephanus fuit
filius Odonis, frater Comitis Theobaldi. De hoc Odone legitur, quòd per
B. Martinum Turonensem, ejus Abbatiam de Majori-monasterio restaura-
verat, anima ejus de pœnis liberata sit. Ejusdem Odonis tres fuerunt filii,
Hugo Archiepiscopus (f) Bituricensis, Comes Theobaldus antiquior, et
Comes Stephanus. Iste Comes Theobaldus antiquior tenuit diu terram:
civitatem Turonensem, quam antecessores ejus habuerant, perdidit: Car-
notum verò, quam Hastings vendiderat atavo suo Comiti Turonensi *
Theobaldo, non amisit. Dives fuit satis et inelytus, et apud Spernacum
sepultus est. * Blesensi

Anno MXXXVIII. Henricus Comes Lovaniensis domi suæ perimitur à
captiveo Hermanno, eique succedit filius ejus Otto; cui immatura morte
E prævento succedit patruus ejus Baldricus II (g); qui et Lambertus II. Hoc
anno (h) contigit eclipsis solis XI Kal. Septembris à tertia hora usque ad

(a) Ibid. et in Mss. Codd. B. et C. *pavimento*.

(b) Ibid. *Heruvelino* aut *Herwelino*.

(c) Ibid. *Reginardus*.

(d) Ibid. *existente*; et fortè etiam in Ms. Cod. A. ubi legitur *ente*. Eclipsis autem hæc contigit tantum anno 1037: unde peccat in Chronologia Albericus; nec solum hæc, sed et passim alibi. Cui malo medebimur in annalibus, præferendo ibi alios Scriptores qui eodem non laborant vitio.

(e) Exceptis iis, *Barrum obsidione cinxisset*. . . et *vexillum ejus*, etc.

(f) Inter Archipræsules Bituricenses hujus ætatis nullus Hugo recensetur. Fortè Albericus

tempora confundens, malè obtrudit eò loci Hugonem Theobaldi I Carnotensis, Blesensis ac Tronensis Comitis ex filia Herberti II Comitis Viromanduensis et Treccassini Letgardâ filium, qui Archiepiscopatum Bituric. tenuit sub Lothario Rege. Sic forsan infra idem Annalista Rodulfum Henrici Regis fratrem errore quodam ferè simili facit Archiepiscopum Bituricensem, Gauslinum nempe fratrem Roberti Regis appellans Rodulfum, dicensque fuisse Henrici Regis fratrem.

(g) In Mss. Codd. B. C. ac in Ed. *Baldricus, qui et Lambertus. Hoc anno, etc.*

(h) Hæc eclipsis incidit in annum 1039.

sextam, lunâ XXVIII. Normanni in Apulia copiis suis, etc. ut apud Sigebertum *suprà pag.* 163. Secundùm Magistrum Hugonem isti fuerunt Principes Normannorum in Apulia, Turstinus, Citellus, Ramnulfus et Richardus, Drogo Constantiniensis, Unfredus frater ejus qui primus Apuliam subjugavit; Robertus cognomento Wiscardus qui Calabriam et Siciliam adiecit: hujus fuerunt filii Rogerus Dux et Princeps Boëmundus... Hugo Archiepiscopus Bisuntinensis; Rogerus de Vangionis-rivo*, Guidonis filius, cum uxore sua et filiis; Renaldus dominus Castellionis (a), et ejus uxor Elizabeth cum filio Humberto; Comes etiam Buchardus, multa dederunt Ecclesiis. Richardus fit Episcopus Virdunensis.

* *ignory*

Anno MXXXIX... Sigebertus: In mense Aprili, etc. ut *suprà pag.* 163. Unde sequitur *Episc. Otto*: Reverso ab Italia Imperatore, etc. ut *suprà pag.* 261. Post quem Henricus filius ejus imperavit annis XVII... In Anglia B regnavit Hardecnutus, Rex Daciæ memoratus, ferè biennio.

* *Ms. Insulæ*

Anno gratiæ MXL. Henricus Imperatricis Giselæ* filius, etc. ut *suprà pag.* 261. Hic per omnia patrem in virtutibus non solùm æquasse, sed et transcendisse perhibetur, regnum moderatissimè gubernans... Andegavensis Comes Gaufridus Martellus, hoc cognomen sibi usurpaverat, quia videbatur omnes sibi (b) obsistentes felicitate quadam contundere. Nam dominum suum Comitem Pictavensem aperto Marte cepit, erreisque vinculis innotatum ad ignobiles pacis conditiones coëgit, ut Burdegala civitate cederet et finibus ejus, et de cæteris annum vectigal pensitaret: qui captus, pro facti injuria et ciborum inopiâ post triduum defunctus est: cujus novercam Martellus duxit, fratres in tutelam suscipiens. Mox Theobaldi filii Odonis Campaniensis ingressus limites, urbem Turonicam obsedit et ipsum in eadem; qui captus et in ergastulo reclusus*, urbem sibi omnibusque suis heredibus in perpetuum abjuravit. Et ista de Martello isto* contigerunt sub Rege Francorum Henrico...

* *Al. conclusus** *Al. ita*

Anno MXLI... S. Rex Edwardus ad regnum Angliæ revocatus, annis XXIV regnavit. Die sancto Paschæ apud Lundoniam magnâ pompâ coronatus est... Egitham filiam Godwini Comitis habuit uxorem, in quam omnes penè liberales artes confluerant; quam ita tractavit, ut nec thoro amoveret, nec virili more cognosceret. Gualtho* ex Clero S. Lamberti, etc. ut *suprà pag.* 163. Hujus sancti Pontificis frater fuit domnus Wenzo Abbas de Florinis. Ulricus* fit Archiepiscopus Lugdunensis, et sedit annis V. Hoc anno ad deportationem S. Gudwali visa est imago crucifixi Domini.

* *Al. Wazo** *Odolricus*

Anno MXLII... Apud Cathalaunum mortuus est I Rogerus Episcopus: D succedit ei Rogerus II... Adalbero III fit Metensis Episcopus per annos XXX.

* *Al. Gothelo*

Anno MXLIII. Fames valida, etc. ut *suprà apud Sigeb. pag.* 163. Gothelo* Dux obiit, etc. ut *suprà ibid.*

Anno MXLIV. Godefridus hortatu quorundam, etc. ut *suprà ibid.* Circa idem tempus pudenda confusio (c), etc. ut apud Ottonem Frising. *suprà pag.* 261, *exceptis iis*; divisus simul cum redditibus Patriarchiis, prædicto Benedicto in palatio Lateranensi sedente, qui flagitiosam et turpem vitam ducebat: cujus socius Silvester erat ad S. Mariam Majorem. Hunc miserrimum Ecclesiæ statum religiosus quidam Archipresbyter S. Johannis ante portam Latinam Gratianus nomine videns, zeloque pietatis matri suæ, etc. ut *suprà ibid.*... Gregorium VI vocaverunt. Sigebertus: Benedictus simoniacè Patu Romano invaso, cum esset rudis litterarum, alterum ad vices officii Ecclesiastici exequendas secum Papam consecrari fecit: quod cum multis non placeret, tertius superducitur, qui solus vices duorum implet, etc.

Anno MXLV. Sigebertus:... Instinctu Godefridi, etc. ut *suprà pag.* 164. Ecclesia S. Gertrudis Nivellensis, quæ ante aliquot annos post negligentiam et incuriam effusi in ea sanguinis Domini concremata fuerat; in novam

(a) De Chastillon sur Marne.

(b) Malè in Ed. sibi obedientes,

(c) Quàm deplorandus decennio antè, nempe circa annum 1033, status Ecclesiæ in Italia fuerit, docet Victor III Papa, qui hoc tempore vivebat, in Lib. 3 Dialog. his verbis: *In tantum mala consuetudo adolevit, ut sacræ legis auctorit ?**postpositâ, divina humanaque omnia miscerentur; adeo ut populus electionem, et Sacerdotes consecrationem donumque Spiritûs S. datâ acceptâque per manus percuntâ, ducti avaritiâ venderent... Cæperunt ipsi Presbyteri ac Diacones, etc. ut alibi jam suprà notavimus.*

A reaedificata, benedicitur præsente Henrico Imperatore. Theoderico Metensium Episcopo defuncto, succedit Adalbero... per annos XXXI. Uxor Imperatoris Gunhildis Imperatrix de Anglia, adulterii accusata, unum ex clientela sua, staturâ pusillum (a)', delatori gyganteæ molis homini ad monomachiam apposuit. Itaque conserto duello, per miraculum Dei insimulator succiso poplite enervatus et victus est. Illa autem post victoriam viro suo repudium dedit; et nec minis nec blandiciis cum eo manere ulterius consensit, et Sanctimonialis habitum sumens, in servitio Dei permansit. Imperator autem aliam duxit Agnetem nomine, de qua tulit filium quem vocavit Henricum. *Episc. Otto*: Ista Agnes fuit soror nobilissimi Galliarum Principis Guilelmi, Pictaviæ ac Aquitaniæ Ducis. Cùmque ex more regio nuptias, etc. ut suprâ pag. 261.

B Anno MXLVI. Romæ uno contra duos, et duobus contra unum de Papatu altercantibus, Rex Henricus contra eos Romam vadit, et eos canonica et imperiali censura deponit. *Episc. Otto* ita dicit: Rex Henricus supradictis auditis, procinctum in Italiam movet, etc. ut suprâ pag. 261. Godefridus palatium Neomagi incendit, etc. ut suprâ pag. 164. Eodem tempore Abbas Halinardus S. Benigni Divionensis, factus est Archiepiscopus Lugdunensis: et quia secundum ea quæ suprâ posita sunt, civitas Lugdunensis tunc erat sub Imperatore, domnus Halinardus curiam Imperatoris adiit pro regalibus suis accipiendis. Imperator jam erat in procinctu Romani itineris, et voluit ut Archiepiscopus secundum morem juraret ei fidelitatem. Ille dixit se esse Monachum, nec debere facere juramentum. Dictum est ut vel ad minus se offerret ad juramentum: respondit non se debere simulationem

C facere. Tandem mediantibus Episcopis, Theoderico antequàm moreretur Metensi, Brunone Tullensi, Richardo Viridunensi, Imperator pro sua religione juramentum ei quitavit...

Anno MXLVII. Rex Henricus à Clemente Papa in Imperatorem benedicitur, jurantibus Romanis sine ejus consensu nunquam se Papam electuros... Theodericus Theutonicus fit Episcopus Viridunensis per annos XLIII. Viri religiosi et illustres sanctitate in Christo dormiunt, Poppo Archiep. Trev. XVI Kal. Julii, Wazo Leod. Episc. VIII Idus Julii, Odilo Abbas Clun. qui Monachorum Archangelus vocabatur, Poppo Abbas Stabulensis. Archiepiscopo Popponi succedit Everardus; Episcopo Wazoni Theoduinus, natione Noricus id est de Bavaria, consanguineus Imperatoris... S. Odiloni Abbati Cluniacensi succedit sanctus Abbas Hugo per D annos LXIII. Floruit hoc tempore sanctus Abbas Robertus de Casa-Dei, qui magnæ exstitit opinionis, et multos et magnos viros ad servitium Dei aggregavit. *Sigebertus*: Franco Scholasticus, etc. ut suprâ pag. 164.

Anno MXLVIII. Cùm de Summi Pontificis electione inter Imperatorem et Romanos ageretur, postulatus est in Papam ab una parte domnus Halinardus Lugdun. Archiepiscopus; sed dissimulavit ad Curiam ire, donec electus est Bruno Tull. Episcopus, vir nobilis et sanctus, filius Comitis Hugonis Daburgensis *. *Episc. Otto*: Hic ex nobili, etc. ut suprâ pag. 262, exceptis iis; contigit eum Cluniacum (b) venire, ubi fortè tunc prædictus venerat Hildebrandus. Is Brunonem adiens, etc. *Sigebertus*: Qui cùm ad capessendam sedem Apostolicam Romam tenderet, audivit voces Angelorum canentium, *Dicit Dominus, ego cogito, etc.* Hoc anno facta est elevatio S. Florberti... *Guido* de Ecclesia S. Sepulchri in Jerosolymis ab Imperatore

V. pag. 164.

* Ed. Daburg.

(a) Secus plerumque factitabatur: feminæ scilicet, Clerici ac Monachi, laici ii quos juvenilis aut decrepita ætas aut infirmitas aliqua excusabat, denique quicumque sui loco facultate pugnatorem offerendi fruebantur, quàm fortissimum poterant campionem eligebant. Qua in re iniquitas consuetudinis et legis sese evidenter prodebat: cuicumque enim laicorum cum Clero contendenti, aut victum se dare, aut pugnam suscipere opus fuit. Si suscipiebat, qualiscumque foret, hoc est licet viribus et armorum usu parùm instructus, campo contendere ipsemet cogebatur: contrâ feminæ, Ecclesiastici cæterique à certamine immunes, fortissimum omnium pugilem à se delectum, pro se offerre

ad certamen poterant. Hinc necesse est, multum detulerint superno auxilio et cœlestibus prodigiis, qui tanta imparitate alæ certaminis se committebant.

(b) Quidam è Nostris putant Gregorium VI post depositionem anno 1046 Cluniacum secessisse cum Hildebrando Monacho, quem ibi Prioris officium gessisse aiunt; eundemque Gregorium ibidem mortuum ac sepultum fuisse: quod nullo veterum testimonio fultum invenit Mabillonius, addens illud certum, Hildebrandum trans Alpes cum Gregorio abiisse, ut ipse testatur in Concilio Rom. an. 1080 in hæc verba: *Vos scitis... quia invitus ultra montes cum domino Papa Gregorio abi.*

C. P. reedificatâ : Supradicto Principe nequam Achim Soldano rebus ^A humanis exempto, filius ejus Daher nomine, regnum obtinens, ad petitionem Imperatoris C. P. domini Romani Heliopolitani, vel potius Constantini qui post Isacum cum Cano (a) imperavit, cum quo fœdus quod pater ejus Achim perfidus violaverat resarciens, contraxerat amicitiam; reedificandi prædictam Ecclesiam fidelibus dedit licentiam. Quam Nicephorus Patriarcha Jerosolimitanus, qualis nunc veneratur in Jerosolimis, reparavit, sumptibus de prædicti Imperatoris ærario ministratis. Factum est hoc MXLVIII, LI ante urbis liberationem, XXXVII post ejusdem Ecclesiæ destructionem. *Sigebertus* : Albertus qui ducatum, etc. ut *suprà pag.* 164. *Elinandus et Guilelmus* : Erat autem Imperator Henricus multis et magnis virtutibus præclarus, et omnium penè ante se bellicosissimus, ut potè qui multas feroces et indomitas subjugaverat * Imperio nationes, etc. ^B

* *Al.* subjungavit

Anno MXLIX. *Sigebertus* : Leo Papa in Gallias veniens, etc. ut *suprà pag.* 164. *Episc. Otto* : Imperator Belgicam (b) ingressus, etc. ut *suprà pag.* 262. *Sigebertus* : Leo in Germania et Gallia synodis habitis statum Ecclesiæ meliorabat. Eo tempore Remis translatum est corpus B. Remigii, et Leo Papa benedixit Ecclesiam S. Remigii. Post triduum tenuit ibi Concilium LXVI Episcoporum : in quo Concilio interrogatus S. Hugo Abbas Clun. de sua promotione fertur respondisse : « Caro voluit, spiritus repugnavit. » Ibi verò Simoniaci tam populares quàm Clerici, Presbyterique uxorati, persuasione S. Hugonis, à Catholicorum communione et ab Ecclesiis eliminati sunt. Affuerunt ibi Archiepiscopi, Guido Remensis, Halinardus Lugdunensis, Hugo Bisunticensis, Everhardus Treverensis, Mainardus Senonensis (c), et quidam alii cum Suffraganeis suis. Episcopus Hugo Lin- ^C gonensis depositus fuit, pro quo factus est Episcopus Arduinus. *Sigebertus* : S. Theobaldus inter nobiles, etc. ut *suprà pag.* 164. *Elinandus et Guillelmus* de homine in asinum mutato : Eo tempore erant duæ aniculæ in strata quâ Romam itur, uno in tugurio commorantes, uno imbutæ maleficio, quæ hospitem, si quando solus superveniebat, in equum aut asinum commutabant, et mercatoribus vendebant pretium bibentes, (d) etc.

Anno ML. Balduinus Flandrensis invaso Haynonensium Comitatu, contra Imperatorem rebellat. Ex hoc conjicimus, quòd Raynerus junior Comes Haynonii jam erat mortuus; cujus filiam unicam Richildem nomine Comes Balduinus Insulanus filio suo dedit uxorem. *Sigebertus* : Leo Papa dum Normannos, etc. ut *suprà pag.* 164. *Episc. Otto* : Eâ tempestate Normannorum gens, etc. ut *suprà pag.* 262. *Sigebertus* : Francia turbatur per Berengarium, ^D etc. ut *suprà pag.* 164. De isto Berengario quædam vulgò narrantur; quòd fuerit in adolescentia potens Nigromanticus (e); quòd à Turonis usque Romam Diabolus eum una nocte detulerit; quòd quidam puer Clericus, nobilis genere, ei commendatus, magistro absente dum libros nigromanticos legeret, à Diabolo occisus sit; et quòd idem Dæmon coactus à Berengario, in corpus mortui intravit, et per aliquod tempus huc et illuc deambulare fecit, et cum cæteris cantare et in choro stare, donec ab alio Nigromantico falsitate deprehensa, puer ut erat pro vero, mortuus esse deprehenderetur; et quòd idem Berengarius morti adjudicatus, fugiens ad Ecclesiam, *Juste Judex* ibi fecerit, et cum lamentatione decantaverit, et ita liberatus sit. Ubi autem *suprà* dicitur quòd à multis contrà et verbis et scriptis disceptatum est, addit *Elinandus* ex dictis Guilelmi : Inter quos dominus ^E Guido Abbas de Cruce S. Leufredi contra eum de corpore et sanguine Domini elegantem edidit Librum. Responderunt etiam eidem Berengario,

(a) Sic in Ms. Cod. 4896 A. In duobus verò Apographis B. et C. cum ea.

(b) Gervasius Tilber. Cap. III 2^a decis. pag. 912 : *Gallia Belgica a civitate Belgis, quæ tertia pars Galliarum dicitur* : et cap. XX 1^a decis. *Alea lusoria ab Aleo lusore dicta, qui eam primus invenit apud Belgium civitatem Gallicæ; à quo Gallia Belgica dicitur.*

(c) Malè in Apographis B. et C. ac in Edit. *Suessionensis* : in Ms. autem Cod. A. omittuntur Everardus et Mainardus.

(d) Ex ungue leonem nosce.

(e) Sola profectò Berengarii scientia haud vulgaris, ansam dedit hujusmodi rumoribus. Simile monstrum seu crimen in Gerbertum etiam fuit impactum. Vulgus nempe imperitum solet occultæ id est diabolicæ scientiæ adscribere, quod, in præstantibus viris, minime captu assequitur. Uno verbo magicæ artes cum Berengarii tum Gerberti, nil aliud fuerunt quàm subtilis ingenii acies doctrinaque utriusque.

A Magister Lanfrancus Monachus de Becco-Herluini *, paulò pòst Abbas Cadomensis, pòst. Archiepiscopus Cantuariensis; Guimundus priùs Monachus de S. Leufredo Normanniæ, postea Episcopus Aversanus * Apuliæ, nostri temporis eloquentissimus. Item Leo Papa Vercellis contra eum celebravit Concilium; sed post Leonis obitum Hildebrandus Archidiaconus (a), cùm esset Turonis sub Papa Nicolao (b) *, et deinde sub ipso cùm esset Papa, Conciliis eum compulit ad sui dogmatis anathema. Berengarius autem in fine ita resipuit, ut sine retractatione à quibusdam habeatur plenus elemosynis et humilitate, magnarum possessionum dominus dispertiendo, non famulus abscondendo et adorando. Nullam fœminam conspectui suo patiebatur admitti. Tamen quamvis se correxerit, eos quos depravaverat convertere nequivit. . . Unde ipse Berengarius dum in quadam die Epiphaniæ moreretur, dixit: «Hodie apparebit mihi Dominus meus Jesus Christus, » propter pœnitentiam, ut spero, ad gloriam; vel propter alios, ut timeo, » ad pœnam».

* Ms. Beccc

* Ms. Advers.

* Victore II

Anno MLI . . . Obiit Gerardus Cameraçensis Episcopus: succedit Liebertus. Apud Tullum (e) post Episcopum S. Gerardum præfuit Stephanus, et post eum Bertoldus; quem secutus est Hermannus; dein Bruno: ipse est Leo Papa sanctissimus. Sigebertus: Leo Papa Gerardum, etc. ut suprâ pag. 164. Planetam B. Petri Apostoli apud Antiochiam gestatam habebat S. Hugo Abbas Cluniacensis secum (d); de qua Robertum virum illustrem paralyticum Parisius sanavit, et sanum à lecto surgere fecit. Idem S. Hugo . . . quadam die dum dormiret, vidit sub capite suo cubare serpentium multitudinem; subitòque capitale suum excutens, invenit librum Virgillii suppositum; abjectoque codice sæculari, in pace requievit. Romæ obiit Halinardus Lugdun. Archiepiscopus; eique succedit (e) [Gaufredus].

Anno MLII. Philippus antiquior, id est primus, natus est Rex futurus, Regis Francorum Henrici filius ex Anna filia Georgii Regis Sclavorum . . . Sigebertus: Balduinus Comes terminos, etc. ut suprâ pag. 164. Qui Bonifacius * erat Romanæ urbis Patricius, et Præfectus Anthonitanus, et Pisanus Marchio, et totius interjacentis Tuschiæ et Italiæ dominator. Has omnes dignitates, cùm interfectus fuisset dictus Bonifacius, per ejus relictam Beatricem iste Godefridus accepit, cognomento Barbatas. Quæ Beatrix filia Sigifridi de Brie, filii Ducis Theoderici. Soror hujus Sigifridi Adela Comitissa Arelunæ peperit Fulconem et Waleranum, à quibus Duces de Lembore descendunt . . .

* Al. Bonifacius

D Anno MLIII, XIII Imperatoris Henrici filii Conradi, Papias Librum, scilicet Elementarium doctrinæ rudimentum, edidit: quod probatur per numerum annorum, ubi agit * de ætatibus sæculi in prima littera, et enumerando pertingit usque ad hunc annum . . . Rex Angliæ S. Edwardus cùm peregrinationem Romam vellet aggredi, non permiserunt sui: unde legatos suos ad S. Leonem Papam misit; qui Papa eundem Regem absolvit à voto peregrinationis . . .

* Al. ait

Anno MLIV. Henricus Imperator filio suo, etc. ut suprâ pag. 164. Unde Episc. Otto: Leo Papa in Ecclesia, etc. ut suprâ pag. 262. Elinandus ex dictis Guilelmi: Eo tempore corpus Pallantis, etc.

Anno MLV . . . Rex Francorum Henricus apud Parisios * fundavit Ecclesiam B. Martini, ubi S. Martinus leprosum curavit . . . Balduinus Flandrensis Comes . . . intra Andwarpum, etc. ut suprâ p. 164. Petrus Damianus de legatione Hildebrandi: Hildebrando, inquit, Archidiacono referente didici, quòd cùm ipse adhuc Subdiaconus à Victore Papa Apocrisiarius ad Gallias esset directus,

* Ms. Parisius

(a) Pagio ad an. 1053 judice, certis argumentis liquet Hildebrandum nondùm fuisse Archidiaconum, sed duntaxat Subdiaconum.

(b) In Ed. et Apogr. sub Papa Romæ Conciliis eum compulit, etc.

(c) Gerardus successit Gauzolino, cujus tempore widonem istius urbis multi noverunt Comitem. Hic viculum quemdam habuerat ab urbe non longè positum; quem quia ipse construxerat, usque in præsens tempus nomen Widonis habet. . . Ejusdem tempore Drogo Miles notissimus, in pago Dulmènsi oriundus, peste febrium penè ad extrema perducitur. . . Ingressus

Templum [S. Mansueti], imposito cervici vinculo sancto, se ex libero in servum dedicat. Ex Mirac. S. Mansueti: ibi autem nota ritum contrahendæ spontaneæ servitutis per impositionem vinculi cervici servitutem contrahentis.

(d) In Ed. secundus, quâ: in Apropographis verò B. et C. secundæ, quâ.

(e) In Ed. ac in Apographis B. et C. Philippus antiquior, id est primus. Inde sprofectò natus error eorum qui in numero seu indice Præsulum Lugduni reponunt Philippum I, de quo altum ubique silentium.

Synodum congregavit, in qua sex Episcopos pro diversis criminibus deposuit. A Inter quos quidam erat Episcopus simoniacè factus, qui hoc modo examinatus est: jussus dicere *Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto*, Spiritum S. verbis exprimere non valebat, quamvis Patrem et Filium liberè et expeditè pronuntiaret: qui difficultate convictus, ab Episcopatu depositus est. Bellum fuisse apud Mare-mortuum in quibusdam Chronicis annotatur. Item Bononiæ bellum, captio Gaufridi, mors Hildoini (a) filii ejus. Hoc tempore fuit Comes de Brena super Albam Engelbertus (b), qui Comitissam Joviniaci viduam, de primo marito suo filiam habentem unicam, duxit uxorem; quæ filia per industriam ejusdem Comitis Engelberti data est in uxorem cuidam militi strenuo Stephano nomine de Vallibus juxta Abbatiam S. Urbani: qui Stephanus erat de mensa dicti Comitis Engelberti; et iste Stephanus post mortem dictæ Comitissæ fuit Comes Joviniaci * ex parte uxoris, et B ipse primus castrum de Jovevilla (c) inchoavit, auxilium ferente Comite Engelberto; qui Stephanus filium habuit Gaufridum nomine, qui fuit Comes Joviniaci, et secundus dominus Jovevillæ. Iste est igitur de quo hîc annotatur captio Gaufridi; qui liber dimissus, invenitur abhinc vixisse per annos XXVI. Et ista est brevis narratio de antiquitate Jovevillæ. Item hoc tempore per quosdam Heremitas fundatus fuisse dicitur locus Abbatiae Molismensis, quæ est mater Cisterciensis ordinis.

* Joigny

* Ms. Bonifacio

Anno MLVI . . . Imperator Henricus moritur. *Episc. Otto*: Imperator Italiam ingressus, Beatricem Mathildis matrem, consanguineam suam (d), defuncto marito suo Bonifacio * Marchione, secum reduxit. Suprà ante quatuor annos, videlicet in anno Dom. MLII dicitur, quòd Godefridus duxit uxorem Bonifacii Marchionis, et jussu Imperatoris à Longobardia excluditur: C hîc autem dicitur, quòd Imperator ab Italia eam secum reduxit, et quòd ipsa Beatrix fuit mater Mathildis, scilicet Marchisæ: et habemus ab antiquo quòd ista Beatrix fuit heres et Comitissa de castro quod dicitur Briæ, Metensis dyocesis. Ipse verò Imperator non multo post in termino Saxonie et Thoringie, in loco qui dicitur Botfelt, infirmatus, publicè culpas suas recognoscens, imperii XI, regni XVIII, diem ultimum clausit, ac juxta patrem humatus est. Ceterum tam ejus quàm patris sui actus et virtutes Hermannus Contractus in Libello quodam luculenter satis disseruit. *Elinandus et Guilelmus*: Apud Spiram conditus est, quam ipse ex antiquissima et diruta Nemeto revocatam, Spiram nuncupavit. Hujus fuit Epitaphium illud famosum (e) . . . et post eum regnavit Henricus filius ejus, cui ascribuntur anni L. Cluniacensem Ecclesiam sanctus Abbas Hugo ita reparavit *, D ut sit millenis Fratribus capiendis idonea; inductus ab hoc monitu B. Petri Apostoli . . . Visus est ipse Apostolus tenere funiculos et tendere, et terminos ponere circumscribendæ * quantitati. Obiit Rem. Archiepiscopus Guido; eique succedit Gervasius per annos XII, qui, ut dicitur, primò fuit Episcopus Cenomanensis. Hic posuit Canonicos Regulares in S. Dionysio Remensi, et ipse fecit cervum æreum * in curia Remensi.

* Al. renovavit

* Ed. conscrib.

* Ed. Eneum.

Anno gratiæ MLVII. Henricus IV, filius Henrici, imperat annis L. Colonie generali Conventu, etc. ut suprà pag. 164: et eidem Godefrido Duci reddita est uxor sua Beatrix Italiæ Marchisa. Tempore autem prædictæ guerræ castrum de Mirual jussu Imperatoris fuit dirutum. Obiit Arnulfus Comes. Quis iste fuerit, ignoratur: sed tamen quidam dicunt, quòd jacet apud S. Arnulfum Metis: et fuit terra ejus Chaumontois ultra Esmaciam (f); et castrum de Laio dedit S. Arnulfo; et Comites de Salmis ei ex una parte succedunt. *Sigebertus*: Balduinus junior Marchisus, Nerviorum Comitatum imperiali munificentia et auctoritate Apostolica suscepit. Rabbodo Comes interfectus est. E

Anno MLVIII . . . Philippus Rex, Regis Henrici filius, cum esset VII

(a) In Ms. Cod. A. *Holdoini*, et in Ed. *Hildoini*.(b) In Apogr. *Angelbertus*, et in Ms. Cod. A. *Engelbertus*.(c) Gall. *de Joinville*: in Ms. Cod. A. *de Jonevilla*, et sic semper.

(d) Henricum II Imper. fuisse consobrinum Beatricis concludit Pagius ad an. 1070, ubi dele-

git quomodo eadem Beatrix, filia Frederici II Lothar. Ducis, ab Ottone Frising. dicitur *consanguinea* Henrici II Imper. et Henrici III ejus filii, et ab ipsomet Henrico III amita appelletur.(e) *Cæsar tantus eras quantus et orbis*, etc.(f) In Ms. Cod. A. *Chaumontois ultra Esmatiam* (f. *Elsatiam*)... et in Ed. *Chaumontis ultra Esmatiam* (f. *Elsatiam*)... *Comites de Salinis* (f. *Salmis*).

annorum, unctus est Remis præsentate patre, X. Kal. Junii. *Sigebertus* : Fredericus filius Gothelonis . . . CXLIV præsidet, etc. ut suprâ pag. 165.

Anno MLIX. Ab hoc anno Rex Francorum I Philippus per annos L regnavit. Stephanus Papa in civitate Florentia infirmatus, adveniente S. Hugone Cluniac. Abbate dicebat inimicum recedere, abeunte accedere. *Sigebertus* : In pago Brachatensi juxta Tornacum, etc. ut suprâ pag. 165. Romæ Zenecius (a) Belliternensis * Episcopus, factus Papa, dictus est Benedictus X, et sedit mensibus X. Iste non habetur in *Sigeberto*. In Anglia visio S. Regis Edwardi de VII Dormientibus : unde *Guido* : Rex Angliæ Edwardus apertissimè miraculis et prophetiæ spiritu claruit. Die sancto Paschæ, etc. . . . *Guido* de origine et potentia (b) Turcorum : At postquam Turcorum cœpit evanescere potestas super Persas et Ægyptios, et sancta Civitas sub jugum devenit eorum, per annos XXXVIII quibus eam detinuerunt, majoribus molestiis cœpit fidelium populus fatigari; ita ut leve ducerent jugum Persarum et Ægyptiorum, comparatione Turcorum. Turcorum autem sive Turcomannorum gens, nam ab eodem trahunt originem, et dicuntur militares Turci, Turcomanni verò vulgares, post excidium Trojæ se contulerunt ad Hyperboreas regiones Turco quodam Duce, à quo Turci dicuntur nunc usque, etc.

Anno MLX. . . Nicolaus II . . . mense Aprili, indict. XII, vel potiùs XIII, Concilium celebravit de electione Romani Pontificis; cujus tenor in Decretis invenitur. Sub eo floruit Archiepiscopus Radulphus * Bituricensis (c), vir sanctus frater Regis Franciæ Henrici. Qui Papa exemit Episcopum Podiensem, dicto Archiepiscopo contradicente, et ad iudicium divinum appellante. Tempore Archiepiscopi Rothomagensis, scilicet Maurilii, sub Abbate Herluino et Priore Lanfranco, Anselmus annorum XXVII factus est Becci Monachus, de Augusta in Langobardia * natus. Henricus verò Francorum Rex moriens, Balduino Comiti Flandriæ, qui dictus est Insulanus, tutelam admodum parvuli Philippi filii delegavit. Is erat fide, virtute et sapientiâ æquè mirandus; cujus filia Mathildis Guillelmo Normannorum Duci, nec dum Anglorum Regi, nupserat, foemina suo tempore pudicitiae specimen, pudoris culmen. Fuit Rex Henricus miles strenuus et bonus; qui potionis, ut dicitur, haustu malè fuit potionatus. Tres habuit filios, Philippum, Robertum, et Hugonem Magnum Veromandiæ Comitem; ex quibus Robertus juvenis mortuus est. Soror autem ejusdem Regis Henrici Adela prædicto Balduino Insulano peperit Balduinum hujus nominis VI, Robertum cognomento Fresonem, Philippum patrem Guilelmi de Ypra; et filias duas, Judith quam duxit * Tosticus Comes Nordannibrorum (d) in Anglia, et Mathildem prædictam Normannorum Ducissam. Balduinus VI duxit Richildem, filiam unicam Raineri Comitis Hainiaci : de qua genuit Arnulphum exhæredatum, et Balduinum VII à quo Hainiaci Comites descendunt. Robertus autem Friso Gertrudem Frisonum Comitissam duxit in uxorem, relictam videlicet Comitis Florentii, matrem Comitis Theoderici; et genuit ex ea Comitem Robertum, qui in expeditione Hierosolymitana memoratur; et duas sorores ejus, Adalam * matrem Comitis Caroli, et Gertrudem Ducissam de Nanceio, quæ Theoderico filio Gerardi peperit Ducem Simonem, et Theodericum nobilem Flandriarum Comitem et Principem. Quæ omnia diligentius suis in locis prosequemur. Sororem verò istarum duarum, scilicet Adelæ et Gertrudis, natu majorem, videlicet filiam Comitis Florentii de Frisia, hoc est filiastram suam, dedit Robertus Friso Regi Philippo, de qua natus est Ludovicus Grossus, et illa Constantia quæ fuit uxor Boëmundi *. Non multò post mortem Regis Henrici mortuus est Gaufridus Martellus, Comes Andegavensis, qui moriens Gaufrido sororis suæ Comitissæ

(a) In Ms. Cod. A. *Zecius Bellitervensis*.

(b) Pagius ad an. 1048 docet, repetendam ab hoc tempore magnitudinem seu potentiam Turcarum, qui Romanos bis vicere et Saracenis imperium abstulere. *Sunt autem Turci*, inquit *Zonaras*, *gens Hunnica, populosissima et libera, Caucasiarum montium septentrione latus accolens.*

(c) Errat hic Auctor : nullus e ni tunc fuit Bituric. Archiepiscopus hoc nomine donatus. Vide

quæ notavimus suprâ de Bituric. Hugone; ubi addere poteramus, Hugonem Bituric. forsân ibi ab Alberico confundi cum Hugone Vesontion. Archiepiscopo, quem, teste Widrico Abbate, *regalis nobilitas et jocunda facundia amabilem reddiderat omnibus.*

(d) Al. Nordannubrorum. Nordannibrorum et Nordannibrorum.

* *Ms. Varin.* Vastinensis * filio Comitatum dedit : qui Gaufridus simplex fuit et imbecillis. A
 Hujus frater Fulco Comitatum corripuit ; qui cognominabatur Rechin ,
 quia germani simplicitati (a) crebrò infrendens , ad ultimum honore spo-
 * *Ed. priva-* liatum * perpetua tenuit in custodia. Hic Fulco habuit uxorem Bertradem ,
 tum
 de qua genuit (b) Gaufridum juniorem Martellum , et Fulconem , et soro-
 rem ejus Comitissam Rhedonensem. Hæc Bertreda relicta (c) , relicto eodem
 marito suo , nupsit Regi Francorum Philippo , qui legitimam uxorem supra-
 dictam dimiserat , et inde multæ factæ sunt excommunicationes , sicut in
 Epistolis Yvonis continetur . . . Philosophia , id est sapientia , à Chaldæis per
 * *Ed. in* Romanis] ad Hispanias , nuperrimè ad Gallias à * diebus illustrium viro-
 rum , Berengarii , Managaldi , Lamfranci , Anselmi.

Anno MLXI . . . Marianus Chronographus claret , qui à Scotia in Gallias B
 veniens , Coloniae factus Monachus primò apud Fuldam , postea apud Mo-
 gunciam reclusus est. Balduinus Marchisus regni Francorum Magistratus
 efficitur. Traditio Vitriaci (d) ; et ab hinc anno XV invenitur annotatum :
 Redditio Vitriaci. Hic dicendum est , quòd Hugo vir nobilis cognomento
 Bardol , fuit dominus Brecciarum (e) , id est de Brois ; et erat ex una parte
 * *f. legitimus* finitimus hæres * Comitis Veromandiæ Rodolfi : quo Rodulfo mortuo ,
 dictus Hugo Bardol Vitriacum invasit , et Barrum super Albam et Firmita-
 * *la Ferté* tem * ; et hoc de assensu Regis Philippi , qui cætera quæ erant (f) Comitis
 Rodulphi invadebat. Reliquerat autem Comes Rodolphus ex uxore sua , quæ
 dicta est Adela (g) , filium bonæ indolis nomine Simonem , et filiam nomine Alai-
 dam. Hic est Simon vir sanctus , qui primò Consul et Regis Francorum Primi-
 * *Meulant* pilus , postea Monachus probatissimus effectus. Cùm Mellentinus * Comes R C
 bertus ducere voluisset filiam Hugonis Crispeiensis Comitis , natam de sorore
 hujus Symonis (h) , Yvo in Epistolis suis contrà proponit , dicens : « Gauterus
 * *Aumale* » Albus de Albemarla * genuit matrem Valeranni Comitis , qui genuit ma-
 » trem Roberti Comitis Mellentini. Idem Gautherus Albus genuit Rodul-
 » phum , patrem Rodulphi qui genuit Veromandensem Comitissam , scilicet
 » Adalam ; ex qua nata est Alaiz uxor Comitis Hugonis , cujus filiam ducere
 » vult Comes Robertus Mellentinus ». Sed sciendum quòd Comitissa Alaidis ,
 soror S. Simonis , Comiti Campaniæ Theobaldo peperit duos filios , Phi-
 lippum Episcopum Catalaunensem , et Hugonem Campaniæ Comitem ; et
 post mortem Comitis Theobaldi eadem Alaidis Hugoni fratri Regis Phi-
 lippi peperit liberos utriusque sexûs , et per illam Hugo Magnus Veroman-
 diæ Comitatum obtinuit. D

Anno MLXII . . . Eo tempore in confinio Normanniæ , etc. (i)

* *Ms. com-* Anno MLXIII. *Sigebertus* : Hoc anno finitur magnus (k) Cyclos annorum
 poti DXXXII , continens Cyclos decem (l) novennales XXVIII ; qui ad omnem
 rationem Paschalis computi * omninò utilis , ab ævo in ævum in semetipsum sine
 errore revolvitur ; sed hoc in eo reprehensibile esse videtur , quòd annis Dominicæ
 Incarn. ei inconsideratè præscriptis , discordat à veritate Evangelii in anno Do-
 minicæ Passionis , præferens XIV lunam Aprilis eo anno in prima feria fuisse ;
 quod omninò falsum est , quia secundum fidem Evangelii eo anno luna XIII
 Aprilis fuit in V feria , et in VI feria , luna XV , VIII Kal. Apr. Dominus passus
 est. Exercitus multus à Galliis in Hispanias ad debellandos Sarracenos pro-
 ficiscitur ; sed omni regione à Sarracenis vastata , urgente fame inefficax
 revertitur. Robertus Balduini potentissimi junior filius Fresiam subintrat. E
 * *Al. Fre-* Quo tempore (m) Rex fuit in Galicia Sanctius sive Fernandus * nomine ,
 nandus

(a) In Ed. et in duobus Apogr. *simplicitatem*.

(b) Fulco Rechin non ex Bertrada Gaufridum et Comitissam Redonensem genuit , sex ex dua-
 bus aliis uxoribus , ut videbimus postea.

(c) In Ms. Cod. A. et Apogr. C. deest *re-*
licta ; et meritò , nam Bertrada non fuit dere-

(d) *Vitry le Bruslé en Partois*.

(e) In Ms. Cod. A. *Brecciarum* , et al. *Bretiarum*
(Broyes).

(f) In Ms. Cod. A. *fuertunt* , et in Ed. *erant de*.

(g) In Ms. Cod. A. *Adala... Alaidem*.

(h) In Ed. et in Apogr. B. et C. *ejus uxoris*.

Monebimus ibi nostram editionem Leibnitianâ
 hic et alibi esse auctiorem , ut cuilibet legenti
 facile patebit.

(i) Ut apud Willelmum Malmesb. supra pag.
 175.

(k) In Ed. *Circulus magnus annorum DCCXXII* ,
qui continet cyclos novendecennales.

(l) In duobus Apogr. *novennales sine decem*.
 Hic autem et alibi cum supra tum infra Leibni-
 tianam editionem corrigimus.

(m) In Ed. *Eo tempore*. Ibi in margine duorum
 Apogr. notatur , Castellanos cum Navarriis
 confundi.

A qui tres habuit filios, primogenitum Sanctium qui aliam matrem habuit quàm reliqui fratres, Petrum cognomento Alphonsum sive Hildefunsum, et Fernandum. Horum duo ultimi fuerunt ex matre de genere Francorum, quod ita probatur: Dictum est superius in anno Domini MXXXI, quòd neptis ex sorore Regis Francorum Roberti Beatrix nomine, Comiti Ebalo primo marito suo de Roceo peperit Ælidem (a) et Hadwidem: de ista Hadewide dictum est suprà. Istam Ælidem duxit Comes Hilduinus * de Ra-

* *Al. Hilde-*
vinus

B Alphonsum, Regem Galiciæ et Castellæ potentissimum; et fratrem ejus Fernandum *, qui post eum totum regnum tenuit. Secunda soror, Beatrix nomine, Rotroldo (c) Comiti de Pertico peperit Comitem Rotroldum, et Margaretam de Novoburgo in Normannia; cujus filia (d) Juliana de Aquila fuit mater Reginae Navarrearum (e). Tertia soror Margareta Comiti Hugoni de Claromonte Belvacensi peperit Comitem Rainaldum * et sorores ejus, de quarum una fuerunt Comites Bellimontis. De isto autem Comite Rainaldo plures fuerunt filii et filiæ, quos breviandi ratione necesse est prætermittere. Quarta soror, nomine Ermentrudis, Theobaldo Comiti de Rinello (f) peperit Hugonem, et Hildegardam matrem Ebali de Buxi et de Monteforti et aliorum multorum. Quinta soror Ælis de Sarrata * in Bur-

* *Al. Ferdi-*
nandum

* *Ms. Renal-*
dum

* *Ed. Serrata*

C lomeum, et eorum sorores; quarum una Henrico Comiti de Grandiprato Hescelini filio peperit illum Henricum qui sepultus est in Fusneio *; qui Hescelinus Comes de Grandiprato habuit fratrem Rogerum Comitem Porcensem *, cujus filia fuit Sibylla. Sexta soror supradictarum Ada nomine, de Guisia (g) honestissima domina, de cujus progenie sunt illi de Ruez et de Audenarde. Septima soror Adela Arnulfo Comiti de Chisneo peperit Comitem Ottonem patrem Comitis Alberti, et ita in infinitum. Et quia occasione Regum Hispaniæ genealogiam hanc in medium (h) attulimus, sequitur in Vita S. Hugonis Cluniacensis Abbatis de iisdem Regibus: « Hil- » defunsus Rex Hispaniarum plus omnibus S. Hugonem excolebat, quia » precibus ejus de captione fratris emererat... Intercessoribus suis Clunia- » censibus ducentas auri uncias annuatim solvere decrevit, et diem libera-

* *Ed. Fus-*
neto

* *Ed. Percen-*
sem

D » tionis suæ celebrem eis reliquit »...

Anno MLXIV. Dictum est suprà in anno MLII, quòd Adala Comitissa Arelunæ * vel Areleonis (i), id est ad castrum de Erlons quod tempore paganorum fuit civitas, soror Sigifridi fuit, filia scilicet Ducis Theodorici. Hæc autem Adala Comitissa duos habuit filios, Fulconem et Galeranum. Fulco verò genuit Comitem Fredericum et Beatricem, qui ambo mortui sunt sine liberis, et jacent apud S. Hubertum in Ardenna. Galeranus verò per uxorem suam cœpit habere dominium ultra Mosam prope Leodium, et inchoavit ædificare castrum de Lemborch. Cyclus magnus annorum DXXXII bis à Christi nativitate exactus, tertio incipit. Super hunc locum malè de Cyclo Paschali dixit Elinandus, non attendens quòd primus annus nativitatæ Christi adscribatur secundo anno tabulæ Dionysii, non primo, sicut E venerabilis Beda et alii Doctores opinatissimi (k) sentiunt. Domnus Hermannus, nobili Alemannorum prosapia procreatus, hoc anno suum com- potum edidit, et famosam de naturali lunæ discursu quæstionem subtilissimè investigatam absolvit: qui à prima ferè ætate à renibus deorsum contractus,

* *Arlons*

(a) In Ms. Cod. A. *Aleydem... Æleidem.*

(b) In margine Apogr. B. sic notatur: « genuit patrem duorum illorum filiorum et 7 filiarum Hilduinus 2 Adelæ maritus (vel Hilduinum Adelæ maritum) »; et in marg. Cod. Ms. C. « Hilduinum Adelæ maritum patrem illorum filiorum et filiarum. »

(c) Ibid. « immò Gaufrido Rotroldi Patri ».

(d) In marg. Cod. B. « imò alterius. »

(e) In Mss. Cod. *Navarrorum.*

(f) In Ms. Cod. A. *de Rinnello*; et in Apogr. B. *de Risnello.*

(g) In Ed. et in duobus Apogr. *de cujus progenie sunt illi de Ruez et de Audenarde, et fuit de Guisia honestissima domina. Septima, etc.*

(h) Ibid. *in medio tulimus... Hildephonsus.*

(i) In Ed. *Arelensis, id est castrum de Erlans.*

(k) In Ed. *operis latissimi*, et in Ms. Cod. A. ac in duobus Apogr. *operi latissimi.*

et toto vitæ suæ tempore ambulandi usu privatus, quia hoc flagellum patientissimè tulit, et insuper gratias egit, absque humano magisterio in omni liberali scientia novus Dei dono Philosophus apparuit. Erat autem moribus tranquillinus (a), caritate diffusus, scientiâ (quod apud alios rarum est) benevolus, affabilis omnibus, pauperum curâ sollicitus, virginitatis castitate integerrimus. Apud Virdunum Theodoricus erat Episcopus; et apud Tullum Udo erat Episcopus.

Anno MLXV. Frederico Duce mortuo, Godefridus Ducatum (b) suum recepit. Hujus Frederici (c) relictam, nomine Raelendem (d), duxit Comes Namucensis Albertus, et genuit ex ea Godefridum... Cùm Rex Edwardus pronus esset in senium, quia liberos non susceperat, Guilelmo Duci Normanniæ Roberti filio, qui Richardi, quem fuisse fratrem Emmæ matris Edvardi prædiximus, tanquam proximè sibi consanguineo successionem Angliæ dedit: quapropter Haroldum ad eum in Normanniam misit, qui eidem Guilelmo regni (e) successionem Anglici post mortem Edwardi sacramento firmavit; unde et filix ejus necdum nubilis desponsione donatus, familiarium partium habebatur: sed defuncto Rege Eduardo, Haroldus sacramento contempto, extorta à Principibus fide, arripuit Angliæ diadema... Haroldus quamvis non paucis præditus esset virtutibus (f) etc... Unde sæpè conventus à Guilelmo per nuntios super tribus, ut vel regno secundùm consuetudines cederet (g), vel sub eo regnaturus teneret, vel certè spectante utroque exercitu gladio rem ventilaret (h), legationes Guilelmi quibusdam responsionum præstigiis illudebat; dicens se sacramento liberatum, quòd filia Guilelmi quam desponderat, citra nubiles annos obierat, et quia inconsultè absque generali consensu Anglorum et edicto alienam hæreditatem ei juraverat; proinde stultum sacramentum esse frangendum... Quidam Gozilo (i) Comes Bohaniæ moritur, procuranteque uxore sua Ermentrude in Abbacia S. Huberti sepelitur. Horum erant quatuor filii Cono*, Rodulfus, Guido, Henricus.

* Al. Cuno

Anno MLXVI. Cometes apparuit tota Paschali hebdomada, Guilelmus, longos et flammeos crines per mane ducens... Narratio habet (k) quædam vulgaris, quòd Rex Guilelmus Abbatem Helfinum* ad se accersitum, ad Regem Daciæ miserit; et quòd idem Abbas in reditu in mari periclitatus, de solemnitate Conceptionis B. Mariæ faciendâ sit commonitus et edoctus. Sigebertus: Interim Guilelmus, etc. ut suprâ pag. 165... et regnat in Anglia annis XXII. Episc. Otto: Stella, etc. ut suprâ pag. 263... Hoc qualiter factum sit, latiùs est persequendum. Guido. Dux Guillelmus ne justam causam videretur decolorare temeritate (l), ad Alexandrum Apostolicum misit, justitiam belli suscipiendi, quantis poterat facundiæ verbis allegans. Quod quia Haroldus facere supersedit, Papa partibus apud se utrinque perpensis, vexillum in omen regni Guilelmo contradidit. Quo ille accepto, belli necessaria largis sumptibus expediens, cum magno et forti exercitu apud S. devenit Walericum; ubi multis diebus eos remorante vento, Dux habito consilio corpus S. Walerici pro vento deprecando sub divo jussit exponi. Nec mora intercessit, quin prosper ventus carbasa impleret, Duce primùm in altum provecto, cæteris ad prætorixæ puppis vermiculatum velum convolantibus, placido cursu Hastings appulerunt. In egressu navis pede lapsus est Dux, acclamante sibi proximo milite: « Tene » Dux Angliam, in proximo Rex futurus. » Intereà Rex Haroldus de pugna contra Noricos victor revertebatur, allatoque ad se nuntio adventûs Normannici, Hastings pertendit. Igitur utrinque Duces animosi disponunt acies, patrio quisque ritu. Angli totam noctem insomnem cantibus potibusque ducentes, mane incunctanter in hostem procedunt: contra Normanni tota nocte

* Ramesiæ

(a) A. tranquillissimus.

(b) In margine Apogr. B. Luxembourg.

(c) In Ms. Cod. A. Hujus Godefridi.

(d) In Ed. et in Apogr. C. Raelendem... Namucensis.

(e) In Ed. et in Apogr. C. successionem Angliæ.

(f) Vide suprâ pag. 182. Albericus enim hic et alibi, multa cùm suprâ tum infrâ, mutuatur à Wilcllmo Malmesb. quem plerumque abbreviat.

(g) In Ms. Cod. A. discederet, et in Apogr. C caderet.

(h) In Ed. et in duobus Apogr. ventilarent.

(i) In Ed. Bozelo; in Apogr. B. Gozelo; et in Apogr. C. Comes Bahaniæ.

(k) In Ms. Cod. A. habuit... Helsinum.

(l) In Ms. Cod. A. temeritas. Hunc autem locum confer narrationi Guilelmi Malmesb. suprâ pag. 182.

- A Confessioni (a) peccatorum vacantes, manè Dominico corpori communi-
carunt. Dux vultu serenus, et clara voce suæ parti ut pote justiori Deum
pronuntians affuturum, arma poposcit; moxque ministrorum tumultu lori-
cam inversam indutus, casum risu correxit: « Vertetur, inquit, fortitudo
Ducatûs mei in regnum ». Tunc Cantilena Rolandi inchoata, ut martium
viri exemplum pugnatuos accenderet; inelamotoque Dei auxilio, prælium
consertum bellatumque acriter, neutris in multam diei horam cedentibus.
Valuit hæc vicissitudo, quantum Haroldi vita moram fecit; at ubi ictu sa-
gittæ violato cerebro procubuit, fugâ Anglorum perennis in nocte fuit. Ja-
centis femur unus militum gladio proscidit; unde à Guilelmo (b) ignominia
notatus quòd rem ignavam et pudendam fecisset, militiâ pulsus est. Vexillum
Haroldi post victoriam misit Apostolico Guillelmus, quod erat in hominis
B pugnantis figurâ, auro et lapidibus arte sumptuosa contextum. Ille ubi
perfectâ victoriâ potitus est, suos sepeliendos mirificè curavit; hostibus quo-
que, si vellent, exequendi licentiam dedit. Corpus Haroldi sine pretio
matri repetenti misit, licet illa per legatos multum obtulisset: quod ac-
ceptum sepelivit intra * Ecclesiam quam ex proprio ipse constructam in ho-
nore S. Crucis apud Watem Canonicis impleverat, ad XII leugas de Lun-
donia (c). Sensim ergo Guillelmus, ut triumphatorem decebat cum exercitu,
non hostili sed regali modo progrediens (d), urbem regni maximam Lun-
doniam petit; moxque cum gratulatione cives omnes effusi, obviàm vadunt.
Prorupit omnibus portis turba salutantium. Tunc ille haud dubiè Rex cla-
matus est die Natalis Domini, coronatus ab Alredo (e) Eboracensi Episcopo,
nolens hoc munus suscipere à Stigando Cantuariensi, quia non legitimè factus
C erat Episcopus. Guido * Decanus et Custos Ecclesiæ S. Quintini Viroman-
densis et Archidiaconus Laudunensis, constituitur Belvacensis Episcopus,
et à Gervasio Remensi Metropolitano consecratur. Contra Manassem Comi-
tem de Retest * Episcopus Theodoricus Viridunensis castrum S. Menehildis
cepit, et castrum de Setunia * subvertit; Alonem (f) etiam de Duno, et
Dudonem de Claromonte perdomuit: sed Comes Rodulfus de Crispeio, vi-
tricus Regis Philippi, iterum Viridunum incendit. Ecclesia Hoiensis conse-
cratur à Theoduno Leodiensi Episcopo, præsentè Lieberto Cameracensium
Episcopo. Obiit S. Theobaldus, etc. Apud Catalaunum Episcopo * Rogero,
hujus nominis II, Rogerus III succedit. * Ed. Rogerio
- Anno MLXVII. *Sigebertus*: Cono * qui et Conradus... de rupe tertio
præcipitatus, etc.... Obiit Balduinus potentissimus Marchisus, Insulæ
D sepultus. Elevatio S. Macharii. Udo * fit Archiepiscopus Treverensis. Ar-
chiepiscopus Remensis Gervasius (g) obiit. Eodem anno Henricus Rex Ber-
tam, Ottonis Italici Marchionis filiam, uxorem accipiens, nuptias apud
Triburias celebravit. Rex Angliæ Guillelmus in subjectos lenis, etc. ut apud
Will. Malmesb. supra pag. 188: Eleemosynæ curam habuit, transmarinis
Ecclesiis multas possessiones in Anglia largitus est, nec ullum ferè Monaste-
rium, præsertim in Normannia fuit, quod ejus munificentia pertransiret. * Ed. Cuno
- Anno MLXVIII... *Guido*: Quia inter Regem Angliæ Guillelmum et
ejus uxorem Mathildem fuerat consanguinitas, pro hujus facti expiatione ipse
ædificavit Monasterium S. Stephani Cadonis (h), et magnificè dotavit, ubi
Lanfrancum præficit Abbatem; et illa fecit Monasterium Monialium S. * Ed. Odo

(a) Normannorum in exercitu aderant pro-
fectò Sacerdotes, maxime verò Monachi: quan-
quam tunc fortè accidit, id quod in Ernesti Lib.
VI legitur, nempè

Alter in alterius aurem commissa loquuntur.

Sic apud Ditmarum pag. 131 nostri Tomi X *Ernes-
tus Alemannæ Dux, quia Presbyterum cui sua confite-
retur peccata, non habuit, unum ex militibus hujus
vice propius accedere jussit. Sic et longè post Join-
villæus in Vita S. Ludovici ait, profligato à
Sarracenis exercitu, se Guidonis de Belino Ma-
gistri Equitum regni Cypri excepisse confessio-
nem. Olim enim non solum Sacerdotes, sed ipsi
etiam laici, urgente necessitate, penitentium
confessionem excipiebant, ut probat Martenius
in Lib. 1 de antiquis Ecclesiæ Ritibus cap. 6. art.*

6. num. 8.

(b) In Ms. Cod. A. *ignominia*. Jam monuimus,
Willelmum Malmesb. hinc ab Alberico fieri bre-
viorem.

(c) In Ed. et in duobus Apogr. *ad X leucas
de Londonis... Londinum.*

(d) In Ms. Cod. A. *proveniens... congratula-
tione.*

(e) In Ed. *ab Elredo... accipere.*

(f) In Ed. *Alonem... Rodolphus de Crispeio.*

(g) *Anno Episcopatus domni Gervasii XII non-
dum finito, sed in ipsis Idibus Octobris si viveret fini-
endo, III Kal. Jul. festivitàte SS. Petri et Pauli
ad vesperum aggravatus infirmitate, quâ post sexto
die mortuus est, etc.* Ex Codice Ecclesiæ Rem. ab
Odolrico Præposito qui rei interfuit, conscripto.

(h) In Ed. et duobus Apogr. *Cadomis.*

Trinitatis. Idem Rex Guillelmus, assumpto diademate et pace composita, A Legatos misit ad exteras nationes, ut à præclaris omnium Regum domibus quidquid magnificum et mirificum videretur, referrent. Miles quidam in præsentia Regis Guilelmi cùm non haberet quod * offerret ad altare in quodam die Paschæ, dedit ei Rex in instanti XL solidos; quos in pallio suscipiens, statim obtulit omnes ad altare Sacerdoti, nihil ex eis sibi retinens. Quod videns Rex Guillelmus, dedit illi militi omnia dona et xenia (a) quæ sibi data et præsentata fuerunt in illo festo. Arnulfus Comes Chisniaci et uxor ejus Adala de Roceo, quædam contulerunt Ecclesiis. Fuit etiam idem Arnulphus Comes de Givel (b) et de Warc, et ejus uxor Adela soror fuit Comitis Ebali de Roceo, et uxor ejusdem Ebali dicta est Sibylla. Quære MLXIII.

Anno MLXIX. *Sigebertus* : Fluminibus glaciali frigore constrictis, etc. . . . B Hinc Francis, hinc Scotis, etc. ut *suprà pag.* 165. Archiepiscopus Rotomagensis post Malgerium fuit Maurilius Fiscanensis Monachus, plenus multis virtutibus, et maximè abstinentiâ. Is ad extrema deveniens, vitali privatus halitu (c), ferè dimidia die jacuit defunctus: tandem cùm pararetur in Ecclesiam ferri, resumptâ animâ ait ad circumstantes, etc. (d) . . . Corpus ejus in Ecclesia S. Mariæ sepultum, miraculo, ut aiunt, divino tribus pedibus altiùs supra terram elevatum est. Guido Bellovacensis Episcopus, II annis perfectam, dedicavit Ecclesiam in honore advocati sui Quintini Martyris, IV Nonas Octobris . . .

Anno MLXX. Manasses ordinatur Remensium Archiepiscopus per annos XVI. De matre hujus * dictum est superiùs in anno MXXXI (e), quòd ipsa fuit Beatrix de Roceo (f) neptis Regis Roberti; pater verò ejusdem C Archiepiscopi dictus est Manasses Calva-asina, et fuit frater Comitis Hilduini * de Ramerut, sive de Roceo. Horum etiam duorum frater fuit Comes Suesionensis, Guillelmus nomine, qui genuit Renaldum (g) et Johannem Comites, et Manassem Episcopum Suessionensem. Horum soror Yvoni de Nigella * peperit Comitem Radulfum, qui genuit Comitem Yvonem, et Radulfum Castellatum de Bruges (h), et Theodericum Archidiaconum Cameracensem. De Radulpho Castellano nati sunt Comes Cono, Johannes pater Johannis de Nigella, et iste qui adhuc vivit Comes Radulfus Suessionensis. *Sigebertus* : Gerardus de Alsatia Dux Mosellanorum moritur hoc anno, cui succedit de Alsatia Theodericus filius ejus. Prædictus Gerardus * de Alsatia, cum isto filio suo Duce Theodorico habuit etiam alterum filium nomine Gerardum, qui fuit primus Comes Waudani-montis (i). Iste Comes D Gerardus duxit filiam Comitis de Daburg (k), neptem S. Leonis Papæ; de qua genuit Comitem Waudani montis Hugonem et sororem ejus Gislam, quæ fuit Comitissa Barri, ut inferiùs dicitur. *Sigebertus* : Moritur etiam Dux Bullonii Godefridus Magnus, qui dictus est Barbatus, et apud Viridunum requiescit; cui successit filius ejus Godefridus Gibbosus, etsi corpore exiguus, tamen animo eximius . . . Obiit Balduinus Marchisus, qui Hasnonii sepultus est. Episcopus Laudunensis dicebatur Elinandus, et Episcopus Parisiensis Joffridus.

Anno MLXXI. *Sigebertus* : Robertus Balduini frater, consensu Flandrensium, etc. ut *suprà pag.* 165 . . . Hoc XI Kal. Martii actum est (l) . . . Godefridus ultiores Fresones bello aggressus, eos penè ad internecionem delet. Alexander Papa venienti Romam Lamfranco Archiepiscopo E dignanter assurrexit, professus se illud insigne reverentiæ detulisse, non honore Archiepiscopi, sed amore magistri. Item de conflictu quem habuit idem Lamfrancus contra Baiocensem Episc. Odonem, habetur in Miraculis S. Dunstani

(a) In Ms. Cod. A. et in Apogr. B. et C. *exenia*.

(b) In Ed. *de Guicel et de Ware*.

(c) Malè in Ed. et in duobus Apogr. *habitu*.

(d) Ut apud Malmesb. Willelmum. Hujus autem vestigiis Albericus insistens, fatuum vulgus insulosque ejusdem rumores sat nec odit nec arcet, nimiusque est in referendis anilibus fabulis, visionibus, prodigiis, apparitionibus, aliisque hujusmodi portentis: sed id vitii in tempora refundendum.

(e) Vide paginam 289 Tomi nostri X.

(f) In Ed. et in Apogr. C. *de Hainaco (Hainaut)*.

(g) Ibid. *Joannem et Renaldum*.

(h) In Ed. *Burges et Theodericum Archid. Kamerac.*

(i) In Ms. Cod. A. *Wandani-montis (Waudemont)*.

(k) Ibid. *de Daburg (Dasbourg)*.

(l) In Ed. et in duobus Apogr. *agitur*.

- A Anno MLXXII. *Sigebertus* : Balduino Juniore Flandr. Comite defuncto, etc. *Guido* sic refert : Balduinus Insulanus, Comes Flandriæ, pater Mathildis Anglorum Reginæ, duos filios habuit Balduinum et Robertum. Qui Balduinus junior, post patrem Flandriæ Comes, in maturè fato functus est, superstitibus duobus liberis Arnulfo et Balduino de Richilde uxore, Comitissa Hainonensi; quorum tutelam Philippo Regi Francorum, cujus (a) amitæ filius erat, commisit. Robertus verò patre superstite, Comitissam Frisiæ (b) uxorem nactus, Frisonis nomen accepit; qui Robertus Friso, occultatis insidiis inopinum nepotem suum Arnulfum nequidquam fortiter agentem excepit, et Flandriæ Comes effectus est. Pacem cum Philippo Rege Francorum comparavit, datâ sibi in uxorem privignâ, etc. Richildis verò Comitissa ad Theodinum Episcopum se contulit, et ei Montense castrum cum
- B omni honore de Hainaco illi subjecto, S. Mariæ sanctoque Lamberto emendum obtulit; et venditum castrum cum suis appenditiis, ab eodem Episcopo in feodum recepit; hac de causa, ut per quem resistere posset invasioni Roberti Frisonis violentæ. *Episc. Otto* : Itaque cùm, ut sæpè dixi, diadema regni à Sacerdotali gladio ferendum foret, in semetipsum dividitur, etc.

(a) In Ms. Cod. A. *cujus amitæ Balduinus. s. ille cujus filius erat, commisit.*

(b) Theodoricus hujus nominis III, Comes Hollandiæ IV, Jerosolymis obiisse traditur. Huic successit filius ejus senior æquivocus : hunc exce-

pit Florentius ejus frater, qui ex uxore sua Gertrude, Hermanni Ducis filiâ, Theodoricum ejus nominis V, Comitem Hollandiæ VI, procreavit. Gertrudem illius uxorem secundis nuptiis sibi copulavit Robertus Frisio.

C EX CHRONICO (a) FISCANENSI.

Apud Labbeum Tom. I Bibliothecæ Libr. Mss. pag. 326.

- A NNO MXXXV, obiit Robertus Dux Normannorum : succedit Willelmus filius ejus spurius, qui eò quòd esset cognatus Regis Eduardi, Angliam acquisivit.
- MXXXIX, obiit Conradus Imperator : succedit Henricus filius ejus.
- MLVI, incepit locus de Karitate.
- MLVIII, facta est donatio sancti Gabrielis.
- MLX, obiit Henricus Rex Francorum : succedit Philippus filius ejus.
- D MLXIV, Cenomanis subjugata est à Normannis.
- MLXVII, Willermus Dux Normannorum, Rex fit Angliæ, occiso Haroldo.
- MLXVIII, Maurilius Arch. Rothomagensis obiit : succedit Joannes.

APPENDIX (b) EX MS. CODICE CELLÆ S. GABRIELIS.

TEMPORE Malgerii Archiepiscopi, eo scilicet tempore quo potestativus sui Archiepiscopatus erat, opus fuit Fiscanni Ordines fieri. Tunc Abbas Johannes Hugonem Lisoiensem Episcopum accersivit, eumque ipsos Ordines facere rogavit; qui et paruit : ibique tum fuit ordinatus Odo, postea Bajocensis Episcopus, ad Diaconatus officium; ex Monachis Robertus Baven-

E tinus, Hugo, Johannes Rufus ad Subdiaconatum; ex Clericis Tetfredus et Hugo Turvillæ ad Presbyteratum, Richerius etiam de Andelio ad Diaconatum.

Ipsius Malgerii tempore, Rodbertus Archiepiscopus Cantuariæ Fiscannum venit, et rogante Johanne Abbate, Basilicas SS. Benedicti et Walarici dedicavit; et quosdam ex Clericis Presbyteros ordinavit, in quibus Alboldus Archidiaconus fuit.

(a) Chronicon illud, quod annum assequitur 1246, edidit Labbeus ex veteribus membranis, primùm Fiscanni aut apud Vallemontense Cœnobium exaratis, deinde Brennacum ad Vidulam delatis. Nonnulla autem ex eo jam supra

excerpsimus.

(b) Has ordinationes in Monasterio Fiscannensi factas edidit Mabillonius in *Appendice Annal. Bened. Tom. IV pag. 728.*

An. 1059. In diebus Maurilii Archiepiscopi venerunt Fiscannum (a) ad Paschale A festum duo Franciæ Episcopi, id est Letzelinus (b) Parisiensis et Fulco Ambianensis, missi in legatione ad Willelmum tunc Comitem, postea Regem, propter pacem faciendam inter ipsum et Henricum Francorum Regem: tuncque in ipso sacratissimæ Resurrectionis die supradictus Letzelinus Episcopus, volente et petente Johanne Abbate, Fiscanni publicè Missas fecit, atque inter sacra Missarum sollemnia quosdam ex Monachis Presbyteros ordinavit; et fortè tunc Maurilius Archiepiscopus aberat*, neque tamen super his ordinationibus requisitus fuerat.

* f. aderat

In ipsius Maurilii diebus venit Willelmus Ebroicensis Episcopus per evocationem domni Johannis Abbatis Fiscannum, et in ipso Paschali sabbato fecit ordinationes Presbyterorum; inter quos ordinati fuerunt Hugo postea Prior hujus Ecclesiæ, et Humfredus de S. Maria de Watto. B

Moderno tempore, id est in diebus Johannis Archiepiscopi, antè scilicet quàm infirmaretur, bis misit dominus Johannes Abbas Clericos suos ad ordinandum Ebroicas, quos ordinavit Balduinus tunc Episcopus. In his omnibus numquam fuit requisitus Rotomagensis Archiepiscopus.

(a) Id anno 1058 contigisse putat Mabillonius; sed nihil videtur obstare, quominus rejiciatur in annum sequentem.

Imberto Præsule, qui Litteris cum Fulcone Ambianensi subscripsit, Hezelinus, Heseclinus et Enzelinus aliàs dictus. *Mabillon.*

(b) Idem est hic Letzelinus Episcopus cum

EX CHRONICA FRATRIS (a) ANDREÆ MONACHI AQUICINCTINI C

DE REGIBUS FRANCORUM.

Ex Ms. Codice Reg. 10297. 3. 3. olim Colbert. 3863.

Lib. 3. ANNO Domini MXXX, Roberto Rege Francorum mortuo (b), Henricus filius ejus regnat in Francia, anno VI Conraudi Imperatoris, annis XXX. Henricus Rex Francorum et Conraudus Imperator confederantur. Henrici Regis mater Constancia maximam regni portionem, etc. ut in *Chronici vet. Excerpto supra pag. 158.* Verùm Rex Henricus, cum esset miles acerrimus, et matrem adversus eum calcitrantem cognovisset, consultu suorum Procerum omnia matris machinamenta suâ pessumdedit prudentiâ. Siquidem primo congressionum suarum principio cum matre consentit* Constantia; et castrum adorsus, etc. ut *ibid. pag. 159.* D

* concurrat

Robertus Wiscardus et Ricardus, minuendæ multitudinis causâ, hoc tempore, etc. . . . Burgundionibus non desistentibus à consueta contra Regem insolentia, etc.

Ut pag. 159. Balduinus Comes Flandrensis, invaso Hainonensium Comitatu, contra Imperatorem rebellat. Odone Comite à Gocelone Duce Lotharingiæ apud Barum, ut mox diximus, occiso, filius ejus Theobaldus major natu Carnotensem urbem et Turonensem sibi vindicat; minor verò nomine Stephanus Meldensium et Trecassinorum sortitus est civitates; sed hii ambo contra Regem (c) Henricum rebellare cœperunt. Rex autem primùm cum Stephano congressus, illum facilè superavit atque fugavit, Comite Rodulfo E retento. Demùm autem Gaufridum Andegavensium Comitem excitavit; unde ejus nutu Comes Gaufridus obsidione urbem cinxit Turonicam: quod audiens Theobaldus, cum suis viribus eò tendit; sed Gaufridus ei obviam procedens, cum eo viriliter decertavit, eumque stravit, et cum septingentis

(a) Scripti hujus, Petro Atrebat. Episcopo dedicati, et ad annum 1248 producti, partem jam vulgavimus pag. 289 Tomi superioris.

(b) Mors Roberti accidit mense Julio anni 1031. Anno autem 1030 finis fuit belli civilis, quod post coronationem Henrici fratres, firmato inter se federe, adversus patrem excitarent. Glaber enim qui lib. 3 cap. 9 refert grave hoc bellum domesticum, sat clarè ostendit illud idem anno 1030 consopitum fuisse, dum subdit

fratres paulisper quievisse, quia anno sequenti mense Julio Robertus Rex diem clausit extremum.

(c) Theobaldus et Stephanus in Henricum insurrexere, armis repetituri Donchericum villam suæ ditionis, ad Mosam sitam, quam Rex sibi vindicaverat, et postea Gozeloni Loth. Duci in beneficium concesserat, nulla ratione habita juris S. Medardi Suess. Monasterii, cui hæc villa subjecta erat. *Mabillon. ex Marlot. Tom. 2 pag. 82.*

A et quadraginta militibus ab eodem Turonicam extorsit civitatem. Denique Rex Henricus construxit Ecclesiam prope mœnia Parisiacæ urbis in honore S. Martini, quæ nunc Ecclesiæ Cluniacensi subjacet, et dicitur Ecclesia S. Martini de Campis. Henricus Rex pacato suo regno, duxit uxorem nomine Annam filiam Georgii Sclavi Regis; ex qua genuit tres filios, Philippum, Robertum et Hugonem; ex quibus Robertus puer mortuus est; Hugo verò factus juvenis duxit filiam Huberti (a) Comitis Vermendensis natam ex filia Rodulphi Comitis, per quam obtinuit Comitatus duos Vermendensem et Vaudensem; ex qua cum genuisset filios et filias, divino accensus amore cum exercitu Francorum et Germanorum Jherosolimam profectus est.

Ut pag. 159.

Anno Henrici Regis Francorum XXI, Balduinus Comes Flandrensis Insulanus cum filio suo Balduino rebellat contra Imperatorem Henricum, B in vaso monte Castri-loco: modus autem invasionis hic fuit; Hermanno Comite Montensi mortuo, Balduinus junior filius ejus Balduini, uxorem duxit Richildem relictam Hermanni Comitis, inconsulto Imperatore, et sic Hainonensem invasit Comitatum. Anno XXIII ejusdem Regis, Balduinus major Tudinium incendit; Balduinus junior Hoium vastat.

Anno XXIV ejusdem Regis, Imperator Henricus motus animo, innumerabilem exercitum congregavit, et ductu Johannis Advocati Attrebatensis, quem Balduinus exhæredaverat, et ad Imperatorem transierat, contra Balduinum venit, et in Brabantio super ripas fluvii Scaldi tentoria sua fixit. Quo audito, Balduinus et ipse exercitum congregans, ex alia parte fluminis consedit; sed exercitus ejus in comparatione imperatorii erat minimus. Imperator autem quia flumen transire non poterat, misit tertiam C partem exercitûs sui per Cameracum et per Exclusam, ignorante Balduino, ut exercitum ejus comprehenderent à tergo: Balduinus autem videns ita se comprehensum, cum exercitu suo fugit, et fluvium qui dicitur Lis transiit: Comes autem Lambertus qui ad auxilium ejus venerat cum magno exercitu militum, clausit se intra urbem Tornacum. Imperator autem Henricus videns Balduinum fugiisse, transivit fluvium, et obsedit Tornacum civitatem, cepitque Lambertum Comitem et occidit; quosdam autem militum secum adduxit, et alios interfecit; sicque per Flandriam transiens, incendiis et rapinis usque ad fluvium Lis terram vastavit. Hoc actum est anno Domini MLIV. Tertio verò post hæc anno Henricus obiit gloriosus Imperator: successit filius ejus ei æquivocus. Timore hujus Henrici Imperatoris fecit Balduinus Comes fossatum (b) magnum à Comitatu Lensensi usque in mare descendentem, qui vocatur Bolanum-rivum, ne iterum aliquis Imperator haberet D per terram Flandrorum liberum transitum . . .

An. 1054.

Anno Domini MLX, anno II Henrici Imperatoris, Henricus Rex Francorum senio se gravari conspiciens, filium suum Philippum in die Pentecostes consecrari fecit ante altare B. Mariæ, etc. ut supra pag. 159.

An. 1059.

Anno VI Philippi Regis . . . Willelmus Comes Normannorum cum Francis Angliam intrat, et conserto cum Anglicis prælio, Araldum cum multis militibus peremit; et in Anglia regnat annis XXVI*.

An. 1066.

* XXI

Anno XII Philippi Regis Francorum, Balduino Insulano Comite Flandrensi tutore ejus mortuo ante triennium, Balduino quoque filio ejus, qui Hainonensis dicitur propter Cœnobium Hainonense quod reædificavit, qui E utrumque Comitatum tenebat Flandrensem, Hainonensem per Richildem Comitissam viduam Hermanni Comitis Montensis, cui nupserat marito ejus mortuo; Robertus frater ejus qui Frisio dictus est, qui vivente patre apud Audenardam super Sanctorum reliquias ex Ecclesiis Flandriarum ibi congregatis, vidente patre et etiam admittente, parentibus et omnibus Flandriarum Baronibus fide interposita juraverat, se nunquam patre vivente

(a) Albertus Com. Veromand. genuit Ottonem seu Endonem Veromand. Com. qui ex Adela de Cresciaco filia Rodulphi Com. Valesii habuit Endonem Com. Veromand. hebetem ideòque exheredatum; et Adclam seu Adelisam hæredem Veromand. nuptam Hngoni Magno secundo-genito Henrici Regis. Eudo ex filia Equitis S. Simonis genuit Walerandum Com. de Meulant, cujus filius Robertus.

(b) Boulanam leucarum IX fossam, ductam à Claromarisco seu castro Ruffoltano ad Ariam, Basseam, Lensum usque, Morini nunc vocant Fossam - novam: quanquam Malbrancquus in monumentis haud spernendis comperit hanc dictam Fossam - veterem. Ipsa hodie Atrebatum seu Artesiam Claromariscum inter et Lisam à Flandris, linguamque Gallicam à Theutonicea determinat.

* Frisiam

absque ejus jussu in Flandriam intraturum, et post mortem ejus nihil A
reclamaturum (a), in Franciam * discessit, et apud Comitem Florensium
mansit; quo defuncto, uxorem ejus in conjugium accepit.

Mortuo autem, ut mox diximus, Balduino fratre Roberti, ipse consensu
Flandrensium contra Arnulphum filium Balduini fratris sui Flandriam perju-
rus occupavit; Arnulphus verò Comes juvenis cum Philippo Rege apud
Casletum occurrit patruo suo Roberto; et pugna consortata, Arnulfus pe-
rimitur: quo mortuo, statim Philippus Rex et Richildis Comitissa Baldui-
num fratrem Arnulfi vix decennem Comitem statuunt. Robertus verò con-
siliium habuit cum Eustachio Comite Boloniensi, cujus frater erat Episcopus
Parisiensis; et ei multa promittit ut fratri suo, qui erat Cancellarius, sua-
deret quatinus Regem faceret ab hoste discedere; et de tota Flandria, si ei
cederet, Comes Eustachius faceret suum velle: sed antequam hæc res ad B
effectum veniret, interim pugna committitur; et multis occisis, hinc Ri-
childis Arnulfi mater, illinc Robertus capitur; et altero pro altero relaxato,
bellum inter eos vario eventu protrahitur; Rege verò consilio Episcopi Pa-
risiensis et Comitis Eustachii inde recedente, Richildis cum filio suo Bal-
duino, Regis auxilio destituta, ad Comitatum Hainonensem tristis discessit;
sicque Robertus perjurus, injustè et fraudulenter Comitatum Flandrensem
invasit.

Anno IIII ab hinc transacto, Balduinus puer Hainonensis Comes, frater
Arnulfi apud Casletum jam defuncti, ad Donengium bellavit contra exer-
citurum patris Roberti, quem pugnando devicit. Robertus enim de Comitatu
Hainonensi exheredare eum cupiebat, sicut de Comitatu Flandrensi eum
exheredaverat. Post paucos annos idem Robertus Jerosolimam abiit, etc. (b) C

(a) Huc revocandum id quod, in Comitatu
Fland. quasi lege perpetua sancitum, refert Lam-
bertus Schafnaburg. ad an. 1071, suprâ pag. 63;
quodque notandum est.

(b) Appendicis instar adducimus eò loci,
quod sequitur: Anno DCCCXLI. . . Sciendum
quòd Otto Imp. de Scaldi fossato ante pontem S. Ja-
cobi usque in mare extensum, à nomine suo omnem
pagum Ottingam vocavit, quo regni Francorum et
imperii orientalium fines determinavit. Ante Ottonem
castellum, quod ad ripas Legiæ situm est, non Reges

Franciæ, non Comites Flandriæ, sed Imperatores in
libera S. Bavonis possessione propter divisionem regni
et imperii statuerunt: de quo censum V solidorum S.
Bavoni longè post Comites solverunt. Huic castello non
Castellani, sed Comites præfuerunt; quibus quatuor
villæ cum appendiciis suis, scilicet Hasnethe, Bo-
cholt, Axla, Hulsta cum tota Wasia subjectæ fuerunt.
Quidam horum Comitum Wicmannus nomine [filiam
Arnulfi Com. Fl.] uxorem suam Lietgardam nomi-
ne, etc. Ex Chronico Abbatia S. Bavonis Gand.
inter Probat. Hist. Geneal. Domûs Gand. pag. 42.

EX CHRONICO (a) LYRENSI. D

Inter Schedas nostræ Bibliothecæ Sangerman.

ANNO MXLVI (b) commissum est bellum in loco qui dicitur Valisdu-
A nes, inter Henricum et Proceres Normannorum Willelmi Ducis Nor-
manniæ, qui nolebant eum recipere in dominum. Anno eodem Willelmus
filius Osberni, dominus Britholii, et Adelia ejus uxor, Angelica admoni-
tione et divina jussione cœperunt ædificare Lirense Cœnobium in villa quæ
dicitur Vetus - lira (c), in loco in quo erat quædam Capella S. Christophori
constructa.

Anno MLXVI (d) transivit Dux Willelmus Normanniæ cum maxima E
multitudine navium in Angliam. Congregato exercitu dicti Willelmi et
congregato exercitu Haraldus in unum, factum est bellum durissimum inter
utrumque exercitum; sed Deo volente victoria fuit Willelmo Duci Nor-
manniæ concessa, et sic fuit ab Anglis in Regem coronatus. Commissum

(a) Brevius Monasterii ejusdem Chronicon ab
anno 814 ad an. 1249, exstat apud Martenium
Tom. III Anecd. col. 1432.

(b) Martenii Chronicon ibi duntaxat habet:
Anno MXLVI fundatum est Lyrense Cœnobium.

(c) Sic etiam vocatur in primariis ejusd. Mo-
nasterii litteris, quibus Willelmus et Adeliz
uxor ejus Roberto Abbati concedunt terram
ejusdem villæ et totam aquam ab Nova-lyra

usque ad Chalct, etc. Lyra nempe duplex est,
una Vetus dicta ad Rigellam [Rille] fluvium,
altera Nova seu parva, uno lapide à Vetere
distans.

(d) Apud Martenium sic tantum: Anno MLXV
factum est bellum inter Willelmum Ducem Norm. et
Haraldum Regem Angliæ, et subjecti sunt Angli Nor-
mannis.

A fuit istud bellum mense Octobri in festivitate S. Calixti. Circa hoc tempus obiit Adelia uxor Willelmi filii Osberni, et sepulta fuit in claustro Lirensi.

Anno MLXXII Willelmus filius Osberni fuit interfectus à Roberto Frison die Dominica Septuagesimæ, et sepultus apud Cormelias: quo mortuo, Willelmus Rex distribuit hereditatem ejus duobus filiis suis; scilicet majori natu Britholium et Paceium et alia patris jura in Normannia; Rogerio verò juniori Comitatum in Herefordia, et cætera patris jura in Anglia.

Anno MLXXX factum est Concilium apud Lillebonam in præsentia Willelmi Ducis primi Regis Anglorum, coram Archiepiscopo Rothomagensi et Episcopis et Abbatibus et aliis Consulibus et cunctis Normanniæ Principibus; ubi multa utilia instituta sunt, quæ servantur maximè in Normannia.

B

EX CHRONICO (a) CŒNOBII S. MEDARDI SUESSION.

Apud Acherium Tom. II Spicileg. pag. 486.

A NNO MXXXI Robertus inclytus Rex Francorum, filius Hugonis Chapet, obiit, et filius ejus Henricus successit. Iste Henricus Rex in XV anno regni sui Abbatiam B. Medardi de potestate Stephani Comitis eripuit, et in sua mundeburde suscepit propria: castrum etiam de Vico (b) cum appenditiis suis, de quo privabatur Ecclesia tunc temporis, incuriâ et nugacitate prædicti Stephani Comitis, Ecclesiæ restituit: ipsam verò Ecclesiam à molestatione et inquietudine (c) Roberti Militis, domini de Couciaco (d), viriliter defendit; et plurimas consuetudines, quas ipse Robertus dicebat se habere in Ecclesia B. Medardi et in possessione Ecclesiæ, viriliter revocavit.

An. 1045.

C MXLIX Renoldus Abbas Ecclesiæ B. Medardi, quia absque voluntate et licentia Regis Henrici (e) Romæ vocatus abiit, Abbas esse desiit.

An. 1047.

MLIX Philippus Henrici Regis filius, Rex effectus est, patre vivente et volente, et communi consensu Francorum.

(a) Hoc Chronicon, cujus Auctor Monachus ejusdem Cœnobii, ad annum usque 1254 progreditur.

(b) Vulgò *Viz sur Aisne* Suessionas inter et Compendium civitates.

D (c) Hac de re Henricus Rex propria manu proprioque sigillo firmavit placitum seu judicium, quod infra inter Diplomata ejusdem Principis referemus.

(d) Cociacum seu Codiciacum et Cocium castrum, *Couci*, Silvaco in diœcesi Laudun. proximum, fuit olim Episcopi Remensis, ut testatur Frodoardus in rebus anni 927. Probabilius Codiciacum seu Cauciacum, vulgò *Choisi* in Noviom. quidem pago, sed Diœcesi Suession. positum. Vide pag. 581, Not. (a).

(e) Nota hic supremum Regis jus cum Gallicana, ut vocant, libertate.

EX CHRONICO (a) SENONIENSI IN VOSAGO.

Apud Acherium Tom. II Spicilegii in-fol. pag. 604.

E ST TERRA ista [Vosagus] excelsis montibus occupata; rupibus immensissimis veluti quædam castra in ipsorum montium cacuminibus naturaliter positae, ipsos montes faciunt suo aspectu horribiliores. Inter ipsos arduos, ut diximus, montes quædam valles profundissimæ cernuntur, quæ nemoribus abietinis ita consitæ sunt, ut sua nigredine etiam horrorem plurimum incutere videantur. Prætenduntur enim dicti montes in longum per quatuor diætarum spatium; in latitudine verò vix sex miliaribus vel septem dirimuntur. Habent prædicti montes ab oriente Alsatiam, quæ est pars Germaniæ, cum suo fluvio Rethno nomine; ab occasu Lotharingiam et

Cap. 2. lib. 1.

(a) Chronici Senon. Cœnobii Auctor est Richerius, Monachus ejusdem loci, qui florebat medio currente sæculo XIII. Opus quidem, ut monet Acherius, stylo rudi texuit, ac dubia, non identidem sed rarò, pro certis, et quæ ex

solo vulgi rumore didicerat, immiscuit; at quem sæculi barbaries et simplicitas excusat. Ceterum idem Scriptor fide dignissimus est in rebus suæ ætatis: sed hæc in posterius tempus reservanda.

Burgundiam : extenduntur siquidem (a) à meridie in septentrionem. Ista, ^A inquam, vasta solitudo non tam hominum quàm ferarum sævarum habitatio habebatur, et quasi labyrinthus ab hominibus tunc temporis vitabatur. Hanc, quam descripsimus, terram antiqui Vosagum, moderni Vogiam dixerunt. In hujus eremi vasta solitudine Gundelbertus Archiepiscopus primus subintravit ; qui vallem, quam nos modò incolimus, sine nomine reperit, eam dulcedine natalis patriæ . . . imò civitatis in qua Archiepiscopatus functus erat officio, quæ Senonas vocatur, quasi nomine copulativo Senonias vocavit : unde usque ad præsens tempus ipse locus, ubi ipse Domini servus habitavit, Senonias, vallis quoque Senoniensis appellatur.

Cap. 11. [Medianum-Monasterium] quia ab oriente Senoniense Monasterium, ab occidente Stivagium, à meridie Junctionas, quæ nunc S. Deodatus vocatur ; à septentrione autem Bodonis-Monasterium habebat, illum suæ habitationis ^B locum, Medianum-Monasterium appellavit [B. Hydulfus], quod nomen usque hodie perdurat.

Cap. 1. lib. 2. Civitas [Met.] Mediomatrix dicebatur, quia in medio aliarum trium civitatum, Treverensis, Tullensis, Virdunensis, posita erat ; in medio mater dicta erat, præsertim quia Archiepiscopatus pollebat honore.

Cap. 14. Anno Domini MII nativitas B. Brunonis, qui postea Tullensis Episcopus, deinde Papa Romæ efficitur : cujus parentes (b) etc. . . . Cujus sanctitatis idem Bruno postea futurus esset, in quamcumque civitatem, vel castellum, vel vicum, aut villam intrarent, galli earumdem villarum, linguâ ejus patriæ per quam transibant, densis clamoribus eum Papam futurum clamabant : « Leo Papa, Leo Papa », cum sibi nomen imponendum omnes ignorarent ; et iterum hoc nomen atque iterum recipiebant : « Leo Papa, Leo ^C » Papa ». Quo audito, qui cum eo erant, eum in summa veneratione habere cœperunt.

Cap. 15. Postea verò, anno Domini MIII vergente numero, erat quædam Ducissa, quæ viro suo viduata Lothariensem Ducatum pro modulo suo regebat. Inter cætera quæ suis temporibus contigerunt, accessit ad Ecclesiam S. Deodati . . . et Clerici et populus corpus ipsius Sancti, loci ipsius primi fundatoris Deodati, de tumulo levaverunt . . . Secundo autem post anno idem Monasterium S. Deodati præ vetustate corruens, ab ipsa Beatrice et quodam Comite Ludovico, ampliori et novo ædificio est innovatum . . . Hermanus [Dux anno MII] Sabbato sancto Paschæ inopinatè civitatem Argentinam intravit, (c) etc. . . Quidam [armati] considerantes [in Ecclesia] Crucifixum magnum auro puro et gemmis redimitum, ad eum ^D concurrerunt : cui, ut decrustarent, manus injicientes, subita morte præventi, ante ipsum Crucifixum Diabolo reddentes animas ceciderunt. Omnis deinde ille exercitus pessima morte diversis modis citò totus interiit. Ille verò eorum [Dux] Hermanus, ut suæ malitiæ donativum reciperet, cum quadam nocte in cubili suo se sanum collocasset, ab illo cui servierat Diabolo suffocatus, somno mortem sociavit.

Cap. 16. Abbas [Monasterii S. Salvatoris in Vosago] videns se non posse nisi magno labore tot et tantis molestationibus resistere, statuit sibi et dicto Monasterio sub modo advocatiæ de Conservatore providere tali conditione . . . Quicumque Conservator institutus fuerit, scilicet ex tunc dominus de Albononte, redditus annuales levabit, etc. . . fidelitate ab eodem Conservatore sibi Abbati prætaeta.

Cap. 18. Contigit quemdam Adelhardum, qui quartus decimus à primo fundatore erat, Monasterii [Senionensis] gubernacula suscepisse . . . Fratrum miserri- ^E ma conservatio temporibus sex Abbatum incorrecta perduravit . . . Rangero hujus loci Abbate ab hac vita decedente, Fratrum Conventus Rambertum Præpositum sibi elegit Abbatem ; qui ab Episcopo Metensi temporalia, ab

(a) Georg. Farnarius in sua Orbis Notitia scribit, Vosagum montem cum silva in Lingonibus oriri, et per XXV leugas versùs ortum excurrere ad Basilicam, quâ Burgundiam à Lotharingia dividit ; inde septentrionem versùs continuis jugis et perpetuis silvis Lotharingiam ab Alesatia separantem, per L leugas ad Mogontiacum et Augustam Trevirorum expandi : ex

eo monte Mosam, Mosellam, Ararim seu Sauconium, Heillum vel potius Ellum [III], aliosque fluvios demitti. Addit Valesius in Not. Gall. in silva monteque Vosago capita quatuor maximorum fluminum contineri, Matronæ, Mosæ, Mosellæ, atque Araris.

(b) Vide pag. 320 Tomi nostri X.

(c) Vide paginam 319 ibid.

A Episcopo verò Tullensi curam suscepit animarum... Rambertus autem locum tam feliciter rexit, ut se amabilem cunctis exhiberet et honorabilem.

Anno Domini MXLIV Humbertus Abbas Mediani-Monasterii (a), vir clari ingenii, laudes quæ Responsoria dicuntur... rhythmicè ac metricè componens, Brunoni Episcopo Tullensi tradidit decantanda. Inde quinque annis elapsis, apud Maguntiam Conventus Episcoporum ac Procerum et aliorum plurimorum cum Imperatore Frederico * habitus, Bruno Tullensis Episcopus, Papa communi consilio omnium eligitur; ac Romæ proficiscens, per partes illas transeundo, Oratorium S. Johannis Baptistæ ad portam Mediani-monasterii consecravit X (b) Nonas Aprilis: Humbertum quoque Mediani-monasterii Abbatem secum ducens, Archiepiscopum Siciliæ ordinavit;

Cap. 19.

* Henrico

B deinde Romæ Cardinalem ad vices suas supplendas secum morari præcepit. ML anno dominus Leo Papa ad partes istas rediens, S. Arnulphi Ecclesiam (c) Metis dedicavit. Secundo anno item Gallias repetens, ossa B. Gerardi Tullensis Episcopi de tumba levavit.

Cap. 20.

Anno Domini MLVI quidam Bilonus, Girardi Ducis servus, in saltu Vosagi qui Longummare dicitur, locum et Capellam in honore B. Bartholomæi primus ædificavit.

Cap. 21.

Tempore Bercheri venerabilis hujus loci Abbatis, fuit quidam Regnerus qui locum in vasta eremi solitudine positum adiens, Ecclesiam ibidem ædificavit: qui locus usque hodie Mare dicitur. Quam videlicet Ecclesiam memorabilis Episcopus Tullensis Pibo, industriâ ipsius Regneri, Nonas Maii in honore S. Trinitatis consecravit. Ubi multi ea die S. Trinitatis, id est in

C Octavis Pentecostes (d), ob festi gratiam convenire solebant... Post hoc autem Rambertus Abbas hujus loci Senoniensis aliquanto supervivens tempore... migravit ad Dominum. Cui vir venerandus Bercherus successit.

Cap. 22.

(a) Gerardus imperiali præcepto Ottonis Magni possedit Abbatiam Medii-monasterii et de Offonivilla, necnon Pauliniacensem et Dervensem. Eo tamen vivente, Heribertus juvenis, pater Stephani Comitis de Vitreio, totam Abbatiam Dervensem abstulit et possedit: cujus vestigium sequens ejus filius Stephanus, similiter usurpavit et tenuit. Acquisivit etiam idem Præsul à præfato Imperatore Abbatiam S. Deodati, et forestam et bannum, quam dicunt Episcopi-montem, et villam Baunivolum; et ab Odelrico Comite acquisivit VII mansos apud Bodonis-curtem cum dimidiâ Ecclesia, et à Warnero Comite castrum de Murowalt... Movit rationem contra Achardum Lingon. Præsulæ pro Varenis. Ex B. Gerardi Tull. Episc. Vita Auctore Widrico.

1049 judice, manifestè hallucinatur in die et mense consecrationis hujus Oratorii, cum Leo IX mense Dec. anni 1049 Romam profectus sit, illucque circa initium mensis Febr. pervenerit.

(c) Leo IX Remis Metas est profectus, et consecravit Basilicam S. Arnulfi, ex Vita S. Leonis à Wiberto. Litteras tunc ab eodem Papa data Meurissius lib. 3 de Episcopis Met. recitat, in quibus Leo ait se V Idus Octob. S. Arnulfi Ecclesiam consecrasse: qui dies anno 1049 in feriam IV incidit; sed hoc sæculo Ecclesiarum dedicationes indiscriminatim omnibus diebus sæpè factæ comperiuntur. Pagius.

(d) Hinc firmatur quod notavimus supra de festo S. Trinitatis.

D (b) Senon. Chronographus, Pagio ad an.

EX GENEALOGIA (a) B. ARNULPHI METENSIS EPISCOPI.

Apud Chesnium (b) Tom. II Scriptorum Franc. pag. 642.

ROBERTUS (c) [Rex genuit] Regem Franciæ Henricum et Adela: Henricus Philippum Regem Franciæ et Hugonem Magnum: Philippus, etc... Adela soror Henrici Regis Franciæ genuit Mathildem Reginam Anglorum, Balduinum Comitem et Robertum Comitem: Mathildis genuit Guillelmum et Henricum Reges Anglorum, et Adela Comitissam; Balduinus frater Mathildis genuit Balduinum Comitem et Arnulphum: Arnulphus genuit Balduinum Comitem: Robertus frater Mathildis genuit Robertum Comitem ex Gertrude: hic Robertus, etc.

... Theodericus Dux [filius Friderici Ducis et Beatricis filiæ Hadewidis] genuit Fridericum Ducem, Adela * : Fridericus Dux (d) genuit

* Adela

(a) Anonymus Genealogiæ hujus Auctor florentino nostro Volumine, rebat anno 1261, ut ipse testatur.

(b) Chesnianam editionem contulimus cum Ms. Cod. Reg. 5989

(c) Quæ præcedunt, exhibuimus in superiori

Tome XI.

(d) Francorum placito nomen tulit hic Friderici, Quem proavi sudère Duces à sanguine Regum.

- Beatricem et Sofiam : Beatrix genuit Mathildem ex Bonifacio : Sofia genuit A Theodericum de Monçonz et Fridericum fratres : horum Theodericus , etc. . . . Adela soror Friderici Ducis genuit Fulconem et Gallerannum , et filiam unam quam habuit Henricus de Liembore * , pater Pagani de Arluns , etc. . . . Ermengardis [filia Karoli Ducis] genuit Albertum Comitem , (a) [et filias duas Hadewidem et Emmam de Los : horum Albertus genuit Albertum Comitem] : Albertus , etc. . . . De sororibus , Hadewidis Theodericum Ducem et Gerardum Comitem fratres : horum Theodericus genuit Simonem Ducem : Simon , etc. . . . Gerardus frater * Alberti (b) genuit Gisela , et Hugonem , et Lambertum (c) : Lambertus genuit Henricum Comitem Lovaniensem : hic Henricus genuit Henricum et Godefridum fratres. Henricus filius Gerbergæ genuit Adeleidam , Chunegundem , et Adela . Mathildis filia Gerbergæ genuit Eustachium Comitem Boloniensem , et Gerbergam Friderici B Ducis uxorem : Eustachius Comes genuit Balduinum Regem Hierusalem , Godefridum Ducem , et post Regem Hierusalem , ex Ida : Gerberga soror Eustachii Comitis ex Friderico Duce habuit filiam mutam * : hæc genuit Henricum de Lembure .
- ... Berta [filia Mathildis sororis Lotharii Regis Fr. et Karoli Ducis] genuit Othonem Comitem Campaniensem : hic Otho * genuit Theobaldum Comitem : Theobaldus genuit Stephanum , Othonem , Hugonem , fratres. Guepa soror Bertæ et Mathildis genuit Gisela uxorem Regis Conradi : hæc habuit ex Conrado Henricum Imperatorem tertium : hic Henricus genuit Henricum IV Imperatorem Augustum ex Agnete . Mathildis soror Guepæ et Bertæ genuit Arnulphum Comitem Flandriensem , Godefridum Ducem (d) , Gozelonem Ducem , fratres : horum Arnulphus genuit Balduinum : hic genuit Balduinum ex Chunegunde : hic genuit Balduinum et Robertum ex Adela . Gozelo frater Arnulphi et Godefridi genuit Godefridum Ducem , Odam , et Regelindam * : horum Godefridus Dux genuit Godefridum Gipposum et Henricum Comitem Lovaniæ . Regelindis , soror Godefridi Ducis et Odæ , genuit Albertum Comitem Nammuensem : hic Albertus genuit Godefridum , Fridericum , Henricum et Albertum , fratres. . . . Hæc [Ermendruda filia Albradæ sororis Lotharii Regis] genuit Agnetem : hæc aliam Agnetem : hæc genuit Henricum IV Imperatorem ex Henrico Imperatore tertio : hic Henricus , etc. . . .
- ... Hudica [filia Othonis I Imper.] genuit Othonem Ducem : Otho Henricum et Chononem fratres : horum Henricus genuit Conradum Imperatorem : [(e) hic genuit Henricum III Imperatorem] et Lidulphum fratres . . . D [Henricus Dux , filius Henrici Ducis fratris Othonis I] genuit Henricum Imperatorem , et Gisela uxorem Stephani Regis Hungrorum : hæc genuit Bernardum : hic genuit Idam Nammuensem , et Reginam Francorum , et uxorem Angelberti Marchionis , et Gertrudem Comitissam Flandriensem , et Reginam Nacorum .

* *Al. Lint-
bure.** *Ms. Alsat.** *Al. Jun-
tham** *Odo** *Al. Gede-
lindam*

Si Pagio ad an. 1070 credamus, Epitaphium istud positum fuit non Friderico I, sed Friderico Lotharingæ Duci hujus nominis II, anno 1027 juxta Wipponem demortuo; proinde Gerbertus seu Silvester II Papa, cum anno 1003 vitâ decesserit, hoc Epitaphium condere non potuit, licet Editorum errore inter ejus Opera exstet. Porro laudatos versus non nisi Friderico II convenire, inde probat Pagius, quod Fridericus I, Galliæ Medianæ [sic vocabatur Lotharingia superior] Dux, neque à Regibus neque à Ducibus aut Principibus originem duxerit; Fridericus verò Theoderici filius, Friderici I nepos, revera natus sit è sanguine Regum, cum Fridericus I avus ejus uxorem duxerit Beatricem Hugonis Capeti sororem, ac filiam Hugonis Magni Ducis Fr. et Burg. ac Ducissæ Hadwidæ Saxoniciæ Henrici Aucupis Germ. Regis filiæ.

(a) Hæc omissa in Met. membranâ, ex alia

vetustiore nunc primùm addita sunt. *Chesnius.*

(b) Fortè leg. *Theoderici*; et certè ita videtur, cum alterius Gerardi supra non meminerit. quàm illius qui fuit frater Theoderici Ducis. *Id.*

(c) Hic deesse videtur initium generis Gerbergæ secundæ filiæ Caroli Ducis. *Id.*

(d) Sigebertus in Chron. ad annum 984 narrat Lotharium Regem Fr. Lotharingiam invasisse, Viridunumque et Godefridum ipsius urbis Comitem cepisse, sed anno insequenti tam urbem quàm Comitem reddidisse. Hic autem Godefridus Barbatus cognominatus, Pagio iudice, prorsus est diversus à Godefrido Barbato Lothar. Duce: Comes enim Viridunensis, Captivus vulgò appellatus, nunquam fuit Lotharingiæ Dux.

(e) Annullis hic inclusa, leguntur tantum in Ms. Cod. Reg.

A

EXTRAIT (a) D'UNE CHRONIQUE DE FRANCE.

Manuscrit de Coislin N^o. 1881.

GRANT merveille avint en cel tans : ou mois de Fevrier resplandy li solaus * ung jour clerement, et environ avoit un grant cercle de la coulour à l'arc ou ciel qui apert contre la pluie : et environ la pluie avoit deux solaus, dont lis uns envoioit ses rais vers Aquitaine, et li autres vers France. Ces signes furent veuz ou solail un juedy toute à journée, et la lune estoit XIII; et ensemment (b) le vendredy matin duques * à tierce. Li Rois Henris, dont je vous di, rendi terre au Duc Williaume de Normandie, dont si parent l'avoient essiliet (c), qui duel avoient de ce qu'il estoit bastars, et estoit Dus *. Cil Rois fist justisse par les gart de France de touz ces traitres; les uns fist pendre, les autres essilla (d), et as autres toli terre. Cil Rois prist à fame fille le Roy de Roussie, et en eut un fill Phelipe qui ot esté drois oirs, et un autre qui ot non Hue, qui puis fu Contes de Vermendois. En cel tans art * la cité de Paris, et em France eut mout grant famine. Li Rois Henris morut, et fu emfoys à S. Denis. Phelippes ces fiex * fu Roys et enoinz à Rains (e) de l'arcevesque Gervaise. En cel tans aparut une estoyle vers orient en Mai près de V jours entiers. En cel tans emprès la S. Michiel ala Williaumes Dus de Normandie en Engleterre afforce o grant naive, et la conquist, et puis fu couronnés et Rois en Engleterre, et morut Rois d'Engleterre et Dus de Normandie, etc.

* le soleil

* jusques

* Duc

* brula

* son fils

C (a) L'extrait précédent et l'étendue de cette Chronique se trouvent à la page 293 de notre X^e Volume.

(b) *Insimul*, ensemble, de même.

(c) Chassé, depouillé... deuil.

(d) Exila, et aux autres osta.

(e) Dans l'Acte du sacre de Philippe I, que nous avons imprimé plus haut à la page 32, après de *vobis* il faut ajouter et de *Ecclesiis vobis*, comme dans l'Ordre du sacre des Rois commandé par Louis le jeune en 1179; et remarquer, que *per rectum* (par droit) est un Gallicisme. Binins et le P. Sirmond ont donné cette pièce dans la Collect. des Conciles, et Duchesne l'a tirée d'un Ms. de M. Petau ou de l'Eglise de Beauvais. Dans Binins, qui l'a prise de Papire

Masson pag. 230, les dates sont visiblement fausses. Le Ms. de M. Petau qui y a remédié, qui a nommé l'Archevêque, et a fait son narré plus ample, portoit *MLVIII*; mais Nic. Vignier dans la 2^e partie de sa Biblioth. Hist. a averti qu'il faut lire *MLIX*. Jean Bodin dans son 1 liv. de la Républ. pag. 99 n'a pas l'Indiction, et il a rapporté le commencement de cet Acte un peu autrement; mais tel qu'il dit l'avoir tiré d'un ancien Livre de la Bibl. de Reims, qui commence: *Juliani ad Erigium Regem. Anno MLVIII, Henrico regnante XXXII, IV Kal. Jun. ego Philippus, etc.* La copie du P. Sirmond porte *die Pentec. XXIII Maii*, sans compter par les Kalendes. Bodin ne parle point du jour de la Pentecôte, parce qu'il a *anno MLVIII*.

D

EX CHRONICO (a) KEMPERLEGIENSI.

Apud Baluzium Tom. I Miscellan. pag. 520.

ANNO MXXXIV, Haduisa Comitissa Britanniae, vidua Gaufridi et mater Alani et Eudonis, IX Kal. Martii obiit.

MXXXVIII, depositio Felicis Abbatis S. Gildasii.

MXXXIX *, obitus Alani Redonensis, Ducis Britanniae. Hic regnum * *Al. MXL* suum filio suo Conano trimensi reliquit Kalendis Octobris.

MXLI, transitus Cadvalloni Abbatis Rotonensis.

MXLVII, Conanus puer de custodia patris sui elabatur Redonis.

E MXLVIII *, Redonenses Conanum recipiunt. Romae (b) apud S. Petrum * *Al. MXLIX* XII Februarii

MXLIX, Leo IX consecratur et coronatur Papa XIII Aprilis: confirmat Bellam-insulam (c) Cadvalono Abbati (d) Rotonensi, qui eodem anno obiit. Successit Perenesius.

(a) Præcedentem Chronici hujus partem continet pagina 294 Tomi nostri X.

(b) Hæc, *Romæ*, etc. ibi redundare videntur, et fortè pertinebant ad Leonem IX Papam in contextu integro. Leo enim Romæ fuit receptus 2 Febr. et in cathedram S. Petri evectus 13 ejusdem mensis, anno 1049; sed Chronographus Kemperleg. sequitur veterem calculum.

(c) Eandem Gregorius VII Benedicto Ro-

thon. Abb. asseruit anno Pontificatus sui V. Hæc porò insula multarum subinde litium materia fuit cum Monachis S. Crucis Kemperleg. quibus à Monasterii sui origine ab Alano Com. data fuerat.

(d) Hujus profectò nominis secundo, ita ut duo, unus post alterum, admittendi sint cognomines ejusdem loci Abbates.

ML, Vercellensis Synodus sub Leone Papa IX celebratur. A

MLIV, domnus Leo Papa transiit III Kal. Maii, XXIX Aprilis: cui successit Victor. Hoël principatum Nannetensium adipiscitur Cornubiæ Comes.

MLV, Eliseus Abbas (a) S. Guengolei præficitur.

MLVII, transitus S. Guorloësi Abbatis Monasterii S. Crucis Kemperlegiensis. Conanus Comes Eudonem patrum suum bello cepit.

MLVIII, Alanus Comes Cornugalliæ, Kemperlegiensis Monasterii fundator et pater, migrat ab hac vita.

MLIX, Jungumarius Abbas præficitur.

MLX, Gaufridus [Martellus] Comes Andegavorum obiit.

MLXII, Herbertus Cenomanensis Comes moritur, uterinus frater Conani Ducis. B

MLXIII, Judith Comitissa Cornugalliæ obiit.

MLXIV, Orscandus Episcopus Cornugalliæ vitam finit: successit ei Benedictus filius.

MLVI, stella visa est, quæ cometa dicitur, ferè per XV dies in occiduis partibus. Conanus, Alani Ducis Britanniæ filius, obiit. Guillelmus Normannorum Dux cum magna classe Britanniam invasit insulam. Prælati est Abba Benedictus, frater Hoëli Comitis, Monasterii Cemperlegiensis. Haraldus Rex Anglorum à Guillelmo devictus interficitur.

MLXVIII, Baldoinus Flandronensis Comes obiit.

MLXX, Hardengius Comitissa moritur XII Augusti.

* Hildeb. MLXXIII, Alexander Papa moritur: cui successit Aldebrandus*, cui nomen Gregorius. Monasterium inchoatur (b) S. Melanii. C

MLXXVII, Hoël à Vicecomite Eudone capitur, et infra XI dies ab exercitu suo vi redditur.

(a) S. Guengaloëi seu Wingaloëi et Winvaloëi, S. Guinolè de Landvenec.

(b) Si non fallit Eveni epitaphium, hic Abbatiam S. Melanii regere cœpit ab anno 1054 aut insequenti, adeoque Sigonis Salmurensis

Abbatis primo: siquidem in hoc instrumento Evenus post annos regiminis XXVII, anno 1081, obiisse dicitur. Certè ex his quæ notavimus suprâ in Chron. Salmur. patet, Monasterium S. Melanii instauratum fuisse ante annum 1073.

EX FRAGMENTIS (a) CHRONICORUM COMITUM PICTAVIÆ,

Ducum Aquitaniæ, Auctore, ut videtur, Monacho S. Maxentii. D

Apud Martenium Tom. V Ampliss. Collect. col. 1150.

WILLELMUS autem Comes nostræ Pictaviæ, Dux etiam Aquitaniæ, erexit Ecclesiam in suburbio Pictavensi in honorem B. Johannis Evangelistæ, ac etiam B. Andreæ Apostoli, ibique fundavit (b) Cœnobium Monachorum Cluniacensium. In illis temporibus ex ejusdem progenie Odo Vicecomes de Thoarcio, Widonis Vicecomitis filius, augmentavit de Quinssaio* Cœnobium cum Alixa conjuge à Willelmo genita Comite Engolismensi, filiisque suis Willelmo Vicecomite et Reginaldo Theofagiorum; cujus Odonis assensu fundavit Alixa capellam unam in Ecclesia S. Pauli Pictavensi. Odone defuncto, illius frater Willelmus de Thoarcio fuit Vicecomes, camposque salinarum quos habebat apud Cursonem, donavit E

* Quinçay

(a) Vide pag. 294 Tomi nostri, ubi Fragmentorum istorum jam dedimus partem.

(b) Juxta Mabillonium Tom. V. Annal. Bened. pag. 18, Monasterium - novum ædificare cœpit Willelmus Ganfridus anno 1069. Hoc non consonat Chartæ fundatoris, qui ibi disertè assèrit quòd, quando Ecclesiam S. Johannis ædificare voluit, Audebrannum, Papam adierit. Nam Hildebrandus seu Gregorius VII Pontificatum non fuit adeptus ante annum 1073. Postponenda igitur constructio Monasterii-novi itineri Comitis et electioni Gregorii VII. Major quippè fides est adhibenda Instrumento authentico conditoris, quàm posteriori Chronographo Malliac.

qui pro MLXXXIII facile potuit scribere MLXXVIII, ponendo V pro X. Vide Notam pag. 286 suprâ; et ibi adde, alias litteras Willelmi sic terminari: *Facta est Charta donationis sive confirmationis V Kal. Febr. anno ab Incarn. Dom. MLXXVII, Indict. XV.... Pontificatus [Gregorii VII] anno IV.... videntibus Odone Abb. S. Johannis, Guidone de Nevers, Hugone de Leziniaco, Borello de Mosteriolo, Beraldo de Dunis, Magingodo de Mella, Guiberto de S. Johanne, Gautoerio Carbonario, Odone Præposito, etc. Nec dum igitur anno 1076 absolutum erat Monasterium-novum.*

- A Cœnobitis B. Michaëlis in Eremo; cui donationi assensit ex Mathilde conjugē filius Willelmus de Aspero-monte. In his temporibus ex eadem familia Radulfus de Malo-leone, Ebles filius, Ecclesiam erexit in honorem B. Petri Apostoli . . . et militum suorum hominumque/ consensu, decimasque suas donavit eidem Ecclesiæ. Hylaria conjux, confirmante Rainaldo de Malo-leporario fratre suo [nam in illius casamento erant illæ decimæ], propter dilectionem Radulfi viri sui in eadem Ecclesia sèpulti, filiique sui Ebles de Malo-leone, et Willelmus de Talamundi, illam donationem ratam habuerunt, astantibus Arnolde de Castro-murio Arnoldi superstes, Trullo de Podio (a) Augusti, et Rainaldo de Podio Fagi fratre suo, Roberto de Mauritania, Roberto de Saussaio, et Rullo de Argentonio militibus. Cùm exisset Willelmus, inclytus gratiâ Dei Dux et Comes in Pictavia et Aquitania, collegium de novo Monachorum Chassani, ex ejusdem Willelmi Proceribus Arnolde de Castro-murio, Chassani Cœnobitis donavit suas decimas Putei-Thonesi, cum Adelmada conjugē et Raimundo filio. Trullus etiam de Podio-Augusti Ferrum-Sectoris Willelmi superstes, possessiones omnes quas habebat apud Loretum, Chassani Cœnobitis donavit pietatis ejusdem intuitu, cum uxore Mahauda filiisque suis Willelmo de Podio-Augusti et Rainaldo de Floscellaria. Illas enim ferè omnes possessiones habuerat Mahauda à Callo patre suo Vicecomite de Oënaio. Rainaldus quoque de Podio-fagi, Trulli frater germanus, possessiones suas de Henssionensi donavit Abbati Alarico cum Helvisa conjugē filiisque suis Hugone atque Willelmo. Rainaldus (b) fuerat Franciæ Camerarius in vita Regis Henrici, ante Regis illius obitum; cùmque supervixisset Helvisa Rainaldo viro suo, nupsit iterùm Valeranno Franciæ Camerario, fuitque genita ab Hugone nuncupato Bardulfo, qui tenuit Puirium castrumque de Bello-fonte et etiam de Novigento. Helvisæ primogenitus Hugo, Rainaldi primi viri sui filius, castrum de Podio-fagi tenuit à Roberto de Mauritania (c) consobrino, terramque totam de Podio-fagi citra et extra ripam Sayvriæ (d) in omnire castellaniam mero et mixto imperio, cum nobilitiis, hostagiis, hominibus, censibus, terris et redditibus, pedagogiis, præfecturis, vacantiis et albinis; resque de podio-fagi singulæ non possunt alienari, earumque dominus jus tantùm habet utendi, fruendi, salvâ substantiâ; succedunt illi filii sui complures, habito ordine nascendi vicissim inter se; defunctoque filiorum ultimo, filius primogeniti filii aut illius heres masculus habet investituram ejusdem castri atque castellaniam de Podio-fagi. Hugo verò Cœnobium augmentavit S. Johannis Angeriacensis cum Petronilla conjugē et Gaufrido filio, adstantibus Willelmo Franciæ Camerario, Hugonis fratre germano, et Willelmo Ferrum-sectore Comite Engolismensi, Gaufredi quondam Comitum filio et Comitissæ Petronillæ, ac etiam fratre Petronillæ suprâ nominatæ. Deinde Willelmus ipse domini Philippi Franciæ Regis Camerarius, pietatis amore et Hugonis de Podio-fagi fratris sui exemplo, S. Johannis Angeriacensis Abbati Odoni Cœnobitisque donavit possessiones suas S. Luciani: addidit suam decimam Willelmus de Surgeriis, Hugonis Maëngo filius et Perronellæ, cum Alipsa conjugē, supra memorati Willelmi sorore: qui quidem Willelmus genuit Hugonem, Willelmum et Mahaudam ex Adellia conjugē, Yvonis filia Comitum Bellimontis atque Adelliæ Comitissæ.
- E Dux autem Willelmus inclytus Aquitaniam obiit in Domino apud Chisiacum (e), et inde corpus ejus translatum est in civitatem suam de Pictavo, et sepultum est in Ecclesia quam erexit in honorem B. Johannis Evangelistæ

An. 1086.

(a) Deinceps ad majorem confirmationem eorum quæ præmittuntur [pag. 295 Tomi nostri X] Trullus de Podio-Augusti et Rainaldus de Podio-fagi, Willelmi Ferrum-sectoris ex Mathilde conjugē filii, apposuerunt sigilla sua Chartæ hujusce donationis [terræ B. Dionysii de Peyrato]. Ex antiquo Chron. S. Michaëlis in Eremo ad calcem horum Fragm. col. 1160.

(b) Rainaldus Camerarius Regis et Helvisa conjugē amplius Cœnobium nostrum B. Michaëlis in Eremo dotaverunt pro remedio animarum Willelmi de Podio-Augusti atque Mathildis, patris et matris ejusdem

Rainaldi, et successorum salute, ac etiam pro animæ remedio Hugonis Bardulphi atque Berthæ, patris et matris Helvisæ. Ibid.

(c) Est in Pictonibus Moritania seu Moritonium castrum, Mortaigne.

(d) Sic in litteris Guillelmi Aquit. Ducis, anno 989 datis, vocatur corruptè Sevrîa fl. Se-paris Niortensis, la Sevre Niortoise.

(e) Suprà pag. 121, apud Chisesgium castrum; fortè Chizay ad Wltonam fl. la Boutonne, non longè à Monasterio Angeriac.

ac etiam B. Andreæ Apostoli. Successit illi Willelmus Pictaviæ, Aquitaniæ A
Dux et Comes Pictaviæ, filius ejusdem.

GENEALOGIÆ (a) EX CHRONICIS HAINONIENSIBUS.

Apud D. Lucam Acherium Tom. III Spicil. in-fol. pag. 286.

CAROLUS DUX Lotharingiæ, frater Lotharii Regis Francorum, duas
habuit filias Ermengardem et Gerbergam: de Ermengarde natus est
Albertus Comes Namurcensis, qui genuit Albertum ei succedentem, et
Henricum Comitem de Durbio. Albertus II genuit Godefridum (b) Comi- B
tem Namurcensem, et Henricum Comitem de Rupe. Hic Henricus filiam
* Ms. Wa-
lencourt
* Ms. Aeli-
den
habuit Macthildem, quæ domino de Walecourt * peperit Werricum et
Beatricem, etc. . . . Godefridus Comes Namurcensis, frater Henrici de
Rupe, genuit Henricum et Adelidem * uxorem Hainonensis Balduini, cui
peperit Balduinum Comitem, etc. . . .

Gerberga verò alia filia Caroli, fratris Lotharii, peperit Henricum Se-
niorem * de Bruxella; et hic Henricus genuit Henricum, Lambertum, et
* Ms. Junio-
rem
Macthildem quæ Comiti de Bolonia Eustachio peperit Eustachium et Lam-
bertum. Eustachius verò ex Ida filia Godefridi Ducis Lotharingiæ genuit
Godefridum de Bullonio, postea Regem Hierusalem, et Eustachium, etc. . . .

Comes Flandriæ Arnulfus, exercitu congregato, intravit Hainoniam, et
saisivit Comitatum Montensem contra Rainerum et Lambertum filios Raineri C
Longicollis, qui fuit Comes Montensis, et destruxit castrum de Bossuc *;
* Bosuc
tantumque guerravit illos pueros, quòd oportuit eos fugere in Franciam
ad quærendum auxilium. Lambertus duxit uxorem Gerbergam filiam Caroli,
postea matrem Henrici de Bruxella; et Rainerus filiam Hugonis Capeti.
Regressi ergo de Francia, magnum exercitum congregaverunt, et ingressi
Hainoniam, terram suam recuperaverunt.

In Chronicis invenimus quòd S. Walbertus, qui sepultus jacet apud Cou-
sorne (c) juxta Beaumont in Hainonia, fuit Dux Lotharingiæ, et extende-
* Ed. apud
batur dominium ejus per * Cameracesium et Hainoniam, Brabantum, Has-
baniam (d) et Ardennam usque ad Rhenum. Uxor ejus Bertilla duas ei pe-
perit filias, Waldetrudem et Asdegundim, quæ primogenita nubere recu-
sans, facta est Monialis, et fundavit Monasterium de Melbodio; Waldetrudis D
cuidam magno viro nupta, Maldegario nomine, qui et Vincentius, duos ei
peperit filios Landricum et Dellinum, ac duas filias Astrudem (e) et Maldeber-
tam. Maldegarius, qui et Vincentius, in Senogio * Monasterium ædificavit Mo-
nachorum, dans eis possessiones magnas; quo Monasterio postmodum per
Hunos destructo, reædificata est ibidem Ecclesia Canonicorum. Hic Vin-
centius de consensu uxoris factus est Monachus in Monasterio Altimontensi
juxta Melbodium *, et similiter (f) uxor sua Ducissa Waldetrudis ædificavit
Ecclesiam in monte Castri-loci, et facta est Monialis; filii quoque et filiæ,
relicto sæculo, religioni se dedicaverunt. Successit igitur in Ducatum neptis
Ducissæ Waldetrudis Aya *; quæ nupta est cuidam potenti viro, nomine
Idulfo, qui post mortem sepultus est in Monasterio Lobiensi *; et dicta Aya
tempore viduitatis suæ contulit Ecclesiæ Montensi villas de Cuemes et Nini E
et Braine la Wihote: et stetit Abbatia Montensis longo tempore, quòd
Abbatissa per electionem fiebat; ipsam præsentando Imperatori. Postea suc-
cessit in Comitatu Montensi Comes quidam, qui ab Imperatore impetravit,

* Al. Sceno-
gio

* Ms. Bel-
bodium

* Ed. Aia

* Ed. Bo-
biensi

(a) Magister Baldinus de Avennis, qui flo-
rebat circa annum 1280, collegit Hainon. Genea-
logias. Has autem, Acherio teste, inaximi sem-
per fecere qui in ejus generis lucubrationibus
operam et studium collocaverunt, illis sæpè usi
[Andreas Chesnius præsertim in Genealog. do-
mûs Luxemburg. et in aliis], dum geneses
textuere diversas: quippè innumeras ferè pro-
sapias Nobilium Magnatumque, non solum
Artesiae, Hannoniæ, Flandriæ et Brabantiae;
sed etiam orbis Gallici, multarumque provin-

ciarum extra Galliae limites positarum, com-
plectuntur. Acherianam editionem exegimus ad
fidem Ms. Cod. Reg. Biblioth. num. 4896. A.

(b) Apud Acherium duntaxat, genuit Gode-
fridum Com. de Rupe. Hic Henricus, etc.

(c) In Ms. Cod. apud Curtim-solre juxta Bellum-
montem.

(d) Ibid. Hesbaniam... Bertilia... Aldegundim.

(e) Ibid. Altrudem et Madebertam.

(f) In Ms. Cod. et consimiliter seu consiliatrix.

A præsentationem illam sibi debere fieri, cujus quidem tempore vacante Abbatia, cum Abbatissa noviter electa sibi præsentaretur, noluit admittere eam, dicens se Abbatem esse, nec aliam deberent Abbatissam habere; domicellabus verò ad Imperatorem appellantis, et per suos Canonicos in suos procuratores à principio sibi constitutos litigantibus, tandem (a) Comiti resistere non potentibus, permansit Abbatia et præbendarum collatio in voluntate Comitis.

Postmodum autem fuit ibi Comes nomine Hermannus per uxorem suam Richildem, quæ sibi peperit filium et filiam. In illo tempore mortuus est Comes Valencianarum absque herede; et dictus Comes Hermannus cum uxore sua Richilde, tum jure consanguinitatis tum emptione erga propinquiores tantum fecerunt, quòd illum Comitatum sibi acquisiverunt cum alio.

B Deinde mortuo dicto Hermanno, dicta Richildis maritata est Balduino filio Comitis Flandriæ, cui peperit duos filios, quos ita vehementer diligebat, quòd primum filium quem Hermanno pepererat, Clericum fecit, et procuravit ipsum fieri Episcopum Catalaunensem (b); et filiam, Monialem. Postea tantum fecerunt dictus Balduinus et Richildis erga filium suum Episcopum Catalaunensem, tum per denarios tum per alia, quòd Comitatus Hainoniensis remansit filiis dicti Balduini. Episcopus verò Cameracensis excommunicavit dictum Balduinum pro illo matrimonio Richildis Comitissæ; sed Leo Papa, qui avunculus erat Richildis, absolvit eos, et inhibuit eis thorum. Iste Balduinus amovit Canonicos qui erant in Hainonio, et posuit ibi Monachos: postea mortuus est anno Domini MLXX. Assignaverat autem filio suo Arnulfo Flandriam cum juramento Flandrensium, et Balduino mi-

An. 1070.

C nori Hainoniam.

Comitissâ itaque Richilde * cum filiis suis valdè juvenibus tenente ambos Comitatus, supervenit Rodbertus (c) Friso patruelis puerorum, et expulit eos de Flandria: contra quem, convocato Rege Franciæ Philippo, Richildis cum filio Arnulfo et Hainoniensibus conflictum habuerunt juxta Caslatum; et primò capta Richilde Comitissa à Flandrensibus, et Roberto similiter ab Hainoniensibus, propter amorem quem Hainonienses habebant erga Comitissam Richildem, restituerunt dictum * Robertum Frisonem pro Comitissa: et postea dictus Comes campum obtinuit contra Francorum Regem et Comitissam; et occisus est ibi verus Comes Flandriæ Arnulfus, et per consequens Flandriam subegit Robertus * Friso. Tunc ipsa Comitissa cum suo filio Balduino ad se fortificandum * confederationem inierunt cum

* Ed. Richildis

* Ed. prædictum

* Ed. Comes

* Ed. Confortis

D Thieduino Leodiensi Episcopo, Comitatum Hainoniensem in feodum recipientes in hunc modum: quòd Comes Hainoniæ servire tenetur in omnibus necessitatibus suis cum toto suo posse ad expensas Episcopi post exitum à Comitatu Hainoniensi, similiter (d) et quandocumque Comes Comitatum suum egreditur eundo ad Episcopum pro feodo suo relevando, similiter quandocumque vocat eum Episcopus ad parlamentum. Item cum Imperator vocat Comitem ad curiam suam pro quacumque re, tenetur eum Episcopus ducere et reducere in expensis suis, et respondere ac remanere pro ipso: et si aliquis vellet gravare Comitem, Episcopus tenetur eum juvare cum magna potestate in suis, scilicet Episcopi, propriis expensis: et si Comes obsideret castrum ad honorem suum pertinens, aut si alius * contra ipsum obsideret aliquod castrum, Episcopus tenetur ipsum juvare cum quingentis equitibus *; et Comes tenetur ei tunc facere legale forum de cibariis; et potest Episcopus per campos accipere herbam et necessaria pro equis; et ad hoc faciendum tenetur Episcopus ter in anno, et qualibet vice per XL

* Ed. aliquis

* Ms. militibus

(a) In Ed. tandem Comiti non valentibus [in marg. f. prævalentibus] domicellabus potentibus, permansit, etc.

(b) Hinc Epitaphium recenti prorsus manu exaratum habet: Rogiers Evesque de Chaalons, second de ce noni, fils de Herman Comte de Namur et de Richilde Comtesse de Hainaut... décéda le 26 Janvier 1062. Indiculus Episcoporum Catalaun. fert quoque Rogerium II obiisse VI Kal. Febr. eodem anno; sed ex Charta vivebat adhuc anno 1065, quo etiam consignatur obitus ejus in

Chronico S. Petri Catalaun.

(c) Arnulfi tutela Roberto Frisio commissa fuerat: quæ res funesti belli seminarium fuit inter ipsum et Richildem pueri matrem. Nam Robertus tutelam Flandriæ sibi ex fratris testamento asserere voluit; et Richildis eandem ei denegavit in magnam sui et filii Arnulfi perniciem, cui Robertus Comitatum Flandriæ vi abstulit et vitam.

(d) In Ed. duntaxat, similiter et quandocumque vocat eum Episcopus, etc.

dies. Prætereà cum homagio Comitis debet Episcopus habere homagium A Castellani Castri-loci, et Castellani de Bello-monte, nec non et Castellani de Valencianis. Item debet Episcopus Comiti dare anno quolibet in Natale Domini, tria paria vestium, quorum (a) quodlibet valere debet sex marcas Leodienses, et cuilibet Castellanorum, unum per similiter sex (b) marcarum. Item si comes infra Comitatum adquisierit aliquod alodium, aut si donatum ei fuerit, et ipse ulterius illud in feodum dederit, aut servum adquisierit, totum illud simul tenebit cum feudo ab Episcopo. De pace verò Leodiensi, ad quam respondere tenentur multi Barones et homines eorum, neque Comes neque homines sui tenentur respondere. In augmentum autem sui feudi Comitissa accepit Abbatiam et advocatiam Montensem ac justitiam Comitatus Hainoniensis, quam tenuerat ab Imperatore. Episcopus enim * tantum fecerat erga Imperatorem, quòd dederat eidem hujusmodi feuda: B et Episcopus tantam pecuniam dedit Comitissæ et suo filio, quòd Ecclesiæ multum erant gravatæ. Istis conventionibus præsentibus (c) apud Fosses interfuere, Godefridus de Bullonio, Comes Albertus de Namurco, Comes Lambertus de Lovanio, Comes de Chineio, Comes de Monte-acuto in Ardenna, et plures alii; secundum quod hæc omnia in Chronicis continentur Monasterii Lobiensis. Comitissa verò Richildis retinuit in alodium propria alodia S. Waldetrudis apud Castri-locum in castro et in villa Quaregnon, Gamapes, Frumeries (d), Thieuvi, Baine-la-Wihote, Braine-le-chastel, Hal, Castres, Herines, Guemes, Ninyc-ville, Feur, Hayne, et aliqua alia quæ non nomino.

* Ed. autem

* Ed. invadiat

* Ed. retinuit

* Ms. Ydam

* Ms. cum An. 1086.

Pag. 294.

Per auxilium Episcopi Leodiensis confortata Comitissa et filius ejus Balduinus, per quosdam mediatores tandem pacificati sunt cum Roberto Frisone Comite Flandriæ: et Comes Balduinus quandam neptim dicti Roberti ducere in uxorem debebat, et ad hoc faciendum invadiavit * villam Duacensem, quam tunc possidebat; die verò assignatâ quâ illam desponsare debebat, tantum abhorruit eam propter turpitudinem seu deformitatem ejus quòd noluit eam ducere; propter quod Robertus obtinuit * Duacum, nec postea recuperare potuit Balduinus.

Comitissa Richildis firmavit castrum Bellimontis, et ædificavit capellam S. Venantii. Balduinus autem ejus filius adhuc juvenis uxorem duxit Idam * sororem Lamberti Comitis Lovaniensis, quæ valdè bona matrona fuit et bonæ vitæ. Richildis Comitissa et filius ejus Balduinus ædificaverunt Abbatiam S. Dionysii in Brocheroie (e), dantes ei villam et plures alias possessiones. Ipsa quoque Richildis postquam * viriliter et bene terram suam tenuerat, mortua est anno Domini MLXXXVI. . . . D

Carolus duas genuit filias, Ermengardim quæ nupta Comiti Namurcensi peperit Albertum Comitem, qui patri in Comitatu successit; et Gerbergam, quæ nupsit Lamberto cum Barba, fratri Raineri Longicolli Comitis Montensis. Iste Lambertus Bruxellam tenebat in sua hereditate; Gerberga verò erat Comitissa Lovaniensis de hereditate sua: et hic Lambertus ex Gerberga genuit Henricum seniore Comitem Bruxellensem: et ii fundaverunt Ecclesiam S. Petri in Lovanio. Iste Lambertus præliando contra Episcopum Leodiensem Baldricum apud Huardis devicit eum; postmodum tamen fuit occisus apud Florinas. Henricus igitur Senior patri succedens in Comitatu Lovaniensi, duos genuit filios et unam filiam: quorum primogenitus Henricus, et alter Lambertus; filia verò Macthildis nomine, Eustachio Bologniæ Comiti nupta est. Lambertus verò patri successit in Comitatu Lovaniensi, quia frater ejus primogenitus sine herede decessit. Hic itaque Lambertus uxorem duxit Odam; et ii fundaverunt Ecclesiam S. Gudilæ, ponentes ibi Canonicos, quibus decimas dederunt de Bruxella. Dictus Lambertus ex Oda genuit Henricum, qui patri successit in Comitatu; et genuit duos filios, Reinerum primogenitum, et Henricum: quo Reinerio in Hasbania (f) E

(a) In Ms. Cod. Reg. quarum quælibet.

(b) Ibid. similiter marcarum, sine sex.

(c) Ibid. præsentibus fuerunt apud Fossis.

(d) Ibid. Frumeries, Kievi, Braine-la Wihote, Braine-le-castel, . . . Cuemes, Nini vile seur Hayne.

(e) Ibid. Brokeroie; al. Broqueroia, ac Bro-

koroth.

(f) Al. Hasbania, vulgò apud nostros Hasbaigne, seu potius Hasbain vel Hesbain. Hodie situs Hasbania medius Ardennæ et Brabantæ vel Brabantia interponitur.

A occiso, cùm heres ei non esset, successit in Comitatu patri Henricus, qui genuit duos filios, Henricum primogenitum, et Godefridum cum Barba. Mortu~~o~~ ~~patre~~ patre, etc.

EX GESTIS (a) ABBATUM S. GERMANI AUTISSIOD.

Apud Labbeum Tom. I Novæ Biblioth. Libr. Mss. pag. 573.

B POST Thealdum, unanimi consensu Fratrum, consensuque Henrici Pindlyti Francorum Regis, ejusque fratris Roberti Burgundionum Ducis, nobilissimæque eorum matris Constantiæ Reginæ, Raynaldique Comitis et ejus uxoris, electus est dominus Odo in Abbatem, anno Domini MXXXII. . . corroborantibus et confirmantibus hoc Hugone Autissiodorensi, Leotherico Senonensi, aliisque vicinis Episcopis. . . Rexit Monasterium per annos XX (b) et ampliùs. Obiit autem V Idus Augusti, anno MLXXVII (c). Pag. 574.

Anno MLXIV, electus est dominus Galterus, S. Benedicti Floriacensis Monachus, in Abbatem à Fratribus S. Germani Autissiodorensis, et à Patriciaca Cella adductus. Eodem anno, antequàm dictus Abbas benediceretur, incensum est igne ex se succenso totum castrum S. Germani cum Monasterio et monasterialibus officinis; ita quòd nihil omninò remansit à porta civitatis, quæ Pendens dicitur, usque ad molendina Cantantis-ranæ. Benedictus autem fuit dictus Galterus, à Gaufrido Autissiodorensi Episcopo, eodem anno Nonis Julii.

C Post Galterum rexit Rothlanus. Hujus tempore incensa est civitas (d), ab Ecclesia S. Petri juxta pontem usque ad molendina Cantantis-ranæ, feriatis diebus Paschæ.

Guibertus, B. Germani à pueritia Monachus, electus fuit post Rothlanum. Hæc autem electio anno Domini MLXXXV exstitit celebrata. . . . Guibertus nobilis genere.

(a) Auctor istorum Gestorum Frater Guido, fuit Abbas S. Germani anno 1290, ut monimus jam pag. 296 Tomi X.

(b) Apud Mabillonium Tom. IV Annal. Bened. pag. 663, Odo XII annis functus est Abbatis officio, non tamen Abbas sed Prior.

D (c) Error in numero ibi manifestus est.

(d) In Chronico S. Mariani Autissiod. Anno Dom. MLXXV incensa est Autissiod. civitas ab Ecclesia S. Petri quæ est super pontem usque ad molendinos, etc. . . . Eodem anno Arnulphus Abbas S. Columbæ, reliquias S. Theobaldi fratris sui ab Italia detulit, quas in eadem Abbatia reposuit.

EX CHRONICO (a) BREVI

ECCLESIAE S. DIONYSII AD CYCLOS PASCHALES.

Apud Acherium Tom. II. Spicileg. pag. 808.

E ANNO MXLIX, obiit domnus Abbas Vivianus.
 MLI, Leo Papa venit in Galliam.
 MLIX, Philippus Rex ordinatur.
 MLX, obiit domnus Henricus: Philippus puer regnat.
 MLXV, Willelmus (b) Comes obiit.
 MLXVI, cometa visus est à VI Kal. Maii per IX dies, à vespere usque ad gallicinium. Ipso anno Willelmus Dux Normannorum Angliam intravit, Haraldum Regem occidit, seque regni diademate coronavit.
 MLXXX, fames magna fuit.

(a) Vide Notam in excerptum inde jam datum pag. 297 Tomi nostri X.

(b) Fortè is est Willelmus Com. qui cum Anna Regina et Rodulfo Com. subscripserat

regiæ Chartæ pro S. Luciano, datæ Silvanectis anno Dom. Incarn. MLX, et Regis Philippi primo.

APPENDIX EX MS. (a) DIPLOMATE ROBERTI REGIS FR.

... ILLUM quem sibi secundum Deum præesse cupiunt, unanimi unitoque consilio cuncta congregatio... sanctorum Patrum præceptionibus, Deo omnifluæ bonitatis annuente, edoctus serenissimus Rotbertus Rex Francorum Burgundionumque simul... preces genuinas respexit... spernum * communicari consiliis subditorum voluit de Abbazia excellentissimi Martyris almi Dionysii Sociorumque ejus, exspectare consilium et sui regni Procerum... actibus; verum etiam cum prædicti loci Monachis, quem post domnum Odilonem Abbatem miris dulcifluisque moribus comptum præfatæ Abbatiae prælatum sancire, etc. de... nempè ditioni ipse locus subdebatur à diurnis temporibus, præfato Rege annuente, merita sanctitatis B ejus expertus. Idemque Abba videlicet Odilo, affectu sincero animadvertens, se non posse tam grandisonum pondus, ut hactenus fecit jam perferre, excellentissimi Regis jam fati Procerumque regni submonit * præsentiam, ut sibi jam senio atque plebriatus perplacido ipsius flatum Deo quandoque vocante quò venire, nolens locum prætitulatum sine pastore ac remige incassum relinquere, venerunt Procerum singuli, eoque deprecante præfatus Rex assertione litterarum fieri adjudicavit... actione cum aliæ proficiant, illa utilissima autoritas est edita, quia prætaxatus locus in ipsius Regis successorumque Regum mundi labentis ævi temporibus persistens, nulli unquam tanti patris merito subjaceat. In hac igitur Abbazia elegit prædictus Rex, cum communi suorum fidelium consilio et voluntate præcipuè ipsius congregationis et domni Odonis * Abbatis Cluniacensis, quemdam Monachum nomine Albertum, ipsius loci alumnum, regularibus institutionibus apprimè et fructuosis percomptum actibus, nobilissimis ortum (b) natalibus, et tam novi quàm veteris Instrumenti detritum eruditionibus: et ut hæc electio non foret reprobata, sed inviolata permaneret proprio... assignata Cenobæio... etc. Signum domni Ivonis Prioris. S. Guillelmi Sacerdotis. S. Enoldi Sacerdotis. S. Emonis Sacerdotis. S. Airach Sacerdotis. S. Milonis Sacerdotis. S. Gotfredi Sacerdotis. S. Armani Sacerd. S. Theoderici Sacerd. S. Constantii Sacerd. S. Eubaldi Sacerd. S. Petri Sacerd. S. Immonis Sacerd. S. Benedicti Sacerd. S. Bertradi Sacerd. S. Gamalfredi * Sacerdotis...

* f. suorum

* submonuit

* Odilonis

* f. Hamalfredi

(a) Fragmentum hoc pluribus in locis mutilum, descripsimus ex Tom. I Ms. Collectionis veterum Scriptorum *Durand* in Bibliotheca nostra Sangermanensi. Ibi autem sic notatur: « In Ms. Cod. Reginae Sueciæ extat » originale electionis Alberti Abbatis S. Dionysii, ex quo quæ sequuntur tantum describere potuimus. » Porro istud Diplomatis, negotium aliquod facessere debet Scriptoribus Sandionysianis. Quis est enim Albertus in eo laudatus? Certè ignotus fuit Dubleto, Mabilonio et Gallia Christ. Auctoribus. An binominis fuit Vivianus? An Albertus Miciac. ante Vivianum electus, oblatum onus suscipere re-

cusavit? An denique alius quilibet Albertus Viviano prævit electione, quæ obitu intercepta est? Ut dicamus quod sentimus, hæc electio non alia est ab ipsa electione Viviani; et Amanuensis erravit in nomine.

(b) Hæc sanè prærogativâ gaudebat Albertus Abbas Miciac. qui uxorem habuit Hildegardem Castriduni Vicecomitissam; et cujus epitaphium Gemeticense sic habet:

*Hic jacet Albertus quondam regalia spernens...
Mundi divitias cum regali ditione
Gemetica primas sprevit pro relligione....*

A

EX CHRONICO (a) S. STEPHANI CADOM.

Apud Chesnium inter Scriptores Normann. pag. 1017.

- A** **ANNO** MXXXV, obit Rodbertus Dux Normannorum; cui succedit Guillelmus filius ejus in puerili ætate.
- Anno MXXXVII, obit Robertus Archiepiscopus: succedit Malgerius*, * *Al. Malginus*
qui culpa exigente depositus est.
- Anno MXLVI*, bellum apud Valliumdunas. * *Al. MXLVII*
- B** Anno MXLIX, Leo Papa Concilium Remis habuit.
- Anno MLIV, bellum apud Maremortuum.
- Anno MLV, deposito Malgerio succedit Maurilius Rothomag. Archiep.
- Anno MLX, obit Henricus Rex Francorum; cui succedit Philippus filius ejus.
- Anno MLXI, Joannes Episcopus Abrincensis mense Septembri.
- Anno MLXIII, subjugata est Cinomannis Comiti Norm. Willelmo.
- Anno MLXV, obit Edwardus Rex Anglorum. *An. 1066.*
- Anno MLXVI; Willelmus Dux Norm. transiit mare III Kal. Octob. cum valida Normannorum manu: cui occurrit Heroldus cum eo pugnaturus; commissoque prælio pridie Idus Octobris, ruit Heroldus ejusque exercitus. Post hoc Willelmus elevatur in Regem die Natalis Domini apud Londoniam, Anglorum maximam urbem.
- C** Anno MLXVII, obit Maurilius Rothomagensis Archipræsul, Monachus Fiscannensis.
- Anno MLXIX, Maurilio succedit Joannes, filius Rodulfi* Comitis * *Al. Radulfi* fratris Ricardi, qui prius Abrincensi Ecclesiæ VII annis et III mensibus præfuit; et postea rogatu Alexandri Papæ, concedente Guillelmo Principe Normannorum et Rege Anglorum, adeptus est cathedram Rothomagensis Ecclesiæ.
- Anno MLXXIII, invaserunt Monachi S. Audoëni Joannem Rothomag. Archiepiscopum Missam celebrantem in festivitate ejusdem Sancti, cum armata manu (b) vivorum: unde judicatum est in Concilio in eadem civitate congregato, præsidente Rege Anglorum Willelmo, Monachos hujus criminis reos per Abbatis carceribus retrudi ad placitum Archiepiscopi. Inde complures dispersi fuerunt, unus Vurnemarus* nomine apud Fiscannum, * *Al. Nomenarus* alter apud S. Wandregisilum nomine Benedictus, alter apud Gemeticum nomine Rodulfus. Hoc anno dedicata est Basilica S. Stephani Cadomi.
- Anno MLXXIV, congregatum est Concilium in Rothomagensi urbe, præsidente Willelmo Anglorum Rege, Normannorum Principe; et Joanne Archiepiscopo cum suffraganeis suis, Odone Bajocensi Episcopo, Hugone Luxoviensi, Michaële Abrincensi, Gilleberto Ebroacensi, Roberto Sagiensi. Eodem anno obtulit Guillelmus Rex Anglorum die sancto Paschæ in Ecclesia Fiscannensi filiam suam, per manum Joannis Archiepiscopi consecrandam. Inibi etiam instituit legem sanctam, scilicet ne aliquis homo aliquem hominem assalliret* pro morte alicujus sui parentis, nisi patrem aut filium interfecisset. * *Ms. assalliret*
- E** Anno MLXXIX, obit Joannes (c) Rothomag. Archiepiscopus: huic

(a) Annus 1293 est meta hujus Chronici, quod Chesnium ex antiquo Codice descripsit. In Bibliotheca S. Germani Prat. inter Miscell. Mss. Durandi Tom. II ex Ms. Cod. Reginæ Sueciæ 175, exstat brevis aliud ejusdem Abbatæ Cadom. Chronicon, in anno 1328 desinens, sique tantum ferens non una manu: *Anno MXLII mortalitas magna hominum. Anno MXLVI bellum apud Vallium-dunas. Anno MXLIX Leo Papa Concilium Remis habuit. Anno MLXI obiit Joannes Abrincensis Episcopus mense Septembri. Anno MLXXVII dedicata est Basilica S. Stephani Cadomi. Anno MLXXIX obtulit Guillelmus Rex Angl. die sancto Paschæ filiam suam, etc.* ut in

edito.

(b) Turpiter, ut mox patebit, falsus est Matthæus Parisius, ejusque sequaces, qui Johannem Archiepiscopum tunc interfectum fuisse calumniantur.

(c) Ex hoc loco et ex Actis Rotomag. Archiepiscoporum supra patet, longè falli Matthæum Parisium, seu potiùs interpolatorem ejus aut Editorem, et Galliæ veteris Christianæ Auctores, qui Johannem à S. Audoëni Monachis occisum criminantur. Inde enim constat, Johannem tumultui San-Audoënano superstitem diu fuisse. Certè, ut ipsismet verbis Mabillonii ulamur, etsi alia nos hac de re argumenta defi-

succedit Willelmus Rothomag. Archiepiscopus, qui fuerat Monachus et Abbas S. Stephani Cadomensis.

cerent, id luce clarius demonstrarent duæ Lanfranci Archiep. ad ipsum Johannem Epistolæ, in quibus temerariam superbamque temeritatem mi-

serrimorum hominum et perditissimæ congregationis adversus dominum et pontificale fastigium præsumptum meritò damnat.

EX CHRONICO (a) SITHIENSI,

SEU EX JOHANNIS IPERII (b) CHRONICO S. BERTINI.

Apud Martenium Tom. III Anecd. col. 574.

Cap. 36. part.
3

* f. dominationem

* A.
MXXXVI

Col. 575.

* L. Heribertus

ANNO Dom. MXXXI Robertus gloriosus Francorum Rex diem clausit extremum, et sepultus est in Ecclesia B. Dionysii Areopagitæ, postquam regnaverat annis XXXIV; et successit ei filius ejus Henricus puer parvulus. Regina verò Constantia post funus mariti, magnam Regni portionem quasi donationem * suam, et plures Barones Regni ad se traxit: quæ postmodum omnia filius, ætate provector effectus recuperavit, et suæ dominationi applicavit.

Brevi post hoc tempore nobilis ille Marchisus ac Comes Flandriæ Balduinus Barbatus, postquam Flandriæ monarchiam potenter rexerat annis XLVII, viam ingressus est universæ carnis, et sepultus est in Blandinio [anno] MXXXII *: et successit ei filius suus Balduinus, vir magnificus atque probus, qui habuit uxorem Athelam, filiam Francorum Regis Roberti nuper defuncti, sororem Henrici pueri heredis regni; de qua genuit filios duos, Balduinum Pium et Robertum Frisonem primum: filiam quoque Mathildem, postea uxorem Willelmi Nothi conquisitoris Anglorum. Iste Balduinus ratione uxoris suæ jamdictæ, consensu et electione omnium Baronum Franciæ, tutor juvenis Regis Philippi, et totius regni bajulus est effectus: qui sibi omnes homagium fecerunt, spondentes quòd si juvenem Regem mori contingeret infra tutelæ tempora, ipsum Balduinum in Regem Franciæ sublimarent. Iste Comes Balduinus dictus est Insulanus, quia villam Insulam condidit, et Ecclesiam Canoniorum ædificavit in ea B. Petro, magnificèque dotavit; in cujus Ecclesiæ dedicatione Comes hoc nabile fecit: Prælatos patriæ suæ cum Sanctorum reliquiis advocavit huic dedicationis interesse solemnitati; quâ peractâ, vice gratiarum actionis, loca in quibus singuli Prælati fuerant hospitati, eorum Ecclesiis contulit, sicut ipse tenuerat, liberè perpetuò possidenda: per hanc viam donationis hujus, nobis provenit ea terra quam in illius villæ suburbiis habemus, quia ibidem locatus seu hospitatus fuerat domnus Rodericus * Abbas noster cum corpore B. Bertini et aliis Sanctorum nostrorum reliquiis. Domnus Abbas noster Rodericus, postquam excellenter rexerat annis XXII, obiit et sepultus est anno Dom. MXLIII.

Bovo hujus loci Abbas XXXVII... vir bene litteratus, Abbas effectus est anno Dom. MXLIII... Basilicam tempore Roderici combustam à fundamentis reædificavit; sed morte præventus, non totam complevit... VI (c) Non. Maii, quo scilicet tempore nundinæ tunc in hac villa tenebantur ex more: facta fuit hæc elevatio [corporis S. Bertini] anno Dom.

(a) Continuationem hinc habes eorum quæ edidimus pag. 297 Tomi X, ubi paucula quædam Lectorem monuimus.

(b) Johannes Iperius, id est, de Ypra oriundus, quondam S. Bertini Abbas, eodem in loco seu pretio, in quo et Auctor coævus, ac meritò hic habendus est. Licet enim anno tantum 1383 obierit, maximam tamen existimationem et fidem mereret; quippè qui nihil historicè retulit, quod non authenticis scriptis approbetur. Præterea idem, vir pius et eruditus, ex Scriptoribus Bertinianis, scilicet Folcuino Sith. sæ-

culo X Monacho, ex Simone Abb. Sith. defuncto an. 1148, et ex Anonymo qui scribebat an. 1229, ita Chronicon suum confecisse videtur, ut eorum lucubrationes integras operi suo inseruisse censendus sit. Hinc, cum antiquiores habeat Auctores qui sui temporis res gestas, prout viderant aut à testibus oculatis acceperant, scriptis mandarunt, mirum videri non debet à subsecutis Scriptoribus tanti habitum fuisse, ut quæ dicenda de rebus Belgicis habuerunt, ab eo accipere non dubitaverint.

(c) Bovo Abbas S. Bertini XXXVII, dum Sith.

A MLII . . . Imperatore Henrico II , Rege Fr. Henrico I, Comite Fl. Balduino Insulano, Ghisnarum verò Eustachio . . . Tempore isto imperante Henrico II, Normanni Italiam intraverunt, cum Roberto plura bella gesserunt.

Col. 576.

Anno post elevationem corporis B. Bertini Imperator Henricus II contra Balduinum Insulanum , Flandriæ Comitem , bellum movit. Hermanno Montensi Comite defuncto , viduam ejus Balduinus Pius, filius Balduini Insulani jauidicti , duxit uxorem , Imperatore non consulto ; et Hannoniæ Comitatum invasit. Balduinus Insulanus Tudinium , Balduinus filius ejus Hoium vastarunt et incenderunt. Imperator indignans contra Balduinum venit usque ad fluvium Scaldim ; et Balduinus ex altera fluvii parte consedit. Imperator transire non valens , partem exercitûs sui per Cameracum et Schusam mittit, ut Balduinum à tergo comprehendat. Sed Balduinus sibi præcavens ,

Cap. 37.

An. 1053.

B Lisam fluvium transiens se tutavit ; sicque Imperator terræ partem vastans , per Tornacum rediit anno Domini MLIV.

Col. 577.

Anno post hoc tertio , defuncto Imperatore Henrico II, successit filius ejus Henricus III, qui jam cum patre expertus orientalem partem Flandriæ fortalitiis , gentibus et fluviis sic munitam , et partes orientales invalidas , exercitum per Tornacum ducens , huc accessit , ut per has partes Flandriam intraret. Balduinus Comes hoc præsentens , populum suum undique collegit , et fossato Flandriam claudi fecit ab illa parte : quod fossatum per novem leucas in longum ducens , id est à castro de Urhault usque ad Basseiam, in solis tribus diebus et noctibus consummavit , et ibidem Imperatori restitit. Admirans Imperator fortalitium et multitudinem armatorum , viâ quâ venerat recessit. Comes verò cum suis ipsum per Flandriam insequens

An. 1054.

C usque Neomagum , palatium Imperatoris combussit , et sic in Flandriam rediit. Postmodum in Tornaco per Henricum Francorum Regem pax facta est inter eos , sic ut Comiti Flandriæ remanerent perpetuò et hereditariè , pars illa Brabantiae , quam ipse Balduinus Comes conquieserat ultra Teneram fluvium , et Comitatus Alostensis (a) cum terrâ IV officiorum ; insuper in Zelandia V insulas Imperator ei superaddidit , cum conditione quòd eas ab Imperatore teneret.

Ab hoc Balduino Flandriæ Comite domnus Bovo noster Abbas terminari fecit gravem dissentionem inter nos ex una parte , et Gerbodonem Advocatum nostrum populumque de Arkas ex altera parte , obtinuitque confirmationem de libertate nostra in Arkas . . . Privilegium sic incipit : « In nomine

E » Patris et Filii et Spiritûs Sancti. Amen. Ego Balduinus Dei gratiâ Flandrensium Comes [statui cum consilio Optimatum meorum , ut quicumque Advocatus fuerit ad regalem expeditionem iturus , unum baconem » (nummum argenteum) et unam pensam caseorum , et unum equum ad » sommarium , vel pro his marcam argenti ab Abbate accipiat , et singulis » annis de unaquaque terra ipsius villæ dimidiam firtalam (mensuræ genus) » avenæ habeat . . . Abbate Bovone et Gerbodone Advocato assensum præbente , spatium mensuræ atrii sive curtis Cœnobii S. Bertini ita divisimus . . . » Quæ divisio sive institutio ut majori auctoritate fulciretur , corpora Sanctorum navi imposita prædictum per fluvium [Agnionam] in præsentia nostra » circumduci fecimus , Episcopo Drogone ab ipsa navi aquam benedictam » versùs atrium projiciente , et hoc modo quantum prædictum est spatii ,

Ecclesie reparationi advigilat... D. Bertini fere-trum invenit anno ML ad XVI Kal. Jul.... ubi Leoni IX Pontifici Summo , toti insuper Romæ coacto Patrum Concilio transmisisset , Apostolico mandato postmodum elevavit Wido Rom. Pontifex ad VI Nonas Maii, astantibus Drogone Morin. Episcopo, Heremaro S. Remigii, Alfrido S. Fulmari, Gervino S. Richarii, Fulberto S. Bavonis, Rumoldo S. Winnoci, Heriberto S. Judoci supra mare et Walone S. Walarici, Abbatibus ; Athelâ item nobilissimâ Roberti Fr. Regis filiâ , Balduini Insulani conjuge, præsentem cum fratre suo Eudone, quæ brandeum sacrorum pignerum susceptivum devota contradidit S. Bertino, regnantibus, etc. Ex Catalogo Ms. Abbatum S. Bertini inter Probationes Hist. Geneal. Comitum Gism. pag. 15 ; et ibid. ex ipsiusmet S. Bertini Abbatiae Chronico : Bovo Abbas corpus S. Bertini solemniter elevavit. Facta fuit hæc elevatio an.

Dom. MLII, domini Bovonis Abbatis anno IX, regnantibus Leone Papa IX, Imperatore, etc.

(a) Castro Gand. à Comitibus Fl. occupato, Lambertus ab iisd. primus Castellanus Gand. est constitutus, à quo cæteri deinde Castellani seu Vicecomites Gand. et ex iis orta Villanorum nunc Comitum Isenghemii familia, genus duxerunt. De quibus vide Lindanum, qui et Castellanos Gand. et Comites Alost. ex Gand. Comitum stirpe deducit ; et quidem vero similiter. Nam ex variis dictorum Comitum et Castellanos eum diplomatibus tum sigillis constat, utriusque familiae idem cognomen de Gandavo, eademq. insignia gentilitia fuisse. *Aubertus Mir. Not. in Libr. Donat. Belg. cap. 35.* Comitatum porrò Alostanum ex Comitibus castri novi Gand. Jac. Marchantius derivatum scribit.

» in liberam potestatem S. Bertini vindicante. Insuper verò sicut tota palus-
 » tris terra inter Arkas et vetus Monasterium et vetustum Mere ad jus S.
 » Bertini hactenus pertinuit, nos ei perpetuò possidendam roboravimus, etc.
 » Acta est hæc confirmatio à me Balduino Fland. Dei gratiâ Marchione,
 » anno Dom. Incarn. MLVI, indict. IX, regnante Henrico Fr. Rege,
 » in villa S. Audomari, in Basilica S. Petri, die Epiphaniæ. Sign. Drogonis
 » Episc. S. Gerardi Camerac. Episc. S. Bovonis Abb. S. Leduini Abb. S.
 » Eustachii Com. S. Rogeri Com. S. Roberti de Bethun. S. Alolphi de
 » Hesdin (a), etc. » Datum anno Dom, MLVI... Itemque Privilegium
 impetravit à Papa Victore II, ut de substituendo hîc Abbate Episcopus
 Morinorum se non intromittat, sub anathemate confirmari fecit... Datum
 anno Dom. MLVII... Nicolaus II Papa cum centum et tredecim Episcopis
 Concilium celebravit, et Berengarium fecit errorem revocare: quæ revo-
 catio seu retractatio ponitur de Consecratione dist. 5: « Ego Berengarius ». **A**
 Ipse tamen Berengarius homo sanctus dicitur aliàs extitisse, et finem suum
 prædicendo, feliciter migrasse. **B**

Col. 578.

* XXIX

An. 1060.

Henricus Rex Francorum, postquàm regnaverat tam per se quàm per
 tutorem circiter annis XXXI*, obiit et sepultus est in S. Dionysio anno
 Domini MLXII. Tandem Bovo noster Abbas à Roma rediens... transitum
 fecit per illud regalissimum Monasterium B. Dionysii Areopagitæ; ubi
 pro benedictionis munere recepit pretiosas reliquias B. Dionysii Areopagitæ,
 quas secum huc attulit; et in feretro cum corpore B. Bertini decenter
 recondidit anno Dom. MLXIII. Hujus domni Bovonis tempore miraculum
 accidit in villa nostra Calmont, de quodam viro nomine Boderà... Bovo
 administrationis suæ anno XXIV [obiit], anno (b) Dom. MLXV. **C**

Cap. 38.

Col. 579.

Heribertus XXXVIII... Abbas hîc efficitur anno Dom. MLXV...
 Basilicam à Bovone inceptam honorificè consummavit; in cujus medio
 coronam ex auro et argento miræ æstimationis appendi fecit: dumque sic
 celebris omnibus haberetur, à Rege Francorum Philippo sibi Cœnobium S.
 Germani Autisiodorensis (c) est collatum, unà cum isto regendum... Hujus
 Abbatis anno II cometes clarissima visa est, et Willelmus Normannus cum
 Francis Angliam ingreditur, et Araldo Rege peremto cum multis, pro eo
 regnat in Angliâ, et heredes ejus post eum. Iste Willelmus filius fuit Ro-
 berti filii Richardi II et filii Richardi III, Normanniæ Comitum, ex qua-
 dam muliere; cujus speciem in chorea saltantis concupiscens, eam non
 conjugem, sed loco conjugis aliquandiu tenuit; unde Willelmus Nothus
 vel Hastardus* dictus est. Hic Willelmus Nothus uxorem duxit Mathildem,
 filiam Halduini* Insulani Flandriæ Comitis, consanguineam suam; propter
 quòd eos Malgerus Rotomagensis Archiepiscopus, ejusdem Willermi
 patruus, publicè excommunicavit: unde fortiter indignans, ipsum Archi-
 episcopum deponi procuravit, alio tamen colore (d) quæsito; nam Archi-
 episcopus, generis sui gratiâ, venationibus et sæcularibus actibus plus justo
 vacans, Ecclesiæ suæ minùs intendebat. Hunc titulum sibi Willermus op-
 posuit, et quòd suæ juventutis gaudia nimis insequabatur; eumque deponi
 fecit (e): sed postea pœnitens, pro sceleris sui expiatione fundavit Monaste-
 rium S. Stephani in Cadomo, magnificèque dotavit, Abbatem ibi instituens
 Lanfrancum, qui postea fuit Archiepiscopus Cantuariensis. **D**

* Bastardus

* Balduini

Col. 580.

Flandriæ Comes Insulensis Balduinus illustris duos habuit filios, scilicet

(a) Hæc ex Chartulario Abbatæ S. Bertini
 in Hist. Geneal. Alost. Domûs pag. 179 apud
 Chesnium, qui pag. 180 addit S. Ingelranni
 Com. S. Rodulfi Gand. S. Elgothi Atrebat. S. Ger-
 bodonis Advocati.

(b) Sepultus decima sub luce Decemb. dicitur in
 Epitaphio quod Herigerus tumulo jussit apponi
 sic:

Bos Domini Bovo Domino donatus ab ovo...

Hanc fabricam primò Templi relevavit ab imo...

(c) Nulla tamen bujus Abbatis fit mentio
 suprâ in Gestis Abbatum S. Germani Autissiod.

(d) Narrat Franciscus Didacus, lib. 2 Hist.
 Comitum Barcinon. cap. 36, Guislabertum Ca-

nonicum Barcinon. qui postea fuit Episcopus,
 uxorem habuisse et liberos, eamque vixisse eo
 tempore quo maritus tenebat Barcinon. sedem;
 additque tum vulgò licuisse Canonicis habere
 uxores. Immò Victor III in initio lib. 3 dialog.
 suorum testatur eum morbum fuisse generalem,
 verbis quæ suprâ retulimus.

(e) Malgero substitutus fuit Maurilius. Is in
 Actis Archiep. Rotom. suprâ dicitur Ecclesiam
 B. M. dedicasse, Victore II Romæ Papâ sedente,
 regnante Henrico R. Fr. an. 1063. Hæc autem
 notæ simul convenire non possunt: siquidem
 Victor II obiit anno 1057, Henricus R. an. 1060.
 Fortè, inquit Mabillonius, hæc dedicatio facta
 an. 1055 aut insequenti, tempore Concilii.

A Balduinum, qui vir mitis et lenis erat, atque Robertum, qui fortis erat et rigidus. Pater ergò timens ne junior, scilicet Robertus, seniori vel heredibus ejus aliquam molestiam inferret, ipsum Robertum in Aldenarda coram cunctis suæ terræ Proceribus solemniter abjurare fecit, quòd fratri Balduino nec ejus heredibus ullam unquam molestiam inferret de Flandriæ Comitatu, datâ propter hoc eidem Roberto magnâ pecuniæ summâ; et nobilissimam sibi conjugem matrimonio copulavit Gertrudem, sed viduam Florentii Frisiæ et Holandiæ Comitis, filiam Saxonie Ducis; cum qua aliquanto tempore in Frisia in dote sua mansit, unde postea Robertus Friso dictus est. Hæc domina de primo marito suo prædicto filiam habuit nomine Bertam Reginam Franciæ, uxorem Francorum Regis Philippi I; de qua rex genuit Ludovicum Grossum, qui sibi successit in regno; et filiam Constantiam uxorem Bojamundi Ducis Apuliæ, qui cum Godefrido conquisivit Antiochiam et obtinuit. Hoc juramento firmato ob pacis securitatem, matrimonioque Roberti, ut dictum est, solemnizato, Balduinus Insulanus inclytus Flandriæ Marchisus et Comes, postquam XXXII annis potenter in Flandria regnaverat, plenus honore et gloriâ obiit, et sepultus est in Ecclesia S. Petri Insulensis anno Domini MLXVII (a). Post cujus obitum regalis illa vidua ejus Athela tanto viro, sed non divitiis orbata, in Messinis Sanctimonialium construxit (b) Cœnobium; et devotè limina Apostolorum visitans, à Papa Alexandro II vidualem suscepit habitum: sicque reversa, in Monasterio suo Messinensi humillimè vixit, et plena pietatis operibus obiit, ibique sepulta est.

An. 1067.

Balduino Insulano Flandriæ Comiti successit filius suus Balduinus, à puero nutritus in aula Imperatoris Henrici, ac in ejus palatio præ omnibus honoratus. Hic in suæ adolescentiæ tempore decidit in tantam infirmitatem, ut ei pater in manu candelam teneret, extremum spiritum expectans; et ecce subito resumptis viribus, patri suo dixit: « Pater, ab hac evadam infirmitate, » si mihi dare volueris locum de Hanon, ut ibi Monasterium ædificare possim: » hæc vera sunt, quia statim hoc mihi SS. Marcellinus et Petrus promiserunt ». Pater annuit, et filius sanus effectus est. Subverso igitur Hanon castro, latibulo raptorum, ædificavit ibidem Monasterium Hanonnense * in honore SS. Apostolorum Petri et Pauli et SS. Martyrum Marcellini et Petri; et propter hoc vocatus est Balduinus Hannonensis; dictus est etiam Balduinus Pius, quia totus erat deditus operibus pietatis, viduarum, orphanorum, Ecclesiarum, pauperum, et oppressorum amator et defensor præcipuus. In Ecclesia summè intendebat ad ea quæ dicebantur, nec inter psallendum alicui loquebatur nisi Deo. In Missis pauperes quibus elemosynam tribuit, juxta se semper habere volebat, ut pro se secum orarent. Tempore caristiæ Monasteria compellebat ad elemosynas uberes faciendas; et ipse de suo largissimè tribuebat, totus deditus pietati: etiam dicebatur Balduinus Cum-niso, et pingi solet à pluribus nisum aviculam supra pugnum tenens in signum pacis, quia toto suo tempore Flandria pacifica mansit; nullus arma portabat, non inferebantur molestiæ (c), non reducebantur ab agris aratra, et vix de nocte claudebantur ostia. Hic adhuc vivente patre duxit uxorem Richildem viduam Germani * Comitis Montensis; de qua duos habuit filios, Arnoldum * scilicet et Balduinum. Regnavit autem tribus solis annis, et obiit anno Domini MLXX, et sepultus fuit in Hanon *, quod ipse fundaverat Monasterium. Eodem anno dominus Abbas Heribertus privilegium manumissionis altarium de Borbourg et Laon à Drogone Morinorum Episcopo acquisivit, quod sic incipit: « In nomine sanctæ et

* Hannon.

* Hermannii

* Arnulfum

An. 1070.

* Hannon

(a) Sub finem, Kalendis nempe Decembris. Paulo ante obitum Balduinus iste S. Winnoci Monachis totam decimam Wormholti aliasque concessit per manus Rumoldi Abbatis, adstante Drogone Tervan. Episc. qui jussu Comitis hanc donationem excommunicationis interminatione firmavit in præsentia corporis S. Winnoci. Litteris hac de re datis hoc anno Bergis in soleinni curia Pentecostes, subscripsit post Comitem, ejusque uxorem Adelam, ac filios Balduinum et Robertum, Eustachius Comes Boloniæ, Rogerius de S. Paulo cum aliis.

(b) Adela, quæ marito superstes quadriennio tantum fuit, ante obitum ejusdem considerat Messinensem Parthenonem. Exstat Diploma Roberti Regis pro Virginibus ejusdem loci.

(c) Vix crediderimus cum Mabillonio Balduinum Montensem seu Hannoniæ Comitem, virum certè longiori vitâ dignum, hunc esse qui Cellam seu Monasterium S. Gislensium direxerat: qua de re graviter conquestus est apud Henricum Imperatorem Widricus, ut videtur, Abbas, cujus Epistolam refert idem Mabillonius pag. 28 Tom. V Annal.

» deificæ Trinitatis, Drogo ejusdem gratiâ , etc. Datum anno Dom. MLXX, A
» Indiet. VIII , et episcopi mei anno XLVI. »

Col. 583.

Post decessum Balduini Pii Flandriæ Comitis, ejus vidua Richildis fuit populo et terræ gravis, eos servitutibus opprimens: filius nihilominus ejus Arnulfus fuit populo durus. Quare Flandrenses ad Robertum in Frisiam miserunt, sibi terræ dominium pollicentes, si Richildi resisteret: cui contra jusjurandum, quod in Aldenarda fecerat, venit, et terræ dominium sumsit. Richildis igitur et filii sui, Regem Franciæ contra Frisonem cum exercitu magno Casletum usque duxerunt; quem Friso, pugnâ consortâ, fugere compulit. Fertur quòd ante bellum Richildis in curru prope Casletum obviam Frisoni facta, pulvereum sortilegium contra Frisonem sparsit talem, ut eo actus bello succumberet; sed flexo vento pulvis in ipsam Richildem cecidit; nec multo post bellum commissum est, in quo Richildis capta est et incarcerata, Arnaldus filius ejus interemptus; Balduinus in Hannonia fugiens, ibi se tutavit, qui postea in Flandris non comparuit. Rex Franciæ victus recessit Monsterolum. Friso Robertus fugientes insequens, prope S. Audomarum captus est, et in villa adductus; sed statim pro Richilde commutatus est. Rex præsumens Audomarenses Frisoni favere, de Monsterolo rediit; et nocte villam Audomarensis intravit, quam cædibus, incendiis, et rapinâ graviter devastavit, non parcens sexui vel ætati; et est hæc plaga peior quam Audomarenses sunt perpessi, ex quo villa fortificata fuit. Friso condolens Audomarensibus Eustachium Bononiæ (a) Comitem, et fratrem ejus Goffridum Parisiensem Episcopum Franciæ Cancellarium sibi confœderavit, eis dato nemore de Biaulo, ut Regem abire facerent. Tunc prædictus Episcopus Regi secretò scripsit, qui nisi citò recederet. Frisonem cum Comite C Bononiæ super se improvisè videret: quo audito, rex nocte recessit, de suo plurima relinquens. Pace reformata, Friso mœstos Audomarenses consolans, privilegiis eos et pascuis, quæ à nobis abstulit, honoravit.

(a) Cum Eustachio thalamos suos inierat Ida tur hi versus :
anno 1057. Hæc jussit condi Basilicam apud
Lensium, quòd Canonicos introduxit anno
1059: hinc in Ecclesia Lensiensi olim legeban-

Anno milleno, ter deno bis, minus uno,
Hunc intrare chorum cæpit grex Canonicorum.

EX CHRONICO (a) VEZELIACENSI.

Apud Labbeum Tom I Novæ Bibl. Libr. Mss. pag. 396.

ANNO MXXXIV. Parisius incendio flagrat.

MXXXVI. Henricus Rex, mortua uxore sua Alemanni Regis filia, duxit Annam filiam Regis Rusulorum*; ex qua suscepit filios, Philippum Regem et Robertum et Hugonem cognomine Magnum. Ipse Hugo genuit Rodulfum Comitem Viromanduorum.

MXXXVII. Gaufredus Abbas (b) Vezeliacensis.

MXL. Raynaldus Comes, filius Landrici, apud Silviniacum occisus est.

MXLII. Fames valida per septem annos.

MXLVIII... Leo Papa (c): hic habuit Concilium Rhemis cum Gallianis Episcopis, et excommunicavit Simoniacos; Haduinum Senonensem (d) et Hugonem Lingonensem Pontificali privavit honore et alios multos.

MLII. Bonifacius Abbas Vezeliacensis.

MLVI. Cœnobium Charitatis cœpit.

MLIX. Philippus ungitur in Regem. Hic duxit filiam Balduini (e) Comitis Hollandiæ, sororem Roberti Flandriæ Comitis; et genuit ex ea Ludovicum, et Constantiam uxorem Boamundi Antiocheni.

(a) Ex hoc Chronico, quod ad annum usque 1316 deducitur, nonnulla jam frustatim excerpta sunt in Tomis præcedentibus.

(b) Hic, Gosfridus Abbas de Vergeliaco dictus in litteris canonizationis S. Gerardi, usum dalmaticæ et sandaliorum obtinuit à Leone IX Papa.

(c) Initium Pontificatus Leonis et Concilium Remense in annum 1049 rejicienda sunt.

(d) Senonibus tunc sedebat Gelduinus, cui substitutus fuit Mainardus: Hugoni Lingon. deposito successit Harduinus.

(e) Bertam nomine, quæ erat filia Florentii Com. Frisiæ, et privigna Roberti Frisonis.

A MLX. Obiit Henricus Rex Francorum.

MLXIII. Willelmus Comes Norm. regnum obtinuit Angliæ.

MLXV. Rex Philippus ab Arpino (a) emit Bituricas pretio sex millium solidorum. Postea mota est guerra inter Fulconem Rechin Comitem Andegavorum, et Goffridum Martellum fratrem ejus. An. 1066.

MLXXIV. Berno Abbas Vizeliacensis.

MLXXV. Obiit Robertus Dux Burgundiæ. Hugo Henrici filius succedit. Autissiodorus succensa est.

(a) Serius ab Harpino hæc facta est venditio, ut videbimus postea.

B

EX VETERI CHRONICO (a) REGUM FRANCORUM,

A PIPINO BREVI AD PHILIPPUM VALESIIUM.

Ex Codice Ms. Sangermanensi 441.

R^{EX} XXVI in recta linea arboris genealogiæ regalis describitur Henricus hujus nominis primus, memorati Roberti Regis filius qui, defuncto patre suo anno Domini MXXXI, totius regni Franciæ tenuit monarchiam, regnavitque annis XXVIII vel XXIX. Hic Henricus, defuncta Matilde uxore sua, accepit aliam nomine Annam; ex qua genuit tres filios,

C Philippum, Hugonem et Robertum; quorum Robertus puer obiit. Hugoni postmodum donatus est Comitatus Virmandensis à Philippo Rege fratre suo. Hic Henricus Rex Francorum, consensu Præsulum ac Procerum regni, coronari fecit Philippum suum adhuc octennem, et ungi in Regem Rhemis civitate per manum Gervasii Archiepiscopi ejusdem sedis, imperii Henrici III anno II, anno verò Domini (b) MLVIII. Post hoc verò altero anno Domini MLIX, obiit Henricus Rex Francorum, imperii Henrici III anno III.

XXVII Rex in recta linea arboris genealogiæ regalis describitur Philippus hujus nominis primus, præfati Henrici filius qui, vivente patre suo, cœpit regnare, anno Domini MLVIII. In Chronica verò Monasterii S. Dionysii describitur, quod post patrem suum cœpit regnare anno Domini MLVII. Hic numerus nimis distat: regnavit autem post mortem patris, an-

An. 1060.

D nis XLVIII. Quoniam autem puerulus erat, tutorem et nutritorem à patre accepit Baldoynum Comitem Flandrensem, qui usque ad intelligibilem ætatem eum benignè fovit, regnumque gubernavit; adolescenti verò regnum ex integro restituit. Hic Philippus Rex filiam Florentii Ducis Frisiæ, in quadam verò Chronica dicitur, filiam Baldoyni Comitis Hollandiæ seu Moriennæ, duxit uxorem nomine Bertham.

(a) Chronologica hæc farrago, variis ex aliis Chronicis conflata, producitur 1328 annum ad usque. Sangerman. autem Ms. 441, in quo exstat, recenti manu descriptum fuit ex alio Ms. Codice qui non indicatur. Idem omninò dicendum de Sangerm. Ms. Cod. 1083 in-4^o. ad ejus calcem adducitur Epitoma histor. Comitum Tolosan. à Carolo Magno ad Alphonsum eorundem Toparcharum ultimum.

(b) Corrig. MLIX, ut pag. 32 supra; ubi meritò additur, *regnante Henrico XXXII eadem die completo*: nam si ab anno 1059 per annos 32 calculus reflectatur, annus 1027, initi ab Hen-

rico regni cum patre primus habebitur. Ibidem verò verba illa, *eadem die completo*, referenda sunt, non ad X Kal. Junii, sed ad festum Pentecostes: nam hac die coronatus dicitur Henricus; non eodem die mensis quo coronatus est filius ejus Philippus; quandoquidem festum Pentecostes an. 1027 novem diebus citius, id est pridie Idus Maii, incidebat. In Diplomatis tam Henrici quàm Philippi, duplex utriusque epocha observanda est, nempe ab inito regno seu cum patre, seu post mortem patris; et pro hac duplici epocha variat in illis calculus, ut docet Mabillonius.

EXTRAIT ^(a) D'UN ABRÉGÉ DE L'HISTOIRE
DES ROIS DE FRANCE.

Ms. de la Biblioth. de l'Abbaye de S. Victor de Paris, num. 419.

· XXIX **L**E XXV Roy en la droicte ligne, à compter dès le commencement, fu Henry filz du devant dit Robert ^(b); et régna XXVII * ans. Après la mort de Mahaut sa femme, il print Anne fille George ^(c) Selane Roi des Ruthenes; de laquelle il eut trois filz, c'est assavoir Philippe, Hne et Robert: B desquelz Robert mourut enfant; et à Hue fu donnée la Conté de Vermandois de son frere Philippe. Ce Henry fist couronner à Roy Philippe son filz, comme il n'eust encor que VIII ans d'aage, à Rains par la main l'Arcevesque Gervaise.

Le XXVI Roy en la droicte ligne fut Philippe filz du devant dit Henry, et regna après la mort son pere XLVIII ans. Comme il étoit enfant, Baudoin Conte de Flandres, l'ont en garde, du commandement son pere, et le nourri moult benignement, tant qu'il eut discrétion et gouverna le Royaume, et il eut passé l'enfance; et il le restitua enterinement. Ce Philippe print à femme Barte fille Florent Duc de Frise; de laquelle, etc.

^(a) Ce morceau est la suite de l'extrait qui se trouve à la page 313 de notre X Volume.

^(b) Quelques Auvergnats prétendent que Hugues Capet, pere de Robert, descendoit d'une famille Romaine et Sénatoriale de leur pays. M. Audigier de Clermont, dans son *Traité de l'Orig. des Fr.* imprimé à Paris en 1671 et dédié au Roi, avance que la 2^e et la 3^e race viennent en ligne directe et masculine de l'Emp. Avitus. Quoique M. le Gendre, dans son *Traité des Antiq. de la Maison de Fr.* ait cru détruire ce système, M. Devervines soutient, dans une Dissert. de 1760, que ce triomphe est imaginaire; et pour étayer de preuves une opinion aussi avantageuse à sa patrie, il forme la généalogie qui appuie son système, dans l'ordre qui suit: Avitus, Hecdicus, Ferreol, Arisbert,

Arnoald, Arnoulx, Anchis, Pepin Heristel,

Charles Martel,
Pepin le Bref,
Charlemagne.

Childebrand,
Nebelon,
Thiebert,

Robert II dit le Fort.

Comme de ces degrés généalog. celui qui est le plus contesté, est la descendance directe d'Hecdicus à Ferreol, M. Devervines l'établit ainsi: Sidoine Apollinaire étoit gendre d'Avitus; il étoit beau-frere d'Hecdicus; il étoit oncle par alliance de Ferreol; donc Ferreol étoit fils d'Hecdicus. Cette proposition est la base des preuves de M. Devervines, lesquelles ne sont rien moins qu'incontestables.

^(c) Jerolaus Duc des Russes.

C

D

EX CHRONICO ^(a) ROTHOMAGENSI.

Apud Labbeum Tom. I novæ Biblioth. Libr. Mss. pag. 366.

* MXXXI **A**NNO [^(b) MXXXV * obiit Robertus Rex Francorum: succedit Henricus filius ejus. Eodem anno Gerardus * Abbas obiit].

* Fontanell.

[Anno MXXXVI obiit ^(c) Theodericus Abbas Gemmeticensis: succedit Willelmus Prior loci ipsius].

MXXXIII obiit Mathildis filia Ricardi Comitis.

MXXXVI obiit Robertus Archiepiscopus ^(d), etc.

An. 1035.

[Anno MXXXVII Robertus Dux Normannorum, à Jerosolymis rediens, apud Nicæam moritur: succedit Guillelmus filius ejus, adhuc puer. Obiit Robertus Rothomagensis Archiepiscopus: cui succedit Malgerius

E

^(a) Hoc Chronicon, quod ad annum 1343 pervenit, et quod idem ferè est cum Cadomensi, edidit Labbeus ex Codice Caroli Baroni Presbyteri Parisini.

^(b) Ansulis hic septa, adducimus, ex Ms. Chronico Rothomag. in multis diverso, et ad an. 1213 desinente; quod habet Bibliotheca S. Germani Prat. in Tom II Ms. Miscell. Durandi ex Ms. Cod. Reginæ Sueciæ 322.

^(c) Jam decesserat anno 1030. Exstat in Biblioth. Gem. Ritualis liber, tempore Theode-

rici Abb. scriptus, in quo formula offerendi pueri exhibetur, tum admittendi *conversi* seu adulti, cui post editam professionem præscribitur, ut *permaneat cum summo silentio in albis* usque ad tertium diem, id est, si bene capio, absque cuculla, cum tunica et toga, quæ antiquitus albi coloris erant. *Mabilion.*

^(d) Vide suprâ Chronicon Cadom. et ad annos 1033, 1054, 1055, 1060, 1061, 1065, 1066, 1067; quos, ne actum ageremus, consultò omisimus hic.

A nepos ejus. Obiit etiam Guillelmus Abbas Gemmeticensis ; cui succedit Rotbertus Prior S. Audoëni].

MXXXIX, obiit Conradus Imperator : succedit Henricus filius ejus.

MXLVII, bellum apud Vallumdunas.

MLVI, obiit Henricus Imp. cui succedit Henricus filius ejus.

MLXIII, dedicatio S. Mariæ Rothomagensis. Hoc anno subjugatur Cenomannis Comiti Normannorum Willermo.

MLXVII, obiit Maurilius Rothomag. Archipræsul Huic succedit Joannes, filius Radulfi Comitis, fratris Ricardi I, etc.

MLXXIII, Gregorius Papa, Hildebrannus vocatus. Hoc anno invaserunt Monachi S. Audoëni Joannem Rothom. Archiep. etc. . . . unus Nomenarus tertius apud Gemeticas nomine Radulfus.

B MLXXIV. Hoc anno congregatum est (a) Concilium, etc.

APPENDIX EX CHARTA (b) PRO MONASTERIO PRATELLENSI.

[ROBERTUS Princeps] dedit S. Petro ad Pratellum ex suo dominio unam villam quæ vulgò Turstini-villa vocatur : pro qua structor ejusdem Ecclesiæ Hunfridus XII libras auri et duo pallia, et duos maximi pretii caballos dedit. Hæc Fiscanni delata sunt, et ibi recepta. Sed quia Willelmus adhuc puerulus, ejusdem Rotberti Comitis filius, post illum erat regnaturus ; eum pater Pratellis misit, ut suo jussu etiam puer propria manu donationem Turstini-villæ super altare poneret. Huic rei interfuerunt vetulus Niggellus-Turaldus, qui unum de suprascriptis caballis à Comite Rotberto dono suscepit ; Radulfus Camberarius filius Geraldi, Goscelinus-Rufus de Formovilla, Hunfridus constructor ejusdem loci, cum filiis suis Rogerio et Roberto-Willelmo, qui etiam à patre ob causam memoriæ (c) colaphum suscepit. Suscepit etiam alium colaphum Richardus de Lillabona, qui ocream vini Comitis Roberti ferebat ; qui, cum requireret, cur sibi Hunfridus per maximum colaphum dedisset, respondit : « Quia tu junior me es, et fortè » multo vives tempore, erisque testis hujus rationis, cum res poposcerit ». Suscepit etiam tertium colaphum Hugo filius Waleranni Comitis.

An. 1034.

(a) Ordericus Vit. lib. 4 hoc Concilium refert ad an. 1072.

(b) Apud Mabillonium Tom. IV Annal. Bened. pag. 393 ex Neustria Pia.

(c) Hæc traditionis tessera animos revocat ad memoriam alterius non minus observandæ.

Pontius nempè Tolosanus Comes, eo nomine tertius, anno 1045 quamdam Moisiacensi Abbatie donationem fecit, et in signum suæ concessionis, unguam sui pollicis in tantum abscidit, ut in hujus facti memoriam sanguis ex ipso exierit, ipsumque locum Salutatem vocari et esse ab eo die constituit.

EX CHRONICO (a) DOLENSIS CÆNOBII.

Apud Labbeum Tom. I Biblioth. Libr. Mss. pag. 315.

ANNO MXXXIII, Odo Comes Campanensis ab Imperatore interfectus est : et Ebbo filius (b) Odonis senioris Dolensis à Vicecomite Gaufrido (c) Bituricensium interfectus est. Et ipso anno necdum finito, mense E Januario, XVIII die ipsius, hoc est XIV Kalendas Februarii, bellum cruentissimum fuit actum inter eundem Odonem seniore Ducem Dolensem, et Episcopum Aymonem et Vicecomitem Gaufridum Bituricensem ; sed Domino pro eodem Odone seniore mirabiliter pugnante, eos stravit. Nam ubi phalangas ejus eorum exercitus aspexit, nimio terrore correpti, cum suis principibus in fugam conversi, se præcipites in flumine, qui vocatur Carus,

(a) His Annalibus, quorum Auctor est incertus, terminum dat annus 1345. Vulgavit Labbeus ex Ms. Cod. D. Bolacre Desmarés ; et nos inde quædam frustatim jam edidimus.

(b) Filii Odonis Senioris fuerunt Radulphus Prudentis et Ebbo et Helias : filii Radulphi Prudentis fuerunt Radulphus infans, Radulphus Theobaldus, Odo Exoldunensis et Aremburgis, etc. Ex pro-

genie Dol. Principum apud Labb. Tom. II Bibl. Mss. pag. 740.

(c) Ego Gaufridus Vicecom. Bituric. [anno 1012] reddo, et uxor mea Eldeburgis, et filii mei Goffredus, et fratres meæ uxoris Oddo et Ebbo, pro remedio animæ patris meæ mulieris Rodulfi, etc. Ex veteribus Pandectis Ecclesiæ Bituric.

unus super alium dederunt : in quo diversis modis expirantes , per alteram A diem plusquàm mille reperti sunt , exceptis iis quos gladius trucidavit : ipse verò Episcopus in ipso prælio vulneratus , nec tamen mortuus , armis relic- tis , et ipse et alii pauci per fugam elapsi evaserunt. Castrum quod vocatur Castellus-novus , captum à Radulpho (a) filio Odonis senioris , pro quo ejus frater interfectus fuerat Ebbo.

MXLIX , transitus S. Odilonis Abbatis Cluniacensis.

MLI , obiit Ingelboldus duodecimus Abbas Dolensis.

MLII , obiit Radulphus Prudens quintus dominus Dolensis.

MLIV , datus fuit Monasterio Dolensi Prioratus de Maigniaco , tempore Raimundi Abbatis hujus loci.

MLVIII , obiit Radulphus infans , filius Radulphi Prudentis , sine liberis.

* f. 1062. MLIII [MLXIII] , hoc anno in Romano Concilio definitum est ab Ale- B xandro II , quòd Episcopus Nannetensis Abbati Raimundo et Monachis Dolensis Cœnobii priùs redintegret damnum omne quod eis violenter intulit , quàm judicium inter eos celebretur. De restitutione spoliatorum cap. *Gravis ad nos querela.*

MLXIII (b) , obiit Raymundus decimus-tertius Abbas Dolensis piæ memoriæ : qui multùm ornavit et decoravit Monasterium istud , videlicet in eleemosynis pauperum.

(a) *V dominus Dol. Radulphus Prudens filius Odonis Senioris : VI dominus Dol. Radulphus infans, filius Radulphi Prudentis, obiit sine liberis : VII dom. Dol. Radulphus Theobaldus , etc. Ex serie*

Geneal. dominorum Dol. apud Labb. ibid.

(b) Fortè leg. *MLXXIII* ; nam seriùs devixit Raymundus juxta Mabillonium , cui idem esse videtur cum Rademundo Abb. Dol.

C

EX GENEALOGIA (a) COMITUM FLANDRENSIUM.

Apud Martenium Tom. III Anecd. col. 380.

Num. 3.

ARNULFUS Junior duxit uxorem Susannam filiam Berengerii regis Lon- A gobardiæ et Italiæ ; genuitque ex ea Balduinum cognomento Pulera- barba , qui in Blandinio sepultus est. Iste Balduinus vir pulcher , formosus corpore et staturâ grandis , uxorem accepit Ogivam filiam Gilesberti Comitis Lizelenborg : cujus fratres fuerunt hii , Adalbero Metensis Episcopus , Fre- dericus (b) Dux Lotharingiæ , Henricus Dux Bajoariæ , Gislebertus Comes D de Salinis , Theodericus de Luzelenburg. De tantæ nobilitatis conjugè ge- nuit Balduinum Pium , qui prudens et fortis Comes suo tempore , sapiens et moderatissimus in omnibus operibus suis inventus est : qui duxit Athelam filiam Roberti Regis Francorum ; quæ peperit ei duos filios , Balduinum Montensem , et Robertum Frisonem , et filiam Mathildem nomine. Hæc autem nupsit Guillelmo Comiti Normanniæ , et conquistori Angliæ ; pepe- ritque ei Guillelmum post patrem Regem Angliæ , et Robertum Comitem Normanniæ ; et Henricum , post fratrem Guillelmum in venatione cervorum sagittâ occisum , Regem Angliæ et Ducem Normanniæ , captivato per bel- lum fratre Roberto , et filio ejus Willelmo per Eliam nutritium , et à Nor- mannia sublato. Mortuo autem Henrico , prædicti Regis Franciæ Roberti filio , filium ejus Philippum præfatus Comes Balduinus usque ad ætatem ejus E regnoabilem nutriendum suscepit : et Regnum viriliter gubernavit , juratâ sibi fidelitate ab omnibus regni Principibus , salvâ tamen fidelitate Philippi

(a) Genealog. Scriptum hoc , quod ex Ms. Cod. Monasterii Clari-marisci prope Audomaro- polim eruit Martenius , non unum ab anno 980 ad 1347 Auctorem anonymum habuisse videtur laudato Editori nostro , cui tres saltem Scripto- res monstrabant et stili et characteris ipsius di- versitas. Primus scripsit statim post Bovinum præ- lium , ut clarè colligi potest ex Codicis caractere qui ætatem illam representat , et ex verbis Auc- toris ad annum 1172. Quisquis sit , is certè ,

Martenio judice , Scriptoris optimi partes im- plevit , de rebus remotissimis parcissimè loquens , fusiùs gesta suo tempore prosecutus ; ablegatis omninò fabulosis narrationibus , quibus delectati fuisse videntur Flandrenses.

(b) In Chronico Flodoardi ad annos 951 et 954 Fredericus I frater Adalberonis I Episc. Met. dicitur in uxorem duxisse filiam *Hugonis Prin- cipis*. Est is Hugo Magnus Hugonis Cap. Regis Fr. pater.

A pueri si viveret, sin autem utpotè justo (*a*) heredi regni per uxorem. Idem quoque Balduinus, apud Insulam Ecclesiam S. Petri Apostoli ædificavit: in qua etiam sepultus, bonæ spei merito expectat diem iudicii. Ad dedicationem verò prædictæ Ecclesiæ omnes Sanctos de toto Comitatu suo afferri petendo præcepit; et eis loca in quibus habuerunt tentoria fixa, perpetuò donavit.

Idem Balduinus apud Adelnardam castellum constituit, per quod (*b*) everso per Eham castello, Brachantum* usque fluvium Teneram de regno Lothariensi sibi usurpavit. Scaldus namque fluvius à fonte suo usque ad mare discernit * regnum Lothariense à Comitatu Flandriæ qui est de regno Franciæ. Rex itaque Lothariensis, qui et Cæsar Imperator Augustus, hostiliter super Comitem Balduinum venit, et per ante Attrebatum, Comite Balduino intus * exercitum suum obstruxit etiam portis vix detinente, fermè usque ad Arkas villam S. Bertini (*c*) processit, falsò putans saltem illac sese posse ingredi Flandrias: Comes namque et illic, et ubicumque per sicum patebat introitus in Flandriis *, vallo et aggere et palifixo contra eum munierat. Cæsar ergo casso labore fatigatus, sicut venerat, rediit. Comes verò eum quasi fugientem usque ad Rhenum hostiliter est prosecutus; et nobili ejus palatio apud Neomagum incenso, rediit cum sano exercitu. Cæsar verò non immeritò erubescens, et iratus, iterum super Comitem venit post septennium, et ad vallum qui dicitur Bulliens-rivus, inopinatè veniens, Tornacum invasit, et Axcello ad bellum et aliis nobilibus accepto *, citò rediit, occurrente sibi nemine de Flandriis. Sed pacificis intercurrentibus nunciis, et captivos Comiti reddidit, et Brachantum, ejus hominio accepto, in feodum concessit.

Num. 4.

* Brachantum

* Al. decernit

* Al. inter

* Al. Flandria

* Al. acceptis

Num. 5.

Venerabilis autem Comitissa, scilicet Adela, tanto marito, sed non divitiis desolata, nec tamen in eisdem divitiis delectabiliter vivens mortua, nocte et die orationibus instabat: unde et apud Messinas Sanctimonialium feminarum construxit Cœnobium, et in lectica duobus equis portabili, et propter ventos et pluvias ne vel ab eis à meditatione sancta impediretur, decenter concamerata, usque Romam Apostolorum et aliorum Sanctorum patrocinia requisivit; et à domino Papa veste viduitatis benedictioneque percepta, Flandrias repetivit, et apud Messinas novissimâ tubâ excitanda in Christi pace obdormivit.

D Balduinus autem primogenitus ejus, adhuc etiam patre vivente, duxit uxorem Richeldem Comitissam Haionensem, ut illum Comitatum etiam haberet per eam. Hæc enim tunc vidua Herimanni Comitis Montensis, pepererat ei filium; quem vitricus ejus Balduinus pro nimia simplicitate minus sæculo idoneum, Clericatu et Cathalaunensi Episcopo sublimare procuravit, ejus hereditate ita sibi usurpatâ. Balduinus igitur de Richilde duos filios Balduinum et Arnulfum genuit; et post mortem patris sui utrumque Comitatum in tanta pace gubernavit, ut nemo auderet vel dignaretur arma portare, nec ostium noctu propter latrones claudere, nec vomeres et ligones ab aratris ablatos domum portare. Quapropter ab omni populo communiter meruit hoc agnomen, scilicet Bonus-Comes, specialiter. A domino tamen (*d*) Ingelberto Cameracensi Episcopo cum Richilde sua excommunicatus est, eò quòd per incestum (*e*) adulterio pejorem, cognati sui Herimanni Comitis uxorem duxisset; sed à domino Papa Leone IX, ejusdem

Num. 6.

(a) Sic et suprâ Iperius in Chronico Salice legi minimè favet.

(b) In veteri Chronico Comitum Fl. inter Probat. Chesn. Historiæ Geneal. Domûs Gand. pag. 52. Iste Balduinus Insulensis apud Audonarde... per quod everso apud Eenam castello Brachantum parvum usque fluvium de regno Lothar. Suprà autem Mathildis vidua Balduini, mater Arnulfi Jun. dicitur secundò nupsisse Godefrido Duci de Eham. Eham seu Eiham antiquitùs, est locus in Belgio ad Scaldim fl. prope Aldenardum oppidum, vulgò Einham appellatus; ubi Godefridus filius Godefridi Ardenn. inde Eihamensis dictus, cum uxore sua Mathilda filia Herimanni Saxonum Ducis, collegium Canonicorum incunte sæculo XI construxit; quod destructum, Balduinus Pius

Fl. Comes anno 1063 instauravit et Monachis concessit, præposito Waltero Abb.

(c) Apud Chesn. præcessit putans... illic... Flandriam... et palo fixo contra Imperatorem... est insecutus... Nemagum incenso, rediit cum suo exercitu illæso... et ad villam quæ dicitur Ballieus, inopinatè... et Accello ad bellum... intervenientibus nunciis... in feodum tenendum Comiti concessit.

(d) Lietberto, qui factus est Episcopus anno 1049.

(e) Adulterium sanè pejus erat hujusmodi incesto. Quoniam autem de adulterio mentionem injecimus, juvat referre aliquod valdè notatu dignum, quod legitur de Rainundo Comite Palliar. qui anno 1055 matrimonium contraxit cum Valentia filia Arnaldi-Mironis et

An. 1070. Richildis avunculo, hanc meruerunt indulgentiam, ut in conjugio quidem, A
sed absque carnali commixtione, manerent. . . . Præfato autem Comite-Bono diu gubernari patria eo felix non meruit: defunctus siquidem, et apud Hasnonium sepultus, in pace dormivit; et requiescit in idipsum, ubi raptoribus expulsis, de eorum turri lapidea, Monachorum Cœnobium ædificaverat.

Num. 7. Venerabilis autem Richildis jam vidua, tandem mirabili pœnitentia affligitur. Jejuniis et orationibus namque insistens, pauperibus et leprosis quotidie per seipsam serviens, etiam eorum sanie liniebatur; et balneis eos lavans, eisdem post eos utebatur. . . . Terræ corpus apud Hasnon, animam Jesu Christi misericordiæ commisit; prius tamen perturbationes passa non parvas. Marito siquidem ejus defuncto, per ejus muliebrem insolentiam, B
et filii ejus Arnulfi vix quindennis imprudentiam, paradisi Flandriæ deliciis pacis suæ cœpit cassari, et inde apud se et apud Deum acriter conquiri, et virtutem famosam Roberti fratris Comitum-Boni nuper defuncti. Quod perspicuens mulier rixosa et callida, confugit ad patrocinium Philippi Regis Franciæ; nec erubescens trigamiam, conatur adhuc nubere cuidam Guillelmo Subcomiti superbo de Normannia: in hoc etiam commovens amplius contra se quosdam Flandriarum Principes et populum. Prædictus namque Robertus, patri minus, et matri magis (a) carus, et à fratre à Flandris alienatus, filiam Bernardi Ducis Saxonum, et Florentii Comitum de Frisia viduam Gertrudem, et habentem ex marito filiam, duxerat uxorem: quæ peperit ei duos filios Robertum et Philippum, et tres filias.

Num. 8. Robertus igitur in Frisia degens, cognita fratris morte, simulque C
Richildis tyrannide, Flandriam repetiit, et usque Gandavum pervenit; quò prædictam mulierem accersiens, et de paterno regno sibi reddendo ei suggerens, femineo furore exagitata, injuriosis responsionibus protestatur:

*Si capi nollet, illinc tunc conceitus isset ;
Nam partem regni nec totum non daret illi :
Hinc si reposit, verram virtute tenebit :
Non his quæ tenuit dominus suus, ipsa carebit.
Sic donec vivet, nihil horum provida perdet.*

Quod audiens Dux, et superbiam mulieris graviter ferens, Regem adiit, eique per ordinem omnia retulit. Rex itaque Philippus de injuria nepoti suo D
illata vehementer indignans, quantocius eum in Flandrias redire, et quoscumque adunare posset, præcepit, seque illi auxilium constantissimè præbiturum spondit. Richildis autem Regis comperto consilio, animum ejus III (b) millia librarum auri sponsione corrupit, et ab incepto negotio fraudulenter revocavit. Frisio denique spe sua frustratus, consilio soceri sui Bernardi Ducis Saxonum, Frisiam * revocavit, et ibi aliquamdiu hiemavit. Interea nonnulli Satraparum nimia crudelitate mulieris, qua in Clerum et populum sæviebat, graviter offensi, et maximè de Ecclesiarum spoliationibus quas fecerat, ingenti mœrore affecti, legatos ad Frisonem destinant, suamque

* remeavit

Arsindis. Is nempè ait, nunquam se dimissurum esse illam uxorem suam, nisi propter adulterium legaliter et manifestè probatum et convictum; immò addit, nec propter eam quoque causam diversurum ab illa, si ipse consenserit adulterio. Insolens est sanè admodum, ut observat Baluzius in Marc. Hispan. col. 451, ista caveri in contractibus istiusmodi.

(a) Similis affectus olim inhæserat cordi Constantiæ, cujus nepotum consanguinitas ex recitatione Cononis Prænestini Episcopi in præsentia Paschalis Papæ, infra in eadem genealogia Comitum Fl. num. 10, sic deducitur: *Constantia Francorum Regina et Ermengardis Comitissa Arvernensis sorores fuerunt. De Constantia nata est Adela, et de Ermengarde altera Ermengardis Comitissa: de Adela Robertus Frisio, et de Berta Havisis Nannetensis Comitissa, etc.*

(b) Dicendi libræ de pondere occasio ne fortè

elabatur, huc revocabimus Arnulfi Andoanensis apud Avenionem Monachi testimonium, ex quo illustratur locus Synodi Aquisgran. an. 817 habitæ, in qua libra panis à S. Benedicto singulis Monachis in dies assignata, XXX solidis debere constare dicitur. Sic autem habet Arnulfus in libello de ponderibus et mensuris: *Duodecim uncia, libram XX solidos continentem efficiunt.* Ad hæc idem in articulo de liquidis: *Hemina juxta quosdam appendit libram unam, apud quosdam libram et dimidiam.* Porrò laudatus Auctor, Scriptis hæud incelebris, anno 1026 brevem Chronologiam absolvit, ab orbe condito ad Christum numerans annos quinquies mille viginti quinque, DCCCLIV verò à Nativitate Domini usque ad annum XL Caroli filii Imperatoris piissimi Ludovici, et denique ab epocha Caroli usque ad annum MXXXVI supputans annos CLXXII.

A voluntatem erga eum apicibus insinuant. Quo ille nuncio plurimum exhilaratus, ocius trans mare advehitur; et prudentiâ Bonifacii Castellani, usque ad castrum Cassel latenter perducitur. Quod agnoscentes qui parti ejus favebant, illò catervatim properarunt, et castrum armis et munitionibus firmaverunt. Hoc dum famâ volitante ad aures pervenit Richildis, illa et filius ejus Arnulfus, miræ probitatis juvenis, exercitum adunavit, diversarum regionum agmina in auxilium convocans, et cum ingenti multitudine ad prædictum properans castellum. Convenerunt undique suppetiarum copię, Comites, Duces, Castellani, et diversæ bellatorum turmæ; Attrebatenses, Valentienses, Cameracenses, Tornacenses, Nivellenses, Castrilocenses, Audomarenses, Bolonienses, Ardenenses, Sanctipolenses, Bethunienses, Hordanenses, Albenienses, Gisenenses, Tornelienses, Aldenardenses, Ostervandenses, Locrenses, et alii quam plures. Advenit et Rex Philippus, et cum eo validus armatorum cuneus. Guffridus Parisiensis Episcopus, frater Eustachii Comitis Bononiæ, Episcopus Lugdunensis, Episcopus Ambianensis, Franci, Normanni, Rocinenses, Noviomenses, Campanienses, Senonenses, Torotenses, Remenses, Catalaunenses, Carnotenses, Aurelianenses, Stampenses, Cocinienses, Quintinienses, Corbeienses, Peronenses, Negilienses, Montiacutenses, Ribelmontenses, Suessionenses, Andegavenses, Pictavienses, Barrolonenses, Nadavernenses, Burgundienses, et cæteri innumerabiles: hi omnes ad debellandum Frisionem in campo sub monte Cassel resederunt. Ille verò adversus tam vastam multitudinem multò pauciores; sed, ut rei probavit eventus, validiores in arma produxit, Gandenses (a), Vivaacenses, Coclarenses, Bergenses, Furnenses, Yprenses, Belliolenses, Roslarenses, Aldenburgenses, Herlebecenses, Erdeborgenses, Broburgenses, Curtriacenses, et ipsos Casletenses. Procedunt tandem hii non solum ferro scepti, sed etiam fide muniti; lineis vestibibus abjectis, laneis indumentis sub armis, et terræ procumbentes, supernorum juvamina postulabant; contra Regem terrenum dimicaturi, tam parva manu, causam (b) suam Regi œlorum committunt. Quid moror? Conserto quidem totis viribus prælio, fit strages maxima de exercitu regio. Perfunditur tellus sanguine, tegitur campus occisorum multitudine. Richildis quoque tantæ cædis rea capitur, et carceri tenebroso mancipatur. Prostermitur et filius ejus, nisi esset hostis, nimium plangendus, Comes Ernulfus, et in Ecclesia B. Audomari sepelitur. Frisio denique dum fortè, sociis hostes longiùs prosequentibus, solus equitaret, capitur; et ab Eustachio ad castrum Audomarensense ducitur, D atque Castellano * Wlurico Rabello custodiendus traditur: quod dum cives cernerent, castellum illicò obsidionibus vallant, telis ac diversis machinamentis fortiter impugnant. Quid plura? Comes vi extrahitur; et gaudentibus cunctis, cum honore redditur suis. Relaxatur etiam Richildis; et sic inter eos bellum diu vario eventu protrahitur. Rebellavit simul alius ipsius mulieris filius Balduinus frater Arnulfi, quem Comes devicit atque fugavit. Igitur rex Francorum bello Casletensi victus atque fugatus, ad castrum quod Monasteriolum dicitur pergens, majorem exercitum collegit, et cum manu valida Flandrias repetit. Cùmque ad burgum S. Audomari pervenisset, suburbana incendit, et fraude Wlurici Castellani civitatem intravit. Hostes per plateas prædando discurrunt, burgenses latebras fugiendo quærunt. Spoliantur Ecclesiæ, injuriantur Monachi, lacerantur Clerici, dehonestantur matronæ, luget urbs plena confusione. Talia Rege agente, Guffridus Episcopus in villa, quæ Sperleka dicitur, residens, et qualiter Frisioni subveniret mente

* *Al. Gui-*
telmo

(a) Scinditur hæc regio maritima in partes [equidem illa dividitur in trinas, in purè Morinicam, in Morino-Flandricam, in merè Flandrensem] atque solum in duas abit factiones: Gandenses, Brugani, Yprenses, Curtracenses, Harlebecani, Casletani, Furnenses, Bergenses, Brochurgani, Rosilarii, Thurholtani, Aldenburgenses, Rodenburgenses, sequuntur Robertum; Audomarenses, Arienses, Bethunæi, Atrebatenses, Duacenses, Tornacenses, Monstrolii, Bononienses, Sanpaulani, Richildi adherent atque Arnulpho ejus filio, legitimo Flandrarum et Flandro-Morinorum Principi. *Malbrancq.*

(b) Richildis quamplurimos nobiles viros Ypra Messinas Morinorum advocaverat, quos nec dignitas, nec publica legatio [Flandri enim ad eam miserant, qui monendo à pravis moribus averterent], à turpi nece vendicarunt; at omnes eadem cum famulatio, capitibus cæsis, mors involvit, addita insigni parentatione, cum ipsamet Messinas ultrò flammis absumere conaretur, nequidem Adelæ sanctissimæ matris præsentiam reverita. Tam gravi ejus imperio Johannes Baro Gaveranus, Yprensi Præfectus, securi percussus est.... Yprani omnium primi jugum excutiunt. *Idem.*

pertractans, missis ad eum litteris spondet, quòd si dominio ejus silvam A quæ Bethlo dicitur concederet, paterno illum regno restitueret. Comite verò annente, Episcopus celeri nuncio Regi mandat, quatenus suæ saluti consuleret, et quantociùs abiret; adjungens, Ducem Flandriæ et Comitem Bononiæ cum magno exercitu adesse, et nisi fugam acceleraret, capiendum se fore. Quo [ille nuncio] territus, relictis sarcinis, nocte urbem reliquit, et versùs Galliam properavit. Rege itaque fugiente, Comes in crastinum adveniens, urbem recepit, sed de injuriis Ecclesiarum vehementer condonavit. Episcopus ergo fratrem suum Eustachium Comiti reconcilians, prædictam silvam ei concessit, quæ tali causa usque hodie à Comitibus Bononiæ jure hereditario possidetur.

Robertus denique cognomento Frisio, adversariis undique superatis, totius Flandriæ Monarches efficitur, etc. B

An. 1038.

APPENDIX EX QUIBUSDAM CHARTIS (a).

ANNO ab Incarn. Dom. MXXXVIII Balduinus (b) Marchisus dedit S. Petro... Non. Augusti, omnem decimam piscium suorum... in villa Brugburch... tempore domni Wichardi Abbatis. Testes, Henricus Comes, et frater ejus Lantbertus, Theodericus junior Comes, Hugo de Aldenarde, Gerardus frater ejus, item Gerardus de Buoular: et Stephanus frater ejus. . . Gerardus de Gandavo . . . Alveldus de Brugburch . . . Rodulfus de Tornaco, Balduinus de Mamwalt, etc.

Litteræ Balduini (c) Noviom. ac Tornac. Antistitis, quibus altare de C Oosborg, cum capella ad ipsum respiciente sita in Ysendika: quod gloriosus Flandr. Marchisus Balduinus hactenus possederat . . . et exfestucavit; à laïca manu prorsùs emancipatum, assensu Tornac. Ecclesiæ, Wichardo Abbati S. Petri Blandin. contradidit . . . Sign. domini Balduini Noviom. et Tornac. Antistitis . . . S. Balduini Marchisi. S. Balduini filii ejus. S. Balduini de Gand. S. Stephani de Bouleir *. S. Ringoti Calvi. S. Alardi de Petenghem. S. Folcardi Castellani de Gand. S. Roberti Castellani Brugenensis. S. Hugonis de Aldenaërde . . . Actum publicè Tornaci Kal. April. anno Dom. Incarn. MXLVI, Indict. XIV, Epact. XI. Concurre. II. Henrici Regis Francorum anno XII *, præsulatùs domini Balduini [ann.] III, Wichardi Abbatis [an.] XII.

* Al. Bouleir

* XV

Litteræ Balduini (d) Com. Flandr. quibus dat, etc. Actum apud Insulam in præsentia Magnatum nostrorum; Abbatum, Erkenbaldi Atrebat. Fulconis Corbeiensis, Cononis de S. Bertino; Nobilium, Hugonis et Arnulphi de Aldenarda, Raingodi de Ganda, et Gerardi et aliorum. Actum anno MLXIII [in gratiam Einhamensis Monasterii à Balduino Pio Fland. Comite hoc anno instaurati et Monachis concessi, præposito Waltero Abbate ibi ex Cœnobio S. Vedasti].

(a) Hæc addimus ad illustrandas quasdam Magnatum Flandr. familias.

(b) Inter Probat. Hist. Geneal. Gand. Domûs, ex Archivis Abbatiae Gand. S. Petri; ubi Chesnius seriem Castellanorum Gand. hanc exhibet: Lambertus I, qui paulò post annum 1007 à Balduino Barbato Com. Fl. constitutus videtur Castellanus, genuit Folcardum Castellani Gand. qui genuit Lambertum II, Wenemardum, Adelardum seu Alardum, et Folcardum, etc.

Ibidem juxta eundem Chesnium familia Alost. prodiit ex Gandensi hoc modo: Radulphus Gand. dominus Alost. genuit Balduinum Gand. dominum Alost. hujus nominis primum, Radulphum Gand. Camerarium Flandriæ, Gislebertum Gand. dominum de Folquingham in Anglia, etc.

(c) Ibidem ex Cartulario ejusdem Abbatiae.

(d) Ibid. ex Archivis Abbatiae Eenamensis prope Aldenardam.

EX CHRONICA ^(a) REGUM FRANCORUM.

Ex Codice Ms. Regio 9654. 3, olim Colbert. 1320.

ROBERTO successit Henricus filius ejus: habuerat enim tres filios de Constantia uxore sua, Henricum, Robertum qui fuit Dux Burgundiæ, et Hugonem qui fuit Episcopus Autissiodorensis. Constantia autem voluit quòd Robertus, secundus filius ejus, esset Rex; et confœderavit sibi multos de Regno: sed Henricus cum adjutorio Ducis Normanniæ obtinuit. Hic Rex habuit magnum fœdus cum Henrico Imperatore; et cùm mitteret apud eum in Bavaria, legati sui reperierunt, quòd in quadam Abbatia dicebant Religiosi, reperisse sub fundamentis Ecclesiæ corpus B. Dionysii. Quod dum retulissent in Francia, congregatis multas Prælati, Abbas S. Dionysii aperuit cassas * in quibus reposita fuerant corpora Martyrum tempore Dagoberti; et reperta sunt integra, et in apertione emanavit odor suavissimus; et sic apparuit illud mendacium.

* cassas

Illo tempore conati sunt plures invadere Normanniam, et auferre Duci; sed adjutorio Regis XXX^m. sunt devicti (b); et emisit Dux à Ducatu Comitem de Moritueil *, qui dixerat cuidam pauperi militi volenti de patria recedere: « Non recedas, quia fortè veniet hora quâ poteris reperire quicquid tibi placebit ». Invidia plurimum animavit Regem contra Ducem Normanniæ: propter quod duas direxit acies in Normanniam; sed una, cujus caput erat Hugo *, fuit devicta per gentes Ducis. Quod cum notificasset Dux Regi per preconem clamantem super unum montem, recessit Rex; et post tempus volens hujus vindicare injuriam, iterum duas acies struxit, et contigit unius destructio ut priùs: quæ considerans Rex meritò contingere, quia persequeretur innocentem, pacem firmam cum ipso composuit.

* Al. Moritueil

* Eudo

Illo tempore erat in Apulia unus Normannus souldarius Comitis Saleone * fortissimus, qui leonem tenentem capram pro præda capiens per caudam, projiciebat extra muros palatii, sicut fecisset parvum canem; et draconem emittentem ignem ense necavit; tamen veneno illius infra triduum expiravit.

* f. Salern.

D Illo tempore mortua est uxor Regis, neptis Imperatoris Henrici, quæ filios non habuit; ideò duxit Rex aliam Annam amicam, filiam Regis Roucie; de qua habuit Philippum et Hugonem dictum Magnum. Et illo tempore fuit combusta villa Parisiensis; et fuit maxima fames quæ duravit septem annis; et fuit hoc anno Domini MLIX (c). Philippus autem primogenitus Henrici, fuit vivente patre coronatus; et anno sequenti expiravit Henricus, et sepultus in Ecclesia S. Dionysii; qui fuerat bellicosus et animosus (d), et cepit regnare anno Domini MXXXIII, et regnavit annis XXVI.

(a) De hoc Chronico ejusdemque Auctore, loco et metâ vide notam, pag. 301 Tomi nostri X, in excerptum primum: adi etiam infra Chronica Gallica S. Dionysii.

(b) Haud scio, inquit Mabillonius, an hoc prælium præcesserit, quod certè ad multum tempus duravit, aliud bellum Henrici Regis contra ipsum Willelmum Ducem, in quem quidam Norm. Proceres Henricum Regem concitarunt; quo in bello castrum Tegularias, à Willelmo pro pace sibi traditum, et Argentomum combussisse perhibetur. Diu duravit hoc bellum, et quidem ferè usque ad obitum Henrici Regis... In illo bello, quo anno incertum, [Evrardus] pater Guiberti Abb. Neugenti captus fuit à Willelmo Duce, cujus hæc consuetudo (Guibert. lib. 1 de vita sua cap. 12) erat, ut numquam captivos suos ad redemptionem cogeret, sed perpetuâ, dum adviverent, careeris relegatione damnaret.

(c) Hic numerus rectè eadè in coronationem Philippi, filii Henrici Regis, non verò in præcedentia.

(d) In instrumento quo circa annum 1052 Hugo - Monachus cum Willelmo filio suo puerulo, rogatu Landrici Abbatis, teloneum apud Vernonem castrum suum remisit S. Petro Carnut. atque Josiaci seu Gesiaci Cellæ (Jusy) ad Sequanam infra Mellentum positæ, sic legimus: Actum est hoc in Vernone castro, die fest. S. Clementis Mart. regnante impavido Rege Henrico, et Willelmo illustri Comite tenente Normanniæ monarchiam. Porro in bis litteris, quibus apposita sunt signa Hugonis - Monachi, Willelmi ejus filii, et Burchardi Vicecomitis, impavidus dicitur Henricus contra eorum opinionem, qui eum ignavum fuisse aiunt. Certè, ut Mabillonius observat, Willelmus Gem. minimè suspectus Auctor, Henricum Regem valdè militarem magnæque fortitudinis et pietatis fuisse dicit.

Philippus ex Berta filia Comitis Holandiæ habuit Ludovicum et Constantiam. Hic Rex habuit fortunam propitiam, et pro augendo dominium suum comparavit Comitatum Bituricensem LX^m. librarum à Cyprone qui ivit supra Sarracenos cum Petro Heremita. Similiter habuit Comitatum de Gastinois à Fulcone Rochin; quia ei promisit quòd non se intromitteret de guerra quam volebat facere contra fratrem Comitem Andegavensem, qui à dicto Fulcone fuit devictus: et Rex habuit Comitatum de Gastinois; et post aliquos annos occupavit Rex sua cupiditate Comitatum de Vengenssin *, et tamen dictus Comitatus est de feudis Abbatiae S. Dyonisii; et debet deferre l'oriflambe, dum Rex proficiscitur ad guerram. Hoc anno Guillelmus Dux Normanniæ intrat Angliam, Regem occidit, et capit regnum. Et eodem anno Rex Philippus Canonicos qui erant S. Martini de Campis, expulit propter eorum incontinentem vitam, et ibi posuit Religiosos de Abbatia B Cluniaci,

* *Vauxin*

EX HISTORIA ABBATIÆ (a) CONDOMENSIS.

Apud Acherium Tom. II Spicilegii in fol. pag. 581.

MANSIT [Cœnobium Condomense] sine cultu ecclesiastico, donec honorum Comitissa sortita est religiosa fide. Hæc conjux fuit Garsie Principis cognomento Curvi... Magnis sumptibus Basilicam ædificari ibi præcepit... et in honore nostri Salvatoris et in honore B. Petri dedicari C præcepit; et Cœnobium Clericorum Deo servientium esse voluit... Vitam finivit jam vicina partui: cujus ventre cæso, filius abstractus est, et Arnaldus vocatus, cognomento verò Natus, Comitatum Astariacensem * postmodum obtinuit. Vasconiae Principatum (b) Sancius-Garsie, ejus frater, post obitum patris promeruit: moriens autem tres liberos honoris reliquit successores, nomine satis et memoriâ celebres, Sancium videlicet, et Guillelmum atque Gimbaldum *; qui patris imitatores effecti, studuerunt feliciter regere quod consequuti fuerant hereditario jure: è quibus Sancius-Sanctii, major natus, majoris domini vix usus est dominatione; quo sine liberis obeunte, Guillelmus-Sanctii successit, et totius promeruit culmen honoris. Cujus in diebus gens perfida Normannorum Christicolis jam nomine magis quàm opibus unita, maritima littora circumiens, Guasconiae fines invasit, et in quadam D vasta planitie Taleras dicta consedit; quos ille agressus, tanta cæde in eadem planitie solitudinis mactavit, ut magis hodie videatur operta in locis quàm plurimis ossibus occisorum, quàm cespitibus herbarum agrestibus. Hac ergo plagâ correcti, non apposuerunt ultra pervadere fines Gasconiae. Inter quos quidam Normannorum fortissimus, Airaldus nuncupatus, qui loricâ indutus et armis præcinctus undique percutiebat; et ipse percutiebatur, sed absque læsione persistebat: tandem captus et loricâ exutus, Dominicæ crucis vexillum gestare est inventus ad collum dependens, cujus præsidio muniebatur indignus; quo privatus, repente est necatus. Hoc verò lignum salutiferum honorandus Comes huic Cœnobio devotissimè est largitus; cujus probatissima virtus ignis injuriam repellit, imminentes grandinum

* *Estarac** *Gumbaldum*

(a) Abbatiae Condomensis, nunc Episcopatus, Historiam prosecutus est ultra annum 1371 Monachus Anonymus. Eandem enim à pluribus fuisse Auctoribus contextam varius demonstrat stilus, ipso Editore Acherio iudice, qui ibi multa profutura esse existimavit.

(b) Gervasius Tisleb. Vasconiae attribuit duas metropoles, Auscitanam et Narbonensem. Idem facit Notitia Episcopatum Galliae. At aliae duæ Notitiæ solum Archiepiscopatum Auscitanum adseribunt. Post Maurorum invasionem, ut tradit Pagius, Auscensis Archiepiscopus Metropolitanum munere in universo Navarra regno functus est. Diagus in Hist. Comitum Barcin. refert electionem Guadalli Domnucii ad sedem Barcinon. anno 1029 eveci, miraturque eam fac-

legatione contradicit. . . Ut vera relatione didicimus, congressione primâ
nostræ cessit parti victoriâ: deinde Comes (a) Namucensis, turpi motus
fugâ sui nepotis, paratis militum suffragiis, se ad aciem quàm velocissimè
contulit; et facto gravi impetu, redeunte cum suis Lovaniensi Comite, Epis-
copi fugam militibus nil tale suspicantibus incussit. Perhibetur etiam in illa
congressione, præter vulneratos et captos, trecentos homines vitâ caruisse.
D
Ex Egidio Aureæ-vallis in Baldrico Episc. Leod.

Anno Dom. MXV. Monasterium S. M. Virginis in Argentina surgit primò
à fundatione sua. *Ex Fragm. Hist. Incerti Auctoris apud Urstium, pag. 83,
part. 2. Script. Germ.* Bernardus (b) Comes Substantionensis, sedente Petro
in Episcopatu Magalon. donavit Monasterio S. Michaëlis de Clusa, Ecclesiam
S. Crucis quæ est prope Melgorium. *Ex serie Episcoporum Magalon. apud
Labb. Tom. I Mss. pag. 595.*

Anno Dom. MXVI. Cœpit, imperii Henrici II anno XIV, Henricus
Senior hujus nominis primus, Comes Lovan. et Bruxell. et Marchio sacri
imperii, filius Lamberti Senioris, primi Comitis Lovaniensis. Rexit annis E
XXIII. *Ex Magno Chron. Belg. ex Sigeberto in Gestis Ducum Brab.* Iste genuit
Lambertum, aliàs Baldricum dictum Cum-barba, et Mechtildem quæ nupsit
Eustachio I Comiti Boloniensi, avo Godefridi de Bullone. *Ibid. pag. 100
ex Magistro Emundo.*

Anno Dom. MXVIII. Arnulphus Comes Gandav. contra Frisones dimi-
cans, victus fugâ salutem meditatus est; sed præventus ab illis occisus est;

(a) Ex Manuco factum est primò Namucum;
deinde verò, et hoc corrupto nomine ac litterâ
r insertâ, Namurcum; item Namurcium vel
Nanursium, Nemursium ac Namurum, *Namur*
ad Mosam inter Deonantum et Hoium.

(b) Illic Bernardus III ex Adela filium habuit
Raymundum I, qui ex Beatrice genuit Petrum
Almodis filiæ Pontii Com. Tolos. maritum,
et Juditham uxorem Roberti II Com. Arvern.

- A** cujus mortem (a) Theodericus filius ejus ulcisci aggressus, totam penè Frisiam igni, ferro, omnique nocendi arte populatur. Ad quem debellandum Godefridus Dux Lotharingiæ, ab Imperatore missus est; et conserto prælio, vox repentè, nescitur unde, ab omnibus audita est: « Fugite, » fugite, capite, capite ». Cunctis ad tectum instar locustarum fugientibus, multisque adversariorum hinc inde peremptis, Dux ipse Godefridus ab hostibus captivatur: pro cujus liberatione venerabilis Episcopus Wolbodo, eò quòd ibi notus esset et charus, transmissus est . . . prædonibus veniam ab Imperatore obtinuit, Ducem sanum recepit; pacatis omnibus, bellorum impetus conquievit. *Ex Ægidio (b) Aureæ-vallis in Wolbodone Episc. Leod. cap. 67.* In Frisonia Theodorico Com. Gand. filio Arnulphi Gand. debellante Frisones in vindicta patris sui ab eis occisi, Godefridus Dux Loth.
- B** ad eum debellandum ab Imperatore mittitur, et Frisones Morsatenos qui ei consenserant. Confecto itaque prælio, repentè vox, unde nescitur, quasi desuper emissa sonuit: » Fugite, fugite; » sicque cunctis in fugam versis, multi à paucis occiduntur: Dux verò capitur, etc. . . . Godefridus, impetratà Frisonibus ab Imperatore totius injustitiæ impunitate, à captivitate solvitur, et non multò post moritur: frater verò ejus Gothelo in Ducatu ei successit. *Ex Balduino de Ninove in Ms. Chronico.*

Anno Dom. MXIX. Aribertus Abbas S. Jacobi . . . cum consensu domni Wifredi Comitis . . . convocavit Guifredum (c) Archiep. Narbon. qui Ecclesiam [de Formigueria] dedicavit II Non. Octob. regnante Roberto Rege. *Ex Charta inter probat. Hist. Occit. col. 172. Tom. II.*

- C** ad Raymundum, et Raymundus ad Abbatem . . . Unde factum est placitum inter eos, ubi [Narbonis] cum fidejussoribus pactis per utramque partem in manu Berengarii Vicecomitis de D. solidis, ut inde fieret bellum secundum prædictam (d) fidejussionem et convenientiam; in tantum ut missus prædicti Abbatis, cui injunctum erat ut faceret prædictum bellum, communionem suscepta præpararet se ad bellandum; venerunt qui intererant eidem placito, scilicet Guifredus Archiepiscopus, et Berengarius Vicecomes, et Richardus nihilominus Vicecomes, et Bernardus Abbas . . . et consilium dederunt utrisque ne fieret inde bellum, sed dividerent inter se alodium. *Ex Placito Narbon. inter probat. Hist. Occit. col. 175. Tom. II.*

- Anno Dom. MXXIV. IV Id. Aug. regnante Rotberto Fr. Rege, cum consilio et voluntate domni Principis Bernardi de Andusia et Garsindis Comitissæ uxoris, Stephanus Episc. Agathensis dedicavit Ecclesiam de Palatio. *Ex Notitia ibid. col. 176.* Henricus II Deo reddidit animam feliciter III Id. Julii . . . Hic Cunegundam suam legitimam sponsam et Imperatricem nunquam cognovit, sed ut sororem dilexit. *x brevi Chron. Leod. apud Marten. Tom. III. Anecd. col. 1407.*

Anno Dom. MXXV. Est Carunlocus (e) in Comitatu Sustantionense, Diocesion S. Petri Magalonense, S. Genesii Mart. titulum nomine, Marcianico subter consistente villa . . . Juditham Abbatissam eligentibus, domni scilicet Abbati Warnerio insulæ S. Petri Apost. Psalmidio . . . necnon et Petri gratiâ Dei Sedis S. Petri Apost. Magalon. Episcopo, atque sublimi in

(a) Annales Fland. mentionem faciunt Wigmani Com. novi Castelli Gand. anno 967 interfecti, atque Theoderici Alostani Com. cujus ex filio nepos fuit Theodericus hic laudatus. » Alost. Comitatum, inquit Jac. Marchantius in » *Descript. Fland.* derivatum quidam existimant » ex Comitibus Castelli-novi Gand. ab Othone » I Cæsare ad Gandavum an. 949 ædificati, et » à splendida Germ. familia, cui deinde à Gandavo nomen fuit mansitque, administrati: » nam illius arcis Othonianæ Præsidiibus terra » Brachantia, quæ post Alostana audit, cum » quatuor ambactis assignabatur, ut stipendia » alimoniamque præsidariis militibus illinc pro » viderent; quam auctoritatem in dominatum » verterunt Cæsarem beneficio Alostani Comitum dehinc nuncupati ».

(b) Adstipulantur ea quæ habet idem Ægidius in Baldrico Leod. Episc. *Ea tempestate*, inquit, *Deodericus Comes Fresniæ bellis et seditioibus*

regnum exagitabat Galliæ, etc. . . . Unde Henricus Imp. Gozeloni Duci Loth. regni mandat. . . se coqueri vehementer et irasci de ipsius ignavia, cum profectò bellicosa juvenus illinon deesset. . . ille paret imperio, ostendit Ducis industriam, etc. Vide Sigebertum ad an. 1018.

(c) Guifredus, Vaissetio judice, tunc annos XIV aut XV duntaxat erat natus.

(d) Ubi conducta erat pugna, quam vocabant campum, utraque pars Wadium dare cogebatur, hoc est fidejussorem; sive pignus exhibere de pugna reipsa peragenda; sine ne pœna recedere ex obligatione ei postea liceret.

(e) In electione Alimburgis, quam Arnaldus gratiâ Dei Episcopus Magalon. anno 1042 ordinavit atque benedixit, S. Genesii Monasterium dicitur esse situm in Comitatu Sustant. in loco qui antiquo nomine Marcianicus vocatur, rudi verò vocabulo Carus nuncupatur locus; quod Judita quædam Sanctimonialis femina hæreditario jure ædificavit.

omnibus Comiti [Sustantion.] Bernardo . . . Facta carta electionis XII Cal. A Decemb. Indiet. VIII, anno regnante Roberto Rege XXX. *Ex Instrum. inter probat. Hist. Occit. col. 177. Tom. II.*

Anno Dom. MXXVI. Rex [Conradus] Natale Domini Leodii celebravit, et Heinricum filium suum ex Gisla Regem fecit. Hæc Gisla et soror ejus Maethildis, fratresque ejus Rodulfus et Bernhardus, nati erant in Westfalia, de loco qui dicitur Verla. Gisla nupsit primùm Ernesto filio Liuppaldi Marchionis, genuitque illi Herimannum Ducem Suevorum. Duce Ernesto defuncto, accepit eam uxorem Comes Bruno de Brunswic; peperitque illi Liudolfum Comitem. Comite Brunone etiam defuncto, duxit eam violenter Conradus suus cognatus; genuitque ex ea hunc de quo loquimur Henricum. *Ex Annalista Sax. apud Echardum in Tom. I. Corp. Hist. Walterius Episc. Æduæ Cœnobiolum Colchas desertum, per laudationem Hugonis Com. B Cabilon. ejus erat beneficium, Abbati Flaviniac. ad restaurandum committere statuerat. Illo mortuo Helmoinus Augustod. Episc. successor, perpetuò subdidit et contulit Cœnobio (a) Flaviniac. quod Æduæ adnexum est Sedi, Monasterium Colchas, quod S. Georgio dicatum est. Actum Augustiduno. Helmoinus qui jussit et firmari rogavit. Robertus gratiâ Dei Fr. Rex firmator exstitit, filiusque ejus Henricus; Hugo Episc. Autissiod. Lambertus Episc. Lingon. Gaufridus Episc. Cabilon. Beraldus Episc. Suession. Gauslinus Episc. Matiscon. Hugo Episc. Nevern. Landricus Comes, Otto Comes nepos Hugonis * Episc. Tetbalbus Comes nepos ipsius Episcopi, Girardus Sincmurensis, anno Regis Roberto XXX, Guillelmo scribente vice Raginaldi Cancellarii. *Ex Analect. Monum. Cœnobiî Flaviniac. apud Labb. Tom. I Mss. p. 272.**

* Autissiod.

Anno Dom. MXXVII. Rex [Conradus] in Resurrectionis die coronam imperialis honoris à Johanne Apostolorum Vicario gloriosè percepit. *Ex Ann. Sax.*

Anno Dom. MXXVIII. Imperator Natale Domini Leodii celebravit; Pascha verò Aquisgrani festivè feriavit, ubi et filius ejus Henricus regalis nominis coronam, Cleri plebisque electione honorificè percepit . . . In Sinodo [Geizlic.] homo ingenuus de homicidio Sigefridi Comitis ineusatus, candenti ferro se exesusavit; qui ex decreto Sinodali post duas noctes probatus, illæsus apparuit. *Ibid. Vernharius Argentin. Episc. I obiit, et Wilhelmus succedit. Ex Fragm. Hist apud Urstitium.*

Anno MXXX. Gerardus Episc. Ecclesiam B. Mariæ Camerac. XVIII die Oct. solemniter dedicavit . . . Item Monasterium S. Andree fundavit. *Ex Chron. Camerac. cap. 49. lib. 3.*

Anno MXXXI. Robertus Rex Fr. mortuus est. Habuit uxorem Constantiam, agnominatam Candidam, filiam Guillelmi (b) Comitis Arelatensis et Blanchæ sororis Gofridi Comitis Andegaviæ; de qua habuit IV filios, Hugonem cognominatum Grandem, Henricum, Robertum et Odonem. *Ex Geneal. Regum Fr. à Pharamundo ad Ludovicum XI in Ms. Cod. Reg. 1523. S. Bardo, etc. Robertus et Richardus, etc. Ex prima edit. Sigeberti. Monasterium S. Thomæ Apost. in Argentina à Wilhelmo consecratur; et S. Petri ab eodem inchoatur. Ex Frag. Hist. apud Urstitium pag. 83.*

Anno Dom. MXXXII Rodolfus Rex Burg. moriens, diadema suum Conrado misit. *Ex antiquo Cod. Hermannii Contr. apud Urstitium Tom. I Script.*

(a) Landricus Comes, supplicante Helderico Abb. alodum quod vocatur Corbetum, quod olim Wilencus Pilans-porcum Cœnobiū contulerat, quodque ipse largitione Walterii Episc. et Monachorum dudum tenuerat, jam dicto reddidit loco . . . Actum Autissiodoro publicè. S. domni Landrici Com. budo filius ejus: Landricus filius ejus: S. Richardi Militis, etc. Scriptum manu Willelmi S. Germani Monachi, jussu Landrici Com. regnante anno VIII Rege Roberto, V Kal. Aug. *Ibid. pag. 271.*

(b) Sic ex litteris Adelaidis Com. uxoris Wilhelmi quondam Provinciæ Ducis, pro Montemajori datis, et quibus Guillelmus filius et filia Constantia subscripserunt; ex genealogia in Epist. Ivonis Carnot. quæ sic habet: Blanca Arelat. Comitissa, Constantia Regina, id est Blanca filia; ex Chronici vet. Excerpto; ex Alberici Chronico ad an. 1013; denique ex Gestis Andegav. Consulium, Constantia videtur Wilhelmi I Com. Arelat. fuisse filia. Attamen Glaber Scriptor

æqualis tradit hanc neptem Fulconis Nerræ, fuisse filiam Willelmi Prioris Aquitanicæ Ducis Glabro concinit Auctor Fragmenti Hist. Franc. dum de Roberto Rege ait: *Hic in suum ascivit conjugium filiam Guillelmi Tolosani Com. cognomento Candidam, strenuam sanè puellam et suo nomine dignam.* Porrò is Anonymus testatur se Helgaldi Scriptoris eœvi sequi Historiam, cujus superest tantum Epitoma. Deinde idem Floriac. Monachus, auctor erat indigena, nempe incola Cellæ Regulæ; florebatque incunte sæculo XII, ut ipse docet in fine Chronici his verbis: *Anno ab Incarn. Dom. MCVIII. . . tempore Paschali cum esset super fluvium Garonnæ in loco qui dicitur Scyrs.* Vide Tom. II Hist. Occit. pag. 601, ubi toto nisu stantis à Wilhelmo I Com. Arelat. Pagii argumenta confutat Waissetius noster, probatque Constantiæ patrem ex Arsinde priori uxore fuisse Willelmum III, Sectorem-ferri dictum, Comitem Tolos. Cadurc. et Albiensem.

A *Germ.* Ruodolphus Rex Burg. ignavus obiit, et Cuonrado Imp. diadema suum transmisit: cujus regnum Odo sororis suæ filius, Princeps Gallicæ Campaniæ, invasit. *Ex novo Cod. ejusd. Ibid.* VIII Idus Septembris [obiit Rodulfus]. *Ex veteri Chartario Vienn.* Eclipsis solis, etc. Istiusmodi decretum, et c. *Ex prima edit. Sigeb.*

Anno Dom. MXXXIII. Conradus hyeme Burgundiam petit. Eclipsis solis III Cal. Jul. quasi horâ VI. Conradus occidentalem Franciam contra Odonem petit. *Ex antiq. Cod. Hermanni Contr. apud Urstitium.* Imperator Odonis provinciam Gallicam invadens, Campaniam tandiu vastavit, donec ipse Odo supplex adveniens, satisfactionem licet fictè promitteret. *Ex novo Cod. ejusd. ibid.* Conradus Augustus [confirmat S. Andrea] Abbatiam, sitam

B in suburbio quod Perona dicitur, ante castrum S. Mariæ nuncupatum. *Ex Diplom. Conradi.* Postquam Baldricus Abbas Monasterium [S. Nicolai Andegav.] dereliquit, eremumque furtim petiit, ac postremo ad Majus-monasterium repatriavit; apud * Tabennensium Monasterium vitam finiit. Post hunc dominus Albertus Abbas Raginaldum Monachum loco ejus restituit; qui ante benedictionem ad filium meum Gaufridum fugit, atque regimen Monasterii Vindocin. noviter (a) constructi, absque licentia sui Abbatis suscepit. Postquam me vidi esse illusum à duobus Abbatibus, iratus valdè jussi, ut Monachi alii * ad Monasterium suum citò remearent: deinde rogavi domnum Walterium (b) Abbatem S. Albini, ut domnum Hilduinum priorem illius Ecclesiæ concederet: qui ordinatus anno MXXXIII ab Incarn.

C Dom. die Nativitatis B. M. qui est annus III Henrici Regis, Monasterium regulariter rexit. *Apud Mabill. Tom. IV. Annal. Bened. pag. 379 ex Comment. Fulconis Nerræ de origine Monasterii S. Nicolai Andeg. ab ipso constructi.* Adalbertus (c) Alsatiæ Comes... anno ab Incarn. Dom. MXXXIII, Indict. I, pridie Kal. Febr... de foro Tull. centum solidos et XVIII denarios tradidit pro dote dedicatæ [à Theod. II Met. Episc.] Ecclesiæ [Buosonis-villæ (d) Monasterii]. *Ibid. p. 384 ex Instrum. Frederico Mosellan. etc. Ex prima edit. Sigeb.*

Anno Dom. MXXXIV. Odo Trec. et Bles. Comes in diem III Paschæ cum Arnulfo Archiep. ad Monasterium S. Juliani [Turon.] cum multis Optimatibus venit; ibique à Monachis et Abbate Richerio honorificè susceptus, in capitulum S. Juliani est conductus; acceptaque societate loci, ipse uxorque ejus Ermengardis ac filii ejus, ob recompensationem memo-

D riamque datæ sibi societatis... concessit S. Juliano boscum Rareti... pro salute animæ suæ uxorisque ac filiorum, Tedbaldi ac Stephani. Petiit etiam ut quo die moreretur, nomen ejus inter nomina Fratrum scriberetur...

Acta sunt hæc Turonis in capitulo S. Juliani, regnante Heinrico Rege anno III. *Ex Charta apud Mabill. Tom. 4 Annal. pag. 395.* Kasimer (e) cum matre sua à Polanis de provincia expulsus, diu exsulavit. *Ex Chronographo Saxon. apud Leibnitium.* Conradus item Burgundiam vastat. *Ex antiq. Cod. Herm. Contr.* Imperator Burgundiam petens, sibi eam subjecit. *Ex novo Cod. ejusd.* Imperator Franciam petit contra Udonem. Item Burgundiam vastat. *Ex Chron. Reg. S. Pantaleonis apud Eccardum in Tom. I Corp. Hist. S. Ebbonis [Archiep. Senon. corpus] levatum fuit. Ex Chron. Senon. in Ms. Cod. Reginae Suec. 1626.* Burgundionibus, etc. *Ex prima Edit. Sigeb.* Ego Raimundus

E [Comes Carcasson.] donator S. Hilario, cujus corpus requiescit in Ecclesia quæ est constructa in honore S. Saturnini Mart. in pago Carcassense juxta fluvium Leuco... Cœnobio et Olibano Abbati... Alodem quem habeo in Comitatu Reddense, in villa quæ vocatur Vallevecia... propter ipsam pugnam, quam habeo in castrum Redda cum Arnaldo-Giberto, propter mortem * filii sui, quia fecit me Deus vincere ipsam pugnam per intercessionem B. Hilarii Conf... anno IV regnante Ænrico Rege. S. Raimundi... S. Beliardii uxoris ejus, etc. *Ex Instrum. in Sæc. 5. Bened. pag. 553.*

(a) Vindocin. igitur Monasterium anno 1032 conditum fuit.

(b) Walterius Abbas S. Albini nonnisi anno 1038 fuit electus.

(c) Is ex Juditha pater fuit Gerardi, qui ex Gisila filios procreavit Odelricum Comitem, et Gerardum Ducem ac caput Ducum Lothar.

(d) Positum est in Alsatiæ et Lotharingiæ confinio, ad Nitam [le Nied] fluvium, qui in Saravum paulò inferius devolvitur, et Nitensi seu Niddensi pago nomen dedit. *Mabillon.*

(e) Casimirus Cluniacum se recepisse dicitur, ibique Monasticen professus, ac Diaconus fuisse ordinatus.

* Tavannes

* illi

* Arnaldi

Anno Dom. MXXXV. Facta est (a) [Villari-monasterio] privilegii A auctoritas Fiscamni in Conventu celebri, Idus Jan. VIII anno regni nostri, qno et Jerusalem petiturus [ego Robertus Com. Norm.] ibi licentiam eundi à Deo et Sanctis ejus petii, regnante Heinrico Rege Fr. anno IV, Indict. * III. *Ex Litteris Roberti Ducis pag. 400 Tom. 4. Annal. Bened. Indict. III obiit Beregarius Comes Barchinonensis, et Sancius Rex de Castella. Ex Chron. S. Victoris Massil. ad Cyclos Pasch. apud Labb. Tom. 1. Bibl. Mss. pag. 339. Anno ordinationis [Hugonis II Abb.] IX, tertio dedicatur Ecclesia Lobiensis Idib. Febr. à Reginardo Leod. et Gerardo Camerac. Episcopis. Ex Contin. Abbatum Lob. apud Acherium Tom. 2 Spicil. in fol. pag. 744. Cnut Rex Dan. decessit in Anglia . . . Suein et Haroldus à concubina geniti erant, qui, ut mos est Barbaris, æquam partem hæreditatis inter liberos B sortiti sunt. Ex Annalista Saxon. apud Eccardum. Odo Campan. etc. Henricus Rex, etc. Odo, etc. Ex prima edit. Sigeb. [Circa eumd. annum] Anselmus Ecclesiæ S. Salvii Abbas, et Adalbertus præpositus . . . precatu domni Amelii Albiensis Episcopi, et Froterii Neumacensis * Episcopi, et fratris ejus B. Atoni Proconsulis Neumacensis et principis Albiensis; necnon et aliorum Episcoporum, Geraldii videlicet Rutenensis, et B. Caturcensis; insuper et communi petitione supplicique rogatu omnium tam civium quàm burgensium Albiensium, etc. . . voluerunt pontem fieri super Tarnum in alodio B. Salvii, ad communem villæ meliorationem et totius Albegeis utilitatem. Ex Instrum. inter probat. Hist. Occit. col. 194 Tom. II.*

Anno Dom. Incarn. MXXXVI. Datus est Sacramentorum (b) liber S. Benigno, Divion. Ecclesiæ patrono, ab honorabili Hymberto Parisiæ C sedis Episcopo, petente ejusdem loci provisore atque rectore domno Abbate Halinardo. *Ex Inscriptione ejusd. libri apud Mabill. Tom. 4 Annal. Ben. pag. 413. Heinrico Imperatoris filio, Knut Regis Danorum filia conjungitur. Ex Chron. Reg. S. Pantaleonis.*

Anno Dom. MXXXVII. Imperator (c) post Natalem Dom. in Salerno oppido generalem Conventum habuit . . . Contigit autem Mediolan. Episcopum, qui eidem Conventui interfuit, infidelitatis notari . . . Eum apprehensum Aquileiensi Patriarchæ Popponi servandum [Imperator] commisit; à quo liberiùs debito habitus post aliquot dies fugâ lapsus evasit . . . Sicque Mediolanum rediit; et munita civitate . . . totum illum annum temeraria transgressione legum contemptor resedit. Deinde consentientibus tribus Episcopis, Vercellensi, Cremonensi, Placentino, missis nuntiis cum sæpe-dicto (d) Ottone Burgundiæ tyranno pacificantur, quomodo ipse in Romanum imperium suo suorumque complicitium juvamine, Augusto fugato aut negato, introducatur. Quod ipse libenter audiens, ejusque consilium hianti cupiditate, evidenter ad interitum festinando, promptus arripiens, diem locumque determinat, quò eorum omnium legati convenirent, qui ejusdem sacrilegæ temeritatis conspiracy ad invicem confirmarent. Imperator verò rebellantem Episcopum è vestigio insecutus, urbem per totum subsequentem annum cum totius periculo exercitûs obsedit . . . Interèa supradictorum conspiratorum Deo nequitiam detegente, quædam fidelis domina, socrus scilicet Herimanni Suevorum Ducis, in iisdem finibus commorans, legatorum conventum rescivit; missisque suis satellitibus, omnes simul comprehensos, reique veritatem confessos, Imperatori, ubi E in publico Conventu prænominatis tribus Episcopis præsentibus cõsiderat, transmisit . . . Augustus statim ex Senatûs decreto eosdem Episcopos trans Alpes, quò sibi visum est, servandos contulit; sicque illa conspiratio deperiit . . . Uto *, etc. (ut suprâ pag. 215) *Ex Annalista Saxon. apud Eccard. Odo Princeps Carlingorum, etc. Ex antiquo Cod. Hermani Contr. Odo*

(a) Puellare Monasterium-villare [Montivillier] situm est in Caletis, haud procul ab oppido Harefloto, prope ostia Sequanæ. Tunc agebatur de hoc ipso restaurando Monasterio; cujus prima Abbatisa fuit Beatrix amita Roberti Ducis, secunda Elizabeth. Ibidem Sanetimonialis facta est Adelogia soror Willelmi Ducis.

(b) Hactenus asservatur in Bibliotheca S. Benigni Divion. ubi et habetur alter Sacramentorum Codex, Henrico, ut putat Mabillonius, Imperatori oblatum à Bernone.

(c) Conradus igitur ad compescendos rebelles sese in Italiam contulit sub finem anni 1036. Perperam autem pag. 500 Tomi nostri X in nota g, Mabillonii auctoritate decepti, ad annum 1026 retulimus partem capituli 55 Libri III Chronici Camerac ubi Baldericus de Italico Conradi itinere agens sic tradit: *Quosdam Longobardorum Episcopos, partibus Odonis faventes, etc.*

(d) Id est Odone II, cujus mortis dies in Necrologio S. Petri Carnut. notatur XVII Kal. Decemb.

- A Princeps Gallicæ Campaniæ à Gozzelone (a) Lotharingorum Duce pugnâ victus, fugiensque à quodam milite occiditur. *Ex novo Cod. ejusd.* Raginaldus Comes, Guillelmi Com. filius, Amadei Abb. precibus dat apud Salinam * villam aream unam cum caldaria, quæ alio nomine bagerna vocatur, ut ibi fieret sal perpetuis ipsorum usibus profuturus. Actum Divione castro. S. Raginaldi Com. S. Judith. Com. uxoris ejus. S. Guillelmi filii ejus. S. Hugonis filii ejus. S. Hugonis Episc. Autissiod. et Com. Cabilon. S. Theobaldi nepotis ejus. S. Raginaldi Com. Nivern. S. Hugonis Episc. Lingon. S. Beraldi Episc. Suess. S. Adizilini Abb. etc. Ego frater Milo datavi in mense Maio XV Kal. Jun. anno Incarn. Dom. MXXXVII, Henrici Regis XII. *Ex (b) Analect. Monum. Cœnobii Flaviniac. apud Labb. Tom. I Mss. pag. 270.* Cunradus Imp. Italiam cum exercitu petit, et Mediolan. Episcopum in custodiam mittit; qui fugâ lapsus, Imperatori rebellat. Udo Karolingorum Princeps, etc. *Ex Chron. Reg. S. Pantal.* Bellum ante Bar castrum, ubi Odo Comes Francorum interimitur, et Gozelo Dux victor extitit. *Ex Chron. brevi S. Vincentii Met. apud Labb. Tom. I Bibl. Mss. pag. 345.* Iste est Gozilo filius Machtildis, quæ filia fuit Herimanni Ducis Saxonum de Liuniburch, soror Bennonis sive Bernhardi Ducis et Liudigeri Comitis. Hæc primò nupsit Balduino Fl. Comiti, filio Arnulfi Magni, qui juvenis morbo variolæ obiit, et apud S. Bertinum sepultus est, genuitque ei Arnulfum. Post mortem verò Baldewini nupsit Godefrido (c) Duci de Heihan, ex quo suscepit tres filios Gozelonem prædictum Ducem, Godefridum, Hezelonem. *Ex Saxon. Annal. XII * Kal. Maii, feriâ II, eclipsis solis facta est ab hora IV usque pone sextam; non ut mos est, sed ita sole prius apparente *** deinde ita *** postea ita ***.* *Ex Chron. Lemovic. apud Labb. Tom. I Bibl. Ms. pag. 334.* Præsul Rembertus nostram condidit (d) Ecclesiam. . . . Dedicatio hujus Ecclesiæ B. Agerici. *Ex Necrol. S. Agerici Virdun.* Chunradus Capuæ morabatur, in quam vigiliâ Pentecostes ingressus, et in Pentecoste coronatus est. *Ex Chron. Casaur. seu Hiscar. Lib. 2 apud Acher. 2 Spicil. in fol. 952.*

- Nos pauci Fratres in Cœnobio, cui Cella Borboni * nomen post obitum domni Varini Abbatis elegimus Bernardum . . . Facta est autem electio illa consilio et auctoritate domni Abbatis * Majoris-Monasterii post excessum gloriosi principis Odonis, à quo hujus rei curam susceperat; qui hoc in conventu Monachorum ritu celebri peracto obtulit etiam Fratrem prædictum nobilissimæ H. * Comitissæ, sub cujus ditione locus ipse consistit, et Stephano Comiti ejus filio; à quibus donum rerum temporalium ad idem Cœnobium pertinentium suscepit. Dehinc verò statuit eum venerabili Mainardo Trecasinorum præsuli, cujus ecclesiastica potestate electionem hujusmodi corroborari oportuit; atque ab ipso animarum curam suscipi, necnon Abbatis benedictionem secundum institutionem Patrum celebrari. *Ex Decreto electionis Bernardi in Abbatem Cellæ-Bobini seu Monasterii S. Petri Trec. apud Chesnium inter Epistolas Fulberti Tom. 4 pag. 191.* Walterium omnes (e) nobis [Monachis S. Albinus Andeg.] Patrem constitui et Abbatem consecrari concorditer imploramus. . . . Actum Andegavo civitate, mense Decemb. Ann. Incarn. Dom. MXXXVIII, Indict. VI, regnante Henrico Rege. *Ex electione Walterii in Tom. I Anecdot. Marten. pag. 259.*

Anno Dom. MXXXVIII. Henricus Lovaniensis Comes, domi suæ perimitur à

(a) Conradus usus est Gozelone Mosell. Duce, Friderici II successore, qui inferioris Lotharingiæ Dux erat, filius Godefridi Virdun. *Mabill.*

(b) *Ibid.* pag. 272: *Heldricus Abbas, consentiente Walterio Episc. Ad. concedit Girardi Militis rogatu, ipsius filii Girardo et Umberto potestatem Fontanas in Atoariensi Comitatu. . . VII anno Roberti Regis. . . Anno administrator reipublicæ Comitatus Alsensis atque Dismensis dat oratorium S. Germani haud procul à silva quæ dicitur Campus-Sigillatus. . . Anno in Christi nomine Comes: Gualo filius ejus: Walterius filius ejus: Hubertus, Gerardus, Helinandus nepotes ejus: XVII Kal. Apr. an. MIV, regni Roberti Regis XVII. . . Walterius Episc. Ad. concedit Amadei Abb. rogatu Salvata villarum Jagliaci, Williaci, Rivisiaci et Grisciaci. . . favente Brunone Lingon. Episc. cum Fulcone Suess. Episc. et Comite Notkerio fratribus. . . Wido filius*

Milonis ex castro Tili veniens cum Helucino Episc. tradidit res apud Marescolas in territorio Morvennis, in silva Bruinni.

(c) Hic Virdun. Comes Godefridus, Barbatus cognominatus, prorsus diversus à Godefrido Barbato Lothar. Duce; et malè in Libro cui titulus, *Stemma Lotharingicum*, inter Lothar. Duces connumeratur. Nullus enim Auctor fide dignus eum Lothar. Ducem fecit. *Pagius.*

(d) In veteri Inscriptione legitur:

Præsul Rembertus nostram dum conderet ædem, Mille et terdenus septimus annus erat. Abbatem instituit primum, qui nostra gubernet, Baldricum, etc.

(e) Mabillonius ex charta ejusd. electionis apud Acherium Tom. VI Spicil. pag. 436, tradit Walterium anno 1036 electum fuisse.

captivo Hermannō ; eique succedit filius ejus Otho ; cui immatura morte A
 prævento successit patruus ejus Baldricus, qui et Lambertus. In Apulia erat
 quædam statua marmorea (a), circa caput suum æreum habens circulum, in
 quo erat scriptum : « Calendis Maii oriente sole habebō caput aureum » .
 Quod quidam Sarracenus à Roberto Wiscardo Duce Norm. captus, quidam
 portenderet intelligens, in Calendis Maii oriente sole diligenter notato termi-
 no umbræ illius statuæ, infinitum thesaurum effossâ ibidem humo reperit, quem
 pro sua redemptione eidem Duci obtulit. *Ex Chron. Sigeb.* Anno VIII re-
 gnante Henrico Rege in Francia filio Roberti, anno XXIV quod cepit
 dominus Willelmus [Bisuldun.] terram suam regere, accepit Willelmus
 Abba Cœnobium S. Martini de Lenis ad regendum. *Ex Instrum. inter probat.*
Hist. Occit. col. 204. Tom. II. Ego Balduinus Dei gratiâ Fl. Comes . . . annuens
 petitioni Albrici Abbatis . . . concedente Adela Com. conjugæ meæ, filia Ro- B
 berti Regis, etc . . . S. Balduini March . . . S. Adelæ Com. S. Eustachii Com.
 Bolon. S. Rogeri Com. (b) de S. Paulo. S. Gerardi Episc. Camerac. S. Dro-
 gonis Episc. Morin. S. Fulconis Episc. Ambian. S. Lietduini Abb. S. Vedasti.
 S. Roderici Abb. S. Malbodi Abb. S. Bertini. S. Amandi. S. Wichardi Ab-
 batis. S. Gerardi Abb. S. Rodulfi Tornac. S. Rodulfi Gand. S. Roberti Ad-
 vocati. S. Joannis Advoc. Atrebat. S. Hugonis Aldenard. S. Hugonis Valen-
 tian. Hoc placitum fecerunt quatuor Milites Advocati, Udo, Ursio, Gar-
 derus, Mainbodo. Actum Atrebat curte publica in capella S. Benedicti, anno
 Dom. MXXXVIII, Indict. VI, Epact. VII, anno Balduini gloriosi, Rege
 Fr. Henrico. *Ex Cartulario Abbatie Marciar.* Henricus Lovan. obiit, ut po-
 nit Sigibertus. Magister Emundus dicit anno Domini MXLVIII. *Ex magno*
Chron. Belg. pag. 100. Depositio domni Felicis Abbatis. *Ex Chron. Ruyensi in C*
vet. Coll. Eccl. Nann. [Circa idem tempus] breve memoratorio de placito et
 convenientia quæ fecit Bernardus Vicecomes. et Froterius Episcopus
 [Nemaus.], ad Bernardum Aimardum et Guillelmum filium ejus de Episco-
 patu de Albi . . . ut si intus se fecerit, aut alium Episcopum fecerit benedicere,
 in vita sua habeat Guillelmus ipsum Episcopatum post mortem Amelii Epis-
 copi : in tali verò ratione ut teneat Froterius Episcopus et frater ejus in pri-
 gnore, et medietate de ipsa dominicatura de ipso Episcopatu, excepto sacra-
 tiones et missas et pœnitentias et receptos, et excepto gallinas et paleas et
 ligna, et excepto candelas de servitio et illos feos, etc. *Ex instrum. inter probat.*
Hist. Occit. col. (c) 202 Tom. II.

Anno Dom MXXXIX. Conradus Imp. Italianam adit, ut rebellionem medi-
 tantes debellaret ; et quia omnes Longobardi conjuraverant ut non paterentur D
 quemlibet Dominum, qui aliud, quàm ipsi vellent contra se ageret, quosdam
 Episcopos in vincula coniecit . . . Post quem Henricus filius ejus imperat
 annis XVII. *Ex Chron. Sigeb.* Eclipsis solis XI. Kal. Sept. *Ex antiquo Dod. Her-*
manni Contr. Monasterium Novientense sive Eberheimense est locus in Ger-
 mania finibus, inter Rhenum et Vosagum, in pago Alsaciensi, in Comitatu
 videlicet Throniæ, et in Episcopatu Argentinensi, in insula Yllæ fluminis si-
 tus, nemoribus consitus, perspicuis fontibus irriguus, partis amenus, agro-
 rum fertili cultura circumdatus, vineis non longè adjacentibus lætus, pisca-
 tionibus et venationi commodus, ac variis comæditibus utilis et opportu-
 nus . . . Rupertus Abbas ex hac vita migravit, præfuitque Monasterio ab
 ultimo anno Othonis III usque ad primum annum Henrici filii Conradi Im-
 peratoris. Cùmque Fratres alium elegissent, Henricus Imp. quemdam Mo-
 nachum aurificem, de Monasterio quod Onuartum dicitur, Willonem nomi- E
 ne, violenter intronizavit, ac Abbatem constituit. Idem Willo Imperatori
 eifos cupreos et scutellas stagnæas miri operis deauravit, quos militibus in
 donariis dedit. Quod cùm militibus innotuisset, ipsum [Willonem] inter-
 ficere moliebantur. *Ex Hist. Novient. Monasterii apud Marten. Tom. III.*

(a) Iperius iisdem ferè verbis post annum 1032 id refert.

(b) Ego Rogerius Comes de castro quod dicitur S. Pauli, cum conjugæ meæ quæ vocatur Hadvis, et filiis Manasse videlicet et Roberto . . . concedo S. Trinitati apud Monasterium quod dicitur Fiscannus, Abbatiam S. Bertæ in loco qui dicitur Blangiacus. *Ex litteris Rogerii Com. in Tom. IV Annal. Bened. ad annum 1032.*

(c) Ibid. suprâ col. 200 : Ego in Dei nomine Pontius [Tolos. Com.] dono tibi, dilecte sponse mee Majore, Episcopatum Albiense, et civitatem et moneta et mercatum . . . et castrum S. Marcelli . . . et medietatem de Episcopatu de Nemauso . . . et medietate de Abbatia S. Egidii, et castrum de Porta Spana . . . et de castellum de Tarascone, etc. *Facta carta donatione in mense Sept. feriâ IV. . . regnante Ehenrico Rege.*

- A *Anecd. col.* 1126 et 1142. Lambertus II, qui et Baldricus dictus Cum-Barba, Comes Lovan. et Marchio sacri Imperii, Henrico fratri succedens, cœpit, Conradi II anno XV et ultimo: rexit annis XVI. Iste ex Oda filiâ Goche-
lonis Ducis Loth. genuit Henricum II, Comitem et Marchionem succeden-
tem . . . Henricus Imp. Lambertum istum Com. Lovan. Balduino auxilian-
tem cum multis perimit apud Tornacum; qui ad oppidum Nivelense defer-
tur, et ibi cum parentibus sepelitur. *Ex Chronicis Brab. in Magno Chron. Belg. pag.*
106. Imperator pridie Non. Junii, vix dum Confessionis (a) prolatâ sententiâ
flebiliter expiravit . . . O dura et insensibilia humani generis corda! . . . quia
ad ejus obitum tam subitum tamque periculosum sanè nullus ingemuit . . .
Obierunt eodem anno Rambertus Wirdun. Episcopus . . . Conradus Carentin.
B Dux, morbo regio diu fatigatus. Eclipsis solis facta est XI Kal. Sept. His
temporibus Kazimer (b) filius Miseconis Ducis Polanorum, reversus in pa-
triam, à Polanis libenter suscipitur; duxitque uxorem Regis Ruscix filiam
procreavitque duos filios Wladizlaum et Bolizlaum . . . Homicidæ * si ne-
gant, ignito ferro sive adjuratâ aquâ examinentur . . . Fratricidas et parricidas,
sive Sacerdotum interfectores et hujusmodi capitalium criminum reos, Archi-
presbyter assignet Comiti vel Duci, qui per manum et ventrem ferratos de
regno ejiciat, ut iustar Cain jugi et profugi circueant terram. Tabernam quo-
que, quæ est radix omnium malorum, et parari et paratam comparari prohi-
bemus: et qui fuerit hujus decreti violator tabernarius, in foro ad palum sus-
pensus, et usque ad præconis fastidium cæsus, depiletur. *Ex Ann. Saxon.*
Alanus Dux Britannix, filius Gauffridi, III Kal. Octob. *Ex Chron. Britann.*
C *inter probat. Hist. Brit. pag.* 32.

* *Boëmio-
rum Lex.*

- Anno Dom. MXL. in Galliis erat quædam Provincia, olim vocata Neus-
tria; post à Normannis qui à Norst regione venerant, cognominata Norman-
nia; in qua est quidam locus qui dicitur Becus; et ita vocitatus à rivulo ibi
decurrente, qui adhuc hodiernis temporibus decurrit juxta muros prati, ubi
construxit Herluinus secundam Ecclesiam, indè vocatam Ecclesiam Becci.
Ex Chron. Becc. in. Append. ad Opera B. Lanfranci. Francorum piissimo Hein-
rico Imperii gubernacula moderante, in Archiepiscopatu Biturigæ civitatis
urbis metropolitanæ Aymone (c) fratre Principis Archembaldi præsidente, Ab-
batiam verò S. Sulpicii Abbate Humberto regente atque Prioratum (d) Vivaris
Andrea Monacho disponente, ipse præfatus Princeps Archembaldus omnes-
que proceres Borboniensium ad Cœnobium S. Leopardini congregati esse di-
gnoscuntur, gratiâ videlicet relevandi de telluris sinu almi corpus Leopa-
rdini, atque honorabilius collocandi. Quibus omnibus congregatis, Aymo
Archiep. intimavit . . . omne alodium Vivaris, juris [esse S. Sulpicii] . . .
Concessit ipse benignus Princeps Archembaldus, laudante Arnulfo atque Gi-
raldo Firmitatis Principe, Domino et S. Leopardino ipsius loci feram * an-
nualem, et feras omnes de cunctis hominibus ad feram venientibus, totum dis-
trictum in ipsa fera . . . Actum est in festivitate S. Leopardini, regnante Hein-
rico (e) Rege Fr. *Ex Instrum. apud Mabill. Tom. IV. Ann. Ben. pag.* 441. Obitus

* *la foire*

(a) *Conteror in corde, mala confiteor simul ore...
Pœnitet atque dolet, et crimina dicere spondet,
Vultque satisfacere contritus, iniqua cavere
Crimina commemora cuncta tua, flebilis ora.*

Hæc ex cap. 4 Pœmatis *Floretus*; ubi et agitur de delectu Confessoris, cui regulæ seu leges servandæ ibid. præscribuntur. In cap. etiam 3 eadem auricularis Confessio sat clarè enuntiatur, dum ibi docetur peccata venialia, necessitas etsi nulla cogat, esse declaranda, ne fortè sint mortalia, aut ad hæc propiùs accedant. *Floretus* autem Pœma tribuitur Johanni de Garlande, qui paulò post medium sæc. XI scribebat.

(b) Scriptores Polonici tradunt, missos Cluniacum legatos ad repetendum Casimirum jam Diaconum; eosdemque, Odilone Abbate se id citra Papæ licentiam sibi licere negante, Romam profectos, ut voti et ordinis dispensationem impetrarent: quâ obtentâ, Casimirum in Poloniam reduxisse, et regio throno imposuisse. In Chronico Cluniac. parùm accurately eadem fermè referuntur, sed nomina et tempora confundun-
tur.

(c) *Haymo Biturig. gratiâ Dei et nutu Archiepiscopus. Quoniam quædam juvencula nomine Mathildis, filia cujusdam nostræ Ecclesix Militis nomine Gimonis, cujus erat castrum quod dicitur S. Satyri; necnon et Odo Comes Palatii, quem sibi eadem juven-
cula sola sine fratribus inter cognatos et amicos emeritum elegit, quem sibi subrogaret vivens et mortua in jus hæreditatis. . . locum in honore S. Satyri. . . precibus puellæ et Comitum Palatii Canonicis ejusdem loci conferimus. . . Datum regnante Henrico. . . in præsentis Synodo, id est in Concilio Bituric. quod habuit Aimo pro pace, etc. Ex Instrum. in cap. 57 Patr. Bitur. apud Labb. Tom. II Mss. pag. 87.*

(d) Notandum est Prioratûs vocabulum, quo fortè exemplo nullum antiquius fuerit ad Cellam significandam. *Mabill.*

(e) *Regnante Philippo Rege Fr. eidem Cellæ seu Monasterio Vivariensi Arnulfus Fertilitatis seu Firmitatis Princeps dat omnem vicariam. . . sicut Archembaldus Princeps Borbon. et Arnulfus avus, inquit, meus atque Gislebertus frater ejus dederunt. Cella S. Leopardini sita est duabus leucis à Borbone-Archembaldi.*

Alani Ducis. *Ex Chron. Ruyensi.* Henricus III imperator. *Ex Chron. brevi S. A Vincentii Met.* Rediit S. Edwardus Rex Angl. *Ex Chron. Ms. Cluniac. inter Fragm. D. Estiennot.* Facta [circa eumd. annum Froterio Episc. Nemaus. et Bernardo Vicecom. fratri ejus] venditio [Castelli de Monte-Acuto Albic.] *Ex Instrum. inter probat. Hist. Occit. col. 205 Tom. II.*

Anno Dom. MXLI. Audiens Lanfraneus famam regionis Normanniæ, quæ priùs Neustria dicebatur, in qua Ducatum tenebat hereditario jure Willelmus ille, qui postea subjugavit sibi totam Angliam armis; sciens certo relatu, illic multum collapsum studium litteraturæ barbaricæ gentis; et intelligens providentissima inspiratione, indè se posse adipisci majorem gloriam, et plurimum quæstum venit illic cum paucis. Sed antequàm pervenisset ad notitiam multorum, attraxit illum ad se, qui Paulum vocavit de cœlo, hoc modo. Quadam die dum iter ageret solus cum uno Scholari, incidit in latrones, etc. *Ex Chron. Becc. B in Append. ad Opera B. Lanfranci.*

Anno Dom. MXLII. Mettensi Ecclesiæ quæ specialiter corpore Sanctæ Virginis lætabatur, Deodericus junior XLVIII Episcopus præerat; qui et propter nobilitatem generis in sæculo multæ potentia, et propter sapientiæ dignitatem, magnæ in Ecclesia erat reverentiæ. Ab hoc Henricus Imp. brachium S. Lucie sibi dari expetiit et impetravit. . . Ad Cœnobium Lindiburg. (a) translatum est anno regni ejus III. *Ex Sigeberti Sermone de S. Lucia apud Mabill. Tom. IV. Annal. Ben. pag. 373.* Ego Willelmus, Talemontis castri Dominus, Vitali Abbati, qui Abbatia S. Gildasii ejetus. . . consilio filiorum meorum Willelmi et Pipini, Ecclesiam S. Mariæ de Ollona dedi. *Ex litteris apud Beslium pag. 324.* Ego Theobaldus et Stephanus frater meus germanus, gratiâ Dei Comites Franciæ, et Ermengardis Comitissa mater nostra, notum C fieri deerevimus. . . Quòd Fulco præsul Ambian. accessit ut Fratribus Ambian. Ecclesiæ concederemus quoddam alodium nostrum situm in pago Ambiam. super fluvium Iseræ nomine Crissiacum (b) . . . ad remedium animæ patris nostri Odonis Com. . . necnon ad præmium Levuldi Com. et Heleiardis uxoris ejus. . . Concedimus supradictum alodium cum appendiciis ejus Gaudiaco et Rivaria . . . S. Theobaldi Com. S. Stephani Com. S. Ermengardis Com. matris eorum. S. Canonicorum de Sparnaco. S. Abbatis de Orbaceo. S. Laicorum qui de curia Comitum fuerunt. S. Goifredi Com. S. Hugonis de Basiculis. S. Harduini filii Gelduini. S. Gelduini fratris ejus. S. Sagalonis de Miliaco. S. Milonis de Monte-Leutherio. S. Odonis de Britholio. S. Ogerii de Conteio. S. Milonis de Montefelicio. S. Rogeri de Mariculo. S. Vivieni de Virtute. S. Huberti de Montefelicio. S. Guermundi de Montemauro. S. Hescelini fratris ejus. S. Odonis filii Gilberti. S. Hugonis de Sollariis. S. Goiffridi de Castellario. S. Episcopi et eorum qui cum ipso fuerunt. S. Drogonis de Bova. S. Nevelonis de Bova. S. Alelmi filii Walteri de Tarota *. S. Balduini de Claromonte filii Balduini. S. Goscelini de Belvaeo. Actum Sparneaco Monasterio super fluvium Maternæ, Henrico Rege glorioso regnante, anno à decessu patris sui Roberti Regis jam X, ab Incarn. Salvatoris MXLII. *Ex Cartulario Ecclesiæ Ambian.*

Anno Dom. MXLIII. Totum tempus æstivum in tempestate pluviasque hyemales penè conversum, magnam frugum et vindemiarum penuriam effecit. . . Henricus Rex Agnetem (c), Wilhelmi Pict. Principis filiam, Reginam apud Moguntiam urbem ungi faciens, regalibus sibi nuptiis apud Ingelnheim villam regalem copulavit. *Ex antiq. Cod. Hermannii Contr.* Henricus Rex Agnetem, etc. (ut in fusiori edit.) *Ex novo Cod. ejusd.* In sexta feriâ quæ II Novemb. habebatur, [Abbas Lambertus ex Begonis-Cella] revexit exuvias S. Bonifacii. *Ex Gest. Abbatum Mediani-Monasterii apud Marten. Tom. III. Anecd. col. 1121.* Ego Wenemar Dominus de Lileriis cum fratre meo Ingelramno et

(a) Idem docent Epistola Monachorum Lentburg. et rythmici versus Sigeberti. Is, litteras apud S. Vincentium docuit, rythmum de S. Lucia composuit.

(b) *Croissy sur Sere.*

(c) Sic rectè cum anno 1043. Hepidannus qui hoc tempore florebat, et Lambertus, Agnetis conjugium connectunt. Non sunt autem audiendi Marianus Scotus et Chronographus Hildesh.

qui illud, quemadmodum et Concilium Constant. cum anno 1044 copulant. Mirum interim, Marianum qui hoc etiam tempore vixit, in his falli: quanquam et Glaber gravius erravit, ut alibi jam notavimus. Adcò per hæc tempora Scriptores in Chronologia parùm diligentes! Hepidannus ipse suprâ res quadriennio distulit errore calculi ex præcedentibus annis continuato.

A matre mea Ransuide, concessu Balduini Fl. Com. ipso etiam Henrico Rege Fr. annuente, et Domino Drogone Tarvan. Episcopo, ad mandatum Domini Papæ Gregorii cujus præsentiam pro voto meo adimplendo adii . . . Ecclesiam in proprio fundo apud castrum de Lileriis in honorem S. Audomari construimus . . . Actum anno (a) MXLIII. *Ex Instrum. apud Malbrancq.*

Anno Dom. MXLIV. Maxima pestis, etc. . . . Gozzilo Dux Lothariensium, etc. . . . Sed alter filius ejus Gotefridus, etc. *Ex antiq. Cod. Hermanni Contr. ut fusiori edit.* Gozzilo Dux Lotharingorum moriens, Gozzeloni reliquit, etc. Sed alter filius ejus Godefridus . . . rebellare præsumit. Magna vis famis homines immunda animalia comedere coëgit. *Ex novo Cod. ejusd.* Gisla Imp. obit (b) . . . Gozelonis filius Godefridus . . . loca omnia usque ad Rhenum, præter ea quæ vel murorum præsidio hostilem impetum subterfugerant, vel se pecuniâ redemerant, in cinerem redegit. *Ex Annal. Saxon.* Henricus

B Rex Agnetem etc. . . Hiems dura fuit et nivosa. *Ex Chron. Reg. S. Pantal. Fames, etc. . . Gothelo, etc. Ex prima edit. Sigeb.*

Anno Dom. MXLV. Reginoldus et Geroldus Burgundiones, etc. . . Gotofridus Dux, etc. . . Per idem tempus regale Colloquium apud Triburias, etc. *Ex antiq. Cod. Hermanni Contr.* Godefridus ad deditionem Regi veniens, etc. *Ex novo Cod. (c) ejusd.* Godefridus hortatu quorundam, etc. *Ex prima edit. Sigeb.* Pestis peccidum maxima: hiems magna et nivosa fuit. *Ex Annal. Saxon.* Dedicatum est Monasterium Hohenburg [in Alsat.] in honore B. M. Virginis à venerabili Brunone Leucorum, id est Tullensium Episcopo, postea Apostolico. *Ex Fragn. Hist. apud Urstitium inter Script Germ.* Notitia dotis quæ facta est ex consecratione Cœnobii S. Martini, quod est fundatum

C in Comitatu Fenoliotensi, in valle antiquitùs vocitata Bollecarne, quod alio nomine vocatur Lenis, juxta fluvium qui dicitur Atax. Anno MXLV Incarn. Dom. Eihenrico * autem Regis Fr. XV, jussu domni Guifredi sanctæ primæ sedis Narbon. Archiepiscopi, venit Guifredus Carcassonensis Pontifex ad dedicandam Basilicam præscripti Cœnobii. *Ex Instrum. inter probat. Hist. Occit. col. 211 Tom. II.* Godefridus Dux Loth. II, filius Gochelonis XV Ducis Loth. defuncto patre, dum ei Ducatus Mosellanorum denegatur, altero Ducatu (d) repudiato, contra Imperatorem rebellat. Cœpit autem anno Dom. MXLV, Henrici verò III anno VI; quem tenuit contentiosè annis XX, pacificè verò VI. Iste Godefridus genuit ex uxore sua Godefridum Gibbosum, qui ei successit in Ducatu Lotharingiæ; et unam filiam nomine Ydam, quam nuptui tradidit Eustachio II Comiti Bolon. qui genuerunt Godefridum de Bulione et fratres ejus, postea Reges Hierusalem. Iste

D Godefridus anno Ducatus sui primo, hortatu quorundam Dei fidelium ad recuperandam Imperatoris gratiam adductus, ab Imperatore capitur, et custodiae mancipatur; sed filium suum obsidem dans relaxatur: quo defuncto obside, ad rebellandum iterùm grassatur suorum instinctu pater. Anno sequenti Comes Fl. Balduinus Insulanus contra Imperatorem rebellat. Anno rursùm sequenti, qui fuit VIII imperii Henrici, Godefridus palatium Neomagi incendit et irreparabiliter destruit; urbem quoque Virduni cum majori S. M. Ecclesia incendit. *Ex Magno Chron. Belg. pag. 110.* Actum [S. Petro Carnut. donum burgi consuetudinum à Gilduino Vice-Com. Carnut. et Emeлина uxore] est III Kal. Maii, regnante invictissimo (e) Rege Henrico II anno

* Henrici

(a) Lileriensis Canonic. collegii institutionem in annum 1048 rejicit Malbrancqns; qui tamen ait, anno 1043 aut 1046 ceptum Templum. Ariam inter et Bethunam situm est Lilerium.

(b) Accuratè Marianus, Hermannus, Lambertus et Hepidannus, id anno 1043 contigisse tradunt.

(c) Tom. I scilicet Scriptorum Germ. Hermanni vulgatæ editioni aliam locupletiorein adjunxit, è regione respondentem.

(d) Scilicet Lotharingiæ inferioris. Aliter rem narrat Hermannus, nempe Gozelonem, etc. Hermanni sententiam [Sigebertinæ] non immeritò præfert Miræns: cum constet, Fridericum Ducem, qui Gozelino Ignavo post quatuor annos successit, Antverpiæ, Trudonopoli, adeoque in Lotharingia inferiori dominatum fuisse. *Mabillon. ad an. 1044.*

(e) Sic passim Henricus Rex in publicis illius temporis instrumentis invictissimus dicitur. Hic in inentem recurrit id quod legit Mabillonius in quodam Carmine hand vulgato Baldrici Abbatis, qui de Henrico Rege et de vino Aurelianensi mentionem injicit his versibus;

*Bacchica non similes generat Præneste racemos;
Immo nec ille locus, qui dicitur Area-Bacchi,
Urbi vicinus quam dicunt Aurelianam;
Talia vina bibit, nec talia vina refundi t,
Quæ Rex Henricus semper sibi vina ferebat
Semper ut in bellis animosior iret et esset.*

Area-Bacchi [Rebrechien] villa est vino albo celebris prope urbem Aurelianorum, infra quam Baldricus natus erat in oppido Magduno [Meun].

post bellum quo captus est Theobaldus Comes Palatinus. *Ex Litt. apud Mabill. Tom. IV Annal. Bened. pag. 467.*

Anno Dom. MXLVI. Rex Henricus Gratianum Papam convictum, baculo pastorali privavit. Deindè omnium tam Romanorum quàm aliorum consensu, Suidegerum... niniùm reluctantem elegit. *Ex Chron. Herm. Contr.* Anno ab Incarn. D. N. J. C. MXLVI, æra MLXXXIV, Indict. XV, XVII Kal. Dec. anno XVI quo post decessum venerabilis memoriæ Roberti Regis Fr. suscepit regni gubernacula filius ejus Henricus, factus est conventus Episcoporum in Cœnobio S. M. perpetuæ Virginis, territorio Arulensi, ad dedicationem Basilicæ ipsius Dei-genitricis, simulque Principum patriæ [Willelmi Com. Palliar. et Stephanie Com. ejus uxoris, Raimundi Guifredi Com. Ceritanie, Gauzfredi Com. Ruscinonensis, Adalaidis Comitissæ, Pontii Abb. S. Genesisii, Petri Abb. Rodensis, etc.] ac reliquorum fidelium utriusque B sexûs, ætatis et ordinis. Actum est autem hoc instinctu et ordinatione Domini Wifredi sanctæ primæ sedis Narbon. Archiepiscopi, et Domni Berengarii Pontificis Elenensis ad cujus diocesim pertinet ipse locus, qui eandem Ecclesiam dedicavit. *Ex appendice Marc. Hispan. col. 1089.* Secundùm desiderium cordis sui defuncta [Hildegardis Comitissa Andeg. mater Gaufridi Martelli, Jerosolymis] propè loca Dominicæ sepulturæ sepulta (a). *Ex Instrum. apud Mabill. Tom. IV. Annal. Bened. pag. 467 et 477* Instinctu Godefridi, etc... Theoderico Met. etc. *Ex prima edit. Sigeb.*

Anno Dom. MXLVII. Henricus Rex et conjux ejus Agnes Regina die Natali Dom. imperiali benedictione sublimantur. Imperatrix verò inde revertens, apud Ravennam genuit filiam. *Ex Annal. Saxon.* Wilhelmus Argentin. Episcopus obiit; cui Hetzel successit. *Ex Fragm. Hist. apud Urstitium.* Conanus C puer à custodia patrui sui Redonensis elabitur. *Ex Chron. Ruyensi.* Adelbero III Episcopus Metensis. Viridunum succenditur à Duce Godefrido Barbato. *Ex Chron. brevi S. Vincenti Met.* Goffridus Com. Andegav. et Agnes Comitissa (b) locum S. Mariæ Sancton. Cœnobii Monachus fundaverunt. *Ex confirmatione Leonis IX. inter Instrum. novæ Gall. Christ. Tom. II col. 481.* Abbatiam S. Palladii dimisit spontè Guillelmus Vicecomes Comiti Goffrido ad construendum Cœnobium Monacharum in honore S. Mariæ. *Ex Charta ibid. col. 482.* Nix tanta in occid. etc... Godefridus palatium Neomag. etc. *Ex prima edit. Sigeb.*

Anno Dom. MXLVIII. Bruno Leucorum Episcopus, qui vocatur Leo, Romanæ Ecclesiæ CLV præsidet. Hic cùm ad capessendam sedem Apost. Romam tenderet, audivit voces Angelorum canentium: *Dicit Dominus: Ego cogito D etc.* Hic de multis Sanctis cantus composuit, et multa fecit et scripsit Ecclesiæ utilia... Viri religiosi, etc... Albertus etc. *Ex Chron. Sigeb.* Bruno qui et Leo... Hic Conradi Imp. consobrinus fuit, oriundus de Alsatia, ex castello quod dicitur Engenesheim; qui cùm ad capessendam, etc... Quodam An. 1049. tempore idem Papa in Cœnobio Virginum, quod nominatur Andela in Alsatia, corpus Sanctæ Richardis Imp. elevavit. *Ex Annal. Saxon.* Indict. 1 obiit * Isarnus domnus Abba Isaurus * *Ex Chron. S. Victoris Massil.* Carrof. dedicatio XVI Kal. Jul. *Ex Kalendario S. Sergii Andeg.* In celebri solemnitate consecrationis Ecclesiæ [Angeriac.], ad quam totius Aquitanie multitudo maxima convenerat [et Agnes Comitissa cum filiis suis Willelmo Pictav. Comite, qui cognominatus est Aigret, et Guidone fratre ejus], cum scilicet caput Ecclesiæ dedicatum (c) est. *Ex Instrum. apud Beslium pag. 418.* E

Anno Dom. MXLIX. Domnus Leo Papa ordinatus est, Indict. II. *Ex Chron. Casaur. seu Piscar. apud Acherium.* Redonenses Conanum recipiunt. *Ex Chron. Ruyensi.* Leo Papa Ecclesiam S. Remigii Remis dedicavit. *Ex Instrum. apud Mabill. Tom. IV Annal. Bened. pag. 508.*

Anno Dom. ML. Dominus Papa Synodum Romæ post Pascha collegit, in quâ hæresim Beringerianam, nuper ad Apostolicam sedem delatam,

(a) Fallitur Chronographus S. Maxentii, qui eam in Monasterio S. Nicolai ad Fulconem maritum sepultam fuisse tradit. *Mabill.*

(b) Conditores hi in litteris suis an. 1047 donant in insula, cui *Olarion* [Oleron] nomen est, quamque famosissima soli fertilitas et amœnitatis commoditas

nobilitat, Ecclesiam S. Dionysii.

(c) In Chron. Malliac. dedicatio Angeriac. sub anno 1050 ponitur, sed indefinitè facta dicitur his diebus ab Auctore non admodum accurato. *Mabill.*

A damnavit. Item in autumnno Synodum Vercellis collegit, in qua eandem hæresim anathematizavit. Quo tempore Agnes Imp. filium Imperatori peperit. *Ex Chron. Hermanni Contr. apud Urstium.* Ad limina BB. Mart. Crispini et Crispiniani in territorio Suession. rotifer (a) pervenit (de morte Garnerii seu Warnerii Præpositi S. Stephani Divion.) *Ex titulo Monasterii SS. Crispini et Crisp. apud Mabill. Tom. IV. Ann. Ben. pag. 517.*

Anno Dom. MLI. Francia turbatur per Berengarium... Inter quos dominus Abbas de eruce S. Leufredi contra eum de corpore et sanguine Christi elegantem edidit Librum. Lanfrancus etiam vir sanctitate et scientiâ eximius, Prior Monasterii Bec. postmodum verò ex Abbate Cadom. Archiepiscopus Cantuar. contra errorem illius per Dialogum disputavit. *Ex Chron. Sigeb. Charta conventionis inter Canonicos Rem. ac Noviom. de tertia parte villæ B quæ dicitur Bidricus, pro libris III nummorum Vermand. consensu Widonis Archiep. et Balduini Noviom. Episc. Actum anno Incarn. Dom. MLI, Indict. III, regnante Henrico Rege anno XXIII, Archiepiscopatus D. Widonis anno XVIII, Balduini Episc. Noviom. anno VIII. Apud Labb. Tom. I Mss. pag. 364.* Synodus generalis habita est apud Moguntiam, præsidente domno Apostolico Leone et Imperatore Henrico... In eo Concilio quidam Spirensis Episcopus Sibico, cui erimen adulterii impingebatur, examinatione (b) sacrificii purgatus est... Nefanda Sacerdotum conjugia, olographâ Synodi manu perpetuò damnata sunt. *Ex Annal. Saxon. Coloniae Henricus filius (c) ab Archiep. Herimanno baptizatur. Ex Hermanni Contr. Chronico.*

Anno Dom. MLII. Herimannus Contractus (d) obiit... Papa veniens Ratisponam, reliquias B. Dionysii Mart. de quibus diu dubitatum an ibi haberentur, præsentibus Parisiorum Legatis perspexit, ibique haberi (e) probavit. *Ex Annal. Saxon.*

Anno Dom. MLIII. Leo Apostolicus et Henricus Imp. Wormatiæ Natale (f) Domini celebrabant: ubi Papa Missarum solemniam in sancta die, ut oportuit, celebrans, sequenti die Liuppoldum Mogunt. Archiepiscopum, ut potè in sua diocesi, huic subrogavit officio: qui peracta processione, et ubi ad hoc ventum est, dicta oratione, postquam se in sua sede locavit, quidam ex Diaconibus suis Humbertus, sicut multi ob illius festi venerationem solent, Lectionem decantavit: quod quidam ex Romanis Papæ assistentibus vituperantes, et contra Papam, quia Romano more non ageretur, objurgantes, persuaserunt ut ad eum mitteret, decantationem interdiceret: quòd eum ille juvenum more contemneret, item* mittendo Papa interdixit; qui eadem vocis sonoritate quâ prius cantavit, decenter lectionem usque ad finem perduxit: quâ finitâ, Papa illum ad se vocavit, et quasi pro inobedienciâ contumaciâ degradavit. Archiepiscopus verò misit ad illum, ut suum sibi redderet Ministrum: quod ubi Apostolicus abnuit, Pontifex, ut erat antiquæ disciplinæ, licet ægrè, patienter tamen interim tacendo sustinuit. Perlecto autem Evangelio, et decantato offertorio, ubi sancti Sacrificii tempus advenit, Pontifex in sua sede resedit, verè contestans nec se nec alium quemquam completurum illud officium, nisi reciperet suæ processions Ministrum. Quod ubi Apostolicus intellexit, Pontifici cessit, reindutumque Ministrum continuò remisit: quo recepto, debito se Præsul injunxit officio. Qua in re et Pontificis auctoritas, et Apostolici consideranda est humilitas, dum et ille officii sui dignitatem (g) defendere studuit, et iste, licet majoris dignitatis, Metropolitano

* iterum

(a) Rotlifer sen Rotliger erat, is qui rotulum seu indicem mortuorum ad Ecclesias suffragiorum societate conjunctas deferebat. *Mabill.*

(b) *Terrifico sacramento Domini corporis se purgare voluit; sed maxilla ejus paralyti contorta remansit, ut refert ex Wiberto Mabillonius ad annum 1049.*

(c) Lambertus Schaf. nativitatem Henrici Imper. cum hoc anno illigat; sed major fides hac in re Hermanno, qui eandem in præcedentem confert. Retinendus tamen dies natalis, nempe *IV Idus Novemb.* à Lamberto notatus, et ab Hermanno prætermisus. *Pagius.*

(d) Seriùs contigit mors Hermanni, ut aliundè patet. Canisiana Hermanni editio Pistorianæ præ-

tat.

(e) Controversiam quidem, hoc anno Germanos inter et Gallos exortam de corpore S. Dionysii, sic fuisse direptam Chronographus Saxo didicit ex Leonis IX litteris: sed hæc, ut alibi ostendimus, aut à Ratisponensibus S. Emerammi Monachis confictæ sunt; aut, si à laudato Papa reapse sunt scriptæ, erroribus cum scateant, certè nullatenus fide sunt dignæ.

(f) Cùm Annalista annum à Christi natali exordiat, illud Natale secundum nostrum calculum ad superiorem annum pertinet. Idem dicendum de Hermanno Contr. et aliis.

(g) Insigne hic Libertatis Gallicanæ notandum est sedulò exemplum.

tamen in sua diocesi cedendum perpendit. Post hæc Apostolicus Romam rediit . . . Nortmanni barbarâ linguâ quasi homines septentrionales dicti sunt ^A
 * ante eò quòd primùm ab illa mundi parte venerint. Hi autem * annos ferè CLXVI, Duce quodam Rollone nomine, à Scithia inferiori, quæ est sub Asia, à flumine Tanai ad aquilonem egressi, atque per Oceanum vecti, cum sæpenumerò antè tam Germaniam quàm Galliam more piratico per eadem Oceani littora excurrentes infestassent, tandem Karolo, qui (a) Simplex dictus est, Francis imperante egressi, Galliam qua in parte Britanniam respicit pervaserunt, civitatemque in ea Rothomagum occupantes, usque in hanc diem Nortmanniam de suo nomine vocaverunt: ubi postquàm confirmati sunt, etiam ultrà manus extendere conati sunt. Nam Richardus (b) Comes Nortm. dimissâ Cnud Regis Danorum sorore, propter metum Danorum exulans, à patria Jerosolymam profectus est; ibique defunctus est. Reliquit autem in Normannia filium nomine Rodbertum; cujus filius fuit Willehelmus, quem Franci Bastardum vocant; qui post Angliam subjugavit. Hujus Richardi socii XL revertentes, in Apulia remansisse narrantur. Ex illo tempore Normanni possederunt Apuliam (c), et procedente tempore Calabriam Siciliamque occupaverunt. Contra hos igitur, etc. . . Goslariæ Hæretici (d) per Godefridum Ducem deprehensi, suspensi sunt. *Ex Annalista Saxon.* Post Stephani Episc. finem Petrus nepos ejus successit ei in locum regiminis Aniciensis Ecclesiæ B. M. vir probus et satis strenuus secundum sæculi dignitatem; qui ordinatus Episcopus, multa prælia gessit cum civibus necnon vicinis omnibus; quibus ad ultimum devictis atque superatis, Jerosolymam adiit. Idem reversus ad Cœnobium Voltæ, regnante Henrico Fr. Rege, cum avunculo suo requiescit in pace. *Ex Chron. Monasterii S. Petri Anic. inter probat. Hist. Occit. pag. 7 Tom. II.* Post obitum Stephani Sanctæ Aniciensis atque Vallavensis Ecclesiæ Pontificis, facta est dissentio pro eligendo Episcopo inter Clericos ejusdem Ecclesiæ, et Heinricum Regem Fr. Roberti filium; qui electionem eorum dixit se confirmare, sed mentitus est non regalia sequens statuta. Nos autem Sanctæ Anic. atque Vallav. Ecclesiæ cœtus communi consilio atque voto, Clerus, populus atque militia elegimus virum nobiliter natum, nobilius educatum, Petrum Ecclesiæ nostræ Præpositum, quem cum in præsentiam dicti Regis Fr. duxissemus consecrandum, Rex ille postposita autoritate canonum, neglecto clamore qui aderant in præsentia Pontificum, atque decretis et privilegiis Rom. Pontificum simul et præceptis prædecessorum suorum, per nefas contra omnem justitiam omnemque veritatem, interveniente pecunia, et Tolosano Comite quem instigabat uxor sua, dedit Aniciensem Episcopatum, non ut debuit, sed ut potuit, cuidam Bertranno Mimatensis Ecclesiæ Archidiacono, qui et ordinem presbyteralem pretio distraxit, et Pontificalem gratiam, donum videlicet Spiritûs Sancti, pecuniâ emit . . . Nos verò talia respondentes, ut debuimus, quantociùs reversi sumus, et ad summum Pontificem Romanæ sedis, ut potè pro tanto discrimine, Hugonem Archiepiscopum Bisuntinum, et Sedunensem Aymonem et Artaldum Episc. Gratianopolitanum, cum consilio Viennensis Ecclesiæ Archiepiscopi Leodegarii Ecclesiæ nostræ Canonici atque nutriti, super his consulendum transmisimus; qui precibus nostris annuens, et more prædecessorum suorum nostra privilegia confirmans, nos electumque nostrum præsentiam suam adesse præcepit. Factum est autem ad voluntatem nostram, et anno Incarn. Dom. MLIII, Indict. VI, Epact. XXVIII, III Idus Martii, Luna XVIII, feriâ VI, apud Ravennam Romanum adivimus Papam, qui præsul summus domnus Leo VIII, etc. *Ex electione Petri Merc. ibid. col. 220.* Monasterium S. Martialis (e) igne crematum ^E

(a) *Je lui [à Rou s'il veut se faire Chrétien et homme du Roy] donray,* inquit Carolus Simplex in Ms. Historia Form. Gallicè scriptâ, *Gille ma fille à femme et espouse, et la terre marine, c'est-à-dire, depuis la riviere d'Andelle jusques à la mer et jusques à Commoles le Mont-S. Michiel, et oultre et par delà; car illec commence Brétagne.*

(b) Vera forsàn hîc falsis miscet Chronographus; ita ut ex hujus verbis haud immeritò fortè colligi possit, Normannos illos, qui primi armis in Italia claruerunt, fuisse socios non Richardi II sed Roberti Ducis in itinere Jerosolymitano.

(c) Ex Leooe Ost. cap. 68 lib. 2, Normanni

Apuliâ politi sunt, anno Dom. Nativ. MXLI; quo videlicet anno, ipso die festivitatis S. Benedicti, Paschali sabbati dies occurrit. Lupus autem Protospata in Chron. testatur, Normannos primùm anno 1038 in Siciliam venisse. Hic porrò, juxta varios Scriptores, à Græcis gloriæ eorum invidentibus, malè sunt habiti.

(d) Manichæi profectò, quos Synodus Remensis excommunicaverat anno 1049.

(e) MXLIII apud Martenium qui, Tom. III Anecd. col. 1402, edidit breve ad ciclos Pasch. Chronicon Lemovic. habens duntaxat hunc annum, et 1060 ubi desinit.

A est, et totum castrum cum tribus Monachis extinctis : in quo igne libri, cortinae, cartulae terrarum plurimae [perierunt et multa apparatu digna]. *Ex Chron. Lemovic. apud Labb. Tom. I Bibl. Mss. pag. 334.*

Anno Dom. MLIV. Joliannes Fiscamm. Cœnobii Abbas II, vir grandævus . . . mare disposuit transire . . . Proindè II Non. Dec. à prædicto Cœnobio exiit, mare deindè feliciter enavigavit . . . Regem [Edwardum] petiit. *Ex veteri Notitia apud Mabill. Tom. IV Annal. Ben. pag. 547.* Fames magna. Rebellat Godefrid. et Balduinus. Henricus IV filius Heinrici unctus est in Regem Aquisgrani in dedicatione Ecclesiæ. *Ex Chron. Reg. S. Pantaleonis.*] Dedicatione Cormeriac. Ecclesiæ] anno ab Incarn. Dom. MLIV, qui est septimus ordinationis ejusdem [Roberti] II Abb. (a) Archimandritæ annus. *Ex Instrum. apud Mabillon. Tom. IV Annal. Bened. pag. 547.*

B Anno Dom. MLV. Henricus Imp. Italiam cum exercitu petit . . . reverentisque neptem suam Beatricem matrem Maehildis *, quam Gozelo filius Godefridi Ducis uxorem accepit, secum duxit, indignè eam tractans propter quandam ejus insolentiam [propter quasdam insolentias ejus, quibus, etc. *Ex Chron. Reg. S. Pantal.*], quâ mortuo viro suo Bonifacio, vivere consueverat. *Ex Annal. Saxon.* Henricus II, dictus junior, filius Lamberti II, Com. Lovan. cœpit anno MLV, Henrici III anno XVI, Victoris verò Papæ primo; et rexit eundem Comitem annis XIX. Genuit verò Henricum III succedentem Com. Lovan. et Bruxell. et Marchionem Imperii; et tandem à quodam Hermanno (b) suo captivo de nocte in lecto suo occisus. *Ex Chronicis Com. Brab. in Magno Chron. Bel. pag. 125.* Indict. VIII, eodem anno factus est Liber (c) iste. *Ex Chronico S. Vict. Massil.*

* *Al. Mathildæ*

C Anno Dom. MLVI. Sacellum B. Virginis in territorio de Fabregolis castri de Pennis constructum. *Ex Addit. ad Chron. Massil. apud Labb. Tom. I Mss. pag. 339.* Ego Gauffredus Comes pariterque Agnes (d) Comitissa . . . Monasterium à novo fundavimus . . . priùs quidem apud castrum Vindocinum in parochia Carnotensis Episcopii, vivente scilicet adhuc in carne genitore meo, piæ recordationis Fulcone illustrissimo Comite : postmodum verò illo jam terrenis rebus exempto, etiam [Aquariense Monasterium (e)] apud Andegavam civitatem, eò quòd ipsa sit quasi fiducialius atque quietius honoris mei caput . . . perducere ad effectum sateginus anno ab Incarn. Dom. MLVI, Indict. IX. *Ex Charta in Append. Annal. Bened. Tom. IV, pag. 744.* Post obitum Imp. Henrici III Henricus filius ejus IV hujus nominis, regni monarchiam obtinuit : per cujus insolentiam mala in terra multiplicata sunt ; cædibus, rapinis, incendiis, sacrilegiis omnes ferè imperii Rom. provinciæ, sed præcipuè Saxonica tellus fœdata est, etc. Cœpit autem regnare puer quin-

D quennis, eodem anno quo Imperator obiit . . . Sed quia adhuc puerulus erat, domina Agnes Imper. mater ipsius regnum sub sua cura aliquandiu tenuit, ac sapienter et strenuè rexit. Filiam autem ejus Rodolfus Suevus, mox post obitum Imperatoris Romoldo Episc. Constant. commendatam, utrum consilio raptam an dolo nescitur, uxorem duxit. *Ex Annal. Saxon.* Godefridus Dux ad deditionem venit . . . Fames multas regiones afflixit ; egestas et penuria undique prævaluit, multaque mala tunc temporis facta sunt . . . Henricus Imp. filium suum Henricum Romani Pontificis cunctorumque Pontificum et Principum regni electione, Regem constituit . . . Vitam clausit III Non. Octob. *Ex Chron. Reg. S. Pantal.* Henricus IV Imperator. *Ex Chron. brevi S. Vincentii Met.* Paratus [Theodericus Abbas S. Albini Andeg. contra Haimericum

(a) Hic Robertus frater erat illius Bernardi, qui in Andecava civitate studiis Philosophiæ effloruit, quique librum de miraculis S. Fidis Conchensis seu Conchacensis composuit. Dedicatione autem Cormeriac. facta est Idibus Nov. à Bartholomæo Turon. Archiep. anno II ordinationis ejus, nec non ab Eusebio Episc. Andegav. et à Martino Britannorum Episcopo, in frequenti cœtu Abbatum, etc.

(b) Vide annum 1038 suprâ.

(c) Hinc colligitur ætas primi Auctoris Chronici S. Victoris Massil.

(d) Inde patet, Agnetem Com. necdum tunc à Gauffrido Com. repudiatam fuisse, neque subductam ab eo Græciam. Hæc Berlæi II de Mo-

nasteriolo primùm conjux, cum jam Gauffrido nupta esset, apud Monasteriolum quod Berlæi dicitur [Montreuil-Bellay], situm in pago Pietav. ad Toëdum [Toué] annem, sed in Andegav. Comitatu, Cellam erexit in Ecclesia S. Petri, eamque Andegav. S. Nicolai Monasterio subjecit : quod donum manu sua super altare S. Nicolai posuit, assentientibus filiis suis Giraldo atque Reginaldo, et subscribente fratre suo Rainaldo, etc. ut in Epitoma seu brevi Historia S. Nicolai Andeg.

(e) *L'Evriere* ; quod in aliis litteris Gauffridus Com. positum dicit ad australem urbis partem in acclivi colle molliter assurgente ad Meduanæ fluvium, ante portam quæ nominatur Aquaria.

Toarcensium Vicecomitem, cujus fratres Gaufridus et Rodulfus] aut ca- A
 lidi ferri iudicio secundum legem Monachorum, per suum hominem pro-
 bare ; aut scuto et baculo, secundum legem saecularium, defendere . . . Ob-
 tulit Abbas hominem S. Albini, qui et sacramento fidem faceret, et sacra-
 mento fidem brachio (a) daret . . . Facta sunt haec apud Toarcium in curia
 Vicecomitis Haimerici. *Ex Instrum. ap. Mabil. T. V. Ann. Bened. p. 412 et 564.*

Anno Dom. MLVII. Guerra [Vindocin.] quae inter Comitem Gaufridum
 Comitemque Tetbaldum diu duravit. *Ex Charta Vindocin. Archiv.* Obiit Gur-
 losius venerabilis Abbas. *Ex Chron. Britann.* Conanus Comes Eudonem pa-
 truum suum in bello cepit. *Ex Chron. Ruyensi.* Illustris et potens domina Lesce-
 lina, quondam S. Petri supra Divam Comitissa, hujusce Monasterii fundatrix
 devotissima (b) obiit. *Ex Epitaphio Lescelinae Willelmi Augensis conjugis apud Ma- B*
bill. Tom. IV Annal. Bened. pag. 575. Kal. Dec. obiit dominus Abbas [Montis
 S. Quintini] Walerannus hujus Ecclesiae sapientissimus ordinator, et à funda-
 mentis aedificator. Ordinatus est MXL Chr. anno, V Id. Febr. qui dum Ro-
 manam peteret, obiit . . . anno praelationis suae XVIII. *Ex Necrolog. apud Mabil-
 lon. Tom. 4 Annal. Bened. pag. 576.*

Anno Dom. MLVIII. Alanus Comes Cornugalliae moritur. *Ex Chron. Ruyen-
 si.* Super altare S. Trinitatis [Vindocin. donum Archimbaldus] portavit . . .
 domno Odrico Abbate . . . Fecit hanc ipsam donationem [masurae proximae
 rivo aquae, quae vulgò Coturnosa vocatur] jam dictus Archimbaldus [Praepo-
 situs Vindocin.] in curia Fulconis Vindocin. Comitis, in Gallis regnante
 Heinrico, Roberti Regis filio, anno regni sui XXVII, et Gaufrido Fulconis
 filio Andegavensibus praesidente, Guillelmo etiam Pictavorum Comite novi-
 ter defuncto, fratreque suo Guidone jam in Comitatu sublimato. *Ex Instrum. C*
apud Mabil. Tom. IV Annal. Bened. pag. 582. Comes Pictavis Guido, pri-
 mum tunc temporis dictus Gaufridus, et ejus mater Comitissa Agnes dede-
 runt S. Trinitati quidquid juris vel consuetudinis habebant in terra Avalliae :
 unde testes sunt Gaufridus de Leziaco, etc. *Ex veteri Notitia ibid.* Emma
 [Cenoman. Vicecomitissa, Radulfi Vicecom. conjux] pridie Idus Sept.
 obiit. *Ex vet. Cod. Sergiano ibid. pag. 582.* Fredericus filius Gothelonis, etc.
Ex prima Edit. Sigeberti. Philippus regnavit. *Ex Chron. Mss. Cluniac.*

* Dux

Anno Dom. MLIX. Iratus Rex * Guillelmus contra Lanfrancum, eum
 alienavit à sua curia, cujus Consiliarius extiterat ; quia contradicebat nuptias
 filiae Comitis Flandriae, quam ipse sibi Dux copulaverat matrimonio (c) ; quia
 proximitate carnis et consanguinitate jungebatur. Unde autoritate Romani
 Pontificis, tota Neustria supposita erat interdicto. Quapropter Lanfrancus Ro- D
 mam adiit, quamvis iturus esset occasione cujusdam haeretici Berengarii ; et
 tunc praesidebat Leo VIII * : et etiam ut ageret pro Duce Normannorum et
 uxore ejus. Igitur locutus est cum Papa Nicolao (d), et ostendit quod ejus
 sententia, videlicet interdictum, eos tantum gravabat, qui nec conjunxerant
 nec eos separare poterant : nam Dux puellam quam acceperat, nullo pacto
 dimittere volebat. Hoc autem audiens, et verum esse advertens Summus Pon-
 tifex, dispensatione habita conjugium concessit ; eo tamen modo, quatenus
 Dux et uxor ejus duo Monasteria construerent, in quibus singulas congrega-
 tiones virorum ac mulierum coadunarent . . . Paruit Dux Apostolicae dis-
 pensationi ; et aedificaverunt duo Monasteria in praedio, quod antiquitus Cad-
 domum nuncupabatur ; Dux, unum Monachorum in honorem S. Stephani ; et

* Nicolaus II

(a) Aliud insolitum inter Monachos duelli exemplum nobis suppeditant Vindocin. Tabula occasione controversiae quae inter Vindocinenses et Majoris-Monasterii Monachos pro decima parochiae de Prosto agitata est in curia Comitum nunc capti, ubi Agnes Comitissa et Wulgrinus, fortè S. Sergii Abbas, vices Comitis gerens, et Barones rem duello dirimendam censere. Ob id Majoris-monasterii Monachi hominem conducere in negotiis ejusmodi omnibus venalem, quem Vindocinenses recusarunt, alium qui legalis esset adduci postulantes, qualem ipsi offerebant. Ita iudicibus visum est : at in pro-
 cinctu certaminis Majoris-monasterii Monachi, infecto duello, juri suo cessere. *Mabillon.*

(b) An hic reponendus sit annus 1058, aliis

examinandum relinquit Mabillonius.

(c) Agebatur de hoc matrimonio jam ab anno 1049, tempore scilicet Concilii Rem. sub Leone IX ; in quo interdictum est Balduino Com. Fland. ne filiam suam Willelmo Normanno nuptui daret et Willelmo, ne eam acciperet. Vicit tamen Willelmi pertinacia, ob quam ejus Ducatus à Nicolao II suppositus fuit interdicto. *Mabillon.*

(d) Istius matrimonii causam missus Romanam Lanfrancus, interfuit Concilio Rom. quod anno 1059 in causa Berengarii habitum est. De more tunc singulis annis Romae celebrabatur Synodus ; cujus nulla mentio saepius apud Auctores, nisi fortè in ea fuerit actum de rebus, de quibus agunt.

A uxor ejus, alterum Sanctimonialium in honorem S. Trinitatis; et post triennii completionem solâ necdum completâ Basilicâ, Lanfrancus coepti operis institutor, tam Ducis Normanniæ quàm primatum supplicatione, Cœnobio Cadomensi, quod Dux hortatu Papæ ædificaverat, Abbas præficitur; in quod plures de Becco secum duxit, qui paulò post ad dignitates sunt promoti. *Ex Chron. Becc. Indict. XI, Kal. Maii, præsidente domno venerabili Papa Nicolao, anno I. Pontificatûs sui, cum Cardinalibus suis, Episcopis, etc. . . Hildebrandus [in Concilio Rom. (a)] ait... « Nonnulli ex Clericali ordine » jam dudum in hac Romana urbe et in provinciis atque parochiis eidem specialius pertinentibus seu cohærentibus, noscuntur communem vitam exemplo primitivæ Ecclesiæ amplexi simul et professi, in tantum quòd nihil sibi » reservassent proprii, etc. . . Professio illa (b) si confirmanda est, auctorita-*

B » te vestra confirmetur, vel si corrigenda, vestro judicio corrigatur ». *Ex Codice Rom. apud Mabill. Tom. IV Annal. Bened. pag. 585. Finitum est intestinum bellum, quod inter Heinricum Regem et Willelmum Comitem diu duraverat. Ex Notitia apud eumd. ibid. pag. 592. Francorum Rex Henricus auctoramento firmavit [restitutionem à Gaufrido Com. Andegav. factam Majori-Monasterio,] eo videlicet anno quo filium suum fecit Regem ordinari Philippum, paucis ante illam ordinationem diebus, quando obsidebat castrum Teodemerense * nuncupatum, in pago Carnot. noviter à quodam Guazone (c)*

C lippi quoque ejus filii anno ætatis X (e) ab Incarn. Dom. MLVIII, Indict. XIII. S. gloriosi Fr. Regis Henrici. S. Elinandi Episc. [Laudun.] S. Henrici Abb. [S. Vincentii Laudun.] S. Reineri Abb. [Humoliar.] *Ex Instrum. ibid. pag. 592. In pago Bracatensi, etc. Ex prima edit Sigeb.*

* M. Tedi-
narum

Anno Dom. MLX. Mortuus est Henricus Rex Franciæ. *Ex Charta apud Mabill. Tom. IV Annal. Bened. pag. 592. Gaufridus Comes Andegavorum moritur. Ex Chron. Ruyensi. XI. Kal. Maii, idem (f) Monasterium S. Martialis igne crematum est in feria VI, et castrum intus et foris. Ex Chron. Lemovic. apud Labb. Tom. I Bibl. Mss. pag. 334.*

*Idibus octonis domus * ista dicata Decembris,
Gaudet Pontifices hos convenisse celebres.
Auxius Austindum, Lactora dedit Raymundum;
Convena Guillelmum, direxit Aginma Wilelmum;
Jussit et Heracleum non deesse Beorra benignum;
Elloreus Stephanum concessit, et Adura Petrum,
Te, Duranne, tuum nostrumque Tolosa patronum.
Respuitur Fulco Simonis dans jura Cadurco.
Myriades (g) lustris apponens tres duodenis, etc.*

* Basilica
Moisiac.

D *Ex veteri inscriptione apud Catellum pag. 865. [Pontius Abbas Simorr. et Raimundus-Arnaldi Dantin] fecerunt judicium Dei, in quo Raimundus-Arnaldi victus fuit. . . regnante Sancio Com. [Astaracensi.] Ex Instrum. apud Mabill. Tom. IV. Annal. Bened. pag. 601. [VI Kal. Jul.] obiit domnus*

E *Walerannus Abbas hujus loci, ex Comite conversus. Ex Necrolog. S. Vitoni Viridun.*

(a) Ibi maximè improbata fuit regula Canonicarum, quarum sæcularium recentius institutum numquam à sede Apost. approbatum est.

(b) Ante Ivonem in Gallia, inquit Mabillonius, tam nova censebatur hæc Canonicorum Regul. institutio, ut ejus primus auctor, saltem in Gallia, censeatur in primariis Quintiniana apud Bellovacos Abbatia Statutis. Sanè non multum ante hoc tempus Augustinianos illos Canonicos exstitisse disertè probat Abaëlardus in Epist. ad Canonicos Reg. qui noviter appellati et noviter exorti ab eo dicuntur.

(c) Guazo iste, pater Odonis, bellum cum Alberto nobilissimo viro habuisse dicitur in quadam Charta S. Petri Carnot.

(d) Francorum igitur Reges subditorum suorum instrumentis nonnumquam sigilla sua apponebant.

(e) Pater meus, inquit Philippus Rex in Diplom. an. 1095, bonæ memoriæ Heinricus Rex anno ætatis meæ X liberam [Noviantum seu Nonjandumvillam] faciens, etc.

(f) Apud Marten. iterum.

(g) Catellus hoc loco trium myriadum nomine annum millesimum vult intelligi, et per duodena lustra annum sexagesimum; qui calculus anno 1060 respondet. Petrus de Marca et Gallia Christ. Auctores id ad triennium, id est ad annum 1063, differunt.

Anno Dom. MLXI. Indict. XIV, obiit domnus Abba Petrus. *Ex Chron. S. A. Victoris Massil.* Marianus Chronographus claret; qui à Scotia in Gallias veniens, Colonix factus Monachus, primò apud Fuldam, postea apud Maguntiam reclusus est. *Ex Chron. Sigeb.*

Anno Dom. MLXII. Ego Rogerius et frater meus Raymundus Batallia, donatores sumus, vobis Rengardis Comitissa, et filio suo Rogerio Comiti [Carcasson.] medietatem de illo castro quem vocant Proliano, et duas partes de illo castro quem vocant Mirapixo * per alaudem... Facta carta donationis X Kal. Febr. Lunâ XXIX, anno II regni Philippi Regis. *Ex Instrum. inter Probat. Tom. II Occit. col. 241.* Herbertus Cenomanensium Comes, et frater uterini Conani Ducis, moritur. *Ex Chron. Ruyensi.* Anno Episc. Colon. consilio primorum regni indignè ferentium per Agnetem matrem Imperatoris Henrici non viriliter gubernari, puerum violenter et industriè captum sub tutela sua accepit, et Imperii regimen à matre ejus amovit (a): et de hac re coram cunctis ratione reddita, gratiam Domini sui Imperatoris recepit, et per ipsum filium ad gratiam matris ejus rediit. At Imperatrix necessitatem vertens in voluntatem, ut obstrueret os loquentium de se iniqua, non solum honore regni, sed etiam honore sæculi rejecto, Romæ ad limina Apostolorum se contulit, ibique usque ad finem vitæ omnibus bonis exemplo et miraculo fuit. Hoc tempore claruit Lanfrancus, Prior Monasterii Beccensis; ad cujus eximiam doctrinam de Burgundia convolavit Anselmus, vir postmodum multa virtute et sapientiâ adornatus; et ei in Prioratu successit sub viro egregio Herluino Abbate primo, qui ipsum Monasterium Beccense de proprio fundavit suo. *Ex Chron. Sigeb.* Rex puer machinatione quorundam Principum... à matre Imper. substrahitur. *Ex Annal. Saxon.*

Anno Dom. MLXII. Agnes Imper. sacrum velamen accepit. *Ex Annal. Saxon.* Exercitus (b) multus à Galliis in Hispanias ad debellandos Sarracenos proficiscitur; sed omni regione à Sarracenis vastatâ, urgente fame, inefficax revertitur. *Ex Chron. Sigeb.* Willermus potentissimus Dux Norm. qui postea Angliam acquisivit, cœpit ædificare Ecclesiam juxta Ermentrudis-villam propè Rothomagum, Sequanâ inter utrumque fluente, super terram et hæreditatem Monasterii Becc. in campis inter Chevilleium * et Ermentrudis-villam... quæ quidem Ecclesia vocata fuit Ecclesia B. M. de Prato *; et ibi constituti fuerunt Monachi de Monasterio Becci. *Ex Chron. Becc. III Kal. Sept. combustio Lemovicensis civitatis, in qua obierunt CXX homines. Ex Chron. Lemovic.* Robertus obiit. *Ex Catalogo Abbatum Fontanell.* Hoc anno finitur magnus ciclus annorum DXXXII, continens ciclos decemnovenales XXVIII, sed in hoc reprehensibile videtur quòd, etc. *Ex Chron. Sigeb.*

An. 1065 Anno Dom. MLXIV. Albertus Abbas [Majoris-Monasterii] beatum sortitus est (c) finem... Jam præsidere cœperat domnus Abba Bartholomæus mense Jan. VII Kal. Febr. *Ex Charta apud Mabillon. Tom. IV Annal. Bened. pag. 658.* Ciclus magnus annorum DXXXII, bis à nativitate Christi exactus, tertio incipit. Godefridus Rex Ang. obit, eique Araldus succedit. *Ex prima edit. Sigeb.* Indict. II, obiit domnus Abba Durandus. *Ex Chron. S. Victoris Massil.* Dedicatio Ecclesiæ [minoris] Cluniac. *Ex Fragm. apud Mabill. Tom. IV Annal. Bened. pag. 661.*

Anno Dom. MLXV. Landricus Abbas [pridiè idus Martii obiit.] *Ex Necrolog. S. Petri Carnut.* Multi usque ad VII milia orandi voto Jherosolymam petentes ab Arabitis in parasceve, in quodam castello obsessi sunt; et tot occisi aut vulnerati, ut de septem et eò amplius milibus vix duo milia reversi sunt. *Ex Chron. Sigeb.* Ego Willelmus et frater meus Petrus, et filii nostri

(a) Cùm puer ætate quidem, sed non sapientiâ proficeret, matrisque monita regio fastu tumidus jam audiret, Anno Colon. Archiep. eum matri violenter eripuit. *Ex Annal. Saxon.*

(b) De hac expeditione sine dubio intelligenda est Charta Dervensis Monasterii, quâ Hugo quidam, liberis parentibus progenitus, ipso tempore quo exercitus Francorum ad obtinendas Hispanias proficisceretur, Brunoni Abbati alodium suum apud Viridiolas in convadium seu pignus dedit. Id et eclipsim lunæ Chronographus Malleac. refert ad an. 1062: sed cùm hoc anno

Kal. Aug. nulla eclipsis lunaris visa fuerit, imò nec ulla esse potuerit; plenilunium enim die 26 Julii contigit; Chronographus Malleac. de vera eclipsi lunæ intelligi non potest, vel in anno rei gestæ fallitur. Scriptores Hispan. expeditionem Gallorum anno circiter 1077 accidisse volunt. Porro iidem populi iterum anno 1085 in Mauros Hispan. profecti sunt.

(c) XIII Kal. Jun. ex Necrologiis S. Germani à Pratis, et anno MLXIV ex brevi Chronico apud Labbeum Tom. I Mss. pag. 288.

A Raymundus et Isarnus et Guilbertus et Bernardus et Petrus et Hugo, cedimus et donamus S. Salvatori de Conchas et S. Fidi et Abbati Odolrico (a) Ecclesiam quæ vocatur Afragnio sive Vauro * . . . in honore S. Christophori . . . in pago Tolosano . . . cum consilio Willelmi Comitis et Duranti Episc. Tolos. *Ex Instrum. inter probat. Hist. Occit. Tom. II col. 249.*

* Lavour

Anno Dom. MLXVI. S. Edwardus obiit. *Ex Chron. Ms. Chuniac.* Cometa apparuit. Obiit Conanus Dux Britanniae, filius Alani. Normanni Angliam ceperunt. *Ex Chron. Britann.* Conanus Dux post diuturnum bellum cum Hoëllo Comite pacificat. *Ex Chron. Ruyensi.* Cometa per totum orbem diu apparuit. Eodem anno Anglia per Wilhelmum Bastardum, etc. *Ex Chron. Reg. S. Pantal.*

B Anno Dom. MLXVII. Adela Abbatissa Conani Ducis amita, moritur. *Ex Chron. Ruyensi.* Castrum Virsionis (b) incensum. *Ex brevi Chron. Virsion. apud Labb. Tom. II Mss. pag. 737.* Litteræ de conventionem quam habuit Gacelinus Advocatus de villa S. M. quæ dicitur Viriacum, cum Odone Decano, Rodulfo Præposito et aliis Canonicis B. M. Hujus conventionis testes affuerunt Clerici, Effredus Decanus S. Quintini, Vivianus Præpositus, Rogerus Cancellarius; Laici, Robertus de Perona, Godefridus, Arnulfus, Albericus de Cociaco. Actum anno Incarn. Dom. MLXVII, regnante Philippo Rege anno VII. *Ex Cartulario Ecclesie Paris.* Actum [Instrumentum foundationis Cellæ SS. Cosmæ et Damiani prope Mellentum ab Hugone Com. Mell. pro salute animæ suæ, Adelidis conjugis suæ, Galeranni Comitis patris sui et Odæ genitricis suæ] publicè Columbibus, dum commune bellum ibidem ageretur à Roberto Carnot. Præsule cum castro Novigento, anno Verbi incarn. MLXVII, C Indict. V, regnante Philippo Rege anno regni ejus IX. *Ex Charta Tom. VI Annal. Bened. pag. 608.* Henricus Rex Bertham filiam Ottonis Marchionis de Italia et Adelheidis accepit in uxorem, nuptias celebrans Triburiæ. *Ex Annal. Saxon. et ex Chron. Reg. S. Pantal.* Obiit S. Theobaldus, etc. *Ex prima edit. Sigeb.*

Anno Dom. MLXVIII. Henricus Rex adolescentiæ usus libertate, Saxoniæ solam ex omni Rom. Imperio cœpit incolere, Principes despiciere, venatui, lusibus, et hujusmodi exercitiis plus quàm justitiis faciendis operam dare; filias illustrium quibuslibet obscure natis conjungere; privata præsidia, nimirum potentibus regni non satis credens, instituere. Præscriptis discordiæ seminariis contigit, Regi quàm plurimos insidiatores tam vitæ quàm regni succrescere. *Ex Annal. Saxon.*

D Anno Dom. MLXIX. Ego Rodulfus divinâ clementiâ Ambian. (c) Comes . . . Visum Episcopo Guidoni utillum, potestatem quam Vicecomes in terris Fratrum [S. M. Ambian.] exercebant, relaxare . . . Concessi quidquid hujusmodi ad Conteiense * castellum pertinens ego et milites totius Conteiensis honoris ubique terrarum seu villarum illorum obtinebamus . . . Simon filius meus et Gualterus Gualteri Tyrelli natus probaverunt . . . Hæc autem cartulâ, meâ manu atque uxoris meæ Annæ, necnon Simonis filii mei, et antedicti Gualteri, super altare B. M. impositâ, Guido Præsul anathematizavit omnes qui, etc . . . [Subscriperunt] Radulphus Comes, Anna uxor (d) ejus, Gualterus Gualteri (e) Tyrelli filius, Simon Comitis filius . . . Drogo Bovensis, Robertus ejus filius, Oilardus miles ipsius, Infridus * Incrensis, Gamelo, Hugo, Robertus sui milites, Drogo Turrensis, Adelelmus filius

* Conty

* d'Encre

(a) Regnante Henrico Rege Fr. magnifico, Odolricus Conchense Monasterium rexit, Basilicam ex maxima parte consumnavit. . . Corpus B. Fidis de veteri Ecclesia in novam Basilicam transtulit, ac etiam Monasterium in ea forma in qua est fecisse creditur tempore Henrici Fr. Regis. Qui cum adhuc viveret, de consilio Fratrum domnum Stephanum elegerunt. . . Bego venerabilis qui claustrum construxit, etc. *Ex Chron. Conch. apud Marten. Tom. III Anecd. col. 1390.*

(b) Velus distichon apud Bituriges sic habet :

*Virzio villa virens, aliunde pauca requirens,
Vitis ornata, campis, pratis decorata.*

Virzio autem, vulgò *Fierzon*, vetus est oppidum

Tome XI.

Biturigum Cuborum, ad confluentem Euvræ et Caris fluminum positum.

(c) Dominicâ Septuagesimæ, anno [1060] XXIX Henrici Regis, Walterius Comes, Drogonis Ambian. Com. filius, Ecclesiam Ledoniscuriæ S. Petro Carnut. concessit. Testes Teduinus Vicecomes Mellentis castri, Gualo Vicecom. castri Calidi-montis, Nivardus de Monte-forti, Drogo de Conflante, etc. Drogo ipse quædam relaxavit Cellæ Gesiaci, datis litteris quibus apposita sunt signa Ehtdæ Comitissæ ejus conjugis, Fulconis Drogonis fratris, et Drogonis filiorum Rodulfi et Walterii.

(d) Philippi Regis mater. *Chesn.*

(e) *Gautier Seigneur de Poix.* Idem.

ejus, Guermundus (a) frater Vicedomini, Radulfus Pincerna Episcopi, A-
 rardus Dapifer Comitis, Milo cognomine Orphanus, Rorico, Anscherus, In-
 gelrannus, Hugo, Abbatis-villæ Milites . . . Actum Ambianis in Basilica
 B. M. anno Incarn. Chr. MLXIX, Indict. VII, Rege Fr. Philippo, Gui-
 done Ambian. Episcopo, Radulpho filioque ejus Comitibus. *Ex Cartulario*
Ecclesie Ambian. Redonis Synodus celebratur. *Ex Chron. Ruyensi.* Agnes Imp.
 tædio affecta . . . Roman se contulit; ibique dignis pœnitentiæ fructibus mirâ
 humilitate inserviens, post aliquot annos vitam præsentem in Domino finivit.
 His temporibus gens Suevorum, audita Saxonum calamitate clam legatos ad
 illos misit; et fœdus cum eis fecit, ut neuter populus ad alterius oppressio-
 nem Regi auxilium ferret: volebat enim eos opprimere, et ut de prædiis
 suis tributa darent cogere. Quod fœdus si Saxones servassent, ab infamia
 perfidiæ et à magna parte calamitatis liberi fuissent . . . Fœdus pariter Archie-
 piscopi, etc . . . Querimoniam fecerunt ad invicem omnes penè Teutonici
 regni Principes; sed palam nullus audebat fateri, tanto Rex erat omnibus ter-
 rori! Sic quamvis Saxones hoc bellum apertè soli viderentur incipere, etc.
Ex Annal. Saxon. Guido Episc. Belvac. duobus annis perfectam dedi-
 cavit Ecclesiam in honore S. Quintini (b), IV. Nonas Octob. *Ex prima edit.*
Sigeb. Obiit Godefridus Dux. *Ex Chron. brevi S. Vincentii Met.*

Anno Dom. MLXX. Thomas Canonicus Baiocensis à Willelmo Rege
 Archiepiscopus Eboraco datus est. *Apud Willelmum Malmesb. pag. 273 in Gest.*
Pontif. Angl. Lib. 3.

Anno Dom. MLXXI. Godefridus Dux ultiores Frisones aggressus, eos
 penè ad internitionem delet. *Ex Chron. Sigeb.* Abbas Bernardus Massiliæ,
 accepit Rivopollense Cœnobium. *Ex Chron. S. Vict. Massil.*

Anno Dom. MLXXII. Conjurant Principes Saxonie contra Regem cum
 Ottone. *Ex Chron. Reg. S. Pantaleonis.* Herimannus Episcopus Metensis. *Ex*
brevi Chron. S. Vincentii Met.

Anno Dom. MLXXIII. Gregorius VII sedit. *Ex Chron. Ms. Cluniac.*

Anno Dom. MLXXIV. Fuit Schisma, quia Papa excommunicavit Henri-
 cum Imper. *Ibid. inter Fragm. D. Estiennot.* Reliquiæ S. Mevenni in Britan-
 niam de S. Florentio venerunt XV. Kal. Febr. *Ex Chron. Britann.*

Anno Dom. MLXXV. Rex Guillelmus in Britanniam Minorem transiens,
 castellum Rodulphi Comitis, quod Dol dicitur, tamdiu obsedit, donec Rex
 Fr. Philippus illum inde fugaret, Acta anno Christi MLXXV. *Ex Hypodignate*
Neustrie per Thomam Walsingham.

Anno Dom. MLXXVI. Obiit Raimundus Berengarius, Comes Barchino-
 nensis. *Ex Chron. Victoris Massil.*

Anno Dom. MLXXVIII. Arnaldus I Episc. Magalon. ivit ultra mare ad sepul-
 chrum Domini, et inde rediens apud Villam-novam viam fuit universæ carnis
 ingressus; et inde portatur Magalonem. Bertrandus fuit electus Episcopus
 anno MLXXVIII; sed propter vitium simoniæ fuit ab Episcopatu amotus.
Ex serie Episcoporum Magalon. apud Labb. Tom. I Mss. pag. 798.

Anno Dom. MLXXIX. Bellum in Saxonia, ubi occiditur Rodulfus (c)
 Rex. *Ex brevi Chron. S. Vincentii Met.* Wernharius Argentin. (d) Episcop. II
 obiit: cui Otto Schismaticus succedit. *Ex Fragm. Hist. apud Urstisium.* Redonis

(a) *Guermund de Piquigni frere d'Eustache Vi-*
dame d'Amiens. Idem.

(b) In primariis Quintiniane apud Bellovacos
 Abbatie Statutis sic legitur: *Antequam dominus*
Ivo primus Abbas Ecclesie nostræ, postea Carnot.
Episcopus, vitæ regularis ordinem in Ecclesia nostra
[an. 1078] constituisset, nullius aut momenti vel
mentionis hujusmodi professio intra Gallie fines habe-
batur, excepto quod in Ecclesia B. Martini de Cam-
pis apud Parisius, etc. Not. ibi Ivonem censer
primum Canonicorum Regul. in Gallia aucto-
rem.

(c) *Rodolfus de Rivvelden, cui desponsata fuit*
soror Regis. Ex Annal. Saxon. ad an. 1057.

(d) *Egelolfus Abbas ordinatus. Hujus itaque tem-*
poribus jam defuncto Hezelone Episcopo, Werenharius
successor ipsius pacificè Monasterium ingressus. . . We-
renharius Episc. insidias Imperatori cum quibusdam
conspiratoribus suis intendebat; à quo cum fortiter

præventus ac deprehensus fuisset, omni posthæc tem-
pore suspectus fuit: unde contigit ut fratri suo Rade-
botoni Com. de Habechesbure, curtes Episcopatus sui
et Ecclesias multas in beneficio concederet. . . Propter
magnitudinem stirpis ejus tale consilium [Imperator]
reperit, quod eum Constantinopolim ad Regem Græ-
corum transmitteret pro negotiis imperii sui. Cùmque
assumptis comitibus iter arripuisset, Imperator legatos
post ipsum cum Epistola ad Regem transmisit, quate-
nus ipsum insidiatorem imperii in damnationem exilii
destinaret: quod et factum est. Nam in quamdam in-
sulam transmissus, ibique toxicatus, impiam vitam
digna morte finivit. Ex Hist. Novient. Monasterii
apud Marten. Tom. III Anecd. col. 1143 et 1144.
Hæc Mabillonius cum Chronographo Murensi
intelligit de Wernbero Argentin. Episc. quem
Lambertus Schafn. et Chronographus Hildens-
heim scribunt obiisse anno 1029.

A Synodus * celebratur. Obiit Eudo Dux Britanniae. *Ex Chron. Britann. inter probat. Hist. Brit. pag. 32.*

* *Al.*
MLXIX

Anno Dom. MLXXX. Quod ejus prædecessor Arnaldus à Canonicis Regularibus instituendis in Magalonensi Ecclesia morte præventus efficere non potuit, ipse Gothofredus complevit; et ibidem Canonicos regulares de novo instituit. . . . Gothofredus successit in Episcopatu Arnaldo circa annum MLXXX. *Ex serie Episcoporum Magalon.*

VERSUS ET RHYTHMI.

B

DE LAUDE URBIS METARUM (a).

Inter Scriptores rerum Brunsvic. Leibn. Tom. I pag. 307.

P RÆCLUIS urbs salve, tellus prænobilis ave,
 Urbs populosa nimis, tellus præfertilis agris.
 Mel et lac manans, cum vino panis habundans,
 Mercibus exundans, auro gemmisque redundans,
 Cedit Pactolus fulvus, prædulcis Hymetus
 Et Latialis humus; triquetra vel Africa tellus.
 Si circumspiciam, nil non laudabile cernam.
 Laudo minas muri quadris exædificati,
 Non facilis solvi, non expugnabilis hosti.
 Nam clivus murum, tutantur flumina clivum:
 Tutum sic extra, munit vis aggeris intra:
 Qua natura labat, vires manus arsque ministrat.
 Mensurans latum, stupeas succrescere longum.
 Suspiciens turres, Babylonis suspicor arces.
 Has aries, testudo, palarica, vinea, falces,
 Nunquam vel frustra quatient, nec edet mala flamma.
 Cùmque domos cerno, Romana palatia credo:
 Cùmque peto theatrum, puto Dedaleum labyrinthum
 Sique sitûs formam spectes, quid pulchrius usquam?
 Juxta naturam metata suam posituram,
 Pulehra placet visu, naturæ pulchrior usu.
 Colle sedens (b) modico, gemino munita fluento:
 Flumina dant murmur, dant propugnacula robur.
 Quatuor, ecce, plagas per quatuor aspice portas,
 Scilicet anatolen, disin, mesenbrian, arcton;
 Qui videt Ecclesias, cœlestes æstimat aulas.
 Cùm peto primatem Stephani prothomartyris ædem,
 Et video clerum, videor mihi scandere cœlum,
 Cœlestesque choros modulari dulciter ymnos,
 Et tibi, Salvator, nova inœnia surgere grator.
 Quam patriæ columnen, vitæ spectabile culmen,
 Struxit Adelbero pius, omne suo decus ævo,
 Virginis agnus, ovis, et sponsus virginitatis:

(a) Ex cap. 17 Vitæ Theoderici I Met. Episcopi, Auctore Sigeberto S. Vincentii Levitâ seu Diacono; quem Henrico III regnante aut non longè inde vixisse Leibnitiuss colligit, quòd dedicationem Ecclesiæ suæ anno VII Conradi II à juniore Theoderico Met. Episc. peractam, in recenti eorum qui interfuerunt memoriâ versari, Scriptor capite ultimo tradat his verbis: *Tempore Heriberti Abbatis, quàm liberali omnium rerum apparatu... quàm frequenti omnium concursu... celebrata sit hujus dedicationis lætitia, adhuc quasi recenti eorum qui interfuerunt hæret in memoria... Celebrata est hæc dedicatio II Idus Maii, anno*

MXXX Dom. Incarn. Indict. XIII, Epactâ XIV, anno VII imperii Conradi, pontificatus verò domni Theoderici junioris XXX.

(b) Ibidem suprâ initio capitis, solutâ oratione: *Te Dividunum tradit vocitanti antiquitas. Gallicâ linguâ montem vocari dunum studiosis non est incognitum... Sic ergo Augustidunum Augusti mons, sicut Viridunum virorum dunum nominatum est; ita Dividunum quasi divorum dunum vocabulum aucupata es... Quia sæpè medium urbis iter terimus, ingrati esse poterimus, si eam insalutatam relinquimus.*

* ducens

Virgineos thalamos in trino nomine trinos
 Collocat in mediis hujus sibi mœnibus urbis :
 Mater Virgo Dei sit sedula pronuba nati ,
 Claviger æthereus fit et ipse Dei paranympus ,
 Virgineo sponsi thalamo dignata superni
 Virgo Glodesindis canit epithalamia regis ,
 Agna minans * agnas ad ovile salutis agendas.
 Urbis prætereà magnæ pomœria longa
 Tutatus Felix actis et nomine felix ,
 Cum Clemente pio , Mettensi præsule primo.
 Cum quibus , alme , vices partiris , Symporiane,
 Johannis alis sublatus virginitatis ,
 Arnulfum gremio sanctum complexus amico.
 Inter eos medius stat clarus ab urbe videri ,
 Atque volans alto post se trahit agmen ab imo ;
 Insula Vincenti , tibi cessit munere , Christe :
 Eminent alta tibi domus hîc studio Deoderici (a).
 Sed nec Martini custodia defuit urbi
 Longiùs astantis , sed de prope cuncta tuentis.
 Dedecet hîc breviter te dicere , Garzya mater ;
 Miror aquæductus sex milibus isse per arcus :
 Invisit matrem , cum filia , Gorzia , Mettin ;
 Non alti montes , non imæ denique valles ,
 Inter currentis non impetus ipse Mosellæ
 Præpediêre viam : quid vidi operosius unquam ?
 Ars mittebat aquas , quas tu natura negabas ,
 Donec sola vias rupit longæva vetustas ;
 Laudem structuræ retinent hodieque ruinæ.
 Plurima prætereo , quia sunt longinqua , relinquo.
 Quis describat aquas ? quis fontes ? quisve salinas ?
 Num sileam Saliam ? moneor memorare Mosellam ;
 Fontibus à variis regionibus atque remotis ,
 Longos pertractus tibi currunt edere fructus ,
 Amplexæque tuos alterno littore muros ,
 Et tandem junctis miscentes oscula labris ,
 Dant decus et fructum , præstant munimen et usum.
 Usus alit ventrem , species mentem , sonus aurem.
 Quænam tam suavem modulantur hydraulia vocem ?
 Circumfer visum , quantum concedit orizon ;
 Nil non jocundum , nil aspicias nisi gratum.
 Quis quit mirari montem qui pluribus urbi
 Imminet ? est oculis gratissimus , ubere pinguis.
 Hunc natura suo lactavit ab ubere pleno :
 Montibus est raris naturæ gratia talis ,
 Assurgunt omnes acclivi vertice montes.
 Vite vides colles redimitos , mergite valles.
 Prata virent , sylvæ frondescunt , fluctuat ager (b).
 Pascua si quæres , campos spatiare per omnes.
 Quam variè recinunt volucres ; examina ludunt.

A

B

C

D

E

(a) Ibid. *Trinitas, incomparabiles huic urbi copiosissimè præparasti delicias... Sanctam Mettensem Ecclesiam dixerim verè felicem... Proinde lætare, fausta Mediomatricorum civitas, etiam atque etiam meditare, quid tali viro, Deodericum dico, debeas; cujus pio studio tot Sanctorum, præter indigenarum patrocinia, suscepisti reliquias; et præter nativæ ubertatis, quæ singulariter affluis, copias, ab eo augmentata caput extulisti inter urbes alias.* Mabillonius in Annal. Bened. ad an. 1034, refert Sigeberti Gemblac. versus rhythmicos de S. Lucia, cujus brachium ex S. Vincentii Monasterio acceperant Lintburg. Monachi :

*Nobis Deodrich junior abstulit :
 Augustus Henrich gloriosus,
 Deodrichque stolâ decorus...
 Lucia Martyr fortis et inclyta,
 Lucia virgo nobilis et pia,
 Me me misellum Sigebertum
 Extrahe ab ignibus inferorum.*

Porrò aliis discutiendum relinquimus, an malè huc alium à Sigeberto Gemblacensi nobis obtrudat Leibnitius.

(b) Ager spicis vento agitatæ fluctuare videtur. *Leibnit.*

Uobis hoc Henrich junior attulit,

- A
 Cœli temperiem rarus sentit meliorem.
 Quem non tantarum delectet gratia rerum ?
 Ipsos ruricolâs pascit tam grata voluptas ;
 Dumque fides ruris votis respondet avaris ,
 Exosi requiem solantur amore laborem.
 Vites iste putat, alter fodit, ille maritat,
 Umbrat et hic fontes, hic consevit. arbore montes,
 Deviat hic rivos, hic ditat semine campos :
 Hamis piscor ego, tu vimine, retibus ille.
 Quisnam tantarum replicet spectacula rerum ?
 Esset ad hæc mutus et Homerus, et alter Homerus.
 Multæ sunt urbes fortunæ munere dites,
- B
 Te (a) pleno cornu naturæ copia ditat.
 Præter fortunæ merces, quas præstat abunde,
 Urbes vicinæ tibi cedunt matris honore,
 Vangiones, Leuci, Viridunum, Leggia, Remi,
 Treveris et mater assurgere gaudet amanter.
 Te salvet semper, regnans super omnia semper.

(a) Ibid. suprâ, scilicet capitis 17 initio jam citato : Ipsa quoque nominis tui, id est Mediomatriciis etymologia, non dissidet à tuæ felicitatis gratiâ. Sicut enim matris puerum amplectitur et fovet in matris utero, sic tu sita in meditullio, circumpositas regiones

sustentans mercimonio nativo vel advectitio, eas quodammodo foves sinu materno. Mediomatrici, inquit Valesius, nomen est Gallicum gentis Gallicæ : quod qui ex Latinis vocabulis medi mater compositum aiunt, nugantur.

C
 DE PRIMIS COMITIBUS LOVANIENSIBUS.

Apud Miræum in Diplomatis Belg. Tom. I pag. 178.

- Sic tua res (a) agitur, Dux Karole, sieque Ducatum
 Lotharicum perdis, dum tua regna petis.
 Filius Otto tamen tibi Dux succedit in illo *,
 Quem sibi confirmat imperialis apex.
 Huic quoque germanam dant Chronica scripta sororem,
 Nomine Gerbergam (b); quæ mihi visa (c) fuit.
 Hanc sibi Lambertus (d) despondit, quem Raginerum
 Hannoniæ Comitem progenuisse ferunt.
- D
 Huic quoque successit Henricus (e) filius; Otto (f)
 Quem sequitur frustrâ; nam sine prole fuit.
 Hunc quoque subsequitur Lambertus, patruus ejus,
 Qui regit (g) has terras, Lovanioque præest.
 Nonne vides igitur quàm clari sanguinis istos
 Vena venustavit ? Troica quippe (h) fuit.

* Ducatu

(a) Hi perantiqui versus apud Jac. Guisium in Ms. Hannon. Chron. Tom. II, lib. 14 cap 40, exstant, suntque Ægidii Abb. Trudon. teste Cronendalio in Namurco Ms. Miræus.

(b) Gerberga Ottoni fratri successit in Lovan. Comitatu; in Ducatu verò Lotharingiæ inferioris Godefridus improlis. Id.

(c) Itaque Auctor coætaneus fuit Gerbergæ. Id.

(d) Lambertus cognomento Barbatus, Ragi-

neri II Hannon. Comitibus filius. Id.

(e) Henricus eo nomine primus Com. Lovan. Id.

(f) Otto infans obiit. Id.

(g) Vivebat ergo Auctor sub Baldrico seu Lamberto, Henrici I fratre.

(h) Franci et Belgæ propaginem à Trojanis olim repetebant, nec sine patrocinio; quoniam cum turba insaniebant, Miræus.

ADELMANNI SCHOLASTICI RYTHMI (a) ALPHABETICI

DE VIRIS ILLUSTRIBUS SUI TEMPORIS.

Apud Mabillon. inter vetera Analecta in-fol. pag. 382.

A RMONICÆ facultatis adspirante gratia,
 Refero viros illustres, litterarum lumina,
 Quos recenti recordatur mens dolore saucia . . .
 Carnotenæ decus urbis memorande Pontifex,
 Te primum, pater Fulberte, dum te conor dicere,
 Fugit sermo, cor liquescit recrudescunt lacrimæ.
 Deploranda singillatim multa quidem memini,
 Utpote convictor senis hærens sæpè lateri,
 Ore bibens oris fontem aureum melliflui.
 Eheu ! quanta dignitate moralis industriæ,
 Quanta rerum gravitate, verborum dulcedine,
 Explicabat altioris arcana scientiæ !
 Floruère te fovente Galliarum studia ;
 Tu divina, tu humana excolebas dogmata,
 Numquam passus obscurari virtutem desidiâ.
 Gurges altus ut minores solvitur in alveos,
 Utque magnus ex se multos fundit ignis radios ;
 Sic insignes propagasti per diversa plurimos ;
 Hildierum (b), quem Pupillam nuncupare soliti,
 Quòd pusillus esset, immò perspicacis animi,
 Ceterorum princeps atque communicate præsulî :
 Is magistrum referebat vultu, voce, moribus,
 Hippocratis artem jungens Socratis sermonibus,
 Nec minùs Pythagoreis indulgebat fidibus.
 Karitate Sigo (c) noster plenus atque gratiâ,
 Multa præbens ore, manu advenis solatia
 Singularis organali regnabat in musica.
 Lambertus Parisiacum, Engelbertus Genabum,
 Occupabant lectionum otio venalium,
 Quæstum de pube Francorum captantes non modicum.
 Martini quoque conceivem, sed non æquè sobrium,
 Dignum duco memoratu Rainaldum Turonicum,
 Promptum linguâ, stilo largum, valentem Grammaticum.
 Nec tua, Girarde-Gilberte (d), fraudabo nœnia :
 Ligerim flavum revisens ab Jordane et Solyma,
 Occidisti propter Mosam sub Virduni mœnia.
 O et te dira peremit æmulatorum factio,

B

C

D

(a) In Ms. Cod. Gemblæ. ex quo isti Rythmi descripti sunt, iis præmittuntur hæc verba : *Mitto etiam tibi rhythmos versiculos juxta ordinem alphabeti digestos, quos ante annos aliquot, cum adhuc Leodii essem, me ad amicos quosdam meos, quorum plures ipse noveras, lamentabiliter recensente compositos reperi nuper et edidi.* Quæ verba sunt Adelmanni hos versus mittentis ad Berengarium, de quo in fine rhythmorum sic legitur : *Respondit Berengarius : Nascitur ridiculus mus.* Qui Berengarius Adelmannum ironicè Aulum-Mannum vocare solitus erat, ut ibidem subditur. Hinc sequitur rhythmos versus fuisse scriptos, antequàm percrebesceret Berengariana hæresis, proinde ante annum 1050. Eorundem verò Auctor, ille ipse est Adelmannus Berengarii condiscipulus sub Carnut. Episc. Fulberto. *Grammaticus et ex Clero Leod. Brixiensis Episcopus,*

teste Sigeberto à quo vocatur Almannus, qui duas Epistolas de veritate corporis Chr. Domini in Eucharistia, unam ad Berengarium, alteram ad Paulum Primicerium Mett. scripsit.

(b) Hildierus Mabillonio non alius videtur quàm Hildegarius, quem Pictavos Fulbertus ad thesaurariam S. Hilarii, et ad litteras docendas misit.

(c) Abbas scilicet S. Florentii Salmur. ad Ligerim ; ejus æqualis fuit Rainaldus, Turon. S. Martini Ecclesiæ Archiepiscopus seu Custos. *Mabil.* Hunc autem Rainaldum Rivetus pag. 33 Tom. VIII Hist. Litt. Fr. probat distinguendum à Rainaldo seu Reginaldo Andegav. Scholastico, qui in vivis adhuc erat anno 1074.

(d) Mabillonio, cui mendosa apparet hæc strophæ, legendum videtur : *Nec tuâ, Girarde-glaber, te fraudabo nœniâ.*

- A Postquàm missus es Europeam perflagranti studio ,
Scholas multas expilasti, Waltere Burgundio.
Prò ! si numquam revertisses ad fines Allobrogum ,
Quanta nunc auctoritate decorares Latium !
Docens quidquid revexisti ab hortis Heperidum.
Quis te tandem , sacer heros * , satis sæpè flevit ,
Cujus hos et multos plures officina protulit,
Quorum quisque præ se tulit , quòd te usus fuerit ?
Raginbaldus Aggrippinas , vir potens ingenio ,
Barbaras aures Latino temperans eloquio ,
Notus arces ad Romanas ab usque Oceano.
Situs est in urbe nostra longus hospes Legia ,
- B Legia magnarum quondam artium nutricula
Sub Wathone , subque ipso (a) cujus sunt hæc rythmica.
Tres mihi , Camena , cives memora de pluribus ;
Illum , procul quem exstinctum transalpinis febribus ,
Lugent artes, lugent urbes cum suis Primatibus.
Vix amissum quereremur , Odulfo superstite,
Alestanum, quantus erat veteris * scientiæ,
Sicut hi , quos erudivit, satis pollent hodie.
Xerapelinos ornatus (b) cum paucis jugeribus
Præsul durus denegarat : at tu Metim profugus,
Multas illie opes nactus , Warine (c) , es et conditus . . .
Zelo grandi cor accensus pro earorum funere
- C Adelmanus hæc deflebat in Nemeti litore,
Suos ipse idem illic observans quotidie.

* Fulberte

* f. uter is

(a) Inde cum eodem Mabillonio discimus Adelmanum fuisse Scholasticum seu Præfectum Scholis in urbe Leodiensi, scilicet post Wathone, qui ab aliis Waso et Walto dicitur

(b) Xerapelinos ornatus Gemblac. exemplar ita interpretatur : *Xerapelinæ vestes dicuntur veteres et præsiccæ, pampineum habentes colorem.* Quæ interpretatio, ut observat Mabillonius, docet nos hoc loco legendum *Xerampelinos ornatus*, à duabus Græcis vocibus quæ aridum seu

siccum et vineam significant. Itaque Xerampelini ornatus dicuntur vester, pampini sicci colorem, qui color siccae rosæ dicitur, imitantes.

(c) Warinus Mabillonio videtur fuisse Leod. Clericus, tum Monachus in Gorz-Cenobio, demùmque Abbas in Met. S. Arnulfi Asceterio. Præsul autem qui durus hîc memoratur, Durandus est Leod. Episcopus, cujus nomen inter lineam adscriptum est in Ms. Cod. Gemblac.

D

EX FULCOIO SUBDIACONO MELDENSI.

Ex Ms. Codice Ecclesiæ Bellovacensis (a).

- MELLIFLUÆ Meldi (b) Belvacus Belgica pacem.
Fulcoius meus atque tuus tua commoda tecum
Commendat totiens, et commendata reposeit . . .
Quæ nulli terræ sunt, inveniuntur apud te,
Prumula iotria, mala verana, verendaque corna,
Luciscus grandis, polibete, pertica pinguis,
Caseus insanæ pastus per prata Lavanae :
Fructibus his et piscibus his mihi prævaluisti.
Ast habeo quod non habeas, quod habere placeret,
Quod per me fero, quod mare, quod vicinia confert :
Grata placentia sunt, allecia piraque magna ;
In quibus et numero simul et tibi pondere præsto . . .
- E

(a) Inde viri eruditi, D. Danse Canonicus Bellovac. et socii ejus descripserunt Fulcoii carmina ; horumque nobis, iterùm atque iterùm de litteris nostris optimè meriti, copiam ultrò fecerunt. Poëta autem ab illis, nescimus quare, inseribitur Archidiaconus Belvacensis.

(b) Viri à nobis modò laudati, forsàn leviori conjecturâ ducti, ex his versibus colligunt in nota, Meldis Fulcoium litteras docuisse. Is quidem ibi Poësim seu Mu as præsertim coluit.

Ex vita B.
Blandini
Anachoretæ
Brieg.

* *la Celle*

* Blandinus

* *Jouare*

De Prælatiis
non bene in-
tronizatis

Hugoni Ab-
bati Cluniac.

Fulcoius spatians (a) paradisum per Briegensem ,
Dum fontes , saltus , dum Thessala Tempe reviso . . .
Occurrit locus hîc positus Mueram (b) super amnem ,
Insula parva situ , musis gratissima sedes . . .
Cui nomen Cellæ ; Cellam * dixere coloni . . .
Fausto Philippi Francorum tempore Regis ,
Cujus nobilitas sedes possedit avitas ,
Imperio dignâ specie per idonea signa
Extitit illustris Abbas Dudo bonus
Ponitur in * feretro dignè , locus est ubi Petro . . .
Basilicæ gratus magno sub honore dicatus . . . Distat ab urbe
Meldis millenis spatio propiore decenuis.
Meldis grata situ , Meldis gratissima ritu ,
Meldis Maternâ dulcedine grata supernâ ;
Maternâ gratâ , cui sunt florentia prata ;
Prata greges læti per pinguia pascua creti . . .
Grandibus et parvis locus uber in amne vel arvis.
Si Cererem coleres , segetes sat Meldis haberes ,
Vitigenumque lacum , si vis attollere Bacchum.
Est etiam saltus Briegensis grandis et altus ,
Ne tibi sit pareus Phebes et Apollinis arcus.
Hîc locus , observa , quem diligit ipsa Minerva ;
Nec studiis plenas , credo , plus captat Athenas ,
Nec acies Martis plus fervet idonea Parthis.
Meldis , læta parens musis et carmine clarens ;
Meldis , Sanctorum mater foecunda virorum . . .
Radolium (c) , Jotrum * , Resbacum constituerunt . . .
Hîc nitet in cœlis pastor servusque fidelis ,
Vir Gislebertus , nunc spei munere certus ,
Quod perhibet signis Deus apto præsule dignis ,
In terris visus Meldis viret ut paradisus , etc.

Cùm multi sedes conscendant Pontificales ,
Quæstio non agitur de lucrandis animabus ;
Sed queritur Clero plebique simul dominari.
Ordine perverso cupiunt quicumque locari
Pontificum soliis sub imagine religionis.
Multi perveniunt ad honorem culminis hujus ,
Quos non commendant præcedens vita vel actus.
Nam vel nobilitas vel maxima copia rerum ,
Destruxit Ecclesiæ leges prisenumque tenorem ,
Munus ab officio vel linguâ poscit honores ,
Qui deberentur meritis vitæque bonorum , etc.

Meldis erat murus celebratus teste ruina
Tempore præterito ; nomine perstat adhuc :

(a) Is nobili loco natus est Bellovaci circa annum , Riveto iudice , 1020. Floruit antem maximè , juxta Mabillonium , ab anno 1060 ad annum 1080 ; et juxta Rivetum , ab anno 1036 ad an. 1082 ; quanquam labitur Rivetus , dum ad Henricum III seu Nigrum refert Fulcoii carmen , quod Henricum IV spectat. Ms. Codex Belvac. sic incipit : *Fulcoius genere Belvacensis fuit : Meldis elysium studiorum elegit ; ubi doctorum instinctu suorum , præcipuè Manassæ Archipr. Rem. tria Volumina [Utrum , Neutrum , Utrumque] per septem libros sapienter et decenter heroicè composuit , etc.* Hoc elogium seu hanc notitiam , publici juris fecerunt Mabillonius in I part. sæc. IV Bened. pag. 658 , et Abbas le Beuf in suis de Hist. Paris. Dissert. Tom. II pag. 240. De Fulcoio et ejus operibus iterùm agemus in Tomo nostro

XII , ubi de fine sæculi XI.

(b) Al. *Mucram* , *le Morin*. Hunc fluvium Gallicè sic vocamus pro *More* ; sicuti Taram Bellov. fl. cujus meminit Fulcoius in dialogo de nuptiis Ecclesiæ , dicimus *Terin* aut *Tairin* et *Thairin* pro *Taire* seu *Tere*.

(c) Radolium , vulgò *Reül* , Monasterium est ad ripam fl. Matronæ in Briegio , à Monasterio Jotro distans sesquimillari. Jotrum autem parùm abest à confluyente Matronæ et Mucræ Minoris : hic enim fluviolus , *le Petit Morin* , in Matronam decurrit infra Jotrum ad firmitatem Ausculfi vel sub Jotro. Resbacum denique , Gallicè *Rébés* aut *Rébais* , Cœnobium est castello Columbariis proximum , ad ripam Resbais vel Rasbais fluvioli , seu potiùs torrentis aut rivuli.

A Quem (a) Martis fanum veteres dixere coloui ;
 Martis adhuc fanum saxa, colone, vocas.
 Quem sic dicebas, nec rem dicendo tenebas :
 Rex inventa dedit nominis indicium.
 Hoc in semiruto dum ruri colonus araret,
 Invenit effigiem ; fit velut effigies,
 Nulli par nostro sculptum caput invenit unum,
 Nulli quod vivat, quodque figuret homo.
 Horrendum caput, et tamen hoc horrore decorum ;
 Lumine terrifico, terror et ipse decet :
 Rictibus, ore fero, feritate sua speciosum,
 Deformis formæ, forma quod apta foret.

B Tunc prius ingresso fines mihi fertur imago,
 Ut conjectarem quid, cui, cujus erat :
 Auditoque loci corrupto nomine linguâ
 Vulgi, dumque locum, dum caput intueor
 Neglectum, sed utrumque licet, sed utrumque decorum,
 Rem docuere locus, nomen et acre caput.
 Hic Martis fanum locus est, Martisque profanum
 Hoc caput est, error quem putat esse Deum, etc.

Quæ prius audieram, veni quòd mira viderem ;
 Sed prius auditis magis ammiranda reporto.
 Tempore viveret hoc, Regina veniret ab austro.

Willelmo
 Regi Anglo-
 rum.

C Ecce duo Reges hoc uno Rege resurgunt.
 Filius atque pater. Qui ? David cum Salomone.
 In quo die, precor ? In Willelmo Rege. Precor, qui ?
 Ille manu fortis David est, testantibus Anglis :
 Pacificus Salomon idem, testantibus isdem :
 Rejicit et revocat, quo vulnerat, inde medetur :
 Et pax et bellum parent concorditer illi.
 Decantant Jepte quanti victoria constet :
 Id Willelmus agit, qui nec sibi parcere novit :
 Nec Jepte natæ, nec Rex vult parcere vitæ.
 Jam soboles Jepte non prætereatur ineptè, etc.

D Rex Dagobertus obit, Francorum gloria Regum.
 Indicat iste locus dignum gestasse coronam :
 Indicat ista domus * condignum tollere sceptrum.
 Anterior vel posterior non protulit ætas
 Regem, par ejus qui dici promereatur.
 Te paries, reditus, lapis, aurum, prædia, fundus,
 Interior res, exterior, Dagoberte, loquuntur.
 Par nulli laudum sit Rex hæc summa tuarum.
 Plus dare quivisti solus, quàm demere cuncti.

Epitaphium
 Dagoberti
 Regis Fran-
 corum
 * L'Abbaïe
 S. Denis.

Karole care parens, Calvum quem vaticinata
 Gallia, plena fuit te, functo calva futura.

Epigramma
 in Karolum
 Calvum.

E Pacem, jura, fidem, verum tecum tumulasti :
 Pro quibus orta quidem furium injuria, bellum
 Et cum perfidiâ fusum, lacerantia fines.
 Aut redeas, reditura ferens tot commoda tecum ;
 Aut preat, peritura gerens hæc Gallia secum.

Mens licet attendat quantum mortalia pendat,
 Cum repetunt proprium singula principium.

Epitaphium
 Henrici Re-
 gis Franco-
 rum.

(a) Dominus Tussanus Duplessis, inter instru-
 menta historiæ Meldensis Ecclesiæ (T. II. pag.
 453), hoc vulgavit fragmentum Epistolæ ad S.
 Hugonem Cluniac. Abbatem. Versus hi refe-
 runtur ad caput falsi Nuninis recens inventum,

quod Fulcoius Martis caput esse detexit. Poëma
 hoc, et alia Fulcoii suprâ et infrâ typis mandata,
 ex Codice Ms. Ecclesiæ Bellovacens. N^o. 120.
 sunt descripta. Vide notas ad Fulcoium p. 439
 et 440.

Rex modo Francorum Regum successor avorum,
 Henricus moritur, pulvis et efficitur.
 Quod fuit ex nostro redimi nequit ære vel ostro :
 Rex homo factus humo, restituetur humo.
 Quod benè gessisti, Rex, non diadema tulisti :
 Pars tibi de patriâ non superest alia.
 Sufficit in voto regni de culmine toto
 Tollere funiculo quod satis est tumulo.

A

Epitaphium
 Gualterii I,
 Meldensis
 Episcopi.
 Editum in
 Hist. Eccles.
 Meld. tom.
 II, pag. 453.
 454.

Hic pius Antistes situs est Galterus, honesta
 Cui domus hæc mater, sponsaque salva fuit.
 Quam ne pœniteat te clarum vota secundum
 Rem pretiumque tulit glorificata viro.
 Cum sit iners, inculta simul ; cum nuda, vetusta ;
 Erigit hanc quantum corpore, mente potest.
 Hanc novat, hanc ornat, cultuque reformat et arte :
 Hanc facit Ecclesiam, diruta facta priùs
 Octobris bis dena dies (a) fuit exitus ejus :
 Mœsta dies, qualis non fuit ante suis.

B

Mathildis
 Anglorum
 (b) Reginae

Si mulier fortis, si prudens, sobria, justa
 Femina si qua fuit, si præsens, si qua futura,
 Mathildis prudens et fortis, sobria, justa
 Vixit, quod plebs, quod locuplebs, quod sexus et etas
 Omnis quod clerus, quod lingua, quod ordo fatetur.
 Si res, si species, si vir, si partus et ortus
 Carmen reginæ cuiquam vel sola dedere
 Cum re, cum specie, cum conjuge, partus et ortus
 Debent Reginæ carmen collata Mathildi.
 Heroum mater, matrum pulcherrima, felix
 Regno, Rege viro nulli pare, Regibus orta
 Corporeis animæque bonis formatur utrisque.
 Per lacrimas, per opes, per leta, per aspera rerum
 A mortis redimi si posset conditione :
 Nec lacrimæ, nec opes, nec leta nec aspera rerum
 Deficerent, nec deficeret, quod adesset, adessent :
 Sed quia decrevit corpus natura perire
 Non animam, corpus redimi non posse, virago
 E contrâ salvat, redimit sic corpus et illam
 Corporis invigilans studiis animæque saluti
 Sic abundanter possedit, distribuit rem.
 Ergo referte preces longè latèque quot annis
 Clerus et ecclesiæ largas pro munere largo.
 Sit tituli finis quod honoribus inclita binis
 Anglorum Regina Mathildis, hæc dominata
 Normannis, hic fine bono tumultata quiescit.
 Felix et titulo ne quid natura negaret
 Es loenlus fundate locus, lux bina Novembris
 Terminus, exiguus cinis est decus et decor altus.

C

D

Item de eâ-
 dem.

Tempore quæ nostro spectari posset in ostro,
 Conditione bonâ, cum sceptro cumque coronâ,
 Hic jacet Anglorum Regina Mathildis, honorum
 Pro meritis, morum solio subnixâ duorum :

E

seu Gualte-
 rius,

(a) Galterus cognomento *Saveyr*, id est doctus, sapiens, obiit 20 Octobris an. 1082. juxta D. Tussanum Duplessis, Hist. Meld. Tom. I, p. 108. 740.

(b) Mathildem Balduini Ducis Flandrensium filiam, neptem ex sorore (Adhelâ) Henrici Regis Francorum, conjugem accepit Willelmus Comes Normanniæ, deinde Anglorum Rex : ex quâ, Rod-

bertum, Richardum, Willelmum et Henricum ; Adelizam, Constantiam, Ceciliam et Hadalam, filios et filias habuit. Order. vit. hujus Tomi XI. pag. 231. Idem autor sic Mathildem laudat : *Reginam hanc simul decoravere forma, genus, litterarum scientia, cuncta morum et virtutum pulchritudo... firma fides et studiosus amor Christi.... elemosina.* Ibid. pag. 241.

- A Sollicitâ curâ quæ mater Martha futura,
Partis ad eximie pretium par facta Maria ;
In simili vitâ fuit altera visa Tabita ,
Anglis , Normannis moritur lugenda quotannis.
Interiit binâ cleri plebisque ruina :
Quis sic complesses, lux bina (a) Novembris ut esset
Terminus illarum memorabilis exequiarum.
Sint loca, sit sidus, sint tempora cuncta , sit idus
Sit sol cum lunâ, lux et nox omnis ut * una
Omnis in hâc unâ potiùs sit nulla quod una.
- B Principis in caulâ, (b) Simon in Simonis * aulâ,
Cum Cruce, cum pera, nunc intus ovilia vera
Despicit incursum; cujus sapientia sursum
Tendit : quæque super terram sunt temnere nuper
Constituit, laqueos fugiens et refia mundi,
Per cultus, per opes, per equos, per tela, per enses,
Per genus et speciem, per rura, per opida Romam
Venit (c), et à Româ cœli super atria plaudit.
Sic Petrus petræ per ovilia mittit ovile,
Magno pastori pastor, quem credidit agnum,
Agnus in agno, custos in custode quiescit.
Petrus cum petrâ. Simon (d) cum Simone regnat.
Publica res eadem, Rex unus, grex sit ut idem.
- C Gallia quem genuit , quem natum, quemque renatum,
Nec sit obtinuit, cum re cum nobilitate.
Spreta dolet genitrix * : si non sit captus amore
Cœlestis patriæ, quæ mittit Roma fidelis ;
Invidet hunc Romæ : tamen exsequialia parva.
Hunc ne despiciat, lacrymas et carmina mittit.
- Quæ sit non proprio fructu cognoscitur arbor
Quis sit Gervasius (e) testificatur opus
Cui Deus et Cesar, cui serpens, cuique columba
Convenere pari pondere disparia.
Ad portam Martis conspirant Cesar et anguis
Actor avis simplex ad decus Ecclesiæ.
- D Nulli dum vixit per tela , per aspera cepit
Rebus, honore, modo glorificatus homo.

* (vel) in

Titulus Simonis Comitis Vaden-
sis et Medan-
tensis, nec-
non Vitriaci,
Barri Super-Albam,
etc. Domini.

* id est, S. Petri

* Gallia

Encomium
Gervasii Remorum
Archiepiscopi.

(a) Hinc patet exequiarum diem ab obitu sedulo distinguendum. Obiit anno 1083. Quâ verò die decesserit Matbildis non adeò certum est. Alii idibus Aprilis, alii III nonas Novembris, alii denique Kalendis Decembris eam obiisse scribunt. Ilumata est in basilicâ monasterii sanctæ Trinitatis Cadomensis, quod ipsa construxerat. *Mabill. annal. Bened. Tom. V pag. 198.*

(b) Simon filius erat Rodulphi Crispiacensis seu de Crespeio Comitis, qui ad expeditionem Flandricam unâ cum Philippo Francorum Rege, Arnulphi Flandriæ Comitis auxilio contra Rotbertum Frisium profectus est anno 1072. Obiit autem iste Rodulfus an. 1074 et in Castello Montidesiderii * humatus. Parente orbatus Simon, bello impetitur à Philippo Rege qui ejus hæreditatem invadere statuerat. Vim vi repellit Simon. Prædia et municipia ejus deprædat Rex : Regis vicissim ditiones armis lacessit Comes Crispiacensis. Tandem pietate ductus, Romam pergit ; pœnitentiam à summo Pontifice Gregorio VII petit et accipit. Anno verò 1077 sæculo nuntium remittit, et ad sancti Eugendi seu sancti Claudii ** Monasterium divertens, ibi monasticum induit habitum. Romam postea ab eodem Pontifice iteratis litteris accessit ; ubi morbo correptus, pridie Kalendas Octobris spiritum Deo reddidit. Complures cellas Monachorum ere-

xisse dicitur, quas omnes, præter Crispiacense sancti Arnulphi Monasterium Cluniacensibus concessum, sancti Augendi seu Eugendi Abbatie attribuit

(c) Simonem à Gregorio Pontifice Romano accessitum fuisse, ad componenda aliquot discordia, quæ inter ipsum et Robertum Apuliæ Ducem exarserant, certum est ex Alberico. Tunc Henricus Imperator ipsi Gregorio infensissimus omnem movebat lapidem, promissâ etiam Roberto in uxorem filiâ suâ, ut eum in partes suas pertraheret.

(d) Licet memoretur Simon Comes cum BEATI titulo in quibusdam Martyrologiis, haud tamen liquet an ullo unquam cultu publico honoratus fuerit. *Mabil.*

(e) Gervasius de Castro-ledi, Episcopus Cenomanensis anno 1036 ; deinde ad Remensem Archiepiscopatum translatus an. 1055 Philippum, filium Henrici Regis Francorum, inuixit die 23 Maii, an. 1059. Tunc Archicancellarius Franciæ creatus est. De tanto præsulè sic loquitur autor vitæ S. Theoderici Abb. Andaginensis :
» Gervasius Remorum Archiepiscopus, in disciplina liberalium artium apprime eruditus, vir
» secundum sæculi dignitatem nobiliter natus,
» ad omnia sagax et strenuus, episcopatu quidem
» dignus, sed naturâ et moribus plusquam oport-

* (Mont-dier)
** S. Claude de Joux nunc Episcopatus in Comitatu Burgundiæ.

Berengarii
Sacerdotis.

Cujus larga manus quid pauper quid sit egenus
Intellexit, et est bonus intellectus agenti,
Voce Berengarium (a) David concede beatum,
Cujus lingua favus, mel sermo, pectus abissus
Quod fides quod opus doctrinaque sana loquuntur
Hunc ipsum veræ vernam concede Sophiæ.

A

Epitaphium
Hermannii
Magistri Re-
mensis.

Aut herus aut heros magnus, condignus utroque
Hic jacet Hermannus (b) vita laudabilis
Dicunt veridici quod non persepe videtur
Quod locuplebs, quod inops, quod mitis, quod ferus idem,
Quodque Magister erat, minimus quod discipulorum.
Mensis cui septem sit nomen ab imbribus, in quo
Virgo redit, quæ prima dies fuit ultima vitæ.

B

Epitaphium
Willelmi se-
nis Regis An-
glorum et
Ducis Nor-
mannorum.

Quæ (c) multos facerent multis data singula magnos,
Omnia solus habens, quantus, Guillelme, fuisti !
Namque Ducem Normannorum te fecit origo ;
Impatiens sed stare loco sibi conscia virtus
Cum Cenomannorum Comitem te constituisset,
Anglica percusso subjecit regna tyranno.
Justitiæ cultu pacis firmare quietem
Quam tu curasti, peregrinus et incola sensit.
Ecclesias cum muneribus, tunc religiosi
Patribus ornasti, sed et istam constituisti
Cujus multimodis in rebus tota facultas
Devotam mentem largamque manum manifestat.
Cum coleret festiva dies natale Mariæ
Luxerunt tecum labentia pondera rerum.
Hic tua membra jacent, sed gloriâ pollet ubique
Non habitura parem, nec mundi tempore patrem.

C

» tuerit feras ». Fato functus est 4 Julii an. 1067.
Patrem habuit Aimonem, dominum de Castro-
ledi; matrem verò Hildeburgam filiam Ivonis
I. Comitis de Bellismo et de Alencione. Ex his
nati sunt præter præsulem Gervasium, Bucardus
avus Mathildis nuptæ Eliæ Comiti Cenomanensi :
ex quo connubio orta est Erembergis uxor Ful-
conis Regis Jerusalem.

(a) Forsan Scholasticum, deinde Abbatem

Monasterii sancti Laurentii Leodiensis.

(b) Herimannus seu Hermannus senior, quem
Gozechinus Scholasticus primum laudat inter
illius sæculi sapientes et auctoritate præstantes,
qui, relictis inferioribus studiis, in Theologiæ
otium concesserant. *Mabil. act. SS. Ord. Bened.*
sæc. vi. par. 2. præf. n. 85.

(c) Versus Odonis Sacerdotis inter carmina
Mss. Fulcoii, ex eodem codice Ms. Ecel. Bellov.

D

ANONYMI (a) QUERELA IN GRATIAM NOTHORUM.

Ad Calcem Ms. cod. Reginae Sueciæ N° 1184.

REX immortalis, quàm longo tempore talis
Mundo risus erunt, quos Presbiteri genuerunt ?
Quid meruere pati, quocumque thoro generati,
Si vivant purè ? Nova quo sententia jure
Immeritos urget, maculas cum gratia purget
Omnes, fonsque sacer ? Judex se comprimat acer
Et flecti discat, jurisque memor resipiscat.
Fonte sacro lotum vel mundat gratia totum,
Vel non est sacri mundatio plena lavacri.
Hoc qui tractatis prolatores novitatis,
Dum nova jura datis, lavacri jus evacuatis :
Legislatores hominum pertendite mores,

E

(a) Ibi antiquus Scriptor, seu sæculi XI Poëta,
conqueritur quòd nothi ad Ordines et prælaturas
non promoveantur, vel ab eis amoveantur.

Hæc autem querela, ut præcedens, exstat in Bi-
bliotheca nostra Sangerman. inter Mss. Durandi
Miscellan. veterum Script. Tom. I.

A Atquè modum vitæ, quod et æquum sit stabilite.
 Quisque sui portet peccati pondus oportet,
 Nec sit damnatus patris pro crimine natus.
 Errat mens et hebet prorsùs mea, si mihi debet
 Alterius crimen Paradisi claudere limen.
 A serie Cleri decernes me removeri,
 Qui Seraphim turbæ supremâ junger in urbe ;
 Deciperis planè mentis gens indiga sanè.
 Quod si scripta cadant, et verba Dei retrocedant,
 Regula scripturæ mihi non erit amodò curæ,
 Plures sic natos in Cœlis sede locatos :

B Legi terga dares Divinæ, si dubitares.
 Hos nunc infames ob patrum crimina clames,
 Quos habet aula Poli ; præsumere talia noli :
 Non est illorum turpis generatio, quorum
 Est Deus ipse pater, peperit quos gratia mater.
 Ne cures patris mihi delictum, neque matris
 Improperare thorum ; sed formam respice morum,
 Et quam * sit vitæ mihi linea, tunc sinè lite
 Judiciï verbum tolerabo tui vel acerbum,
 Quod de factorum procedet labe meorum.
 Nunc homines vitæ turpis, mœchi, sodomitæ,
 Et qui furta patrant, in nos opprobria latrant
 Vel benè moratos, et despiciunt malè natos :

C Lex premit tota bonos, et subleuat ad mala pronos.
 Cur homo dedecorat quem Rex supremus honorat ?
 Cur reprobando premit quem Christus morte redemit,
 Atque parens sedem patriæ revocavit ad Ædem ?
 Qui bona nulla gerunt, adini nonquid meruerunt
 Perpetuæ morti quia sunt legaliter orti ?
 Ergò censuræ talis quo regula jure
 Sorte suâ privat malè natum, si benè vivat ?
 Quòd si perduras, nec jus attendere curas,
 Qui nova jura paras, et leges ponis amaras,
 Et sic nos mordes ; priùs illas respice sordes,
 Quæ graviùs lædunt, et plus à lege recedunt.

D Quid poenâ vitas urgere gravi sodomitas ?
 Hæc species morbi, quâ mors gravis imminet orbi,
 Tangi deberet, si quid sacer Ordo valeret.
 Quam mundi partem, Simonis quam nesciat artem ?
 Fama tibi tradit quo res hæc ordine vadit.
 De minimis tractas, post tergum maxima jactas.
 Si vis ritè sequi natura quod expedit æqui,
 Corrige majores culpas priùs, indè minores :
 Idque tenebo ratum quod te reor immoderatum ;
 Decreto tamen das tale tuo moderamen :

E Si quis se velet monachali tegmine, delet
 Opprobrii talis maculas habitus monachalis,
 Quid vehemens pestis faciet mutatio vestis,
 Quod sacramentum lavacri nequit ? hoc documentum
 Qui clero tradis, declivi tramite vadis.
 Non magis, ut credo, panni lavat ulla nigredo,
 Quam sacri fontis virtus contagia sontis.
 Hic * satis ostendit tua quo sententia tendit :
 Ecclesiæ florem subducere vis potiorem,
 Perque modum talem moliris Canonicalem
 Annihilare Chorum, turbæ quærens Monachorum
 Ut totum detur reprobatum quod rapietur ;
 Insanire doces Monachos satis antè feroces.
 Quid sancti patres faciant attendite fratres :

* que

* f. id.

Impia lex horum nos ponit in ore luporum, A
 Præsidio quorum duri generis Monachorum
 Debuerat finis vehementibus esse rapinis.
 Romæ Censores quorum notat actio mores,
 Quandò nos lædunt, minùs hoc sibi profore credunt ;
 Nos ubi dedecorant, ibi se vehementer honorant ;
 Dequè probris fratrum vult crescere gloria patrum.
 Hæc qui verba ferunt, et honorem quem sibi quærunt
 Magnificare putant, dum nos in sorde volutant.
 Quâ specie fraudis pondus cumulant ibi laudis :
 Non commendarent benè se, nisi nos reprobarent.
 Affectum talem non æstimo spiritualem.
 Nosti, summe pater, quàm vera superbia mater B
 Huic sit decreto, quod stare diù prohibeto.
 Qui præcesserunt, nil ingenio valuerunt ;
 Si quid sensissent sapienter, idem statuissent.
 Hos præponamus primis, his dona feramus,
 Qui perspexerunt ea quæ primos latuerunt.
 Infusum mundo noviter de fonte profundo
 Spectantes lumen, Romæ miremur acumen :
 Huc descendentes ex Urbe, viri sapientes
 Alpes transissent frustrà, nisi quid statuissent :
 Nec priùs auditum debet transcendere ritum,
 Et decet ut fundat, nova quando sophia redundat.
 Sed tamen huic genti tam sanctæ tam sapienti C
 Si quis dona ferat, veniamque dari sibi quærat
 Ex hoc damnatus quòd sit sine crimine natus,
 Vel primum crimen sacrum claudat sibi limen ;
 Inveniet mites mutato jure Quirites ;
 Munere flectentur, tribuenti compatientur ;
 Blandæ frontis erunt, dimittent quod statuerunt.
 Est vacuus sensu, quisquis rogat hos sine censu.
 Dum prece tentantur solâ, nec munera dantur,
 Quod statuère ratum, servatur et inviolatum.
 Turba Senatorum, mores bene novimus horum,
 Omne quod est vendens, et in omnibus ad lucra tendens,
 Divitibus lenis, misereri nescit egenis. D
 Pauper peccator, Dominus tibi sit miserator.
 Quotidie crescit fallacia ; ponere nescit
 Nequitiaè metas hæc detestabilis ætas.
 Paucis cura boni, plures ad crimina proni :
 Proximus est finis mundi, fera regnat Herynnis.
 Unde salus mundo, cùm sit caput (a) ejus arundo ?
 Unde salus Orbi, postquàm vehementia morbi
 Ad caput ascendit, quod nequiter omnia vendit ?
 Nil tribuit gratis. De Romanæ pietatis
 Ubere nil hausit, sua qui marsupia clausit.
 Hic dolor est summus, quòd vincens omnia nummus
 Est Romæ pluris, quàm sacri regula juris.
 Postquàm Roma cadit, malè res sibi subdita vadit. E
 Jura reliquerunt omnes, et munera quærunt.
 Ordo sacer mutat *, sua dum sententia mutat
 Pontificis Summi subversa cupidine nummi.
 Non quia Papa gerat quidquam malè, vel lucra quærat ;
 Sed circumstanti turbæ sunt munera tanti,
 Crimen ut evitent nullum, se dummodo ditent.

* f. mutat

(a) Romana Ecclesia quasi totum est omnium Ecclesiarum ; cæteræ Ecclesiæ quasi ejus partes. Sicut enim quodam intuitu homo est genus individuorum suorum, et tamen in unoquoque individuo inest totius hominis tota proprietas ; ita quodam respectu sedes

Rom. est genus et totum omnium Ecclesiarum, et tamen in unaquaque Ecclesia totius Christianæ fidei tota regnat integritas. Ipsa est major omnium Ecclesiarum. Ita Lanfrancus apud Willelmum Malmesb. Lib. 1, Gest. Pontif. Angl. pag. 213.

- A
 Vel nobis parcent , qui tam mordaciter arcent
 A grege nos Cleri ; vel fiet mentio veri ,
 Gentis Romanæ declarans crimina planè
 Accipiant frænnum , precor ; et qui sic alienum
 Opprobrium spectant , in se sua lumina flectant :
 Massam culparum qui non reputando suarum ,
 Non dignos pœnâ , pro labe notant alienâ.
 *** Scripsi , sic nos erramus et ipsi ,
 Quoque modo simus , si nota referre velimus.

B

MONITUM

IN GUILIELMUM APULUM.

- GUILIELMUS *Apulus egregius Poeta hexametris versibus Nor-*
mannorum gesta in Apulia , Calabria et Sicilia descripsit. Quis
ille fuerit , neque ab ipso , neque ab ullis adnotatum invenimus. Diu-
turna in Apulia commoratio Apuli cognomen ipsi acquisivit. Rivetus
Guilielmum existimat Gallum , sed ex Provincia Normanniæ. Flo-
 C *ruit Scriptor iste , vivente ac regnante Roberto Guiscardo , cujus*
præcipuè res gestas tradit , imò et mortem , in qua finem Carmini
suo facit. Mortuus est autem Robertus anno Christi 1085. Testatur
Guilielmus se jussu Rogerii , filii Roberti Guiscardi , suum de gestis
Normann. scripsisse poema , quod ipsi Rogerio dicavit. At cùm
Urbanum II Papam viventem in exordio memoret , qui ab anno 1088
sedem Petri obtinuit , post eum annum scripserit oportet , atque ante
 D *annum 1099 , quo Pontifex iste vivere desiit. In Libros V dividit*
historiam suam autor : duobus prioribus narrat quomodò ex Nor-
mannia Galliarum Provinciâ digressi aliquot viri fortes , ac in
Apuliam peregrinationis causâ delati anno 1016 , nihil minùs quàm
bellum cogitantes , à Melo quodam contra Græcos ibi adhuc regnan-
tes incitantur ; primaque bellica Normannorum facta refert. Tres
posteriores libri memorant Normannos multis urbibus et castris de-
bellatis , sub Roberto Guiscardo ejusque fratre Rogerio universam
Apuliam , quam nunc Regnum Neapolitanum appellamus , ac uni-
versam Siciliam suæ ditioni subdidisse. Fragmentum hujusce Poe-
matis Historici cum notis Tiremei et Leibnitii ex editione Mura-
torii , ut potè locupletiori et accuratiori , typis describi curamus,

- E EX GUILIELMI APULI POEMATE DE NORMANNIS.

Apud Muratori Tom. V. Rerum Italicarum pag. 253.

GESTA Ducum veterum veteres cecinere Poetæ ;
 Aggrediar vates novus edere gesta novorum :
 Dicere fert animus , quo gens Normannica ductu ,
 Venerit Italiam : fuerit quæ causa morandi ,
 Quosve secuta Dnces Latii sit adepta triumphum ;
 Parce tuo Vati pro viribus alta canenti ,

*Lib. 1.
 Pag. 253.*

An. 1016.

Clara, Rogere, Ducis Roberti dignaque proles
 Imperio cujus parère parata voluntas
 Me facit audacem : quia vires quas labor artis
 Ingeniumque negat, devotio pura ministrat.
 Et Patris Urbani (a) reverenda petitio, segnem
 Esse vetat : quia plùs timeo peccare negando.
 Tanti Pontificis quàm jussa benigna sequendo.
 Postquam complacuit Regi mutare potenti
 Tempora cum regnis, ut Græcis Appula tellus
 Jam possessa diù non ampliùs incoletur :
 Gens Normannorum feritate insignis equestri
 Intrat, et expulsis Latio dominatur Achivis.
 Hos quando ventus, quem lingua soli genialis
 North vocat, advexit boreas regionis ad oras,
 A qua disgressi fines petière Latinos ;
 Et man est apud hos, homo quod perhibetur apud nos,
 Normanni dicuntur, id est homines boreales :
 Horum nonnulli Gargani (b) culmina montis
 Conscondère (c), tibi Michael Archangele, voti,
 Debita solventes. Ibi quemdam conspicientes
 More virum Græco vestitum, nomine Melum (d) :

A

B

Pag. 254.

Exulis ignotam vestem capitiq̄ue ligato
 Insolitos mythræ mirantur adesse rotatus,
 Hunc dum conspiciunt ; quis, et undè sit ipse, requirunt.
 Se Longobardum natu civemq̄ue fuisse
 Ingenuum Bari, patriis, respondit, at esse
 Finibus extorrem Græcâ feritate coactum (e),
 Exilio cujus dum Galli compaterentur,
 Quàm facili reditum, si vos velletis haberem,
 Nos aliquot vestrâ de gente juvantibus, inquit.
 Testabatur enim citò Græcos esse fugandos
 Auxiliis horum, facili comitante labore :
 Illi donandum patriæ munimine gentis
 Hunc celeri spondent, ubi fortè redire licebit.
 Ad fines igitur postquàm rediêre paternos,
 Cœperunt animos mox sollicitare suorum,
 Italiam secum peterent : narratur et illis
 Appula fertilitas, ignaviaque insita genti (f) . . .
 Postquàm gens Romam Normannica transit inermis,
 Fessa labore viæ Campanis substitit oris.

C

D

An. 1017.

* Melum

Fama volat Latio Normannos applicuisse . . .
 Hunc * habuère Ducem sibi gens Normannica primum.
 Partibus Italiæ, Gallos tremit Appulus omnis
 Maii mensis erant aptissima tempora marti ;
 Hoc ad bella solent procedere tempore Reges ;
 Fortunâque pari primò pugnatur utrinque . . .
 Normannis auget validas victoria vires,
 Expertis Græcos nullius roboris esse . . .

An. 1019.

Circeiter Octobris pugnatur utrinque Calendas :
 Cum modica non gente valens obsistere Melus,

E

(a) Urbanus II Papa vixit (juxta *Johannem Tirmæum*) electus (juxta *Leibnitium*) anno salutis 1088. Iisdem temporibus regnabat Rogerius Roberti Guiscardi Apuliæ Ducis filius.

(b) Apud Garganum montem in Apulia ad mare Hadriaticum Normanni reppererunt à Græcis Baro pulsum Melum, qui suasit ipsis, ut in Græcos impetum facerent, armaque suppeditavit. Primum autem cum Græcis anno 1017 pugnarunt Normanni. Prima eorumdem in Sarracenos expeditio anno 1018 illigatur apud Pagium; qui interim contendit fabulosum esse id quod Leo Ost. lib. 2 cap. 38 narrat; Norman-

nos scilicet numero XL in Sarracenos obsidentes irruisse, et victoriâ potitos fuisse.

(c) Volaterannus lib. 3. Geog. scribit Robertum Guisc. expulisse Siciliâ Sarracenos, qui anno 914 Apuliam, Calabriam, Neapolim, et Garganum montem occupaverant. *Leib.*

(d) Meles legitur apud Th. Fazell. posterioris Decad. lib. 6, cap. 1. *Leib.*

(e) Anno 1018. ita *Tirmæus*. Circâ 1011 motus in Calabria, et Apulia excitat. *Leib.*

(f) Scribebatur in margine, Græcis, quæ lectio fortè verior est. *Tirm.*

- A Terga dedit magnâ spoliatus parte suorum
 Pòst *Alemannorum* petiit suffragia *Regis*
 Henrici (a), solito placidus qui more precantem
 Suscipit, auxilii promittens dona propinqui.
 At Melus regredi præventus morte nequivit
 Egregium quendam mox elegère * *suorum* * Galli
 Nomine *Ranulfum* (b), qui princeps agminis esset Pag. 255.
 Nunc hoc, nunc illo * contempto, plus tribuenti * Principe
 Semper adhærebant; servire libentiùs illi
 Omnes * gaudebant, à quo plus accipiebant; * Normanni
 Bella magis populi, quàm fœdera pacis amantes;
 Servitiique vices pro viribus et ratione
- B Temporis expendunt, plus dantes pluris habebant . . .
 Decipit Ausonios prudentia Gallia: nullum
 Plenâ lance capi permittit ab hoste triumphum
 Si vicinorum quis perniciosus ad illos
 Confugiebat, eum gratanter suscipiebant:
Moribus et linguâ (c), quoscumque venire videbant,
 Informant propriâ, gens efficiatur ut una.
 Post annos aliquot *Gallorum exercitus urbem*
Condidit Aversam, Ranulfo Consule * tutus . . . * Comite
- C Hujus præclara processit stirpe *Richardus* (d),
 Qui pòst successit; quo non animosior ullus:
 Nemo magis largus; qui non virtute minorem
Jordanem genuit: Jordanis et inde Richardum,
 Jamque viro vires condignas fert adolescens:
 Mœnibus *Aversâ* Ranulfus ab urbe peractis
 Ad patriam misit legatos, qui properare
 Normannos facerent; et quàm sit amœna referrent
 Appula fertilitas, inopes fore mox opulentos,
 Divitibus multò plus polliceantur habendum:
 Talibus auditis, et egentes, et locupletes
 Adveniunt multi . . . Tancredi filius, horum Pag. 258.
 Maxima spes, aderat Guilielmus . . . comitante Rodulpho,
 Qui post Ranulfi decessum præfuit urbi * * Aversanæ
 Terrebat Danaos Guilielmi nobile nomen;
 Is quia fortis erat, est ferrea dictus habere
 Brachia (e); nam validas vires animumque gerebat.
 Hujus Robertus frater fuit, ille Ducatum
- D Qui pòst obtinuit, Guiscardus (f) ad omnia prudens . . . Lib. 2.
 Pars Comiti *Petro* (g), pars est sociata *Drogoni* (h) Pag. 259.
 Tancredi genito, modico quia vixerat ejus
 Tempore germanus, vir ferrea dictus habere
 Brachia *Guilielmus*, cui vivere si lieuisset,
 Nemo Poëta suas posset depromere laudes.
 Tanta fuit probitas animi; tam vivida virtus.
Unfredum totus cum fratre *Drogone* tremebat

(a) Henricus I Rex et Imperator. *Tirem.*
 Henricus cognomento Sanctus. *Leib.*

(b) Ranulfus Normannorum Dux Primus. *Leib.*

(c) Nota Gallicæ linguæ propagationem. Nor-
 manni quippè id tunc in Italiæ partibus, quod
 postmodum in Angliâ, præstiterunt.

(d) Consentit Guillelmus Gem. Lib. 7, Cap.
 43; sed Leo Ost. Lib. 2, Cap. 67 narrat Ascilitti-
 num Normannum duxisse sororem Ranulfi, ei-
 que in Comitatu Aversano successisse, et filium
 Richardum, patrem Jordani, avum Richardi II,
 genuisse. Ranulfum Pandulfus Capuæ Princeps,
 Aversæ Comitem fecerat. Richardus I postea Ca-
 puæ principatum occupavit 1053. Vide Leonem
 Ost. Lib. 3, Cap. 16. *Leibnitius.* Urbs Aversa inter
 Neapolim et Capuam posita. *Id.*

(e) Guilielmus ferra-brachius Tancredi filius.
Leib.

(f) Guiscardum plures erroneam dixerunt,
 quod per terras vagus esset. At magis placet hæc
 denominatio, nostroque usui propria. Nam et
 vulgò nostrâ etiam ætate cautum, et astutum
 Guiscardum appellamus. *Tirem.* Guiscardi cog-
 nomen prudentem notat; *Wys*; est sapiens; et
Wyssen scire. Editor Rothomag. observat *Guis-*
hard suo tempore astutum vulgò significare. Ex
 Roberto Guiscardo et Rogerio Tancredi Alta-
 villæ in Gallia filiis stirps Principum Norman-
 norum in Italia propagata est. *Leib.*

(g) Petrus ab Unfredo et Drogone captus fuit
 in prælio.

(h) Drogo dum domini ampliationi studet,
 dum Apuliæ urbes munit, Longobardorum et
 Apulorum insidiis ad Montolium oppidum, cir-
 cumventus à Visone genere Apulo, prodicione
 occiditur. *Leibnit.*

* Leonem
IX

Lib. 2.
Pag. 259.

Pag. 260.

Italiae populus, quamvis tunc temporis esset
Ditior his Petrus consanguinitate propinquus . . .
Audit enim, quia Gens semper Normannica prona
Est ad avaritiam, plus, qui plus præbet, amatur . . .
Audierant Papam * (a), comitantibus hunc Alemannis (b)
Innumeris et Teutonicis, ad bella paratum.
Normanni licet insignes fulgentibus armis,
Agminibus tantis visis obstare timentes
Legatos mittunt, qui pacis foedera poscant :
Quique rogent Papam placidus famulamen eorum
Suscipiat, sese Papæ parère paratos
Omnes testantur, non hunc offendere velle,
Ac quæditorum cognoscere munus ab ipso :
Si placet hunc dominum poscunt, sibi seque fideles.
Teutonici, quia Cæsaries et forma decoros
Fecerat egregiè proceri corporis illos,
Corpora derident Normannica ; quæ breviora
Esse videbantur, nec eorum nuntia curant,
Ut potè nec numero populi nec viribus æqui,
Conveniunt Papam verbis animoque superbi :
Præcipe Normannis Italas dimittere terras,
Abjectis armis, patriosque revisere fines.
Quòd si noluerint, nec foedera pacis ab ipsis
Suscipias, volumus, nec eorum nuntia cures,
Nondum sunt gladios experti Teutonicorum,
Intereant gladiis, aut compellantur abire,
Invitque solum, quod nolunt sponte, relinquunt.
Papa licèt tumidis varia ratione renitens,
Non animos gentis potuit sedare superbæ ;
Spem dabat his Italæ fex indignissima gentis,
Gens Marchana probis dignè reprobata Latinis.
Cùm plures Itali magnâ virtute redundant,
His erat innatus pavor, et fuga luxuriesque,
Teutonici populi non copia magna videtur.
Turbati redeunt. Normanni pace negatâ
Atque Alemannorum responsa tumentia pandunt . . .
Frater defuncto qui fratre Drogone superstes
Exstitit Unfredus (c) procerum de Francigenarum
Unus habebatur majoribus, indè Richardus
Aversâ paulò antè Comes delectus in urbe,
Paulisperque suos fratres erat antè secutus
Robertus, qui magnanima virtute priores
Transcendit fratres, hic bello interfuit illi :
Cognomen Guiscardus erat, quia calliditatis
Non Cicero tantæ fuit, aut versutus Ulisses . . .
Gens Alemannorum stipata satellite multo,
Longobardorum frustra confisa fugacis
Auxilio turbæ, Normannos terga daturos
Credebat primis conflictibus, aut perimendos.
At non in numero, nec equis, nec gente, nec armis,
Sed cui de Cœlo datur, est victoria belli . . .
. . . . Guarnerus Teutonicorum
Albertusque Duces, non adduxere Suevos
Plus septingentos, hæc gens animosa feroces
Fert animos, sed equos adèò non ducere cauta,
Ictibus illorum, quàm lancea, plus valet ensis :

A

B

C

D

E

(a) Leo Papa nonus hujus nominis anno salutis 1049 Pontificatum iniit. Antea Bruno vocabatur, et Tullensis Episcopus erat. *Tirem.*

(b) Hi sunt Alemanni, quos Henricus secun-

dus Romanus Imperator apud Vercellas præsidio Italiae reliquerat. *Tirem.*

(c) Unfredus tertius ex Trezenda Tancredi conjuge filius. *Tirem.*

- A
 Nam nec equus doctè manibus giratur eorum,
 Nec validos ictus dat lancea, præminet ensis ;
 Sunt etenim longi specialiter et peracuti
 Illorum gladii ; percussum à vertice corpus
 Scindere sæpè solent, et firmo stant pede , postquam
 Deponuntur equis, potiùs certando perire ,
 Quàm dare terga volunt, magis hoc sunt Marte timendi ,
 Quàm dum sunt equites : tanta est audacia gentis.
 Italiæ populo qui se sociaverat illis ,
 Germani Comites præsumunt *Transmundus* et *Alto* ,
 Et *Burrellinâ* generata propagine proles
- B
 Exitus hic belli Papam mœroribus implet,
 Afflictusque gravi luctu confugit ad urbem ;
 Sed Cives Papam non exceperunt decenter ,
 Normannis veriti grave ne victoribus esset.
 Hunc genibus flexis Normannica gens veneratur ,
 Deposcens veniam ; curvatos Papa benignè
 Suscipit, oscula dant pedibus communiter omnes.
 Vocibus ille piis hos admonet ac benedicit
- C
 Tunc Comes Unfredus fraterni * funeris ultor . . .
 Roberto fratri Calabras acquirere terras
 Concedit juvenis : patiens erat iste laboris ,
 Vir prudens et habens ad quæque negotia promptas
 Exercenda manus. Robertus et ingeniosus,
 Semper celsa petens, et laudis amans et honoris ,
 Si contingebat sibi palma vel arte, vel armis ,
 Æquè ducebat ; quia quod violentia sæpè
 Non explere potest, explet versutia mentis.
 Clarus in eloquio dabat hic responsa repentè
 Optima, consultus si quis quærebat ab illo
 Consilium, sapienter ei dare noverat illud.
 Hic sibi concessio Calabrorum munere gaudet . . .
 Captus ab Unfredo secum prandente , volebat
 In fratrem gladio consurgere ; sed *Gocelinus*
 Comprehensum manibus tenuit
- D
 Undique gens clarum Normannica nomen habebat
 Utile figmentum versutus * adinvenit , atquè
 Mandat defunctum quòd quemlibet esse suorum
 Gens sua testetur , qui eum quasi mortuus esset ,
 Impositus feretro, pannusque obducere (a) cerâ
 Illitus hunc facie jussus latitante fuisset ,
 Ut Normannorum velare cadavera mos est ,
 Conduntur feretro sub tergo corporis enses
 Interit Unfredus (b) lachrymans Appulia tota
 Flet patris interitum
- E
 Interea Papæ Nicolai fortè secundi (c)
 Comperit adventum Melfia suscipit hunc . . .
 Namque Sacerdotes, Levitæ, Clericus omnis
 Hac regione palàm se conjugio sociabant :
 Concilium (d) celebrans ibi Papa, faventibus illi
 Præsulibus centum . . . sic extirpavit ab illis
 Partibus uxores omninò Presbyterorum . . .
 Robertum donat Nicolaus (e) honore Ducali.
 Hic Comitum solus , concessio jure Ducatûs ,

Pag. 261.

* Drogonis

* Robertus

Pag. 262.

An. 1059.

(a) Nota Normannorum usum in suorum corporibus sepeliendis.

(b) Ante mortem Unfredus ad se vocaverat Robertum, eique tutelam filii et Ducatûs sui demandaverat. Unfredi obitus circiter annum 1052. *Leib.*

(c) Nicolaus Papa lujus nominis secundus

natione Allobrox erat Gerardus antea vocatus, creatus fuit Pontifex summus, anno Christi 1059. *Tirem.*

(d) Melfitanum Concilium anno 1059 habitum est.

(e) Robertus à Nicolao Papa II Calabriæ Dux, et Apuliæ creatur. *Tirem.*

Est Papæ factus jurando jure fidelis ,
 Unde sibi Calaber concessus et Appulus omnis
 Est locus, et Latio patriæ dominatio gentis . . .
 Cùmque potentatûs cœpisset crescere nomen
 Virtutisque suæ, legatos mittere cœpit ,
 Qui sua deferrent generoso verba Gisulpho
 Guaymarii genito, germanæ nobile pœcens
 Conjugium, quia conjugio tunc ipse carebat,
 Primâ conjuge (a) pro consanguinitate repulsâ ,
 De quâ natus erat Buannundus strenua proles
 Insignis nimiâ virtute potensque futurus.
 Primò Roberti sprevit mandata Gisulphus ,
 Non quod majori posset , vel nobiliori
 Consociare viro germanam, sed quia Galli
 Esse videbantur gens effera, barbara , dira ,
 Mentis inhumanæ, primòque repulsio facta
 Conjugis, alterius producit tempora dandæ :
 Assentit tandem Princeps, natuque Priorem
 Tradit in uxorem tibi , Dux Roberte, sororem.
 Gatelerina minor , hæc Sichelgata (b) vocatur ,
 Nupsit Jordani post Gatelerina nepoti ,
 Qui Capuæ Princeps utriusque Ducisque patrisque
 Virtutes animi virtutibus æquiparavit.
 Conjugio ducto tam magnæ nobilitatis ,
 Augeri cœpit Roberti nobile nomen :
 Et gens, quæ quondam servire coacta solebat ,
 Obsequio solùm jam debita juris aviti ,
 Nam proavis et avis subjectam conjugis hujus
 Noverat Italiam gens Longobarda fuisse.
 Dedit hæc pueros sibi tres, et quinque puellas, etc.

A

B

C

(a) Cujus nomen Abderada erat. *Leib.*(b) Alii Sengregaita. *Leib.*

EX VITA (a) MATHILDIS DUCATRICIS.

Apud Leibnitium Scriptor. Brunsvic. pag. 646.

D

Lib. 1. Cap. 9.

* Ducis Lothar. Superioris, seu Mosellanorum.

Cap. 10

pag. 647.

STIRPE fuit genita (b) regali pulchra Beatrix;
 Majorum mundi stirpe fuit genita . . .
 Præbuit Italia Bonifacium generosum ;
 Atque Beatricem Gallia fert Italis . . .
 Cùm natam rutili Ducis expetiit Federici *
 Conjuge cum propria Mathildi denique dictâ.
 Iste Beatricem (c) Federicus donat habere
 Huic Bonifacio ; qui Dux cùm pergeret illò,
 Ornatus magnos secum tulit, atque caballos,
 Sub pedibus quorum chalibem non ponere solùm
 Jusserat, argentum sed ponere, sit quasi ferrum ;
 Esse repercussum clavum voluit quoque nullum ,

E

(a) Hanc viventis adhuc Donnizo vel Donnizo ejus Capellanus, arcis Canusinæ Ecclesiastes, scripsit carmine, quale ferebant tempora, et constituerat dicare ipsi Mathildæ ; sed antequàm opus ad umbilicem perduceretur, obiit inclyta Princeps.

(b) Hadwîs, filia Henrici Aucupis soror Othonis Magni, peperit Hugonem (Capetum vulgò) Regem, et Beatricem, quæ nupta Federico seniori Duci Mosellanorum, peperit ei Theodericum Ducem patrem Federici Ducis, cujus filia fuit hæc Beatrix, ut observare licet

ex Genealogia B. Arnulphi.

(c) Loquitur Donnizo de Frederico II Duce Lotharingiæ seu Mosellanorum, anno 1027 defuncto. In Vita Adalberonis II Met. Episc. à Monacho Anonymo cœtaneo scriptâ, habetur, matrem ejus extitisse Beatricem Magni Hugonis filiam, patrem Fridericum Gallie Medianæ [sic vocabatur Lotharingia superior] Ducem, fratrem verò Theodericum Ducem eorum qui cis citraque Mosam Mosellamque resident. Est hic pater Federici II Mathildæ senioris mariti.

- A Ex hoc ut gentes possent reperire quis esset.
Cornipedes currunt, argentum dum resilit tunc,
Colligitur passim, passim reperitur in agris
A populo terræ, testans quòd dives hic esset . . .
Nobilis et conjux puerum peperit *Federicum*,
Inde *Beatricem*, *Mathildem* verò deinde
Rex ubi *Chowradus* moritur, natusque levatur Cap. 13.
Ejus *Henricus*, Rex prudens atque peritus . . . An. 1039.
Accidit ut vallo circumdaret hic Miroaltum (*a*), Pag. 648.
Quod nullis bellis nec missilibus quoque cessit :
Circa quod fessus Rex ac exercitus ejus
- B Misit ad instructum . . . Bonifacium, sat et ausum *, * audacem
Ne sibi desistat succurrere, nonve relinquat :
Cæsaris assensum precibus qui præbuit, et tunc
Militiam doctam secum deduxit adhortans . . .
Castrum prædictum Burgundia plantat iniquum
In jus ; castrenses, cum Rex fert inde elientes. Pag. 649.
Se nimis exaltant . . . Princeps accessit ibidem . . .
Barbara gens et atrox proprios citò muniit artus ;
Agmine scutato procul exiit et galeato . . .
Gens timens tetra rediit graviter retrocessa ,
Ac petiit castrum, cupiens se claudere tantum.
Hoc non permisit velox Bonifacius illi ;
Sed simul intravit, jaculis transfodit amaris.
- C Continuò Regi castrum mandavit, etc.
Cumque redit Princeps . . . et ut est mos pergere servis,
Ex pueris multi cœperunt currere furtim . . . Pag. 650.
Inde virique loci (*b*) graviter nimium quoque moti . . .
Cervices tundunt, et equos sibi tollunt.
Burgundi bruti fecerunt hoc quasi stulti . . .
Allobroges cunctos manibus (*a*) tenuère reclusos.
Marchio terribilis (*d*) cunctis abscondere dixit
Aurículas, nasos, ut stent cum lumine plano . . .
Incisæ nares, ac aures quippe secatae
Illis ; tres clipei sunt ex his undique pleni . . .
Teutonici Reges perversum dogma sequentes, Cap. 16.
Templa dabant summi Domini sæpissimè nummis Pag. 653.
Præsulibus cunctis ; sed et omnis Episcopus Urbis
Plebes vendebat, quas sub se quisque regebat :
Exemplo quorum manibus necnon Laicorum
Ecclesiæ Christi vendebantur maledictis
Presbyteris, Cleris ; quod erat confusio plebis . . .
Quando defunctus * terræ (*e*) datus, estque sepultus, * Bonifacius
Tunc quinquaginta duo tempora mille Dei stant An. 1052.
Bis denis annis post ipsum quinque peractis . . . Cap. 17.
Ritè gubernavit, tenuit Comitissa Beatrix (*f*) . . .
Henricus . . . scimus quòd (*g*) herus fuit atque propinquus Cap. 18.
Ipse Beatricis magnæ, natæque Mathildis. Pag. 654.

(a) Hermannus Contr id ad annum 1042 refert. Castrum autem *Murat* in Burgundia, situm est non procul à Novo-castro, vulgò *Neuf-chastel*. Conradus, Wippone teste, jam expugnaverat Miroaltum.

(b) Locus iste castrum ibidem dicitur.

(c) Bonifaciani scilicet milites.

(d) Ibid. *barbam quatiendo minatur*.

(e) Ex insidiis an. 1052 occisum narrat Hermannus : quod Poëta dissimulat.

(f) Dissimulat Poëta secundum ejus matrimonium cum Godefrido Duce, et captivitatem, in qua eam habuit Henricus Imperator, quòd hosti ipsius nupsisset. Obiit Godefridus anno 1069, quo etiam credit Florentinus filiam Beatricis Mathildem filio Godefridi Godefrido desponsa-

tam. *Leibnit*.

(g) *Herus* ex græco, nexu (nempe sanguinis) ligatus ; *Èρρς* est nexus. Florentinus pro quod *herus* legit *quam hænus*, sed non explicat. Non satis explorata est ratio consanguinitatis inter Imperatorem Henricum III, (quem poëta secundum vocat, in Italia scilicet) et Beatricem. Sanè *Henricus IV* *amitam* vocat in Epist. Regesto Gregorii VII inserta. Uspergensis (1054) *neptem Henrici III*. Dominico Mathildem (filiam Beatricis) *Consobrinam Henrici IV*, infra lib. 2. cap. 1. Et sanè Henricus V jure propinquitatis etiam hereditatem Mathildis, filie Beatricis, sibi vindicavit. Sed cum ignoretur ex qua stirpe fuerit mater Beatricis, cui et ipsi nomen Mathildi ; mirum non est gradum cognationis ignorari, nam

Mortuus Augustus (a) fuit hic in pace sepultus. A
 Post quem surrexit, qui de lumbis puer exit . . .
 Scilicet Henricus crudelis tertius hydrus ;
 Cujus erat mater Regina videlicet Agnes :
 Hunc in ventre gerens, vidit quòd sit draco verè
 In somnis infans : hoc multis retulit ipsa . . .
 Hæc apices * dictat ; scit Theutonicam bene linguam ;
 Hæc loquitur lætam quin Francigenamque loquelam . . .

* Mathildis
 Lib. 2.
 pag. 659.

amitæ et neptis vocabula latè apud hujusmodi proprietati et rerum circumstantiis satis fiet.
 Scriptores sumi constat. Quid si Gisela Conrado (a) Henricus Germaniæ III, Italiæ verò duntaxat II. Moritur an. 1056.
 Imperatori nuptæ soror fuerit ? Ita et verborum

EX VITA ARNALDII (a) EPISC. MAGALON.

*Ex serie Episcoporum Magalonensium, apud Lab. Bibl. Mss.
 Tom. I, pag. 796.*

HIC locus insignis, fuit urbs habitata malignis
 Gentibus ; undè ruit, quòd scelerata fuit.
 Karolus hanc fregit, postquam sibi marte subegit,
 Ob Sarracenos, quòd tueretur eos.
 Tunc Nemausenses exuri jussit arenas
 Aptas præsidio perfidiæ populo.
 Inde manens annis urbs * hæc deserta trecentis
 Tandem Pontificem repperit artificem,
 Præsulem Arnaudi sic semper subdita laudi,
 Cujus nacta vicem crevit in hunc apicem.
 Hic muros jecit, hic turres undique fecit,
 Clerum divinis contulit officiis.
 Ipse gradum (b) clausit, quo prædo piratus hausit
 Sæpè latrociniis littora nostra suis.
 Navibus introitus per eum gradus alter apertus,
 Non procul à terris est, Magalona , tuis.
 Illicitumque thorum dissolvit Presbyterorum ,
 Pontem constituit ; trans mare (c) post abiit.
 Ut rediit (d), moritur ; in sede sua sepelitur,
 A se compositum servet ut ipse situm.

* Magalona

(a) Juxta Arnoldum de Verdala in serie Episcoporum Magalonensium, Arnaldus factus est Episcopus an. 1048 ; obiitque an. 1078. At certum est hunc præsulem electum circa annum 1030 interfuisse Synodo Conanensi an. 1035. Nullum de Arnaldo habetur monumentum post an. 1058. Hinc conjicere est cum Vaissetio *Hist. de Lang. Tom. II, pag. 606 not. 30*, hunc humanis desiisse circa an. 1060 : tricesimo episcopatus sui anno juxta Epitaphium.

(b) *Erat apud Magalonem portus maris vocatus portus Sarracenus usque in hodiernum diem, ad quem per gradum galeæ Sarracenorum liberum habebant ingressum.... sed ideò quia Sarraceni ad ipsam per gradus habebant refugium, et castra seu oppida circumvicina... devastabant... Quæ civitate per Carolum (Martellum) funditus destructa, nec Christianis habitaculum, nec paganis effugium exhibebat.* Ibid. Restauravit autem annis ab urbe destructa elapsis, deponens manus ad fortia, ait Arnaldus, gradum

prefatum lapidibus et lignis ante omnia claudere et obstruere festinavit ; deinde anxietate nimia pressus, ut tam ingredientibus quam egredientibus à dicta insula, ad quam nullum nisi navale iter parere poterat, liber pateret accessus... per stagni latitudinem pontis stravit longitudinem. Ibid. pag. 798.

(c) Ex Epitaphio Arnaldi Episcopi, quod hic exhibemus.

*Hic jacet Arnaldus sedis Pater hujus, et auctor,
 Annis triginta præditus officio.
 Qui postquam Hierosolymam devotus adivit,
 Ut redit, in Filla fertur obisse Novâ.
 Protinus hic Julia translatus quarto Kalendas
 In foribus claustris sub gradibus situs est.
 Nocte verò monitus Præsul junior Gothofredus,
 Istuc condigno transtulit obsequio.* Ib. p. 796.

(d) Juxta de Verdala et Epitaphium apud Villam-novam viam fuit universæ carnis ingressus, et inde portatur Magalonem. Ibid. pag. 798.

EX SANCTORUM VITIS, MIRACULIS, ETC.

EX MIRACULIS S. SEBASTIANI, etc.

Apud Chesnium (a) Tom. IV Scriptorum Fr. pag. 155.

A GENTE in sceptris regni Francorum glorioso Rege Henrico, serenissimi Roberti Regis filio, veritatis voce completur quod dicitur: *Omne regnum in se divisum desolatur*. Enim verò tunc temporis, naturæ rerum mutatus solvitur ordo: quorundam perfidiâ, totius regni Franciæ perturbatur monarchia, perturbatione confunditur non minimâ: utilitas reipublicæ negligitur, Ecclesiarum facultas ubique minuitur, fas et nefas alternis vicibus corrumpitur, leges et jura corruptionis ordine depravantur: iniquitas prævalet, æquitatis judicium et justitia silet. E vestigio subsequitur divinæ ultionis gladius; fames et gladius ubique grassantur, pestilentiæ et clades incessanter prosequitur*. Ea tempestate Gotzelo (b) Dux quidam duellionum Galliæ, gerens apicem potestatis amplissimæ, spectabilis et ipse genere, nobilium spectaculis et judicandis negotiis videbatur præminere. Quid multa? Tandem honestum et utile respuitur, auri sacra fames invehitur: dux et justitiæ minister spoliatur justitiâ, quia diligitur pecunia: rebus suis Ecclesia præsens exiit, adversitatibus premitur; ut oppressa gloriosius exaltetur eorum interventionibus, quorum triumphis clarescentibus hæc dies sanctificata constare videtur. Ad tam pulchræ festivitatis spectaculum sparguntur semina lacrymarum. Interea germinent fructum gaudiorum, ut suavius fulgeret delectabili odore virtutum. Rebus suis, ut dictum est, spoliata gemit Ecclesia, quia hereditatis suæ portione privatur non minimâ. Est igitur locus super Mosam fluvium situs nomine Doncherius (c); Karoli Regis Francorum, Romanorum quoque Imperatoris liberalitate donatus ad partem sanctuarii (d) hujus. Hanc amplissimæ possessionis sedem Dux ille cupiditatis suæ desiderio satisfaciens, cum omnibus appendiciis, et cunctis mobilibus et immobilibus, et ad integrum percurrens, descriptionem quoque rerum faciens, tandem factus sacrilegus in suam singulariter redegit potestatem. In causam negotii ejus assiduis precibus imploratur Deus noster refugium et virtus, adjutor in opportunitatibus. Deponuntur corpora Sanctorum de suis sacris cubilibus, ad nudum terræ prosternuntur cum singultu cordis et gemitibus.

* prosequuntur

An. 1031.

An. 1037.

Post mortem gloriosissimi Francorum Regis Rodberti, regnante Henrico filio ejus, cum jam in regno bene profecisset, et jura reipublicæ justo moderamine diserneret, aliquot jam evolutis annis contigit obire palatii sui primum Consulem Odonem (e) ejus filii Tentboldus et Stephanus, cum paterni honoris dignitatem ad integrum possidere cuperent, et discordantibus animis, arma corripere contra regalem potentiam multo vallati milite nullo modo formidaverunt. Rex autem eis quæ pater in pace possederat suo dominio multa vendicans, inter cetera præ nimia animi perturbatione abjecto æquitatis jure, de possessione S. Medardi Monasterii et S. Sebastiani, qui illorum ditioni subditus erat, famosissimam possessionem quandam super Mosam fluvium sitam, quæ Doncherus nominatur, palatio suo servitorem propriis ministris delegavit. Quam demùm à fundis rerum et frugum opulen-

(a) Ex veteri Codice Atrebatensi, in quo habentur Liber de Translatione corporis S. Sebastiani et alia ad S. Medardum Suessionensem pertinentia.

(b) Hic est Gozelo Dux Mosellanensis, qui anno 1037 Odonis Campaniensis exercitum in fugam vertit, ipso, Odone interfecto. Gozelonem totius primæ Retiæ Ducem appellat post Glabrum Hugo Flaviniacensis in Chronico Virdun. ad annum 1037

(c) Doncherius, aliis Doncheriacum, vulgò Donchery, opidum est Campaniæ in Retelensi tractu, ubi situs est insignis Prioratus, Monasterio S. Medardi subditus.

(d) Ecclesiæ scilicet S. Medardi Suessionensis.

(e) Post infelicem Odonis Comitum interitum, ejus filii Thebaldus et Stephanus paterni honoris dignitatem tueri et augere cupientes, in Henricum Francorum Regem insurrexere. Mabill.

tiam regalibus palatiis exuberantibus subministrantibus longè positam consi- A
 derans, cum ejus minimè reditibus ad usus proprios egeret, neve videretur
 Sanctorum prædia, nisi ulciscendi furoris causâ suo dominio vendicasse,
 Duci cuidam Lothariensis regni Gosceloni in beneficio possidendam con-
 tradidit: qui nullo Dei timore correptus temerè suscepit, quod de sanctuario
 Dei injustè ablatum noverat. Compertâ igitur Abbas Monasterii præfatorum
 Sanctorum tantâ regalis potentiae violentiâ, quæ sibi commissæ Ecclesie
 inlata erat, cum omni Monasterii congregatione gaudia mutans in luctum, et
 organum Deo servientium in vocem flentium, nimio est animi mœrore
 affectus. Ignorans autem qua parte se verteret, quò super tantam violentiam
 justitiam expeteret, utpotè quem et regalis indignationis censura premebat,
 et Advocatorum nulla spes sublevabat; omnipotentis Dei cum omni con-
 gregatione expetiit auxilium, qui nunquam dereliquit sperantes in se, et in- B
 defessus adjutor in oportunitatibus, in tribulatione. Inito ergo cum fratribus
 consilio, fieri disposuit unde et Rex terreretur de injusta donatione; et qui
 Sanctorum res possidendas susceperat, de temeraria susceptione; in luctu
 et gemitu se cum Fratribus constituens, Ecclesiam cui deserviebat divinis
 privavit officiis, et Sanctorum corpora, quæ in condigno sub * loco condita
 erant, quasi rerum suarum damna secum gementia humi prostravit (a);
 * quatinus
 * f. suo
 quamvis * omnipotentis Dei misericordia et afflictæ subveniret Ecclesie, et
 Sanctorum suorum reliquias aliquando cum sui nominis glorificatione rebus
 restauratis in proprio recondere faceret honore.

Evoluto denique anni circulo, cum Sanctorum res prænominatas Dux
 securè, et quasi hereditarias possideret, contigit Paschalem solemnitatem
 Dominicæ Resurrectionis, omnibus Christianis solemniter recolendam, suo C
 occurrere tempore: imperiale verò edictum Ducem illum, ut curiæ suæ
 interesset, apud palatium, quod Noviomagus appellatur, vocavit. Profi-
 ciscente autem eo eum omni suo apparatu, et jam propinquante quò ibat,
 nocte quæ Cœnam Dominicam præcessit, dum ad vigiliis Matutinorum in
 Monasterium S. Mariæ et S. Servatii Trajectensis celebrandas Christianâ
 ammonitus religione surrexisset, peractis Matutinorum solemnibus, et ex-
 tinctis secundum ecclesiasticum morem candelis, obtenebratâ omni domo
 ad orationem se rogaturus Deum prostravit. Qui cum oraret, arreptus
 somno vidit in mentis excessu hos Sanctos, Sebastianum et Gregorium ad
 ejus dexteram, Medardum ac Gildardum ad lævam, quos præcedebat et quos
 sequebatur multitudo Beatorum cum crucibus et cereis. Audivit autem eos
 inter se querentes, quid de eo facerent, qui res (b) suæ Ecclesie tenere à D
 Rege, non æquo jure jam tunc moderamina reipublicæ disponente,
 accepisset, et justè eas ut à parentibus relictas possideret. Conquirentibus au-
 tem eis inter se quid de eo ageretur, B. Gregorio Papa præcipiente, Martyr
 invictissimus S. Sebastianus eum hastâ, quam tenebat, cum quadam severi-
 tate percussit: quo ictu expergefactus, sanguinem per nares et os gliscentem
 à corpore suo sensit; et convocatis sociis itineris sui, qui ei more solito
 adhærebant, innotuit eis lamentabili clamore quid audisset vel vidisset.
 Quid verò passus esset, testabatur sanguis ab ore et naribus defluens.
 Causam verò tam severæ apparitionis, possessionem illam intellexit esse,
 quam à Rege et injustè acceperat, et injustiùs possidebat. Accepto denique
 ibi, divino instinctu, salutis suæ consilio, terram Ecclesie Sanctorum, cui
 injustè subtracta fuerat, devotus possidendam in perpetuum reddidit, teme- E
 ritatem suam duriter accusans, et Sanctorum merita ubique prædicans. Hoc
 modo possessio Sanctis reddita est; et Ecclesia quod tristis amiserat, Deo
 disponente, gaudens recepit. Sanctorum denique corpora, quæ humi
 prostrata diù jacuerant, cum summa veneratione et nominis Dei glorifica-
 tione XII Kal. Maias condigno sui loco restituta sunt; et divinæ laudis

(a) Sic tum religio ferebat. Sanctorum reli-
 quias è suis loculis eductas, et Ecclesie pavimento prostratas, imò interdum inter spinas depositas fuisse, si quando viri Ecclesiastici de injuriis Ecclesiis suis illatis à viris potentibus justitiam habere non poterant; ut omnium in eos odium commoverent, hocque facto ad rerum ablatarum restitutionem eos cogere, pluribus

exemplis probat Cangius in Glossario.

(b) Doneheriaci à Gozelone invasionem referimus ad annum circiter 1038: palàm enim est ex iis quæ præcedunt, non contigisse ante interitum Odonis II Com. seu ante annum 1037; post quem, Odonis filiis rebellantibus, Henricus Rex Doneheriacum occupavit; illudque Gozeloni tradidit possidendum.

A præconia, quæ diu in eadem Ecclesia siluerant, cum laudibus et hymnis, Deo gratias referentibus Fratribus, insonuerunt.

EX VITA ET MIRACULIS S. GREGORII EPISC. NICOPOL.

AB AUCTORE (a) ANONYMO PENE COÆVO SCRIPTIS.

Apud Bolland. ad diem 16 Martii ex Ms. Petivirensi.

MACARIUS Gregorius, Armeniorum Nicopolitanus Archiepiscopus... *Cap. 1, pag. 462.*
 B celeris fugæ iter arripiens, Alpium crepidines transiit, et ad Gallias *Pag. 463.*
 copiosum iter direxit. Cùmque, peragratis pluribus civitatibus et oppidis *Circa an. 1000*
 illius regionis Pithuerim * (b) devenisset oppidum... vox de cœlis super ipsum ** Piviers ou Pitiviers*
 » adfore constituo: est enim non longè hinc quædam parva Ecclesia in ho-
 » nore S. Martini Vertanensis (c) consecrata... quam propter solitudinem
 » incolæ Solam vocant, non plus ab hoc oppido duobus passuum millibus
 » distans... Erat autem in eodem oppido quædam nobilis matrona, Ail-
 » visa (d) nomine, bonæ memoriæ, quæ et ipsa genitrix unigenitum suum
 » nomine Odolricum, illius videlicet oppidi hæredem, qui et ipse postea
 Aurelianensis Ecclesiæ factus est Episcopus; patre suo Rainardo jam de-
 functo atque ante fores Romanæ Ecclesiæ sepulto, amicabiliter educabat.
 C Hæc autem... Canonicalem in honore S. Gregorii sanctique Læti Conf.
 atque Levitæ Basilicam in præfato oppido noviter construxerat: atque...
 de Ussello quodam allodio suo, quod dotalitiâ lege sibi acciderat, eum lo-
 cum ditaverat. Hanc talibus aliisque hujusmodi insignibus decoratam, et
 longè latèque bonis moribus diffamatam, ut potè illius oppidi scepra geren-
 tem, vir Dei Gregorius allocutus est... Matrona respondit: « Habitandi
 » licentiam habeas... præfatam Ecclesiam, etc. »... Vixit autem in eodem *Cap. 2.*
 loco Gregorius circiter VII annos... [Obiit] XVII (e) Kal. Apr.... Præ- *Pag. 464.*
 fata matrona, nomine Ailvisa, sancti viri glebam Pithuriæ oppido in Eccle-
 siam S. Salomonis transtulit... Post multum verò temporis, Henrico Rege
 Francorum Pithuerim oppidum (f) obsidente, illa Ecclesia, in qua sancti
 viri corpus jacebat, cum toto oppido igne cremata est.

(a) Autoris ætas indicatur ex obsidione Pitiveris, quam inter annos 1037 et 1044 à Rege Henrico factam, constat. 40 circiter annos post Gregorii mortem scripsit historiam; sub cujus finem addit Anonymus: « Hæc autem, quæ superius » dicta sunt, partim oculis nostris vidimus; partim ab aliis, qui illius sanctissimo colloquio » atque familiaritate fruente, ex propriis oculis » viderunt, accepimus; partim à parentibus et » amicis, qui post illius obitum eum quærebant, » cognovimus ». Exeunte sæculo X, S. Gregorius Episcop. Nicopol. Gallias petiit.

(b) Pitiveris, haud ignobilis dynastia, unâ cum Nongento castro per mortem Rainardi patris, Breacarum domini et Pitivirensis Toparchæ, obvenit Odelrico Aurelian. Episc. et hoc circa an. 1033, moriente Isambardo Breacarum Domino, nepoti ipsius Odelrici ex fratre natu majore: qui frater, si ipse quoque Odelricus dictus est, credibile fit eum, relicto post se filio, prius esse extinctum, quàm secundis nuptiis pater suus gigneret istum Odelricum. Isam-

bardus autem, Episcopus etiam Aurelian. ipse creatus, eo in munere usque ad annum 1063 vixit; et sorori suæ Ugoni Bardulfo nuptæ, si non totam cessit hæreditatem paternam, Pitiverim certè castrum habendum dedit: qui Ugo illud contra Henricum Regem toto biennio pertinaciter est tutatus; filiumque reliquit Hadericum, et ipsum ab avunculi obitu Aurelian. Antistitem. *Bolland. ex Sammarth.*

(c) Colitur hîc S. Abbas XXIV Octobris. *Bolland.*

(d) Sive *Alisia*: Saussayus *Helosiam* legit: Sammarthani, ubi de filio ejus Odolrico Aurelian. Episcopo, *Aloysam*, vel *Helwidem*. *Boll.* Aloysa filia erat Odonis I Com. Bles. Carnot. ac Turon.

(e) Absunt hæc à Saussayo: videtur is tamen solùm *septimo* legisse: eum ejus elogium referat ad diem 26. *Boll.* Certus non datur Gregorii annus mortis, sed initio sæculi XI.

(f) *Al.* Pithuriam. Cujus obsidio intrâ annum 1037 et 1044. *Boll.*

EX VITA B. RICHARDI ABBATIS S. VITONI VIRDUN.

AUCTORE MONACHO EJUSDEM LOCI FERE ÆQUALI.

Inter Acta SS. Ord. S. Bened. Part. 1 Sæc. 6 pag. 523.

- An. 1004.
Num. 9. **P**RÆSIDEBAT (in Ecclesiâ Virdunensi) Richardus (a) Abbas, vir quo illâ ætate nihil habuit Gallia clarius, licet reverendi Abbatis Willermi et apud Italos et Francos jam præferretur disciplina, quamquam Odilonis æque Abbatis Cluniacensis, inter Monachos celebre nomen haberetur: nec non Agrippina civitas exsultaret Heriberti præsulis sanctitate, sed et Legia beatam se prædicaret sancto Wolbodone; Virodunum quoque gloriaretur suo Haymone; Cameracum etiam vitæ probitate attolleret Gerardus; Carnotenæ autem decus urbis mellifluus in facundiâ clareret Fulbertus . . .
- * de Marcio
Pag. 524. Nobilissimus Comes Lietardus *, Ottonis Imperatoris consanguineus, ei in omnibus adhæsit, et sumpto ab eo habitu religionis, villam sui juris Barlodium dictam B. Vitono tradidit . . . Mathildis (b) nobilissima Saxonie Comitissa, quæ de suo Comite Godefrido quinque filios genuerat, Alberonem scilicet ejus Ecclesiæ urbis Episcopum post Vifridum, et Fredericum et Hermannum industrios Comites, Godefridum (c) et Gozelonem præclarissimos Duces, hunc patrem summo dilectionis studio coluit, et pro parte hanc Ecclesiam magnâ admodum liberalitate, cum filio suo Comite C Hermanno (d) ditavit . . .
- Num. 11. Cùm Odo Comes Campaniensis castrum antiquissimum, Commercium (e) dictum, obsideret, ut eum pacificatum ab obsidione removeret, beatus hic (Richardus) cum Gervino Ecclesiæ hujus venerabili Apocrisario advenerat; sed jam tunc ignis vorans omnia vastabat. Tunc prædictus frater antiquissimam dignitatem capellæ ipsius castrum sciens, et reverendas reliquias (f) salvare cupiens, scuto piæ devotionis munitus, medios ignes ingreditur, cùm ecce uni armigerorum occurrit, qui eas corio insutas sub chlamyde sibi celabat. Mox denique, compensato pretio, eas ab eo suscepit, et huic Ecclesiæ intulit . . .
- An. 1037. Cùm igitur memoratus Campaniensis Odo, rursus contractis undequaque

(a) Non affectatâ elegantiâ, sed impensâ gratia, hoc vocabatur agnomine, videlicet *Richardus Gratia Dei*, in villâ quæ dicitur Bantonis, in finibus Remorum versûs Virodunum, parentibus nobilissimis, patre Waltero, matre verò Theodradâ oriundus; in puerilibus annis Ecclesiæ B. Virginis Mar. Remis sacris litteris erudiendus, et canonicâ regulâ institutus traditus fuit. Præcentoris et Decani in hac Ecclesiâ sortitus est officia. *Hugo Flavin. Chron. Vird. Lab. Bib. Ms. Tom. 1, pag. 173. Act. SS. ibid. pag. 519.* De Richardo Abbate passim in nostro Tom X.

(b) Uxor Godefridi Comitum Ardenensium, de quâ vide Chron. Alber. Tom. X, pag. 287.

(c) Godefridus, mortuo Othone Duce, Ducatum Lotharingiæ adeptus est, an. 1007. Obiit autem an. 1019. Cui substituitur Gozelo frater ejus.

(d) Ex Comite Monachus, cujus Epitaphium legitur, Tom. X, pag. 327.

(e) Oppidum ad Mosam, vulgò *Commerci*, in finibus Leucorum. Hujus obsidionis causam sic narrant Monachi Virdunenses: « Tempore quo Conradus successor Henrici pii Augusti Romanum gubernabat imperium, fuit in regno occidentalis Franciæ quidam Comes, Odo nomine, secundum sæculi hujus generositatem magnæ nobilitatis, plurimæ potentiæ, multæ factionis, bellorumque frequentia clarus. Is jure hæreditario possidebat castrum quoddam super Mosam situm, Commarceium dictum, in quo continebatur honorabiliter templum . . . Quod sanè castrum . . . antiquæ nobilitatis glo-

riâ clarum, quidam Comes ipsius indigena à patre præfati Comitum in bonium suscepit; et, ut mos exigebat, fidelitatem ei juraverat. Quo defuncto, jus alienum iniquè in jus transfudit suum, fidelitatemque et hominum justo heredi facere contempsit. Tunc ille irâ et indignatione nimia succensus, coactâ suorum validâ manu, castrum obsidione circumdedit, quam satis nimiumque in dies perurgens, præter spem eunctorum, subito seris effractis castrum ingreditur, rebelles supremo periculo donat, flammis victricibus omnia vastat ». *Mabil. Ibid. pag. 536.* Conradus electus est Imperator an. 1024. Hinc obsidio Commarceii posterioribus annis locanda est.

(f) Brachium scilicet S. Pantaleonis, « quod attulit cum corpore ejusdem à Nicomediâ Coloniensis Archiepiscopus, obtentum dono Constantinopolitani Imperatoris, quando pro ejus filiâ Ottoni II in matrimonio jungendâ jussu ejusdem Ottonis ad eundem Imperatorem legatus missus est, cum Episcopis II Ducibus et Comitibus . . . et reversus Coloniâ detulit. Fuert autem cum eo in expeditione ipsa quidam ejus consanguineus Dominus castrum de Commarceio, et multa prece obtulit ab eo brachium corporis sancti Pantaleonis, quod et in Ecclesiâ præfati castrum reposuit. Evolutis postmodum aliquot annis, obsessum est castrum ipsum, et eversum, atque succensum ». *Hugo Flavin. in Chron. Virdun. Lab. Bib. Mss. Tom. 1, pag. 166.*

A multis militum copiis, Bar(a) castrum obsedisset, ubi et cum multis suorum interemtus occubuit, et isdem venerabilis Pater, dum cum Monacho suo Waleranno, cognomento Bonifacio, illo venisset, Comitem Manassen de Domino Martino, eodem fusum prælio, cum quibusdam aliis isthuc deportari fecit, et honorificè sepelivit. Quod audiens uxor ipsius, variis donis eundem Patrem muneravit, et tapetem magnum huic Ecclesiæ dedit. Uxor etiam prædicti Odonis Comitis in memoriam sui et mariti casulam croceam tradidit. Sic industriâ et bonâ famâ beati viri hæc Ecclesia cumulabatur ornamentis. Comitem etiam Bretuliensem, nomine Waleranum (b), in ipso prælio graviter vulneratum, ne prorsus ab insectatoribus exstingueretur, sacrâ religionis veste amictum deffendit; et huc delatum, curatumque in tantum bona sui institutione innormavit, et sacris litteris imbuit, ut post ejus venerabilem transitum isti præficeretur Ecclesiæ: cujus pater Gelduinus nomine, tum filii amore, tum beati viri sacrâ allocutione, sæculo renuntiavit, et in senectute bonâ benè conversatus, plurimis donariis huic loco traditis, felici fine consummatus, in fine quievit.

... Viginti et unius Abbatiae (Monasteriorum) rector et institutor hic B. Pater exstitit... non solum in Lotharingiâ, verum in Franciâ seu in Flandriâ... Eo tempore quo Dominus Heymo pontificatum hujus urbis regebat, cœpit valde insistere ædificiis murorum civitatis, utpote vir nobilis, et superabundans divitiis... Unde factum est, ut istud Cœnobium includere delibaret intra muros civitatis, contra votum venerabilis patris... [qui] Imperatorem Henricum sibi amicissimum adiit... [cujus jussu] cessavit

C [Episcopus] ab intentato opere...

Audiens autem de Incarnatione et Passione Christi Isaiam præloquentem... miro flagrabat cordis ardore, si quomodo ad hoc posset aliquando pertinere, ut desiderium cordis sui inde valeret adimplere... Itaque... exit peregrinus (c) Christi à patria, comitatui ejus adhærentibus religiosis quamplurimis utriusque ordinis viris... per graves et longos labores... Constantinopolim venit... Emenso denique tanto itinere, pervenit ad desiderii sui venerabilem (d) locum, quem sitienter perlustrans, quibus lacrimarum fontibus irrigabat universa quæ circumibat, non est meum dicere... Verum Antiochiæ venerabilia loca nequaquam voluit prætergredi, sed ad illam devotus cum devotis perrexit... Reverendus itaque Pater post emensum tam longæ peregrinationis cursum redditur patriæ, redditur suæ Ecclesiæ...

D Extrema valetudine cœpit in dies urgeri... Visitabat autem eum assiduè Dominus Richardus venerabilis Pontifex, quem ipse de sacro fonte susceperat et diligenter nutrierat: litterisque (e) tam divinis quàm humanis ad unguem

Num. 12.

Num. 14.

Num. 16.

An. 1026.

Num. 17.

Num. 18.

An. 1027.

(a) Barrum oppidum est cognominis pagi caput inter Lotharingiam, vulgò *Bar-le-duc* dictum.

(b) Walerannus, et Gelduinus, infra, Comites Britulienses, neenon Letardus Comes Conradus Imperatoris nepos et consanguineus, famâ B. Richardi per Belgium et Germaniam pervulgatâ, vitam monasticam amplexi sunt.

(c) Hugo Flavin, ad an. 1014 narrat, Romam ivisse Richardum; Benedicto Papæ VIII in amicitia junctum, familiarissimum ei extitisse. 2^{um} iter Romæ sub Pontificatu Joannis XIX insinuat idem Chronographus: sic enim loquitur an. 1023. « A quo (sum. Pontifice) cum requisisset » Constantinopolitanus Antistes, ut sua Ecclesia » sicut et Romana universalis diceretur, et » donis eum, Romanosque, qui curiæ præerant, » innumeris flecteret, ita ut clanculo tentarent » concedere quod rogabatur, omnis ob hoc » vehementissimè commota est Italia. Sed Gal- » liarum Episcopi et Abbates his obviare conati » sunt; quidam in personâ suâ, quidam verò » litteris missis sedem Apostolicam visitantes, » et tantum opprobrium et dedecus auctorita- » tibus ad medium prolatis, quibus contradi- » cere fas non esset, à Romanâ Ecclesiâ propul- » santes. Nec defuit in his Patris Richardi auten- » tica præsentia: imò omninò satagit ut Con- » stantinopolitana præsumptio confutata con- » quiesceret. filium se Romanæ Ecclesiæ. dum

» matris honori providebat, ostendens ». Legitur autem inter miracula ejusdem B. Richardi, num. 9. hunc Abbatem Turones accessisse Cœnobii sancti ac Confessorum Confessoris Martini visitationis gratiâ.

(d) De itinere Jerosolimitano audiamus eundem Chronographum. « Expensas viæ Richardus » Comes Normannorum omnes ei (Richardo) » attribuit. Erat enim in elemosinis largus, ca- » ritate diffusus, honestate præclarus. Supersunt » adhuc in Britannicâ insulâ et Normanniâ no- » biles et probati viri, qui viderunt hunc » patrem nostrum *Gratia-Dei*, et noverant » quanto ab eodem Comite diligebatur aspectu... » Richardus septingentos peregrinos secum » duxit. »

(e) Ita verò reipublicæ negotiis intentus erat Richardus, ut privatorum curam non dimitteret. Quàm autem sollicitè res sui Monasterii curaverit, probat veterum aliquot chartarum Monasterii Vitoniani collectio quam accuratè describi curavit. Earum nonnullas præ manibus habemus ex autographo, quod modo Divione asservatur, descriptas: in quarum una sic loquitur: « Quoniam meo tempore multa peregi, » quæ in posterum loco mihi commisso, etc. Litteris ea huic schedulæ mandare curavi ob vitandam destructionis et odii scandalum, ne animæ meæ vel futuris... aliquid veniat detrimen-

imbuerat . . . Discessit autem à corpore . . . 18 Calend. Julii, anno Incarn. A
Dominicæ 1046, Indict 14. Concur. 2. Epactâ XI, etc.

» tum, etc. Ita Mabil. in observ. ad vitam B. Ri-
» chardi, num. 4. Ibi videre est quo studio, quâ

» ratione Monachi Cartularia suorum Monaste-
» riorum describi curaverunt ».

EX VITA S. ANATOLII ^(a) EPISC.

Apud Bolland. 3. Febr. pag. 359.

Circa an.
1029.
Num. 5.

IN Archiepiscopatu Bisunticensi ^(b), qui et Chrysopolitanus appellatur, ^B
est quædam regio, nomine Scodinga, in quâ est vallis Romano ^(c) itineri
pervia, quæ Salinis benè suo sibi nomine dicitur, eo quod sal ibi sufficien-
ter conficiatur. Supra vallem quoque mons eminentissimus à sui sitûs
pulchritudine nomen habens, Aureus ; à cujus clivo fons limpidissimus
emanat, qui diversis ægrotantibus morbis, si eo lauti fuerint, sanitatem ac-
commodat. Vallis undique circumclausa montibus, pro muro se porrigit inha-
bitantibus. Medium fluvius interfluit, qui Furiosus ex re vocabulum colle-
git, vel quòd ingruenti pluviâ subito et sine modo concrevit ; vel quòd
populus alter in alterum urgente irâ quasi furibundus insurgit.

^(a) B. Anatolius, Salinensium tutelaris, fuit, ut verisimilius creditur, Episcopus Adanæ, Ci-
licicæ civitatis, in Patriarchatu Antiocheno. A
partibus stetit S. Joannis Chrysostomi, Patriar-
chæ Constantinopolitani, adversus Theophi-
lum Alexandrinum, eamque ob causam extorris
in Gallias concessit. Cùm ad Sequanos venisset
juxta Salinas substitit in clivo prærupti montis.
Ex eo loco felix anima ad cœlites emigravit :
ibidem conditum corpus sex ferè sæculis deli-
tuit ; donec ineunte XI sæculo exhumatum, tu-
muloque honoratiore compositum est Idibus Ju-
nii, in Basilicâ quam Hugo (tunc Canonicus
Ecclesiæ Metropolitanæ, postea Bisonticensis
Archiepiscopus) Humberti Domini Salinensis et
Hermenburgæ filius, opere magnifico exstruc-
tam in honorem SS. Simphoriani atque Anato-
lii... nobili ibi Canonicorum collegio consti-
tuto. Hæc Pet. Fr. Chiffletius.

^(b) Variè à variis Scriptoribus Vesuntio ap-

pellatur. Alii Besantionem, Chysopolim (id est,
civitatem auream) dicunt permulti : quâ causâ,
discet qui voluerit ex Chiff. Vesont. par. 1,
c. 12.

^(c) Gollutius quoque lib. 2, cap. 22. Roma-
norum opus esse censet hanc viam, ad tres leu-
cas porrectam, ac stratam lapide, ubi rupes de-
sunt, quæ iter præbeant. De eadem agit cap. 10.
Ita Bolland. Legitur in Diplomate Rodulphi
Burgundionum Regis an. 1029 Ugonem, prius-
quam esset Archiep. Bisontinus, reædificasse Ec-
clesiam S. Anatolii Salinensis, in eâque Colle-
gium Canonicorum instituisse : « Notum volo
» fieri... Ugonem nostrum Capellanum ; cog-
» nomento Salinarium, Sanctique Stephani
» Chrysopolitæ urbis Canonicum... humiliter
» postulasse, ut res quas Ragenaldus Comes in
» valle Salinensi... dedit SS. Simphoriano et
» Anatolio... vel ipse Ugo ædificator loci
» illius... corroboraremus ad honorem Dei, etc.

EX VITA (a) S. POPPONIS (b) ABBATIS STABULENSIS *.

* Stavelo

Apud Mabillon. Part. I Sæc. VI Benedict. pag. 574.

BALDUINO (c) Marchiso summum in fascibus Comitatum agente, Flan-
driarumque populis justis cum legibus imperante, B. Poppo tam apud
eundem Principem, quàm Optimatum suorum primos plurimùm amicitia
dictante valuit, ut potè qui religione, justitiâ et fide magnificè claruit. Con-
tigit etiam inter alios *Frumoldum* quemdam ejusdem Principis lateri loco pænè
proximo adhæsisse, primisque regni negotiis apprimè consulto incubuisse,
qui in loco *Sithiu* nominato habitatione sui morabatur, cujus amicitia præ
ceteris amplius singulariùsque B. Poppo tenebatur. Tantus etenim iis om-
nium rerum par alterutrum erat consensus, ut idem *Frumoldus* filiam suam . . .
eidem viro Dei stabiliùs adjungere connubio moliretur Cujus votis vir
Dei assensum ad tempus præbuit : sed postea . . . ut id fieret secum renuit . . .

Num. 9.

Accidit Henricum (d) Imperatorem, vivendi finem fecisse, Conradum-
que, tam nobilitate, quàm armis egregiè commendabilem, regno suc-
cessisse. Sed quia, quæ nunquam dehabetur, sitis habendi tam amplius,
inter principes regni dissidiorum occasionem ingessit, B. Poppo . . . illos in
pacis redigere gratiam diù multumque laboravit ; tandem desiderii sui satiem
invenit, omnesque in unum pacis locum . . . redegit. Sed et ipse animum
Regis nuper ordinati, de quo nihil adhuc certum statuerat, prudentiâ et
sanctitate ad amorem sui comparavit, ita ut dilectio ab Henrico in se quon-
dam habita non deperiret, cum similem, immò majorem, in successore
ipsius inveniret. Et quia ante quamplures annos Romani Imperii cum Francis
discordia non minima inoleverat, ipse inter utrosque pacis gratiam labore et
industriâ suâ paratam complevit. Conradumque atque Henricum Reges in
consensum revocavit : quorum unus, id est Conradus, Romanorum sive
Orientalium ; alter verò, id est Henricus, Occidentalium populis Franco-
rum imperavit. Erat enim ei cum utrisque par locus inveniendi quæ popo-
cerat, ut potè qui plurimùm, amicitia dictante, penes eos valuerat : ideòque
discordia, quæ inter eos quasi quoddam senium longum duxerat, ipso me-
diante in nihilum redacta est.

Pag. 584.

Num. 30.

An. 1024.

Argentinae (e) interea civitatis Episcopatum, Regis Conradi jussione sibi
præscriptum, tam callidè quàm humiliter declinavit : quia occasionem de-
clinandi Regi dictavit, videlicet se Clerici dicens filium, Canonicisque
Sanctionibus fieri obnoxium, si Pontificii temerè præsumsisset officium. At
pro excusationis hujus fictione aliquantum tunc Rex erubuit, et quasi Sy-
nodali præscripto conventus, super hoc ad præsens conticuit. Sed non

Num. 31.

Inter an.
1033 et 1039

(a) Vitam S. Popponis mutato stilo edidit Surius ad diem XXV Januarii. Hanc Bollandus duorum Codicum Mss. ope ad primigenium statum revocavit. Ejus verò Auctorem Everhelmum Abbatem Altimontensem esse omnes consentiunt, idque patet ex vitæ ipsius contextu. Quin et ipse Onulfi, qui Præfationis Auctor fuit, factâ mentione, se vitæ Auctorem esse manifestè declarat. Quantam mereatur fidem Everhelmus, ex hoc colligi potest, quòd visa à se ut plurimùm et audita narraverit ; sanctoque viro, cujus nepos fuit, in extremis agenti adfuerit, ac exeuntem Ecclesiæ Sacramentis munierit.

Cum Bollandus miratur Mabillonius Poppo-
nem tot virtutibus illustrè ante sæculum XVII
nullo publico cultu donatum fuisse. Cum ejus
nomen à Cardinali Baronio in Martyrologium
Romanum invecum fuisset, primùm ei publica
veneratio haberi cœpit, ac tandem anno
MDCXXXIV sacrum ejus corpus auctoritate Fer-
dinandi Bavari Electoris Coloniensis, qui etiam
tunc temporis Leodiensi Ecclesiæ et Monasterio
Stabulensi præerat, è terra levatum est. In Mo-
nasterio S. Theodorici, quod situm est tertio ab

urbe Remorum milliario, Poppo monasticam
vestem induit. Eundem sanctum inter viros
pietate celebres, qui Remensem Provinciam sæ-
culo XI illustrarunt, memorat Guillelmus Mar-
lot Tom. II Metropolis Remensis. *Mabil.*

(b) Listrogagii partibus extitit oriundus B.
Poppo : Listrogagium, vel Listrogagium, re-
gio est Flandriæ, quæ Lisâ anne alluitur ; hic in
Morinis prope Teruannam ortus, Gandavi in
Sealdim influit. Pater ejus Tizekinus, mater
verò Adelwiif, al. Adelwiva, vel Adelviva,
quam *Beatam* appellat Buccelinus in Menologio,
Sanctam Saussayus in Martyrologio Gallicano.
Mabil.

(c) Balduinus Bello-barbus nuncupatus, Co-
mes seu Marchio Flandriæ, qui anno MXXXVI
obiit. *Mabil.*

(d) Henricus II Imperator, Sanctus dictus,
XIII Julii an. MXXXIV obiit.

(e) Id post Wernerii Episcopi mortem conti-
gisse putat Brouverus apud Bollandum, inter
annum scilicet MXXXIII et MXXXIX, quo
obiit Conradus Imperator. *Mabil.*

- multò post ab *Ermengarde* nobilissimi Principis Godefridi filiâ didicit quoniam B. Poppo non Clerici, ut ipse Regiæ Majestati fixisset, sed Laici ingenuitate et militiâ egregii filius fuerit . . . Suarum prætereà precum obtentu, *Heribrandus* in S. Gisleni * ; Everhelmus (a) quoque in Altomonte * Rector cœpit haberi. Apud Brunwilarium * verò quod ab Elone (b) Palatii administrante Comitatum suscepit, Evonem, omnibus ejusdem loci habitaculis à fundamento exstructis præfecit. Atque in *Busendorff*, quod largiente sibi Adalberto Comite * in manus venerat, (Cononem Rectorem subrogat) . . . Sed et apud Trajectum * quod Frisiam respicit, ab Adalbodo ejusdem civitatis Episcopo, Cœnobium S. Pauli regendum suscepit, ibique Herigerum tam prodesse quàm præesse præcepit . . . In Willario * prætereà Theodoricum, et Mettis apud S. Vincentium præfecit Heribertum, in Walciodoro * quoque Lambertum . . . Apud S. Eucharium etiam Treviris Bertulfum in B regimine promovendo roboravit . . .
- Pag. 586. Intereà tam Malmundariensium, quàm Stabulensium locorum renovationi operam dedit . . . Apud Malmundarium * quidem Cryptam . . . è fundamentis extruxit: Stabulaüs verò, qui omnes cum Monasterio officinas pro parvitate sui vilescere invenit, funditus eas eversum ire cœpit, atque in habitaculis amplioris situs exstruendis plurimum impensarum admisit . . . Marmoreas proindè columnas ad id similiter opus . . . inibi invenit, ubi nulli unquam ejus natura loci marmor invenire dedit . . .
- Pag. 587. . . . Pro consecratione (ejusdem Ecclesiæ) in honore S. Petri, sanctique Remacli . . . Hermannum (c) Agrippinæ Coloniae Archipræsulem, Nicodemque Leodiensem evocavit, quibus Episcopos Abbatesque complures ejusdem rei occasio una sociavit: tum ut honestiùs hoc commendaretur, Imperialem Henrici Majestatem invitavit, cui post Conradum patrem successio justa Imperium adspiravit. Præfinitus dies . . . Nonis Julii illuxit . . . anno An. 1010. Dominicæ Incarnationis millesimo quadragesimo, Indictione octava, Henrici quoque Imperatoris anno secundo . . .
- Pag. 589. Atrebatensium intereà Rector Johannes hac de luce substrahitur, sanctitatisque B. Popponis occasio (d) Balduino Marchiso pro successore iugeritur. Qui super hoc internunciis sibi concurrentibus diù multùmque laboravit, et licet serò, S. viri ad id votum impetravit. Licentia tamen Imperialis, quam in hoc idem Marchisus restare adhuc videbat, non statim id fieri sinebat, præsertim cùm multa tunc temporis esset dissentio, Orientaliumque atque suorum valida inter se contentio. Eadem tandem à Rege licentia B. Popponi permittitur, atque ità Atrebatum usque advehitur, et primùm in Naumene (e) D civitate cum Wazone (f) Episcopo Leodium devenit . . . Susceptis interim à præfato Antistite his quibus se tunc ad tempus opus habere videbat, Atrebatum usque . . . deveniebat . . . Administrandis (S. Vedasti) rebus Emmelinum virum prudentem præfecit, qui præfati Antistitis Wazonis carne Germanus, sanctique viri cooperator fuit . . .
- Pag. 590. . . . Præfatus Marchisus Marcianas * Cœnobium tutelæ ipsius delegavit, et ut in ipso regressionis suæ articulo singula illic accuraret, mandavit . . .
- Num. 44. . . . Obiit sanè octavo Calendas Februarii, anno incarnati Verbi millesimo Pag. 592. quadragesimo octavo, Indictione prima, ætatis suæ anno septuagesimo, Imperii verò Henrici secundi (g) anno decimo. Num. 50. An. 1048.

(a) Historiæ hujus autor.

(b) Elo seu Ello aut Ezzo hujus Monasterii Fundator inter sanctos relatus est, cum uxore Mathilde et filiabus septem, inter quas Richera Regina Poloniae. *Mabillon.*

(c) Hic Ellonis Comitis Palatii filius fuit. Nico autem Leodiensem Cathedralam ab anno MXXXIX ad an. MXLII tenuit. *Id.*

(d) Balduini Barbatii, de quo suprâ, filius, qui Pius postea dictus est. *Id.*

(e) Namurcum scilicet, Gallicè *Namur*, urbs

celebris, quæ hic *Naumene* dicta videtur à *Namen*, quo nomine à Teutonibus designatur. *Id.*

(f) Wazo Nithardo successit, vir pietate illustris. *Id.*

(g) Henricus III, Niger dictus, secundus hic appellatur; quia Henricus I seu Auceps, nunquam Imperatoris nomen, immò nec Germaniæ Regis, suis in Diplomatis assumpsit. In Diplomate pro Abbatia Fuldensi, *Advocatum* se dicit *Romanorum*; in quibusdam aliis, ut in præsentis Historiâ, *Franciæ Orientalis Rex* dicitur.

A

EX LIBRO MIRACULORUM S. GUDILÆ * VIRGINIS (a).

* Ste Gudule

Apud Chesnium Tom. III. Scriptor. Fr. pag. 438.

Et apud Bolland. 8. Jan. pag. 530.

MXLVII. ANNO Incarnationis Dominicæ, XV Indictione, Damaso (b) Apostolicam sedem præsidente summo Pontifice. Henrico III regnante (c), dedicatum est in monte Bruxellæ Templum VI Kalend. Decembris ad laudem nostri Redemptoris, in honore S. Michaelis Archangeli à Gerardo Cameracensi (d) Episcopo. Lambertus (e) verò, qui et Baldricus, Comes, Henrico fratri succedens, cujus præsentia tunc cuncta extiterunt illic decenter ordinata, eodem die illud corpus sanctissimum * de Ecclesia S. Gaugerici, cum Episcopo, ceterisque sacris ordinibus levavit, atque cum summo honore in Ecclesia S. Michaelis reposuit. Et annuente in omnibus uxore suâ Odâ, quæ fuit Gozelonis (f) Ducis filia, ad serviendum Deo sanctæque Gudilæ Virgini XII Clericos ibi constituit, et ad usus eorum ipsam Ecclesiam cum decimis et alia plura legaliter contulit.

* B. Gudil

(a) Bruxellis (quæ Brabantia Ducatus urbs est, Belgii Principum sedes) solemnitate celebrata colitur VI Januarii, S. Gudila, sive Gudula, aut Guodila, Belgis *Ste Goële*, sive *Goule*. An. MXLVII à Lamberto Baldrico Duce transfertur Bruxel. in S. Michaelis Eccles. quæ nunc S. Gudilæ dicitur. *Bolland.* Acta hæc ab Huberto quodam sæc. XI scripta sunt.

(b) Baronius, aliique putant non nisi sequente anno sedere cœpisse Damasum. In Diplomate Lamberti Baldrici Comitis apud Miræum, in notitia Ecclesiarum Belgii manifestum esse mendum videtur, dum dicitur, *actum publicè Bruxelles anno Dominicæ Incarnationis 1047, Indict. XV, Leone IX in Apostolicâ sede præsidente Pontifice summo, etc.* Nam consecratus in Pontificem est Leo Dominicâ primâ Quadragesimæ XII Febr. 1049. *Id.* Diebus tantum XXIII sedit Damasus II.

(c) Secundus erat ejus nominis Imperator,

Rex tertius. Quare in citato Baldrici Diplomate habetur, *regnante Henrico Imperatore III. Bolland.*

(d) Hujus nominis I. a Erluino Cameracensi Episcopo vitâ functo III Nonas Febr. (an. 1012) Rex Henricus (II) Gerardo Capellano suo, Arnulfi Florinensis et Ermentrudis filio, qui Remis in Gerberti Schola sub Adalberonis Archiepiscopi disciplina eruditus fuerat, hanc sedem tribuit. » *Mabil.* Sequenti tantum anno consecratus, ad an. usque 1051 Episcopum gessit Gerardus. *D. Rivet. Hist. Litt. Tom. VII, pag. 434.*

(e) Lambertus III, filius Lamberti II, Comes factus Lovaniensis, post Henricum I fratrem suum, imò immediatè post Ottonem Henrici filium, qui annum in Principatu integrum non exegit. *Mab. Boll.*

(f) Aliis *Goziolo*, et *Gothilo* dicitur cognomento *Magnus*, Lotharingiæ superioris Dux.

D

EX HISTORIA DEDICATIONIS ECCLESIAE (a) S. REMIGII,

Apud Remos, Auctore Anselmo ejusdem loci Monacho et Æquali.

An. 1049.

Apud Mabillonium Sæc. VI Bened. Part. I, pag. 715.

Cap. 7.

DEFUNCTO Papa Damaso, qui in civitate Brixenorum *, quæ est in Provincia Histriæ, fuerat Episcopus, et in Apostolica sede iuthronizatus, triginta * solummodo ibi vixerat diebus; Romani, legatione de ejus obitu ad Imperatorem Henricum * directâ, petierunt ut Ecclesiæ pastore viduatæ ab eo subrogaretur alius. Qui super hoc negotio Episcoporum et

* Brixen

* Al. 23.

* III

(a) Ejus Basilicæ Dedicatio à B. Leone IX summo Pontifice facta est anno 1049, Remis sedente Widone Archiep. Solemnitatem hanc datâ operâ descripsit Anselmus Monachus ejusdem Cœnobii S. Remigii, jussu Herimari Abbatis, in Libello singulari ea de re edito sub titulo *Itinerarii Papæ Leonis*, in quo omnia quæ præsens viderat et audierat sigillatim exponit. Hic omittere non licet, ea occasione festum S. Remigii, quod jam antea Kalendis Octobris celebrabatur, sollemnius exindè evasisse, ex præscripto B. Leonis, datâ ea de re Bullâ, quam Anselmus noster in opusculi sui fine inseruit. Verùm eum in plerisque Galliarum locis iterum tepuisset ergâ sanctissimum Antistitem hæc prisca

veneratio, rursus excitata est Decreto Comitiorum generalium Cleri Gallicani, quod agente piissimo Antistite Felice Vialardo Catalaunensium Episcopo, Remensis Provinciæ Legato, die 17 mensis Martii anno 1637 editum est. Atque indè datæ sunt, nomine Cleri Gallicani, litteræ ad universos Episcopos, quibus innotesceret statutum fuisse, ut in universo Galliarum regno B. Remigii festivitas sub duplici ritu celebris haberetur. Extant hæc litteræ, simul eum privilegio Altaris Remigiani, apud Mabillon. Aet. SS. Ord. S. Bened. sæc. VI, p. I, pag. 726 et 727. reperies et apud Domn. Marlot *Hist. Metrop. Rem. Tom. II, pag. 103 et 106.*

Optimatum Imperii sui quærens consilium, invenit inter ceteros Dominum Brunonem Tullensem Præsulem ad idem officium subeundum esse idoneum, ut potè qui ætatis maturitate, morumque et scientiæ claritudine videbatur conspicuus, sibi que sanguinis affinitate proximus. Undè Apostolicæ dignitatis ei adjudicata sunt insignia, jussusque ab Augusto, ut ad hæc secundum Ecclesiasticas Sanctiones suscipienda, Romana inviseret mœnia; sed quia sollemnia imminebant Nativitatis Dominicæ, hæc cum Clero, cujus fuerat Pastor, disposuit celebrare, eisque celebratis, quo erat præceptum abire.

Num. 7.

Hujus itaque Pontificis notitiam in colloquio, à præfato Imperatore et Francorum Rege, de pacis et amicitiae confirmandæ gratiâ, ante non multum tempus habito, memoratus (S. Remigii) Abbas Herimarus fuerat consecutus; à quo etiam promissum acceperat, quòd in proximo quadragesimali jejunio B. Remigii sepulchrum absque equi solatio foret expetiturus: B quia cum eorundem Regum aliquando familiaria ab invicem perferens mandata, per contiguam regionem transierit, ipsius sancti locum orationis gratiâ invisere neglexerit. Quod idem Abbas sagaciter recolens animo, sua dirigens scripta illi suggerit, ut quoniam pro delegato sibi Apostolici primatus officio, Romam ire disponit, si quando ad cognatos fines certo Ecclesiæ revocetur emolumento, non fiat irrita Francorum Apostolo ab eo facta promissio. Mittit verò ei in munere vas ad bibendum idoneum, intus et exterius auro decentissimè decoratum, insinuans ei de ipsius sancti Ecclesiâ (a) dedicandâ suum cum petitione desiderium. Ad hæc idem Episcopus benignè refert, quia etsi alia nulla se revocet Ecclesiæ utilitas, vel pro solo amore sancti Remigii reversurum ad Gallias, et ejus Basilicam dedicaturum, si divina annuerit benignitas. Celebratis ergo in sede civitatis Leu- C chorum duobus Dominicæ Nativitatis diebus, in tertio clero suo valefaciens, iter capere Romam ducens aggreditur: quòd perveniens, cum favore totius populi honorabiliter excipitur, Apostolicæque dignitatis infulis insignitur, in Hypapanti (b) Domini in Cathedra beati Petri inthronizatur, et Leo Papa, Romano more, nuncupatur. Hic dignè administrans quæ sui sunt officii, instanterque disponens quæque videntur accommoda divinæ religioni, quadragesimalis temporis explet jejunia, succedentiaque Dominicæ Resurrectionis ibi celebrat sollemnia: quibus elapsis Synodum convocat Episcoporum Italiæ, et ibi quælibet perversa in eorum Episcopis pullulantia aut corrigit, aut hortatur corrigere.

Num. 8.

Pag. 716.

Aliquanto autem temporis interlabente curriculo, Gallicum revisere solum, tam beato Remigio facta promissio, quàm orthodoxæ fidei, in illis D partibus adeò tepefactæ, persuadet intentio. Unde à Romanis expetitâ licentiâ, per quasdam Latii urbes iter agens, in iis multa disponit ecclesiasticæ honestati congrua, tandemque adit Imperatorem Henricum in regione commorantem Saxonia. Intereà memoratus Abbas, desiderii sui compotem se futurum ex ipsius Papæ certis pollicitatione, Regi Francorum Laudunum venienti occurrit in Pentecostes sollemnitate, ejusque consilium et favorem expetit de præfato Templo Apostolicâ consecrando benedictione, monens et postulans, ut his agendis suam præsentiam exhibeat, et Episcopos regni- que sui Principes secum interesse faciat: cui idem Rex ad præsens * mente benigna annuit, seque, nisi alicujus impedimenti intercesserit casus, tantæ festivitati affuturum asserit. Ex quo promisso Abbas lætificatus revertitur, indeque Papæ Coloniam-Agrippinam cum Imperatore adveniensi, in Apos- E tolorum Petri et Pauli natalitio fit obvius; à quo adventus sui ad Remense solum, gerendarumque ibi rerum tempus et ordinem investigat diligentius. Ille verò sibi notificans pandit quomodò priùs deliberasset, ut octava die ab ipsius Sancti festivitate, quæ in Kalendis Octobris habetur celeberrima, illò veniret; et ipsius Monasterium dedicans, postea ibidem ex Episcopis Galliæ congregatam Synodum celebraret. Quâ sententiâ mutatâ, ad eundem locum in sollemnitate S. Michaëlis Archangeli se venturum, et in Ecclesia B. M.

* *Al.* preces

(a) Ecclesiam hanc ab Abbatibus Theodorico et Herimaro constructam, iterum auxit Petrus Abbas, Cellensis vulgò dictus, qui postea Johanni Sarisberiensis Carnutensi Episcopo successit. Cardinalis Lenuncurtius nonnulla item

Ecclesiæ huic adjecit.

(b) Latine *occursus*. Festum est Præsentationis D. N. J. C. in Templum: vulgò dicitur Purificatio B. M. V.

A Remis Missarum sacra in eadem die memorat celebraturum; festum verò gloriosi patris Remigii *, pretiosi corporis ejus elevationi, et subsequentem basilicæ consecrationi, ceteros deinde tres Synodi deputat celebrationi. Quibus auditis, ad suum Cœnobium rediit Abbas, suaque scripta per Franciam eique contiguas direxit Provincias, invitans sanctæ Ecclesiæ fideles, ut ad tanti gaudii participationem concurrant mente promptissimâ, tam pro amore et veneratione ejusdem Patroni sui, quàm ut benedictione muniri mererentur Apostolica. Ceterùm Papa Coloniâ digressus, Tullum in Exaltatione Dominicæ Crucis venit, indeque circumjacentium regionum Episcopis et Abbatibus litteris suæ auctoritatis mandari præcepit, ut in præfata die sibi occurrerent, ad Synodum celebrandam in Basilica præfati Francorum Apostoli; ut per quem orthodoxæ fidei initiati sunt rudimentis, in ejus præsentia consequerentur reparationem tepefactæ in se divinæ religionis. Hujusmodi mandatis gratulatur pia fidelium devotio, præparans se studiosè ad implendum quod ex apostolicæ dignitatis sibi promulgatur edicto.

* Kal. Octob.

Venenatus autem serpens qui ab exordio mundi ad humani generis inhiat præcipitium, tam salutari proposito commenti sui nititur opponere obstaculum. Ad complendam enim perfidiæ suæ voluntatem, quosdam potentes laicos excitat, qui incestis conjugis operam dando, et aliorum criminum nefariis usibus se implicando, violatores erant honestatis Ecclesiasticæ, ideòque verebantur reatum suorum latebras in lucem prodere. Sed et nonnullos Episcopos et Abbates illis adjungit, qui in ovile dominicum aliunde, non per ostium irruerant, et in Ecclesiis suis Catholicorum Patrum sanctionibus contraria quædam pullulare permiserant, quæ conductæ Synodi examinatione resecanda manifestari metuebant: ut enim scriptum est: *Omnis qui malè agit, odit lucem*; et ideò peccatis suis magis magisque occultationis adhibet obnubilationem. Tantæ itaque perversitatis viri incentoris sui callida suggestionem instructi, Regi Francorum suggerunt regni sui decus adnihilari, si in eo Romani Pontificis auctoritatem dominari permitteret; vel si eidem, ut decreverat, occurrens, præsentiae suæ favorem, ad cogendum Concilium exhiberet. Addunt etiam quòd nullus antecessorum ejus id reperiatur aliquando concessisse, ut ob similem causam in Franciæ urbes ingressus pateret alicui Papæ: his verò agendis pacis et tranquillitatis congrua sunt tempora, regni autem ejus status sit in perturbatione non modica, quibusdam viris potentibus dominationis ejus jugum detrectantibus, terrasque et castella quælibet ab ipsius ditone abalienantibus. Quapropter regiæ dignitati ferunt congruere, utilitati Reipublicæ suâ sapientiâ consulere (a) potius quàm Synodis intendere; Principes suos et totius exercitûs sui potentiam commovere in rebelles, ipsos etiam Episcopos et Abbates, penès quos maxima pars facultatum regni est, censent immunes hujus expeditionis esse non debere. Ante alios Abbatem S. Remigii, quem quasi de rerum suarum abundantia præsumentem, pro vanæ gloriæ amore, ad Monasterium suum consecrandum calumniabantur Romanæ urbis Pontificem evocasse. Hæc igitur versipelli (b) persuasione Rex emollitus, et ab honesto proposito ad seductionis devia flexus, Papæ per Silvanectensem mandat Episcopum, se suosque Pontifices cum Abbatibus cogi ad comprimendam pervicaciam sibi resistentium, ideòque non posse occurrere ei in præfixo termino ad peragendum Concilium. Unde adventum suum in Franciam in aliud tempus differat; quo, absolutus hujusmodi negotiis, eum debito cum honore suscipiat. Ad hæc Papa remandat, promissionem beato factam Remigio nequire se irritam facere; sed ad basilicam ejus dedicandam procul dubio venturum, ubi si qui divinæ religionis amatores convenerint, cum eis Synodi rationem se fatetur habiturum. Cujus mandati ad Regem relatione perlatâ, ipse tamen iter in rebelles aggreditur, coactâ in unum ingenti exercitûs sui militiâ: sed et Episcopis et plerisque Abbatibus contra voluntatem suam illò euntibus, illis etiam perver-
sis Ecclesiarum rectoribus ad id negotium ultrò se ingerentibus, qui ut summi Pastoris Vicarium actus eorum examinare venientem possent effugere,

Num. 9.

Pag. 717.

(a) Edit. Reipublicæ suæ sapienter consulere.

(b) Ab hoc Concilio Regem avocabant inter

alios, Gebuinus Laudunensis Episcopus et Comes Hugo de Braina. *Fleury Hist. Eccles. Lib. 59, pag. 565. Mab. Annal. Bened. Lib. LIX, pag. 502.*

eamdem expeditionem exitiali techna elaboraverunt struere. Adducitur cum A
eis et memoratus Abbas S. Remigii, mœstus admodum et gemens, quasi
non esset visurus effectum desiderii sui. Sed divinæ consolationis ejus
mœrori non defuit potentia; vix enim unius diei et dimidii itinere confecto
indulta est ei redeundi licentia: qui reversus celerrimè Romanum Antistitem
adhuc Tullo remorantem expetit, eumque pro regiis mandatis jam diu con-
ceptum propositum non permutasse cognoscens, gratulabundus ad Monaste-
rium rediit, instanter præparare satagens quæ tanti Patris confluentium-
que filiorum Sanctæ Ecclesiæ forent necessaria conventui. Jam quippe
dierum prope erat terminus, qui supradictæ dispositionis completioni fuerat
attributus.

Num. 10. Denique Domnus Papa à Leuchorum urbe digressus, iter ad Remensem
ducens urbem arripuit, et in oportunis locis, singulis quibusque noctibus B
mansione accepta, in vigilia festivitatis S. Michaelis ad Curmolensem (a)
villam venit. Cui præfatus Abbas ibidem obvius factus, quæcumque neces-
sarius expetiit usus, illi omnique Comitatu ejus affluenter suppeditavit. Die
verò sequenti ad sanctum pervenit Remigium, Archiepiscopis tribus comi-
tatus, Trevirensi videlicet, Lugdunensi, Vesontionensi, aliisque viris ho-
norabilibus, inter quos erat Johannes Episcopus Portuensis, et Petrus Ec-
clesiæ Romanæ Diaconus, et ipsius urbis Præfectus. Hic protinùs congloba-
tur in unum tota fratrum Congregatio, et cum eis * Abbatum, Monacho-
rum, Clericorum, qui jam ex multis confluerant partibus, innumerosa *
Concio. Ex quibus omnibus in atrio Basilicæ disponitur decentissima Pro-
cessio, Episcopis tribus, Silvanectensi videlicet, Andegavensi, Nivernensi,
longè digestos ordines antecedentibus, textumque Evangelii cum aqua be- C
nedita et aromatum odore ferentibus. Sic ergò dispositi Papam advenientem
suscipiunt . . . Exindè egressus, ab eisdem . . . deducitur usque ad civitatis
mœnia (b). Cui Remensis Clerus cum Archiepiscopo suo, aliisque quibus-
dam obviam procedens Episcopis . . . disponit ordines in atrio (c) S. Dio-
nysii martyris . . . usque ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ illum comitatur . . .
In Archiepiscopali aliquantulum resedit sede, Archipræsule Remensi ad
ejus dexteram, Trevirensi autem residente ad sinistram . . .

Num. 11. Die autem subsequenti . . . ad sanctum remeavit Remigium; factoque sibi
balneo, lotus est et tonsus, ut potè . . . Sollemnitatem in crastino celebra-
turus . . . Advolabant tam ex vicinis quàm ex longinquis regionibus pro-
miscui sexûs innumerabiles; effundebat aspera Francia ad honorem gloriosi D
Apostoli sui Villanos, Opidanos et Cives; sed et Gallia pœnè ex omnibus
suis partibus huc transmittibat populorum millia: inter quos accelerabant
Episcoporum, Abbatum, Monachorum, Clericorum generosa agmina.

{ Pag. 718. Mane autem facto [tertia die] susceptus est à Domno Papa intrà Eccle-
Num. 12. siam S. Martyr Cornelius, quem cum aliis sanctorum pignoribus Compen-
dienses Clerici illò detulerant, pro multis violentiis, quas Ecclesia sua pa-
tiebatur à quibusdam malefactoribus. Circà horam deindè tertiam . . . ad
gloriosi patris Remigii sepulcrum procedit [Apostolicus] . . . sociatis sibi
Archiepiscopis quatuor, Remensi videlicet, Treverensi, Lugdunensi, Ve-
sontionensi . . . sed et ipsius loci Abbate, domnoque Hugone . . . patre
Cœnobii Cluniacensis . . . Ipse antè alios, cum præfatis Archiepiscopis et
Pag. 719. Abbatibus, suppositis humeris illud devotè lacrymans extulit . . . Cumque
ad eum locum ventum esset, ubi quondam fuerat porta, antiquo *Patens* mun-
cupata vocabulo, per quam idem sanctus hostem humani generis in eadem
urbe visibilibus ignium debacchantem exterminis, adhuc in carne vivens
orationibus expulit, illic eosdem pretiosos artus deponunt . . . Ad cujus facti
memoriale ibidem basilica moderno est constructa tempore, quam quidam
servus Dei Constantius (d) nomine, suis impensis eleganter composuit . . .

(a) Vicus est vulgò dictus *Courmelo*.

(b) Tunc Monasterium S. Remigii extrà urbis
mœnia erat, nunc à trecentis circiter annis,
dilatato urbis pomerio, in eo inclusum. *Mabill.*

(c) Ibi fuisse Canonicorum Remensium se-
pulturam refert Frodoardus L. 2, Hist. Rem. Cap.
15. Verùm anno 1067 Gervasius hanc Basilicam,
positis in ea Canonicis Regularibus S. Augustini,

in Abbatiam crexit. *Id.*

(d) Constantium hunc multis laudibus effert
Hugo Abbas Flaviniacensis in Chronico Virdu-
nensi. Quam ædificavit Constant. Ecclesiam
hodiè obtinent Milites Melitenses. In ejus porta
majori superest vetus inscriptio tempore funda-
tionis posita. *Mabill.*

A Remensem Archiepiscopum ternam circuitionem, cum crucibus et sanctorum reliquiis . . . exterius constituit agere [domnus Papa], ibique consecrationis officium adimplere: ipse verò cum sibi necessariis remanens interiùs Divini Tabernaculi sanctificationem strenuè diligenterque exequitur . . . Constituit (idem Pontifex) ut ad altare, quod . . . in honore Apostolorum Petri et Pauli, Clementis et Christophori Martyrum, gloriosique Confessoris Remigii consecraverat, non indiscretè à quibusque . . . sacrosancta Mystera agerentur, sed secundùm morem Romanæ Ecclesiæ, septem (a) tantummodò Sacerdotes . . . ad hoc officium deputarentur, soli Remensi Archiepiscopo, ipsiusque Coenobii Abbati, ibidem Missas agendi potestate collatâ, et cui idem Abbas daret licentiam . . . necnon Clero Remensi bis in anno . . . etc.

Num. 13.

Pag. 720.

B

(a) Idem Pontifex simile privilegium concessit Altari majoris Ecclesiæ Coloniensis, ubi septem illi Presbyteri appellantur *Cardinales*, quod et à Remigianis observatur. Hæc autem rerum dispositio à Pontifice ordinata, hodieque in Basilica Remigiana servatur religiosè. *Id. Ait D. Fleury (Hist. Eccles. Lib. 59. pag. 568.)* solos Archiep. Remens. et S. Remig. Abbatem super hoc Altare posse Missas celebrare, atque bis in anno septem electos Ecclesiæ Remensis Presbyteros. Is sanè non est Bullæ sensus. Ipsissima hæc sunt verba: *Statuimus, ut hæc Ecclesia hoc privile-*

gium nostræ auctoritatis suprâ ceteras Franciæ Ecclesias habeat, quatenùs nulla Ecclesiastici ordinis magna vel parva persona in hoc altari, quod consecravimus, Missam celebrare præsumat, nisi Remorum Archiep. et hujus loci Abbas, et cui licentiam concedet; permissâ eadem licentiâ Canonicis Remensis Ecclesiæ bis in anno, in Pascha scilicet et in Rogationibus, septem Presbyteris legitimis ad hoc officium deputatis, etc. ab Abbate quidem, cujus est licentiam concedere. Vid. Act. Dedicat. apud Mab. *ibid. pag. 720.*

C

DE DETECTIONE (a) CORPORUM SANCTORUM

DIONYSII, RUSTICI ET ELEUTHERII,

Quæ jussu Henrici I. Regis facta est anno circiter ML, ad confutandam Germanorum vanam de S. Dionysii corpore assertionem.

Apud Chesnium Tom. IV, pag. 157 ex Cod. Ms. Bibliothecæ Thuancæ, et Felibianum in Probat. Hist. Abbatie S. Dionysii pag. CLXVI, ex Cod. Ms. ejusdem Monasterii.

D

EPISTOLA (b) HAYMONIS (c) MONACHI AD HUGONEM ABBATEM B. DIONYSII.

DOMNO Abbati Hugoni bonorum operum fructui Christo suffragante studium propensius accommodanti. Haymo sub eo in loco beati Dionysii regulariter degentium minimus præsentis prosperitatis refocillari gaudio et æternæ beatitudinis donari bravio. Cùm ex testimonio divinarum scripturarum discretio mater habeatur cæterarum virtutum, temeritatis est, si quis quodlibet aggredi temptaverit propositum quod non hujus virtutis soliditate in initio et fine extiterit roboratum. Qui enim transcensa quantitate suarum virium altiora se appetere conatur, sub ipso immoderantiæ fascæ succumbendo tabescit et labitur; ceu qui nullius rationis habenis aut moderamine vegetatur. Ad innotescendam igitur hujus rei veritatem certius occurrit, quod in libro Proverbiorum replicat Salomon eloquentissimus; omnem hominem sollicitum esse debere ne studeat scrutari aut quærere altiora et fortiora se, recolens beatum eum qui semper est pavidus fore, hominemque mentis duræ in malum otius corruere. Cujus tam evidentis periculi immanitate

(a) Hujus detectionis meminit Rigordus in vitâ Philippi Augusti, ut videre est apud Chesnium Tom. IV, pag. 18.

(b) Epistolam hanc Chesnio incognitam, aut saltem ab eo prætermissam addimus ex Felibiano, ne quid desideretur quod spectat celebrem illam SS. corporum detectionem.

(c) Relationem suam Hugoni Abbati inseribit Haymo: verùm quâ ætate nullibi indicat. Unum asserit, non nisi multo post scripta sua composuisse. Hunc Hugonem tempore Philippi Augusti extitisse quo Rigordus ejusdem Regis Chronographus eandem commendat Historiam, verisimile nobis videtur.

simul et terrore ego concussus revolvendo mecum quòd nullius prærogativa A scientiæ sim adeo suffultus, inter tria, videlicet metum, gratiam, atque spem varia distractione animi vacillo penitus. Metum ideò prænominaui, quoniam si voluero obducere clausura silentii quod explicandum memoriæ tradere proposui, vereor ne id displiceat clavum scientiæ rectori. Si autem promendi studium arripuero, perspicaci notitiæ probabilium virorum hujusmodi opere delato, meæ præsumptionis ignaviam erubescendo non parum veraciter formido. Deinde verò subjunxi gratiam, quoniam septemplex spiritus dono suggeritur verbum ori muto, linguisque infantium datur satis idonea disertio. Subsequitur et spes cujus ammiculo si morositatis prolixitas in fastidium non vertitur, quod non videtur, speratur et creditur, et quod promittitur, attingetur et recipietur. Post hæc tuæ, venerabilis Pater, jussionis auctoritate compulsus sum ad id supplendum animum divertere, cui ac si B divinitus imperetur, fas æquumque est omnimodis obtemperare. Ceterum sicut nequit fieri absque periculoso exitio subditorum si respuerint famulatum præbere decretis jussionibusve Prælatorum, ita sollicitè cavendum est pastoribus ne pro collatæ potestatis auctoritatibus alicui creditarum ovium injustam perturbationem inferant ultra modum difficile imponendo onus. Quia ergo authenticorum virorum exemplo prolatum est obedientiæ virtutem probabilem fore adeo ut etiam victimæ præemineat obsequio, si omnipotentis clementiæ munificentia solita erga me dignaretur procurare beneficia, in peragendo nullatenus pigritari studeret parvitas nostra. Videtur autem probabile tuæ sanctitatis eminentiæ ut tradam memoriali litterarum sollertiæ seriem rationis continua, cur hæc excellentissimi protectoris nostri Dionysii festa celebria hoc novissimo tempore fuerint à nobis reperta. Verum labor hic non est modicus, Philosophorum etiam sillogisticis argumentationibus ipsa sui inextricabilitate difficilis et horridus; quin etiam hoc me penitus esse indignum dupliciter perspicio, tum quia scelerum enormitate sum depressus, tum quia non videor mihi esse in litterali scientia momenti alicujus. Sed quia potens est magis impendere divina pietas quàm valeat petere aut intelligere humana fragilitas, temptabo quod pollicitus sum juxta moduli nostri facultatem implere, paternæ benedictionis ubique præmunitus largitate. Quocirca præsentis serenitatis tuæ precum affluentiam affundo, ut mihi tanti pelagi volubilitatem transcendere conaturo tuarum orationum indesinenter assistat protectio ne lintris meæ callem obliquet ventorum adversa impulsio, ne sirenarum fallax detineat modulatio, sed expeditus prætergresso sircium vado, caribdisque voracis immunis periculo, te patrocicante et remigante quieti D portus adepta gratuler amœnitate.

Incipit detectio Corporum Macharii Areopagitæ Dionysii sociorumque ejus, quæ facta est anno ab Incarnatione Domini plus minus circiter millesimo quinquagesimo, imperante apud Romanos Henrico Augusto, regnante apud Francos Henrico Roberti piissimi Regis filio.

CAPITULUM I.

Brevis recapitulatio de vita et passione, inventione et translatione eorumdem.

LIQUET nobis, Fratres charissimi, diem imminere celeberrimam, in qua omnium creatori Domino non modicam placuit genti Francorum conferre lætitiâ, deque præcipui mœroris infortunio votivi refocillare gaudii emolumento. Hæc est quam à Domino factam testatur Psalmista; ideòque exultare et lætari nos oportet in ea. Si autem perscrutari et nosse tendat animi nostri intentio, quo gratulandum nobis sit tripudio, spiritualis lætitiâ nobis memoriæ perpetualiter est tradenda. Quoniam nil prodest aliquem

A mundi corporis nitore conspectibus hominum speciosum apparere, si præ immunditia cordis illi supernarum virtutum collegio et numero contigerit deesse. Hujus igitur rei gratia sapienter hortatur psallere David Propheta, in quo evidenti claret indicio, quòd tunc solummodo proficua divinæ sit laudis modulatio, si voci oris consonare satagat præcordialis intentio. Unde sepositis ceteris rationibus ad enarrandum vertendus est stilus, cur decursis aliis specialis patroni nostri Domini videlicet Dionysii sollempnitatibus superaddatur à nobis hæc quam devotissimè hodie celebramus, in quantum suggerere pusillitati nostræ facultatem in quo et per quem cuncta bona sunt, procurabit Dominus qualiter iste agonista Domini pretiosus doctrinâ Pauli Apostoli fuerit Athenis conversus, ibique ab eo antistes ordinatus et constitutus, deinde ejus desiderio Romam veniens martyrio coronatum invenerit,

B et qualiter in Apostolatus culmine Clemens beato Petro successerit; et quemadmodum non longè post suæ benedictionis auctoritate munitus Galliam quo ampliùs gentilitatis errorem fervere cognoverat, accesserit atque pro divini verbi enunciatione cœlum petierit cæsa cervice. Si cui fuerit animus certius nosse, hæc omnia in passionis ejus codice enucleatius digesta continuo valebit reperire. Ibi etiam annotatum reperitur, quomodo devotæ memoriæ femina in vico sui nominis cum cum duobus sociis Rustico et Eleutherio sepulturæ mandasse tradatur; desuperque construxisse Ecclesiolam ut taliter in posteris eorum devotiorem excitaret reverentiam ubi tandiu perhibentur quievisse, donec in solio regni Francorum Dagobertus constitutus est Deo annuente. Hic non immemor elementæ sibi eorum suffragantibus meritis impensæ, quando, ut in gestis ejus describitur luculentissimè,

C paterni terroris minas evasit absque læsione, studuit inde deferre eorum corpora cum maximo cleri primatu atque plebis trepudio, prius in honore eorum regionum sumptuum munificentiam nobilis Templi opere laudabiliter consummato. Quorum unoquoque seorsum in scrinio argenteo decenter locato firmissis seris loculos diligenter munire curavit, tecumque aurearum gemmarum decore in fronte vernantem mirifice composuit, sicque ex tunc constituta res hæc hactenus inconcussa permansit.

CAPITULUM II.

De versutia antiqui serpentis pacem semper et concordiam perturbare machinantis.

D CETERUM quoniam diabolicæ astutiæ et fraudis est famulorum Dei successibus invidere pacisque et quietis amicam concordiam subigendo turbare, hoc tempore quo Henricus inclyti Regis Roberti filius Monarchia sublimatur Galliæ, aliusque ejusdem nominis Imperator principatur capiti orbis Romæ, malum contigit exoriri inopinabile: nam in Boioriensi natione Ratisbonensis urbs perhibetur esse, in qua probabili devotione antiquorum constructum habetur sub titulo sancti Hermentranni Monasterium, cui deservit sub Abbatis imperio degens concio Monachorum. Qui cæcitatibus et ignorantibus tenebris miserabiliter involuti divinique timoris obliti, suum locum exaltare non erubuerunt figmento cujusdam mendacii arroganter verbosando penes

E se esse corpus beati Dionysii, quod omnino frivolum esse veritas indicat prælatæ rei. Et quia eorum exterminanda garrulitas est prosequenda latius, huic narrationis initæ seriei censuimus inserere, unde hujus exordium nequitie sibi dicantur arripuisse.

CAPITULUM III.

De corpore cujusdam mortui, quod falsò asserebatur esse corpus Arcopagitæ Dionysii.

PRÆFATO loco succedentibus prosperis, rebusque ejus Deo fideliter adhærentium devotâ munificentiam ampliatis; probabile visum est Abbati, ut diruta structura operis vetusti, quoniam vilis erat precii, in melius studeret

honestando construere Monasterium prædicti sancti Hermentranni. Cui operi ^A
 dum studiosius insudaret, priscorumque fundamentorum loca diligentius in-
 quireret, juxta vanam assertionem eorum, unius mortui hominis corpus in-
 ventum est integrum, quem sub testimonio fallacium et adinventiarum lit-
 terarum non veriti sunt appellare Areopagitam Dionysium. Extimplo* incolas
 diversarum nationum velox fama cœpit peragrare, adeoque increbescere, ut
 multos juvaret hujusmodi nœniis fidem accommodare. Quinetiam memoratæ
 urbis Episcopus, vicinis accitis Pontificibus, ab eis studuit efflagitare, quid indè
 eis consilii placeret dare: indicans sibi esse animum ponendi inter Sanctos
 hoc corpus elevatum. Quorum conventu favente id taliter actu dignum esse:
 designata elevationis die, rogatisque eisdem tunc illic iterum adesse, in sua
 quique eorum redire. Interea Episcopo plures diversorum ordinum cir-
 cumquaque directis literis invitare sollicito, gratum visum est supplicare ^B
 Henrico Imperatori: quatinus tanti copiam gaudii cumulare, atque venustare
 dignaretur serena præsentia sui. Qui licet non satis auditis verbis credulus,
 tamen multimoda prece devictus, se in hoc assensum præbiturum esse non
 distulit ejus voluntati spondere. Quo ita juxta voti effectum peracto, consti-
 tuto præsignantæ diei imminente termino, convenit non modica utriusque or-
 dinis atque sexûs multitudo. Quinetiam juxta promissum Imperatorem non piguit
 venire cum Primatum Nobiliumque Curia, domui etiam Papæ Leonis (a) IX. non
 absente præsentia, quorum testimonio certius roboraretur inchoatæ rei
 summa.

* *At. Extem-
plò*

CAPITULUM IV.

De adventu Nunciorum Regis Francorum ad Imperatorem Romanorum.

SUB ejusdem igitur temporis articulo, tanto ad id supplendum conglobato
 populo, duo repente Dei nutu supervenere nuncii Francorum Regis eximii
 nomine Henrici, ab eo ad Imperatorem secundum Regum morem pro aliqui-
 bus responsis fortè directi, quoniam ipsi duo tunc erant amicissimi. Qui
 conspecta tanta numerositate populi, nec mora cœperunt cujus rei gratiã
 convenissent sollicitè perscrutari. Cognita ergo totius rei serie, alacritateque
 vultuum simulata, spe præsentis Imperialis obtutibus præsentia, pro quo ve-
 nerant rationabiliter studuerunt indicare. Præfato verò Principe, verborum ^D
 quæ detulerant legationem gratanter audiente, sollicitaque secum perscru-
 tanti consideratione, mox ab eo acceperunt responsa pro opportunitate ra-
 tionis et temporis juxta eorum opinionem congrua. Cùmque eos putaret
 velle discedere, libera abeundi concessa facultate, illi nihilominus dudum tecti
 rancoris memores, hujusmodi inpræsentiarum dicuntur protulisse ra-
 tiones.

(a) Leone Papa XI Ratisponæ demorante, quæstio de corpore S. Dionysii ventilata est: id tradunt Annales Saxonici apud Leibnitium Tom. I. Accession. Histor. pag. 252 his verbis: *Qui Papa veniens Ratisponam, reliquias S. Dionysii martyris, de quibus diu dubitatum est an ibi haberentur, præsentibus Parysiorum legatis prospexit, ibique teneri probavit.* Hæc Chronographus Saxo, qui alludit sanè fictitio Diplomati Leonis Papæ: nulla enim ante id tempus apud veteres de hæc controversiã mentio. Non modò ætate Arnulphi Imperatoris corpus S. Dionysii Ratisponæ detectum non fuit, prout hujus urbis cives contendunt: quin et certum est legatos Caroli Francorum Regis, cognomento Simplicis, Henrico Germaniæ Regi occurrisse, ipsique in pignus foederis manum pretiosi martyris Dionysii auro gemmisque inclusam obtulisse, uti narrat Witichin-

us Monachus Corbeia Lib. I. Annal. Palmare istud argumentum magis ac magis fulcit Imperat. Ottonis II Diploma ubi sic legere est: *Noverit... Rothbertum Abbatem venerandi Monasterii, quod beatae memoriæ Dagubertus Rex Francorum in memoriam et honorem egregii Christi martyris Dionysii, USQUE HODIE IBIDEM CORPORALITEB HABITI.* Hæc imperiales litteræ anno 980 notatæ exstant apud Felibianum inter probat. n. 106. Ratisponensibus ex adverso contententibus ipsum per Arnulfum Imperatorem ad Ecclesiam S. Emmeranni translatum, Henricus Rex ad refellendam hanc opinionem, frequentem Episcoporum, Abbatum et procerum cœtum, quorum nomina habentur in Haymonis opere, in Dionysiano Monasterio per Hugonem Abbatem indici jussit, ac S. Dionysii loculum reserari: quod factum putat an. 1053 Mabillonius, Felibianus autem 1050.

A

CAPITULUM V.

De efficacia allegationis Nunciorum Franciæ coram Papa et Imperatore.

- « NON incognitum tuæ, serenissime Imperator, prudentiæ cogitamus,
 » inconstantem per omnia eum fore, cui duplex inest animus. Cujusmodi
 » vicium utcumque despicabile sit in minoribus, tamen vituperari et con-
 » demnari debet ab hominibus, si id dominationem aliquam exercere conti-
 » gerit in Regibus. Quoniam velut quislibet dignitatis amministrazione subli-
 » matus si virtutibus decoratus fuerit, ampliùs pollet: ita qui à viciis in
 B » possessione honoris minimè se continet, eo magis in conspectu hominum
 » vilescit et sordet. Quare autem tale initium nostræ sumpserimus disputa-
 » tionis, optimum ducimus tuæ notificare Celsitudini Majestatis. Ad præ-
 » sens à te nobis injunctis verbis germanam amicitiam erga nostrum Regem
 » in omnibus te servaturum esse polliceris: sed operum effectui abrenun-
 » ciando obsistere aliquantulum, ut putamus, videris. Nam hunc populum,
 » qui congregatur hîc sub edicto per diversa loca invitatus, hujus rei gratiâ
 » convenisse accepimus, ut pro beato Dionysio Areopagita nescimus cujus
 » defuncti hominis defossa eleventur ossa, cum aliorum pignoribus Sanctorum
 » sub veneratione amodò colenda. Quod quàm absurdum sit credere, aut
 » agere, facilè valet perpendi: cui probabilis ingenii, perspicacisque sensus
 » alto acumine, si competenter rei seriem volueris indagando conjectare.
 C » Nam sicut didicimus, plurimorum autentica sententia, quos in literarum
 » atque liberalium disciplinis studiorum majoris utilitatis ac precii aiunt esse
 » in nostra patria, in Regis Dagoberti evidentissimè reperitur gestis descrip-
 » tum, quemadmodum memoratum Sanctum cum duobus sociis honorificè
 » posuerit in scriniis argenteis, artificiosarum serarum atque obicium mirificâ
 » atque subtili diligentîâ, ut adhuc hodie videri potest, interiùs munitis.
 » Collocavitque post altare in cripta tantæ profunditatis, ut usque ad genua
 » omninò se intromittat, si quid indè voluerit abstrahere aliquis. Quinetiam
 » antequam ad corpora Sanctorum perveniatur, criptula quædam aureis
 » gemmis extrinsecus decorata habetur, in qua duabus seris diligenter mu-
 » nita Dominici Clavi et Coronæ condita servantur pignora, nullòque alio
 D » aditu præter hunc scrinia Sanctorum videri, aut ab aliquo possunt ullate-
 » nus tangi. Ecce quomodo corpus sancti Dionysii munitum, nulla adimi
 » possit arte latronum. Præterea, cum non ignotum sit tuæ providentiæ, eum
 » totius Galliæ Apostolatui præsidere, ejusdemque Regni coronam, et victo-
 » riæ summan tantî patroni suffragiis hætenus feliciter perstisse: miramur
 » cur hujusmodi proposito studium accommodaveris tum incautè, qui verbo
 » tenus fatearis asserere, in amicitia nostri Regis germanæ te esse connexum
 » vinculo charitatis. Quapropter omninò videtur nobis indignum, tibi que
 » Regno Francorum inhonestam molestiam inferendi præsus esse animum,
 » si ad effectum hoc perducere tentaveris; nisi priùs amico tuo, videlicet
 » Principi nostro, suaseris, quatenus non omittat perscrutari diligentissimè,
 » utrum præfatus Sanctus habeatur proculdubiò erga se. Tumque demùm si
 E » illic esse non audieris, probabilius erit effectum adhibere tuis initiis: quo-
 » niam magnum hoc pacto dissidium futurum esse speramus, si aliter egeris ».
 His igitur decentissimè prolatis, respondit Imperator, se indè habiturum
 consilium cum domino Papa, et caterva Ducum et Optimatum suorum.
 Quorum responso sententia Legatorum probata justa, alacriter ab Impera-
 tore remissi sunt ad sua.

CAPITULUM VI.

De reditu Nunciorum Regis in Franciam, et narratione rerum quas viderant, et convocatione Pontificum et Principum ad detectionem Corporum.

INGRESSIS denique Galliarum finibus, Regiis præsentati obtutibus, omnem rem seriatim notificaverunt: redditis priùs, quas detulerant, legationibus. Quo in ejus præsentia taliter intimato, Clericalis laicalisque ordinis personas non piguit invitando convocare sub termino diei assignatæ. Eis ergo ex Regalis jussionis decreto pariter congregatis, Rex juxta quod ei enarratum fuerat à suis Legatis, non modici mœroris anxietate obfusis replicavit, et quid eis actu dignum indè videbatur, inquisivit. Inter quos etiam Abbas, qui tunc ipsius Sancti loco præerat, Hugo nomine, adfuit. Quorum solertis industriæ consilio est repertum, nullatenus posse tanti erroris avelli morbum, nisi ostensione corporis sacri manifesti fides daretur iudicii, atque hujus curæ onus providentiæ injungeretur Abbatis: ut circumquaque directis Literis, diem qua licentiam id peragendi haberet, edicere non pigeret, et interesse huic conventui omnes, ad quorumcumque noticiam sui Nuncii pervenirent, invitaret; illisque, qui hujus erroris exordii caput extiterant, hoc indicare non obmitteret; ne novissimus error priore deterior fieret. Hac igitur salubrioris consilii utilitate reperta, quique illie congregatorum redire ad sua: ab eodem Abbate rogati, tunc iterum secum adesse, quando eis terminus denotaretur ex ejus allegationis relatione. Abbas denique rediens ad Cœnobium, quod audierat flebiliter enarravit convocato cœtui Fratrum. Qui compatientes juxta Apostolum paterni doloris gemitui, verentes communis periculi inevitabilitati subici, vacillabant inter spem et metum ambigui. Tandemque relevati ejus inspirante gratiâ, in quo est spes credentium defixa, Dominicæ se protectionis dispositioni commiserunt, omni ambiguitate postposita: censentes jejuniis, vigiliis, orationibusque publicis ac privatis cum divina et fraterna charitate tanti propositi studium devotissimè prævenire. Quorum gratanter audiendo sententias, jejuniorum numero, cum orationum exercitio indicto generaliter Abbas ex Regalis jussi decreto circumquaque studuit mittere Literas, non oblivioni tradendo Radisbonensis urbis incolas, in quibus notavit destinati experimenti terminum sub die V Iduum Juniarum.

CAPITULUM VII.

Qualiter aperto nobili scrinio coram Episcopis et Principibus Francorum inventum est interiùs venerabile corpus magni Areopagitæ Dionysii.

ERGO ubi peracta sunt à Fratribus jejunia, ceteraque exercitiorum genera, quibus subvenire peccatoribus divina sæpè non evitat clementia; die imminente constituta, undique convenit multitudo non modica: in qua contigit fuisse Episcopos, Abbates, Monachos, Clericos, nobiles atque ignobiles, et utriusque sexûs quamplures. Quorum consortio non defuit victoriosissimi Regis Henrici frater nomine Odo, ab eo directus cum Curialium pluribus, ad diligenter percipiendum, et luculenter enarrandum, quo ordine suorum adesse fidelium precibus, optata prospera revelando, dignaretur conditor omnium Dominus: quoniam se agnoscens sarcinis peccatorum depressum, proclamabat indignum corporeis oculis videre tanti viri corpus gloriosum. Sed tamen divinam clementiam fideliter esse credens adfuturam, misit sanguineam purpuram ad involvendam preciosi corporis glebam. In hoc beatus vaticinandus juxta vocem Evangelicam, quòd non visis rebus fidem adhibuerit devotam, spemque penitè concussam. Pridie autem

A autem quàm hujus nunciî insudaretur proposito, Domini facie generali præventa à Fratribus, jejunio scilicet, et sequenti nocte continuata orationum, vigiliarum, lacrimarumque exercitio, post consummationem Officii matutinalis, præsentibus Episcopis, præfatorumque ordinum probabilibus plurimis, in afflictione eorum desideria prosperari rogantibus Dominum, reverenter in medio delatum est argenteum scrinium, prisca adhuc subtilitate artificiosissimè munitum. Quo cum magna difficultate reserato in adstantium præsentia, repentè preciosissimi Martyris Dionysii reperiuntur ossa, pallio tantæ vetustatis nimietate consumpto obvoluta, ut inter manus tenentium evanesceret in similitudinem telæ aranearum. Unde perfusi suavissimi odoris fragrantia, asseruerunt nullius ad hanc esse delectationis pigmentorum genera.

B

CAPITULUM VIII.

De ineffabili lætitia omnium qui tantæ rei interfuerunt, et repositione scrinii cum Litteris intromissis in locum priorem.

TUNC pro inenarrabilis gaudii diu postulata visione, Domini experta pietate, qui nunquam sibi placita rogantibus dedignatur adesse, jubilando prorumpunt in laudibus gratiarumque actione, permixtis devotis singultibus inopinabiliter ortæ lætitiæ. Post hæc ablatis vetusti pallii reliquiis, cum aliisque pignoribus vestimentorum sancti Dionysii sociorumque ejus studiosè conditis; ossibusque devotissimè ab Abbate involutis in pallio ad hoc à Rege destinato, magnalia Dei votis poscentium declarata Pastores Ecclesiastici enunciaverunt omni populo voce præclara. Qui quanto exultaverint tripudio, jocunda, qua longiusculè à Monasterio prosecuti sunt sacra membra, indicavit processio. Præfato verò Odone Regi per ordinem juxta quod viderat alacriter cuncta referente, ille Domino solutis multiplicibus gratiarum actionibus pro collatis ab eo votis fidelium, prosperis effectibus intermissis Regiæ pompæ dignitatibus, eodem die gratum duxit venire nudis pedibus, tanti patroni suffragium humiliter asciturus. Ibi se confitens deliquisse in quibus solitum est humanæ fragilitati divinæ conspectum Majestatis offendere; seque cum suis omnibus devovens sancti Martyris famulatui et patrocinio, recessit, pro munere pallio magni precii oblato. Delato verò à processione cum præeunte et subsequente plebis frequentia sacro corpore, quindecim continuis diebus dimissum est super principale altare: in quibus ex diversis regionibus causa visitandi, suffragiumque expetendi, plurimi utriusque sexûs convenère. Et tunc sibi mutuo ad custodiam succedentibus fratribus, diei noctisque vicibus tandiu est diligentissimè custoditum, donec intromissis litteris indicibus primi erroris et subsecutæ veritatis, seris obicibusque munitum sacros artus continens subtili artificio scrinium quampluribus præsentibus, suo priori loculo honorabiliter fuit restitutum.

D

CAPITULUM IX.

Nomina Personarum, quæ præsentibus Sanctorum detectioni corporum interfuerunt.

SED non prætereundum videtur aliquorum nomina hîc ad posterorum memoriam inserere, qui potiorum dignitatum insigniti claritate, præsentis dicuntur celebritatis gaudio interfuisse, atque omnia quæ tunc gesta narrantur in præsentiarum vidisse: ut eorum testimonio fallax sopiatur opinio, veritatisque subnixæ fiducialius roboretur promulganda traditio.

De Episcopali ordine isti convenère: Wido Remensium Archiepiscopus, Robertus Cantuariorum Arch. Imbertus Parisiorum Episcopus, Ilenandus Laudunensium Episc. Balduinus Noviomensium Episcopus, Walterius Meldensium Episc. Froelandus Silvanectensium Episcopus, unusquisque quorum clericalis laicalisque ordinis adduxit probabiliores personas secum.

De ordine Abbatum isti adfuerunt iterum: in primis domnus Abbas Hugo

Cœnobii S. Dionysii, Albertus Abbas Majoris-Monasterii, Joannes Abbas Fiscannensis Cœnobii, Landericus Abbas S. Petri Carnotensis, Robertus Abbas S. Petri Fossatensis, Rodulfus Abbas S. Petri Latiniacensis, Adalbertus Monachus S. Remigii, qui et ipse asseruit in præsentia Imperatoris, in hac patria S. Areopagitam Dionysium esse, quando unius mortui hominis corpus pro eo de terra voluit extrahere: Gaufredusque Abbas Columbensis Cœnobii. Quorum unumquemque devotos et Dei fideles Monachos secum non piguit habere.

Illi autem astiterunt de ordine laicorum: in primis Odo memorati Regis frater atque fidelis nuncius, Walterius Comes Pontisarensis, Willelmus Comes Corboi-lensis, Ivo Comes Bellomontensis, Walerannus Comes Melledensis, et alii Nobiles, multique devotæ fidei gregarii milites.

EX TRANSLATIONE B. GERARDI (a) EPISCOPI TULLENSIS.

Apud Martenium Tom. III Novi Thes. Anecd. col. 1084.

*Num. 1.
* Leo IX
An. 1051.*

** id est, Fe-
sontionis
Col. 1085.*

SUCCINCTI perstringamus ordinem hujus translationis. . . Papa Leo * sanctæ sponsionis non immemor, qua promisit per semet velle istius venerandi Patroni pignora levare è tumulto, in loco reponenda ejus sanctitatis meritis dignissimo, longum iter ab Romana urbe ad nos usque arripuit, ac solâ hujus sanctæ devotionis causâ præcurrente Belgicam Galliam, cunctis inopinabiliter lætantibus (b) advenit. Famâ verò istius desiderabilis facti omnium cominûs et eminûs aures quàm celeriter pervolante, concurritur ibidem à diversâ promiscui sexûs multitudine; cunctæ urbis plateæ supervenientium occursum vestiuntur; nec mœnia exire cupienti egrediendi spatium ferebantur, dum intrantum affluentiam patentes aditus comprimebantur. Devotus quoque cœtus sanctorum Pontificum aderat, quos pia devotio à remotis climatibus ibidem adduxerat. Nam cum venerando Lugdunensium Archiepiscopo domino Halinardo, quem decorabat sacra Monachilis religio, concurrerat inibi domnus Hugo Chrysopoleos * urbis Archiepiscopus, quem regalis nobilitas et jocunda facundia amabilem reddiderat omnibus. Quin etiam Georgius Colocinensis Archiepiscopus ex Ungaria advenerat; quem civium legatio et Apostolicæ benedictionis cupido à longinquis ibi partibus advexerat. Frotmundus quoque Trecassinus Episcopus cum Herberto Autissiodorensi Præsule, necnon Lupo Anglorum Pontifice, huic tam divino studio se adjungunt socios devotissimè. . . Diem statuit [Apostolicus], quo Sancti fieret translatio. . . Superveniente ergò vespertinalium tenebrarum crepusculo, quo XII Cal. Nov. dies illucescebat Dominicus Christiano populo, sacræ instituuntur vigiliæ. . . Dehinc adest domnus Papa cum cœtu Pontificum. . . Lapis quo sanctum tegebatur sepulcrum, revolvitur. . . Sequenti verò die XI Cal. Nov. plenaria ejusdem Sancti Pontificis decernitur solemnitas, atque à dextris altaris B. Protomartyris Stephani ara sacratur benedictione apostolicâ, ubi ipsa deinceps sancta veneraretur memoria.

(a) Is est Gerardus Tulli Leucorum Episcopus qui florebat an. 990 juxta Alberi. Chron. Videtur fratrem habuisse Azelinum Comitem Tullensem: quibusdam enim litteris post Gerardum Ep. apponitur signum Azelini Comitis Tullensis fratris domni Pontificis. Actum Tulli publicè sub die Iduum Octob. in plenaria Synodo, an. Domini. Incarn. DECCCLXXXII, Indict. X an. Ordinationis nostræ XIX, regnante secundo Ottone imperii sui anno V. Acta hujus sancti Episcopi scriptis commendavit Widricus S. Apri (S. Evre) Abbas; eaque Brunoni Episcopo, miracula verò ejus, Canonizationis acta et translationem Udoni primicerio et Brunonis in sede Tullensi successoris inscripsit.

(b) Post Synodum Romanam, in quâ tam Archiepiscopi quàm Episcopi, tam Abbates quàm cle-

rici, ac laici, quorum utrorumque magna intererat multitudo, quasi uno clamaverunt, ipsum Dominum Gerardum virum esse sanctum, Leo IX Gallias repetiit. Hæc Synodus revocari debet ad an. MXLIX: præcessit enim corporis S. Gerardi elevationem, quæ an. ML facta est, ut Papa in Canonizationis Bullâ significat. Tunc summus Pontifex privilegium concessit Dodoni sancti Mansueti Abbati an. Incarn. Domini ML, Indict. III (repetendâ à mense Septembri,) datum Tulli in majori Ecclesiâ, II Kal. Nov. per manus Udonis Tullensis Ecclesiæ Primicerii Cancellarii, et Bibliothecarii S. Apostol. sedis, anno Apostolatûs Domni Leonis IX Papæ II, Episcopopatûs Tullensis XXVI. In Chron. Senonien. notatur illa elevatio an. 1050. Vide pag. 369.

EX TRANSLATIONE ET MIRACULIS SANCTI JUDOCI.

Apud Ordericum Vit. Eccles. Hist. Lib. III Chesn. Script.
Norm. pag. 499.

MUTATIS regni Principibus, et sese proceribus mutuo perturbantibus iterum corpus sancti Judoci pro timore hostium terrâ coopertum est: et tandiu ita jacuit, donec omnibus mortuis qui abdiderant, communis ignorantia involverit. Tempore Henrici Regis Francorum, Monachis sæpe conquirentibus quòd ignorarent ubi patronus eorum requiesceret Judocus: cuidam simplici laico divinitus sanctum corpus insinuat, quo detegente Abbatis fratrumque studio solemniter levatur. Deinde Monachi repertorem reliquiarum ad Monachatum susceperunt, et custodem sacri fomitis (a) eundem constituerunt, et oblationes fidelium ei commiserunt. Defuncto autem Abbate successor ejus non (ut decuit) ædituum dilexit: nec ut antecessor ejus eum amabiliter tractavit. Unde graviter commotus sanctum corpus noctu assumpsit: secumque in Galliam asportavit. Goisfredus autem Gomercii Municeps eundem, cum thesauro quem ferebat, honorificè detinuit: et magistratum Castellane Ecclesie, ubi quatuor erant Canonici, usque ad mortem ei concessit.

Circa an.
1054.

C Post aliquod tempus Henricus Rex Francorum, ortis quibusdam bellorum tumultibus Gomercium obsedit, et viribus Gallici exercitus Goisfredum expugnavit, et oppidum incendit. Dum verò basilicam et castri ædificia edax flamma combureret, et terribilis clamor impugnantium et expugnantorum (ut in talibus moris est) undique personaret: Canonicus quidam ossa sancti Judoci de feretro sustulit, et festinanter de incendio aufugit. Huic forte satellites Regius super pontem obviavit, suffaciatum (b) quid ferret, interrogavit; fatenti quòd sacra vestimenta, codicesque suos gereret, cuncta violenter abstulit, et secum ad Parnense * territorium hujusmodi thesaurum detulit. Idem vir Rodbertus vocabatur, et *Meslebren*, id est miscens furfurem cognominabatur: eratque de clientibus Radulfi de Caldreio, qui tunc temporis inter præcipuos milites habebatur in exercitu Gallico. Miles itaque præfatus tali prædâ valdè gavisus est, et in Ecclesiâ S. Martini à Presbitero et Parochianis studiosè collocatum est. Jamque ibidem plus quàm LXX annis venerabiliter servatum est. Innumera inibi super infirmos miracula facta sunt: et usque hodie promerente petentium fide (ut tota vicinitas attestatur) frequenter fiunt.

* Parnes

De translatione sacri corporis, quam breviter hic modo tetigimus, et de plurimis quæ Parnis (c) provenerunt infirmorum sanitatibus, Merulensis Willermus venerabilis Monachus et Sacerdos egregium dictamen edidit...

(a) Mss. Cod. habent *Somatis*, vocem græcam, latinè *Corporis*.

(b) *Suffaciatum* pro *suffasciatum*, id est, fascie onustum.

(c) Hæc ultima verba probant Gomercium castrum, de quo ibi agitur, haud procul à Parnis

exstare. Parnæ verò in diocesi Lexoviensi recensentur. Gomercium ergo hîc usurpat fortè Ordericus pro Monte-Gomerici (*Montgomeri*) ejusdem diocesis. De bello Normannico, tempore Henrici Regis vide supra pag. 222.

EX MIRACULIS (a) S. VULFRAMNI EPISC. SENON.

Apud Mabillon. Acta SS. Ord. Bened. Sæc. 3. Part. I.
pag. 368.

- Num. 4. I NVENTUM . . . [in Cœnobio Fontanellensi] sancti Præsulis Wlframni pre-
tiosum corpus , et in ligneo locello pro tempore aptato . . . cum reve-
rentia et honore reconditum , super sacrum altare repositum est . . . Eadem
Pag. 369. Num. 7. quoque tempestate . . . illustris femina nomine *Imma* , quæ mutato habitu B
ad hunc accesserat locum , et prædia sua , id est Cruciolam , et Tergis-vil-
lam , sed et Broilum ex integro contulerat . . . reconditorium illud argen-
teum , quod antea ligneum erat , componi jussit . . . sed cum constituta
dies quâ in illo debebat loculo reponi , advenisset , Abbas Gerardus corpus
sancti . . . in præparato scrinio deponit . . . Cum maximâ omnium læti-
tiâ Sancti corpus in humeris levatum inde [ex Ecclesiâ B. Mariæ prope
et extra Monasterium] effertur , sique psallendo usque ad Basilicam S. Wan-
dregisili delatum super sacrum altare deponitur . . . Facta est autem hæc
An. 1027. translatio anno Dom. Incarn. millesimo vigesimo septimo , Kal. Junii , Henrico Rege
Francorum regnum præter voluntatem matris suæ invasum tenente , principatum verò
Normanniæ tertio Richardo legali modestiâ disponente . Nam is defuncto Patri
Num. 8. Richardo secundo . . . in regno successerat . Huic autem tres tantummodò C
Pag. 370. fratres erant , Willelmus videlicet , qui postea Arcas castrum in pago *Tellau*
(*b*) primus statuit , atque Malgerius qui postmodum in urbe Rotomagensi
paucis annis Archiepiscopatum tenuit . Hos autem Papa matrimonio Ri-
chardi potita secundi edidit , cujus fratres Ansfredus , et Osbernus istic
Monachum professi sunt . Rotbertus verò ex aliâ matre , scilicet Judita oriun-
dus , qui ei , utpote major natu , in brevi defuncto successit : nam neque
annum in principatu immatura præventus morte peregit .
- Num. 14. Cum densâ plebis coronâ circumvallati post orationem [in Ecclesiâ Rotoma-
gensis] resedissemus , Hugo vir eloquentissimus et in primis sanctæ dignitatis apice
Pag. 374. meritoque sapientiæ primus , Cleroque ac populo terræ acceptissimus , ser-
An. 1053. monem est pro officio suo exorsus . . . Cum inde procederemus , cives urbis
Pag. 375. nos à foris excipiunt , ac sanctum corpus factâ piè violentiâ rapiunt : sicque D
sibi ipsis vim facientes atque in diversa trahentes , subvehere cum ingenti
devotione cœperunt . . . Omnis Monachorum S. Audoeni caterva cum cor-
pore S. Nicasii (*c*) processerat . . . agmen occurrit Sanctimonialium . . . Erat
Num. 15. muliercula de Sezanna (*d*) vico oriunda ; quæ recuperandi gratiâ luminis
Pag. 377. multa Sanctorum limina lustrando , Rotomagensem usque ad urbem de-
Num. 22. venerat . . . Ac primò illud omittendum non est , quòd mortalitas illa Deo
jubente quievit , nec in civitate ad quam S. Patronum nostrum detuleram-
us , aliquis deinceps periit , nec in totâ regione eadem clade , præter paucos
admodum , intervenientibus sacris ejus meritis . . .
- Num. 26. Illud prætereà nequeo præterire silentio , quod Thetbaldus sanctæ Ro-
Pag. 378. tomagensis Ecclesiæ Canonicus , Abbati Rotberto retulit de seipso : nam
uterque Rotomagi erat . . . Novi etenim non ignoti nominis Clericum , cui E
à præcedentibus annis rarus erat usus oculorum , ita ut retusa acie litteras
quidem aliquantulum videret , sed nullatenus ad legendum discernere va-
leret . . . Confestim itaque nova lux oculis illius resplenduit . . . Hæc autem
Pag. 379. ita facta et dicta idoneo revera teste constant . Hic quippe est ille Tetbaldus

(a) Anonimum Scriptorem Historiæ inven-
tionis et miraculorum S. Wulframni, Mona-
chum Fontanellensem, qui rebus fere omnibus
præsens interfuit, existimat Mabillonius.

(b) Nunc pagus ille vocatur *le Tallou*, in quo
visitur opidum *Arca*, *Arques*, hic memoratum,
et *Deppa* aliud opidum, famoso portu nobili-
tatum; dicitur Comitatus *Talogi* apud *Wil.*
Gemet. pag. 59 hujus Tomi. Hinc corrigas *Or-*
deri. Vit. qui passim memorat *Talogium*, malè in
editis *Calogium*, pag. 606, 637, 843. Script.

Norman. Chesnii.

(c) Et tamen S. Nicasii Rotomagensis Episco-
pi Reliquiæ tempore Normannorum in Castrum
Melentum translata dicuntur, ibidemque asser-
vata in Ecclesiâ Prioratûs S. Nicasio nuncupatâ,
quamquam S. Audoenus in Ecclesia S. Petri, quæ
ab ipsius tumulo et Reliquiis postea S. Audoeni
dicta est, quasdam S. Nicasii Reliquias antea
collocasse fertur. *Mabill.*

(d) Vulgò *Sezanne en Brie*, vctus castrum in
Tricassinis finibus.

A Vernonensis, qui multorum gesta Sanctorum, sed et S. Wandregisili à sua latinitate transtulit, atque in communis linguæ (a) usum satis facundè retulit, ac sic ad quendam tinnuli rhythmum similitudinem, urbanas ex illis cantilenas edidit... Unum quod et ipse in pago qui Hulmus (b) vocatur, vidi, litteris placet inserere recitandum posteris. Cujusdam viri in regione illâ nobilis filia pro ætate parvula cum pueris... in plateâ castelli quod *Asnebec* dicitur, simpliciter ludebat: sed repente paralyti percussa... amisso visu et loquela... corruit... Apertè monens perdocui, utque pro infirmo votum, et candellam devotè promittere suasi, in honore S. Wlframni... Votum confestim fecit, et retortâ stupâ unde candellam factura erat, puellam semivivam circumcinxit: quo facto, ægra paulisper oculos aperuit...

Num. 27.

B surrexit, lusura cum pueris foràs processit.

In Oximensi (c) pago situm est castrum quod Falesia nuncupatur, in quo erat homo quidam nomine Gislebertus. Huic erat filius ætate et corpore minusculus, qui sabbato sancto imminentis Paschæ in dolio in quo pater ejus (d) laverat, incautè derelictus, cum nemo adesset, in aquâ submersus, sicque exstinctus est... Plebs quæ circumstabat, concorditer animata inclamavit... Deum sanctumque ejus Wlframnum invocavit... et... mortuus vitam plenariè recepit. Hoc autem miraculum factum est anno Incarn. Dom. MLVII, Indict. X, sabbato sancto Paschæ, quod evenit III. * Kal. Aprilis.

Ex parte alt.

Pag. 381.

Num. 1.

An. 1057.

* IV Kal.

Anno Incarn. MLVI, Babylonius Rex Hierosolymam misit, sanctumque Sepulchrum ut ocluderetur præcepit, ac ne quisquam Christianorum in

Num. 2.

An. 1056.

C illud interiùs introiret prohibuit. Quo comperto Christiani, qui ex omni terrarum orbe illuc confluerant, tristati sunt: et quia devotionis suæ desiderium circa visitationem sanctorum locorum ex more non poterant explere, graviter ingemuerunt. Habito deinde cum Patriarcha qui sancto loco illi præerat consilio, de civitate ne caperentur maturiùs exierunt, cupientes antequam res innotesceret, urbes per quas redeundi transitus erat, ne impedirentur, excedere. Sed cum hujusmodi præceptum jam longè latèque percrebuisse perpenderent, ac per hoc terrâ illâ se nullatenus absque discrimine exituros timerent: ad portum quem viciniùs adire potuerunt, gratiâ effugii quod in solo illis negabatur, velociùs diverterunt. Ubi ut desiderabant, reperto consilio navigii mare intraverunt, dato quod ab eis petebatur sine mora naulo: erant autem numero plusquam trecenti. Euntibus

Pag. 382.

D autem illis... immensa exoritur tempestas... unâ omnes voce inclamaverunt, Kyrie eleison, S. Wlframne, ora pro nobis... Ad hanc vocem... expaverunt horribiles venti, ac tempestas illa gravis sedata est.

(a) Ubi vide interpretationes perquam antiquas à latinâ in vulgarem seu popularem strictam solutanve orationem.

(b) Hulmus Normanniæ pagus seu tractus, vulgò *le pays de Houleme*, porrigitur ab Orna fluvio ad Provinciâ Cenomannicam. *Mabill.*

(c) Oximum opidum, *Yesne*, pagus seu Comitatus in Nestrîâ, diœcesi Sagiensi, sub quo Falesia, *Falaise*, opidum et Vicecomitatûs caput

sub ditione Cadomensi. *Mab.*

(d) Solemne erat olim Fidelibus, ut in celebrioribus profestis balnearum usu corpora sua purgarent, haud dubiè ob reverentiam sanctæ Communionis. Hinc frequentior eadem consuetudo plerosque tenebat: nonnulli à balneis prorsus temperantiæ causâ abstinabant. A postremis illis longè dissidebant, qui indesinenter sive ætate sive hieme corpora lavabant.

E.

EX VITA MS. SANCTI THEOBALDI CONFESSORIS (a).

Apud Chesnium Tom. IV pag. 166.

HEINRICI Cæsaris et piissimi Regis Francorum Heinrici, filii quoque ejus Regis Philippi temporibus, Gallia Religiosos parere quasi oblita, fœcunda elatione, effœta humilitate, revirente alvo, sinu recalente, modo pulchræ dilectionis mater fructum honoris dedit et honestatis, Theobaldum Religionis incitamentum, vitii repagulum, virtutis incrementum, castro

An. 1066.

Theobaldi
parentes Comites
Campaniæ.

(a) Obiit apud Vincentiam urbem in Italia anno 1066, ut fusè probat Mabillonius Sæc. 6 Benedict. parte 2, pagg. 157 et 158.

Privigno ortum, quod est in territorio Senonico situm : quod populosa refertum frequentia, ditionis olim fuit potentis et famosi Comitis Odonis Campaniensis, hujus sancti viri propinqui, patris Theobaldi Comitis heredis strenui et pacifici. Pater ejus Arnulfus notus nomine, notus et dignitate : non solum ingenuitate pollens, sed et ditissimis opibus et honestis moribus præminens. Mater ejus Willa viri præcipui conjunx præcipua, nobilitate et moralitate par et condigna. Condecebat enim ut in fructum sanctum et justum erumperent justi et sancti rami. Hujus nativitatem piæ recordationis sanctus Theobaldus Viennensis Episcopus, aviæ ejusdem sancti viri avunculus, divino oraculo prævidit et prænotavit, cui etiam nominis participium, et recordationem sancti Antistitis propinquitas et sanctitas indidit. Quod et veraces tanti Pontificis familiares fideliter nobis attestati sunt, et ejusdem sancti Confessoris matris assertio validissimum præbet argumentum. Nam cum aliquando præfatus Pontifex colloquium haberet cum matre Willæ venerabilis sancti Theobaldi caræ sobolis caræ genitricis, inter cetera dulcis colloquii fluentia : Gaude, iterum gaude, generosa parens, aiebat : prodiet enim ex te filia magni meriti virum paritura, qui omnibus nostræ affinitatis hominibus præminebit, et ante Deum magnus vocabitur et erit, etc.

EX EJUSDEM S. THEOBALDI VITA,

An. 1066. AUCTORE PETRO ABBATE VANGADICIÆ, ÆQUALI.

Apud Mabillonium Sæc. 6 Bened. Part. II, pag. 159.

SANCTUS igitur Theobaldus ante mundi constitutionem præscientiâ Dei selectus, gente Francorum, patre Arnulfo et matre Willa oriundus, in territorio Senonensi (a) castro Pruvino educatus, flos, ut ita dicam, è spinis erupit; parentibus enim non solum nobilibus, verum etiam clarissimis enituit : cujus nativitatem à sancto Theobaldo (b) Viennensi Episcopo veracium procul dubio familiarium ejus relatione, et firmiter matris ejusdem Beati assertionem prænuntiatam comperimus. Is etenim Præsul avunculus aviæ S. Theobaldi exstitit, et ab eodem æquivoci nominis vocabulum sortitus est : qui dum aliquando colloquium haberet cum matre domnæ Villæ hujus beati viri genitricis, inter cætera ait : « O generosa parens, gaude et lætare, » quia ex te prodiet mater, quæ paritura est magni meriti filium, qui omnibus nostræ affinitatis hominibus præminebit, et ante Deum et homines » magnus vocabitur et erit ». Huic præsagio testimonium perhibuit et quædam bonæ voluntatis paupercula, quæ jam gravidam matrem beati viri conveniens, verbis sic solatur amicis : « Gaude, Domina, inquiens, quæ in » utero gestas filium, qui apud Deum præcipuum obtinebit locum, et suorum » erit gloria parentum » . . .

Libet nunc paullo altiùs ad locum unde ortus est redire, et nomina Regum vel Principum, quorum temporibus floruit, ponere ; ut et Chronicæ scientiam posteris relinquamus, et ad laudem beati viri, ex quanta genealogia prodierit, et ex quali ambitione sæculi ad voluntariam paupertatem conversus fuerit, clariùs enucleare satagemus. Pruvinum castrum in diœcesi Senonensi situm, et populosa satis frequentia refertum, sub ditione olim fuit potentis et famosi Odonis Comitis Campaniæ (c) et patris Theobaldi, sibi in comitatu successoris, qui linea natalium hujus sancti Theobaldi viri erant propinqui . . . Viguit autem temporibus Henrici Augusti, et ejus æquivoci Henrici Regis Francorum, et filii ejus Philippi, etc.

(a) Adnotat Mabillonius in tribus Codicibus Mss. haberi : *Comitatu Tricassino*. Utrumque verum est. Comites Trecenses, qui postea Campaniæ dicti sunt, sub sua ditione Pruvinum Senonensis diœcesis opidum habebant.

(b) Theobaldus Viennensis Episcopus inter Sanctos memoratur apud Ferrarium in Catalogo generali Sanctorum diebus 1 et 3 Julii. Hic videtur fuisse Odonis Comitis Campaniæ, Majori-

ris-Monasterii apud Turones reparitoris, et Bertæ ejus uxoris filius, qui sub sæculi decimi finem floruerunt. *Mabillonius*.

(c) Cognomento *Campani*, Odonis cujus in præcedenti nota meminimus, filii : qui prope Barrum occisus, in Majori-Monasterio sepultus est anno 1037. *Fide Chronicon Virdunense pag. 143.*

A

EX MIRACULIS S. AGILI * ABBATIS RESBACENSIS

* S. Aile

SCRIPTIS AB AUCTORIBUS CONTEMPORANEIS.

Sæc. II Benedict. pag. 329 (a).

Lib. I.

Num. 14.

* Melun

* Prævins

Circa an.
1060.

MORTALITAS erat hominum magna in pago Milidunensi * et in pago Pruviniensi * vehementer imminens, nullo medicamine convalescente. Nam in costis hominum ipsa lues subito obstinatissima sentiebatur, et in crastino, qui patiebatur, moriebatur . . . Ad hunc locum (Resbac.) confugiunt . . . Quicumque veniens, cum devotione oravit, patriam incolunus permanens remeavit . . . Non multò post etiam B. Agili suffragio pestis extinguitur commotio . . . Ipsa quidem clades per plurima loca sæviit fermè à Pascha usque ad festivitatem S. Johannis Baptistæ, etc.

Num. 17.

Circa an.
1066.

Illud etiam referre honorificum est de Balduino (b) Flandrensi Comite, qui cum militari usu Philippo Regi Francorum, utpote Palatinus Comes, deserviret, ad retundendam superbiam quorundam, qui in partibus Galliæ et Burgundiæ præfato Regi repugnare cupientes, adversus eum servili ferocitate rebellare contendebant. Ad quorum convincendam rebellionem prædictus Comes accitus, cum apparatu Flandrensis militiæ optima terræ peragrata opida, villasque depopulat, atque truci facie dum lustrat, pervia quæque, concives patres ceu raptat ovilia prædæ. Hic itaque cuncta circumiendo pessumdans, causâ prædandi Resbacum villam devenit: sed divina potentia ferocitatem illius arcens, propriâ virtute in tali negotio obstaculo sibi voluit adesse. Nam prædictam villam ingressus, dum subtractis rebus, subtractis et habitatoribus, inhabitabilem reperit, castra metari exercitum quiescendi gratiâ præcepit. Ipse autem cum sub obtentu expetendæ orationis Monasterium adiret, conspicit eminens avem, quæ vulgo Pavo dicitur, super tegulas Monasterii residere, ad cujus peremptionem sibi arcum et sagittam protinus jubet parari. Quod cum factum fuisset, præfato Comite in Pavonis necem arcu sagittam jacente, illa quidem flamine venti retorta in aliam partem dirigitur; avis autem immobilis permanens nullo terrore concutitur. Comes verò subitaneo morbo percussus protinus humi prosternitur, oreque sanguineas spumas emittens, quòd divina virtus in se pro Pavone vindicet, cunctis ostentui habetur. Eo tamen postmodum, dum B. Agili meritum invocat, melius habente, funem propriis manibus in collo circumdans, humilis et dejectus progreditur ad altare, profitetur coram Deo et Sanctis ejus graviter se peccasse, de cetero spondet se terram S. Petri ab adversariorum impetu illæsam inviolatamque strenuè custodire; insuper et patenam auream, decemque caseos, decemque vaccas pro sui facinoris offert abolitione: sicque per virtutem B. Agili plebs Resbacensium defensari meruit ab hostili penitus incursione . . .

Num. 19.

Adela Comitissa Blesensis à febre sanatur.

Adela (c) Blesensis Comitissa, mater Comitis Theotbaudi, vehementi febrium urebatur ardore. Ad cujus curationem velut tantæ feminæ congruebat, conveniunt medici circumjacentium Provinciarum Galliæ et Normanniæ, necnon etiam regionis transmarinæ. Sed cum nullâ eorum arte curari

(a) Descripsit Mabillon, hæc miracula ex Mss. Codicib. Monast. Resbac. et Uticensis. Liber I, (cujus Pars Tom. nostri X pag. 364 reperitur) quæ sæculo XI facta sunt complectitur. S. Agilus Abbas à Dagoberto institutus est in Synodo Clippiacensi*, quæ anno DCXXXVI habita est, Mabillon. Situm est Monast. Resbac. in saltu Bri-gensi, la Brie.

(b) Is cognomento Pius, seu Insulanus tutor ac moderator Philippi I Regis necdum adulti ab Henrico Rege designatus fuerat. Rex ipsè Baldunum dixit suæ procuratorem pueritiæ, apud Mabillon. Annal. Benedict. Lib. 64, pag. 132. Suo tutoris munere rectè perfunctus, sub finem anni 1067

decessit Kalendis Decembris, Insulis in templo S. Petri ab se condito sepultus. Mabillon. Factum illud inter annos 1060, quo mortuus est Henricus, et 1067, quo Balduinus ipse interiit, reponendum.

(c) Adela seu Adelaidis aut Adeleidis Comitissa Blesensis, Trecentensis, Carnutensis, Meldensis, necnon Palatii, Guillelmi Conquestoris filia, et Stephani Blesensis uxor, mater verò Theobaldi IV cognomento Magni. Sanitatem Adelæ B. Agili meritis concessam, ad annum 1095 refert Mabillon. Annal. Bened. Lib. LXIX, pag. 349.

* Rébais et S. Evroul

* Clichy

potuisset, jamque præ nimia incommoditate mortem sibi comminante des- A
peraret de sua salute, asportari se fecit in oratorium Resbaci: ubi dum sub
capsa B. Agili duabus noctibus patrocinium ejus præstolando, absque ullius
eibi vel potius perceptione pernoctat, occurrente sibi virtute divina, ardo-
ris sui sensit inesse refrigeria: et quæ prius obtinere non potuit per multo-
rum medicamenta, per B. Agilum postmodum est celeriter consecuta. Obtulit
autem super altare in honorem sui Creatoris pallium condigni pretii,
quod huc usque manet in eodem Monasterio, et apponitur præcipuis qui-
busque festis retro lignum dominicæ Crucis.

EX LIBRO II. MIRACULORUM (a) S. ADALHARDI B

ABB. CORBEIENSIS, AUCTORE ANONYMO SÆCULI XII.

Inter Acta SS. Ord. S. Bened. Part. I Sæc. IV, pag. 366.

An. 1031.

HENRICUS igitur Rex Francorum, qui patri suo Rotberto successe-
rat in regnum, sororem nomine Adalam habuit, quam Flandren-
sium Marchioni, Balduino scilicet seniori (b), nuptiali copula conjunxit,
et ei Corbelam (c), quæ regno suo adiacebat, pro dotali munere cum aliis
piuribus concessit. Pro hac autem conjunctione Rex et Comes fœdus inter
se inierunt, et magna inter eos viguit amicitia, quoad vixerunt. Sed quia,
sicut à quodam Philosopho dicitur, amicitia sæpè exheredatur; postquam C
uterque, Rex scilicet et Comes, mortali concessit naturæ, inter filios eo-
rum, Philippum scilicet Regem, et Rotbertum (d) Comitem fœdus rup-
tum est amicitiae. Philippus autem Rex reputans sibi detrimento esse, quòd
regnum suum quasi diminutum esset privatione Corbeiae, quam pater ejus,
sicut suprà diximus, in matrimonio dederat sorori suæ; ipsam Corbeiam cum
regali pompa intravit, et sibi sicut Regi fidelem securitatem opidanos
jurare coëgit.

Circa an.
1074.

Quod postquam Comiti Rotberto compertum fuit, injuriam sibi factam
molestè tulit, quam quia, sicut ira exigebat, in Regem vindicare non po-
tuit, in Corbeiensem Ecclesiam, non tale quid meritam, retorsit. Nam
ejus villas et prædia per terram suam latè diffusa statim invasit, et Fratri-
bus inibi Christo militantibus, quæ vestimentorum eorum usibus deputata D
erant, denegavit. Unde Fulco (e) Abbas, qui tunc temporis Ecclesiae Cor-
beiensis præerat, et Fratres non modicè turbati, querimoniam lacrymabi-
lem coram Regis præsentia fuderunt, et super hoc ejus consilium et auxi-
lium imploraverunt. Sed cum aut impossibilitate aut incuria Regis nulla eis
fieret recuperatio perditorum, magnumque damnum perpessi fuissent, suis
carendo redditibus ferè per biennium; quid facto opus esset cogitantes,
super his animo fluctuare cœperunt. Tandem in Domino tamquam in portu
jactantes cogitatum suum, anchoram suæ salutis in ipso fixerunt. Nam fuit
eorum commune consilium ad divinum confugere auxilium, sanctumque
Comiti præsentare Adalardum, ut Comes ejus præsentia flexus, ei et sancto
Petro suum restitueret allodium.

(a) Miraculorum S. Adalhardi Lib. II Auto-
rem habet Anonymum Corbeiens. Monach. qui
testatur se breviter annotare virtutes quas suis
temporibus operatus est Adalardus, quasve re-
latione didicit fidelium virorum qui viderunt et
præsentes interfuerunt. Quorum relationi plena
fides est exhibenda; quippè quos commendat
sanctitas morum et ætatis reverentia.

(b) Balduinus Insulanus dictus, ejus nominis
V. Adela, vel Athala, ejus uxor, Roberti Regis
Francorum et Constantiæ Reginæ filia, Messi-
nense nobilium virginum Benedictinarum Mo-
nasterium condidit prope Ipras, ab Alexandro II
velum suscepit, ac tandem in dicto Parthenone
piè obiit anno 1079. *Mabill.*

(c) In Lib. I Miraculorum ejusdem Sancti ab
Abbate S. Gerardo scripto: [Corbeiae] situs est
salubris et valdè decens, totius utilitatis amœnitate
floreus. Ex uno latere Somma fluvius præterfluit, ex
altero concurrens Corbeia fluviolet vocabulum loco
tribuit: sed illic cadens in Sommam, ubi dat, ibi
perdit.

(d) Robertus, Friso vulgò dictus, qui, pulsus
Richilde Balduini Comitis relicta ac ipsius filiis,
Comitatum Flandriæ occupavit.

(e) Richardo successit an. 1048. Anno se-
quenti Concilio Remensi sub Leone IX interfuit.
Eum multi ad an. 1097 pervenisse putarunt. At
Ewradus ejus successor Concilio Compendiensi
interfuit anno 1085. *Mabill.*

EX VITA * S. LIETBERTI (a) EPISC. CAMERACENSIS,

* Obiit an.
1076.

AUCTORE RADULPHO COÆVO, S. SEPULCHRI MONACHO.

Apud Acherium Tom. IX Spicilegii, pag. 693.

REGNUM Francorum Rex regebat (b) Henricus, vir armis strenuus, et regno quod tenebat dignus: qui juvenili florens ætate, nullius adhuc copulæ subierat (c) connubium; sed Rusciorum gentis Regis filiam (d) Francorum nobilitas ei parabat. Audiens Cameracensis Episcopi * consecrationem futuram, quoniam videre virum diu præoptaverat, interfuit, acturus quoque sui negotii causam: petiit, ut sponsa, quæ sibi parabatur, in eodem conventu benediceretur, regalique consecratione pariter insigniretur. Huic regiæ consecrationi Dominus noster Lietbertus Cameracensis Episcopus interfuit et præfuit.

Cap. 19.

* Lietberti

An. 1051.

In regnis Lothariensium, neenon Francorum, simulationibus exortis quampluribus Imperator Henricus et Rex Francorum Evosii (e) ad colloquium, ut eas sedarent, convenerunt: sed imperfectâ pace discesserunt. Nec multò post Imperator Henricus *, præsentem Papa Victore (f), qui pro causis Patris per Romanos malè tractatus, apud ipsum conquesturus venerat, diem clausit extremum. Post ejus mortem, cum filio ejus Henrico * et Regina (g), domno Papa arbitro, sed et iudicibus Episcopis et principibus Regni, pro simultatibus quas contra patrem habuerat *, reconciliati sunt uterque Comes Balduinus *, pater scilicet et filius. Cui placito interfuit Dominus Pontifex Lietbertus... qui familiariter ipsum Comitem ab exordio sui Pontificatus dilexerat.

Cap. 42.

An. 1056.

* III

* IV

* Leg. habuerant
* V et VI

Remis Philippus Henrici Regis Francorum filius, præsentem patre, consilio Principum regni fuerat in Regem benedicendus (h). Hanc benedictionem jure suo Gervasius Archiepiscopus Remensis XLIII (i) procurabat, vir omni bonitate conspicuus. Hic ut sui officii celebrius commendaretur auctoritas, tam regalibus quàm suis quoque nuntiis Dominum Pontificem studuit invitare: qui licet aliàs maximis causis occupatus teneretur, et maximè pro guerrarum tumultibus quas prævidebat insurgere; libenti tamen animo satis sese petentibus exhibuit ipso die Pentecostes XXIII Maii MLIX, regiæque benedictioni, sicut decebat, interfuit.

Cap. 51.

An. 1059.

D Ea tempestate audiens Robertus mortem fratris sui Balduini Comitis, Cap. 58.

(a) S. Lietbertus Brabantinus, nepos (al. propinquus) S. Gerardi (I) Cameracensis Episcopi, factus est Episcopus Camer. anno 1049 ut constat ex Charta S. Petri Hasnoniensis, et ex Comitibus regni Corbeciæ celebratis an. 1065, episcopante Lietberto Cameracensi an. XVII. Attamen tardiùs ordinatus est; nam ex ejus vita habemus hujus Episcopi consecrationem Remis esse factam in eodem Conventu in quo celebratæ sunt nuptiæ Henrici Francorum Regis cum Annâ. Nuptias illas quidam an. 1044 asserunt celebratas: at Mabillonius anno tantum 1051 factas contendit, quem secuti sunt Autores Gall. Christ. nov. Tom. III, pag. 23. Certum est matrimonium istud, post an. 1049 fuisse celebratum. Chron. Andegavense refert illud ad an. 1051. *Fid. sup. pag. 29 D. n. b.*

(b) Henricus I, Remis 14 Maii an. 1027, vivente patre Roberto coronatus, an. 1031 cœpit regnare.

(c) Minus accuratè hæc narrantur: Henricus enim uxorem primam duxerat Mathildem Conradi Salici Imperatoris filiam; dici pariter nequit juvenili florens ætate

(d) Post mortem prioris uxoris Henricus Rex Francorum, Walterium Meldensem Episcopum, et Wascelinum de Chalinaco direxit ad Gerisclum (al. Jeroslaum) Ruscicæ Regem, ut filiam ejus Annam sibi nuptum daret; quod ille gratanter accepit, eamque cum multis donis in Franciam misit, ut ex Clario Monacho discimus. In veteri Codice,

quem Remensi Ecclesiæ Odalricus præpositus dedit, Henricus Rex Francorum in *Rasbatiam* misisse dicitur Catalaunensem Episcopum Rotgerum II, ut filiam Regis illius terræ, *Annam* nomine, sibi uxorem peteret. Hæc omnia tribuit anno 1051. Addit ex hoc conjugio natum esse anno sequenti Philippum, ejus nominis I, qui patri successit, et post eum Rotbertum et Hugonem. Anna Regina apud Silvanectum Ecclesiam S. Vincentii, quæ Regularium Canonicorum est, construxisse traditur. *Mabill. Annal. Bened. Lib. LX anno 1051, pag. 528.* Recentior, Henrici uxorem II, *Agnetem* vocat: at quo fundamento ignoramus.

(e) Evosium, sive Epoissus, vulgò *Ivoy*, in finibus Trevirorum, super Carum fluvium, *le Chier*. De hoc colloquio agitur suprâ pag. 61. D. n. a.

(f) Victor II dictus antea Gebhardus, S. Leonis IX successit an. 1055, Obiit an. 1057.

(g) Agnes erat, mater et tutrix Henrici IV viv adhuc septennis.

(h) Benedictionis hujusce, sive Coronationis Philippi I. vide monumenta *suprà pag. 32 et 33.*

(i) Autores Gall. Christ. nov. Tom. IX, pag. 69 Gervasio numerum XLIV assignant, adduntque Episcopum hunc occasione Coronationis Philippi, viudicasse sibi totius Galliæ Primatum, potestatem consecrandi Reges Francorum, et summum Cancellariatum quem antecessores sui obtinuerant.

- An. 1070. qui apud Hasnonium Ecclesiam *reexstruxit* (a), factione majoris Flandren-
sini partis super Arnulphum Comitem et matrem ejus Flandrias irrupit:
ad ejus violentiam refragandam prædicta Richeldis Comitissa cum filio Ar-
nulpho, cum quo, sicut dictum est, Domnum nostrum Lietbertum de cap-
* *Al. advo-* tione (b) Hugonis extraxerat, Regem Franciæ Philippum evocavit *, ejus-
cavit que auxilio apud Castellum bellare paravit; sed Flandrensibus, quorum dolo
An. 1072. Robertus ille Flandrias intraverat, dolosè pugnantibus, et terga vertenti-
bus, ipse puer *Arnulphus* occiditur. Quo mortuo fugatâque matre, totus
Marchionatus cessit Roberto.

(a) Sic corrigit Henschenius ex Ms. Malè apud Acherium, *destruxit*. Illo anno (1070) Baldnu-
nus Montensis, Flandriæ Comes è vivis excen-
sit, vir pacis et recti ordinis amans, ac longiori
vitâ dignus. Jacet in Basilica Hasnoniensis Mo-
nasterii ab ipso instaurata, et à Lietberto Ca-
meracensi, Rathodo Noviomensi, et Rainerio
Aurelianensi Episcopis consecrata: ubi Mona-
chos loco Sæcularium Canonorum restituerat.
Duos ex Richilde (filia Rainerii VI Comiti Han-
noniæ) filios reliquit, Arnulfum natu majorem,
cui Flandriam; et Baldnuum, cui Hannoniam
testamento assignavit, Arnulfi tutelâ Rotberto
Frisio commissâ. Quæ res funesti belli semina-
rium fuit inter ipsum et Richildem Arnulfi ma-
trem, quæ hanc ei tutelam denegavit in mag-
nam sui et filii Arnulfi perniciem, cui Rotber-

tus Flandriæ Comitatum vi abstulit. *Mabill. Annal. Bened. Lib. LXIII, pag. 28.*

(b) Hugo Castellanus Camerac. S. Antistitem
apud Buricellum villam, in lecto jacentem ce-
perat, atque ad Municipium suum asportaverat.
[Osiacum (Oisi) ad caput Sabis flum. positum].
Quo audito *Arnulfus* Comes Flandrens. et mater
ejus *Richeldis*, sumptis militibus suis, continuo
ambo ad Osiacum venerunt. Episcopum reper-
tum reduxerunt Cameracum. His perfectis, Flan-
drensium Comes cum matre suâ lætus in Patriam
suam rediit. Episcopus verò totis animi viribus
Hugonem insequutus, non contraxit manum,
quoadusque destructo Osiaco municipio, pro-
cul eum pelleret à Cameracensibus finibus. *Ex
ead. vita Cap. LV et LVI.*

EX HIST. TRANSLAT. RELIQ. S. MAMANTIS *

Circa an.
1070.

* *Mammes*

Vel Mammetis Martyris ab Anonymo (a) quodam Sacerdote
Lingouensi

*Apud Bolland. 17 Augusti, pag. 42. cap. 2 et Chesnium
Tom. IV, pag. 163.*

Rainaldus
Ep. Lingon.
in custodia
detentus à
Philippo
Rege.

PROCEDENTE tempore assumptus est ad regimen urbis Lingonicæ Rei-
naldus (b) Episcopus piæ recordationis, qui decimus sedit ante venerabili-
lem Guillelmum, qui nunc est Electus noster. Vir ille spectabilis quidem
genere fuit, sed nobilitatem generis honestas morum et multiplex littera-
rum scientia illustrabat. Non solum enim liberalibus studiis eruditus fuit,
sed utriusque Testamenti paginis sufficienter instructus. Ipsa enim ejus opera
testimonium perhibent veritati. Nam eum ipse teneret Comitatum Torno-
dorensem (c), et Comitatum Barri (d) super Sequanam, pro suis nepoti-
bus qui adhuc erant parvuli, propter quasdam (e) discordias, sicut dicitur,

(a) Anonymum hunc, sive Canonicum Lin-
goniensem, ut placet Surio; sive Sacerdotem
ejusdem diocesis, de Reliquiis S. Mamantis vel
Mammetis in Galliam ad Lingonenses translatis,
anno circiter Christi 1214 scripsisse probari po-
test ex cap. 2 Histor. Translat. ejus Fragen-
tum hinc adducimus. Hæc sunt: *Reinaldus Episco-
pus... qui decimus sedit ante venerab. Guillelmum,
QUI NUNC EST ELECTUS.*

(b) Rainaldus, seu Rainardus, cognomento
Hugo, ex antiquâ clarissimâque Comitum Bar-
rosequanensium familia ortus, *vir nobilis et ur-
banæ eloquentiæ, ratione composita attentos audito-
res sibi reddens et benivolos, apprime Rhetoricis im-
butus studiis, clarus ingenio, sermone facundus, non
Latinarum modò, sed et Græcarum litterarum mini-
mè rudis, scientia præditus, affabilis alloquio, et
prudens consilio, satis clarè et gloriosè Lingonensem
rexit Ecclesiam.* Ita Viridunense et Besuense Chro-
nica, necnon hujusce ætatis Lingonense. Quod
autem ad Besuense Chron. attinet, vide pag. 204
hujus Tomi, et Hugon. Flavin. apud Lab. Bibl. Mss.
Tom. 1, pag. 200. Rexit Ecclesiam Lingonensem,
post Harduinum, ab anno 1065 ad annum 1085.

(c) Tornodorum, *Tonnerre*, opidum in Cam-
paniæ provincia, ad Hermonionem fluvium, et
in Senonensi tractu, in ipso Burgundiæ limite;
estque Comitatus titulo insignis, in diocesi
Lingonensi.

(d) Barrum ad Sequanam, *Bar-sur-Seine*, in
Lingonibus non ignobile opidum ita cognomi-
natum, ut distinguatur à Barro super Albam
(*Bar-sur-Aube*) et à Barro Ducis (*Bar-le-Duc*).

(e) Qua causa quove tempore carceri traditus
fuerit Rainaldus, nobis incertum manet:
ad vexationes quas à Clericis Lingonensibus se
suosque passos fuisse querebantur Monachi Pul-
tarienses, *de Poutieres*, apud Humbertum Archiep.
Lugdun. forsitan referendum. Res sic se habet:
Horum immunitatem infringere molitus Rainal-
dus Episc. dum illos repugnantes experitur,
adjunctis sibi Barrosequanensium et Tornodo-
rensium copiis, quorum Comitatus pro nepo-
tibus suis nondum adultis administrabat, Mo-
nasterii fores oclusas effringit, obvios quosque
cædit, ac demum Monasterium ipsam atque
opidum incendit. Id factum Pontificatu Alexan-
dri II qui Ecclesiasticis censuris terret præsulum,

A Rex Francorum (nempe Philippus I) qui tunc erat, ipsum tenuit in No-
viomensi * civitate, in turre juxta portam: ubi non fractus adversitate, sed
gaudens, quia intelligebat quòd *filium quem diligit flagellat Deus*, fecit Hymnum (a),
et modulatis vocibus cantavit cum pueris in Ramis Palmarum, scilicet *Gloria*,
laus.

* *Noyon*

ni damna quamprimum resarciat. Pœnitenti
compassus, facinoris veniam et anathematis re-
laxationem concedit summus Pontifex. Quod
evenit ante an. 1073.

(a) Fabulosum quidem, sicut quod narratur
de Theodulpho Aurelianensi Episcopo, hujus
Cantilenæ vero Auctore. *Vide Tom. VI, pag.*
232, Not. d.

B EX MIRACULIS S. BENEDICTI ABBATIS,

A Rodulfo Tortario Floriacensi Monacho descriptis sub finem sæculi XI.

Apud Mabill. Sæc. IV. Bened. Part. II, pag. 390.

REGE Francorum Henrico feliciter sceptrā tenente, ejusque (a) ger-
mano * Ducatum Burgundiæ utcumque administrante, frater ipsorum
Odo (b) privatus degebat, nullius dignitatis fastigio sublimatus. Qui quo-
niam non habebat propria, inhiabat subripere aliena, rapinis et deprædatio-
nibus operam impendens. Unde factum est die quadam, ut valida manu mi-
litum collecta Soliacensium (c) * sibi contiguorum agros deprædatum
iret. Inde revertens onustus spoliis et prædâ, contigit ut etiam quorum-
dam pauperum Patris Benedicti res cepisset. Divertens verò in quoddam
rus ejusdem Patris, Germiniacus * vocabulo; mansionem violentam ibi-
dem accepit, contradicentibus sibi ejusdem ruris officialibus, et referen-
tibus quàm severè ulcisceretur Omnipotens violatores illius loci, meritis Pa-
tris Benedicti. Qui floccipendens eorum dicta, præcepit circa Ecclesiam
in honore Salvatoris mundi ibidem dicatam rapinas includi pauperum. Si-
quidem habebat eadem Ecclesia cœmeterium, valli munimine circumdatum.
Porrò famuli jam dicti Patris ab eo sibi subrepta repetentibus, animo obfir-
matus nihil reddere voluit penitus; insuper comminatus est, eos verberibus
ut tacerent afficiendos: erat enim nimis ferocitatis et extollentiæ. Igitur
præparari amplum sibi suisque de rebus pauperum jubet convivium. Cùm-
que deesset cera unde deberent fieri luminaria, epulaturis necessaria; inter-
rogat, utrùm in Ecclesia illa candelæ haberentur. Cui eum responsum esset,
nihil ceræ illic haberi, præter Paschalem ceream, in honorem videlicet Do-
minicæ Resurrectionis à Parrochialibus solenni oblatum more, jubet eum
properè afferri, et exindè candelas copiosè suppeditari, non veritus inju-
riam Salvatoris, cui sanctificata erant cereus et Ecclesia. Proinde vino di-
versisque ciborum fereulis eum suis accuratè refertus, sanus et incolumis,
post morosè protractas in vanum sermonum vigilias, dormitum vadit: et
dum levi sopore quiescens, aliquas noctis pertransisset horas, subitâ incom-
moditatis angustia perturbatus, inelamat suos. Quibus circumstantibus, indicat
se mortifera invaliditudine detineri. Itaque per reliquum ejus noctis, eadem in-
gravescente molestia, in eo loco mansit. Facto autem manè, recognoscens mani-
festè Patris Benedicti res, neminem quamvis generoso coneratum sanguine, im-
punè temerare posse; quo valuit modo equum ascendens recessit, et eodem in-
valescente morbo, diem ultimum clausit.

Cap. 1.

* *Roberto*

Odo. filius
Roberti Re-
gis, res S. Be-
nediti de-
prædat.

* *Sulli*

* *Germigni*

E Abbas Hugo (d) juveniles adhuc agens annos, dum magnificus vellet
haberi, multa juveniliter gessit: et quoniam ex præclara Francorum lam-
pade originem trahebat, degenerem se autumabat, ni ea gereret quorum

V.
De Hugone
Abbate Flo-
riaci.

(a) Robertus, frater natus minor Henrici Re-
gis, obtinuit ducatum Burgundiæ circa an. 1031.
Is fuit, cujus posteri longo tempore eum Ducatum
habuerunt. Exstat iste Robertus, caput primæ
stirpis Ducum Burgundiæ.

(b) Per plures Chronographi asserunt hunc
Odonem nimis stultum fuisse.

(c) Solliacum, seu Sulliacum, vulgò *Sulli*, olim

Sully, in inferiori agro Aurelianensi ad Ligerim
oppidum cum titulo Ducatus.

(d) Hugo electus est Abbas in locum Rainerii
VII Idus Decembris defuncti an 1060, ut habet
Mabil. Annal. Tom. IV, Lib. 61, n. 84, pag. 611.
Floriacense Monasterium rexit Hugo usque ad
an. 1070 vel circiter.

multimoda opinio aures vulgi percelleret. Unde inter cetera suis præcepit clientibus, A ut insuprà fato agro, Germiniaco scilicet, multum earum avium agmen, quæ pavones nominantur, sibi aggregarent, etc.

VI.
Advocatus
malus puni-
tur.

In territorio Portiano est quidam ager Arvini-curtis vocabulo, ab hoc monasticæ religionis institutore, per longa tempora possessus, cujus agri Advocatus dicebatur Adelardus. Hic cum tutari et defendere sibi credita debisset, magis ipse pessumdare et deterere institit, quàm ab aliorum violentiâ eripere. . . . Denique cuidam mulierculæ aliquid abstulerat, quæ currens ad Ecclesiam, sublatisque quibus operiebatur lineis, altare diutissimè flagris (a) cecidit, increpans quasi præsentem Patrem Benedictum his verbis: Benedicite vetustissime piger, letargice, quid agis? ut quid dormitas? quid tuos tantis subjacere servos improperiis finis? . . . Nec diu remoratus Dominus . . . retribuit impio juxta suam impietatem. Namque una dierum audiens suos ad locum, ubi B erat, properare hostes, equum ascendens. . . à quibus (hostibus) fugatus. . . ferrum ejus hastæ [quam gestabat] versus suum incautiùs reduxit guttur, . . . dum rivum [qui Minio vocatur] transire gestit, lanceam in suum guttur demersit: moxque examinis effectus, etc. . .

XI.
Servorum
antiquorum
conditio.
* *Piviers* al.
Petiviers

Memoratus Abbas Hugo quendam virum de familia Patris Benedicti, nomine Letardum, Teseelino concesserat Petverensi*, ut tam ipse, quàm ab eo progeneri, perpetuò ipsi famularentur obsequio servili: qui factus dominus illius, obtinuit eum non paucis diebus. Interpellatus autem idem vir nobilis post longum tempus à quodam suorum militum Ingrammo nomine, ut supradictum servum ei jure beneficii donaret, annuit. Ingrannus quoque obiens, filio suo Isembardo ipsum possidendum reliquit. Genuit autem præfatus Letardus filium, nomine Rotbertum: quem Isembardus, ut puta C proprium vernaculum, in sua aluit et educavit domo. Rotbertus verò factus grandiusculus, à suis comperiens genitoribus, se de familia Patris exortum Benedicti; sed ab Abbate supradicto ut vile distractum mancipium, indoluit, nec diutiùs dolorem sui animi oculere valuit. Facta igitur fuga, ab Isembardi præsentia se subtraxit. Quem longum latere non valens, ab eodem domum reductus, pœnas luit quas solet fugitivus. Insuper sacramento ab eo est astrictus, ne servitutis jugum de reliquo ferre detrectaret. Qui quoniam adolescentiæ tempora needum excesserat, ad præsens siluit: donec ætate procedente vires colligeret, quibus suo injusto domino resistere valeret. Postquam ergo genas illius flos vestierat juventutis, elapsis adolescentiæ lustris, Abbatem expetiit Guillelmum, qui tunc temporis præerat Floriacensibus: apud quem angorem sui cordis cum anxiiis deponens suspiriis, D conqueritur de injustitia sibi suisque inflata. Guillelmus itaque cum esset vir strenuus, et suam rempublicam semper augmentare toto anhelaret desiderio, respondit se illius ærumnarum misereri velle justasque querelas ipsius viris prudentibus palàm facere, et si quo pacto valeret, præsidium illi sese fore. Comperto igitur Isembardus, Rotbertum, quem suum opinabatur servum esse perpetuum, ad priorum dominorum confugisse asylum, mandat Abbati nominato, ut sibi proprium restituat mancipium, alioquin, deinceps se ejus futurum inimicum. Qui missis ad eum qui sua referrent verba, mandavit, eum quidem, quem injustè repetebat, vernaculum Patris Benedicti fore, se verò illicitè diutiùs ipsum possedissee. Quapropter si de cetero illum habere vellet servum, in jus venire esse necesse. Quibus Isembardus auditis, apud se deliberans, quoniam Abbati injustè resistere nec fas nec posse ha- E bebat, determinatum mandavit diem, in quo hæc controversia inter eos finiretur. Die autem statuto, plurimis nobilium et sagacium viris ab alterutra parte aggregatis, diù multumque sermone altercatum est; sed minimè ipsa calumnia eodem die finem accepit. Tandem verò multis priùs exactis conventiculis, adjudicatum est idem negotium monomachiâ (b) terminari debere. Dato igitur die singularem ineundi pugnam, in condictum conveniunt

Contentio
de servo

Duello fi-
nita.

(a) Hæcine est religio? sic ferebant illa tempora, quibus temporibus si quid à quavis Ecclesia raptum fuisset, altaria nudabant, induebant ciliciis, flagellabant, aliaque id genus parabant: quod postea in morem transiit, sicubi interdicitur Ecclesiasticum indicebatur. Quem inorem Gregorius Papa X sustulit. *Mabil.*

(b) Vigeat adhuc sæculo XI duellum in cau-

sis Monachorum, ut patet tum ex hoc loco, tum ex aliis pluribus. Quædam exempla profert Andreas Chesnius in notis ad Bibliothecam Cluniacensem; quædam item Acherius noster in notis ad Guibertum. Memorabile est hæc in rem Diploma Ludovici VI Francorum Regis, Theobaldo Abbati Possatensi concessum anno MCXVIII, ut servi ejus Monasterii *adversus om-*

A locum, videlicet qui repetebatur, et Airicus quidam nomine, quem Isembardus suo obtulerat loco, fortis robore, miles officio. Erat autem idem statura procerus, Rothbertus verò pusillus. Qui quamvis secum confligentis corpulentiam metueret, habebat tamen, uti postea retulit, fiduciam in Patre Benedicto suo jure domino, et sibi infesto viro hunc inculcabat sermonem: *Non ego tecum deerto, sed dominus meus, cujus me servum profiteor, Benedictus.* Ergo qui illum impetebat Airicus, ut moris est, primos ictus intorsit in eum; quos ille gratiâ Dei protectus constanter sustinens, permansit inlæsus; et alternum verber suo hosti tentans incutere, virtute Patris, cujus nomen retinebat mente, manum ipsius ductante, buculam (a) clypei, quo suus tegebatur adversarius, fortiter percudit: quæ claviculis, quibus affixa tenebatur, avulsis, longius resiliit, moxque manus adversarii nuda apparuit. Quippe foramen in clypeo fuerat, quod bucula protegebat, deintus semipedali affixa ligno, quo manu retento, gravem ille Rothberti adversarius facilius verteret clypeum. Rothbertus cernens manum secum dimicantis nudam, ictu repetito toto conamine eam percussit. At ille doloris impatiens clypeum remisit: et quoniam manu debilitata, quâ tegumen regebat, qua arte se tegeter non habebat, assiduo Rothberti verbere fatigatus, victum se proclamat. Debine exarmatus à victore, eum Isembardo, pro quo ignominiosum certamen inierat, confusus rediit ad propria. De reliquo, haud dubius Patrem Benedictum nequaquam suis defore in adversis rebus. Hæc victoria facta est Floriacensibus non modica exsultatio, hostibus verò maxima confusio. Porrò demonstravit Pater sanctus in hoc facto neminem, suos posse aliquo pacto distrahere vernaculos. Videant sibi, qui famulos, census, prædia, sanctis locis attributa ob laudes omnipotenti Domino persolvendas, nefariè distribuunt laicis, seu cujuscunque generis personis...

Ducelli ritus.

C Albericus unus ex Primoribus castri Castellionis (b), quod est situm super Lupam fluviolum, vesaniæ stimulis agitatus, creberrimis deprædationibus prædia sæpiùs dicendi Patris devastabat, maximè illa quæ curti Matriniacensi (c) adjacent. Qua de re, mandaverunt sibi tam Abbas Rainerius, quam Fratres sub eo degentes, ut commissa corrigeret, et de cetero adversus Patrem Benedictum talia committere caveret. Qui pro nihilo ducens mandata, pessimis adjecit pejora. Dolentes verò Fratres Patrem sæpiùs nominandum contemptui haberi, et famulos suos extenuari; inuito consilio concorditer prædonem illum cum sibi in hoc scelere participantibus anathematis mucrone, ni cessaret, et neglecta emendaret, mulctarunt. Idem autem D in malis perseverans, eorum excommunicationem quasi aliquod frivolum despexit: induratus animo, neglecta neglexit emendare, et à sua perversitate noluit cessare. Proinde Omnipotens, qui clamores humilium nequaquam spernit, et qui gemitus viduarum et pupillorum ex alto prospicit, dignatus est consolari sub hac anxietate servos suos. Contigit enim, ut suprafactus prædo ductaret exercitum Comitis Theobaldi super habitatores castri, quod à secularibus viris turpi censetur vocabulo; à nobis verò, quibus prohibitum est turpiter loqui, Malum talentum vocatur. Qui dum Dux in primo agmine iter faceret, propter curtem jam dictam Matriniacensem, exterriti qui eam inhabitabant, videntes hominem sibi infestum eum tanta affore militum multitudine, exierunt ei obvii cum armis, in locis videlicet oportunitis ejusdem vici, ne patentibus sibi aditibus valeret eis aliquid inferre discriminis. Unde indignatus ille nequam, comminatus est cum mulco juramento, perfecto negotio quò tendebat, se omnes eos captos ducturum, insuper et vicum eundem incensurum. Cui viri illi respondentes, dixerunt: *Te quidem palam est multum posse, et velle nobis nocendi habere. Potens autem est Deus, meritis domini nostri, cujus servi sumus Benedicti, ab interminatis à te potenter liberare nos calamitatibus.* Ille cum voce minaci, equo

XV.
Prædo excommunicatus excommunicatione spretâ malè perit.

nes homines, tam liberos quàm servos, in omnibus negotiis liberam habeant testificandi et bellandi licentiam. Id postea prohibuit Gregorius Papa IX litteris datis ad Abbatem et Monachos Fossatenses, Mabillonius. Vide Tom. X, pag. 421. n. a.

(a) Umbo clypei, ubi manus inserenda, vulgò *Boucle*; unde Gallicum nomen clypei *Bouclier*.

Vide Glossarium Gangii.

(b) Vulgò *Chastillon-sur-Loin*, supra Montem-Argi ad Lupam amnem in Burgundiæ pago Waslinensi, *le Gastinois*.

(c) Vulgò *la Cour Marigny*, diocesis Senonensis sub Decanatu Wastinensi; ad quem etiam pertinet Bordellum, sic dictum secularibus *turpi*

calcaribus concitato, quò tendebat perrexit. Miser, qui cum Patrem Be- A
nedictum debuisset supplicii voce, ut ei in auxilium esset in tali discrimine,
ne periclitaretur exposcere, contestatus est, servos illius in prædam se mi-
naturum, bona eorum direpturum, et habitacula igni crematurum. Dum
ergo pervenisset ad castrum superius relatam; adorsus illud cum prima quam
regebat cohorte, (reliquus enim exercitus cum Comite longè post seque-
batur) cœpit sagittis et diversis missilibus eos qui intus erant infestare. Ar-
mati verò egressi portas castrum ejusdem indigenæ, in eo quod accidit pro-
bati sunt strenuè restitisse. Tendens enim quidam adversæ partis arcum,
jecit sagittam in Albericum, qui ea ictus super unum suorum genuum, mox
de equo cui insidebat ita proclivus corruens, ut galea telluri illideretur,
expiravit. Et quas incassum adversus Patrem nostrum effuderat minas, pe-
rere permisit: nihil nempe post vulnus acceptum loqui valuit. Hujusmodi B
retributionem superbo Deus ultionum Dominus reddidit.

XXIII.
Pictones ter-
rorem incu-
tiunt Wasco-
nibus.
An. 1101.

* Mauri

Præterea Comite Pictavensium (a) in expeditionem Jerosolymitanam
multa armatorum millia ducente, uxor ipsius curam agebat provinciarum
potestati suæ subditarum. Unde factum est, dum Guasconiam peragraret.
ut transmeata Garonna, fines ejusdem regionis attingeret, in quibus posi-
tus est locus superius memoratus *Pontons* (b), videlicet in pago Ausiensi,
super flumen Adureium, ditioni Floriacensium Fratrum subditus: ubi, ut
diximus, jam dicti celeberrimi Martyris * reliquæ habentur. Invitante igitur
itineris necessitate, Comitissa militum vallata phalange hospitium ibi-
dem accepit. Comperto ergo ante triduum Pictavorum adventu, incolæ
eorum locorum, metu ipsorum, quoniam dominationem eorum valdè exo-
sam habent, omnia sua quæ in Ecclesiam inferri licebat advehunt, et in C
Oratorio ejusdem possessionis congerunt, vestium diversas species, alimen-
ta, et cetera humanis usibus accommoda. Hospitati itaque Pictavi audiunt,
provinciales omnia sua, ut dictum est, in Ecclesia conjecisse, ceteris (quam-
vis sit præceps eadem natio ad audenda quæque illicita,) sacrum tamen
formidantibus temerare locum, unus eorum audacior reliquis, prorumpens
in Ecclesiam, saccum frumento plenum humeris imponens suis, onustus sa-
cerilegio proprium repedavit ad hospitium, nequaquam diu super tali gavi-
surus facto

An. 1036.
XXIV.
Henrici Re-
gis uxor et
filii.
* *Jeroslai*
An. 1060.
Philippus I
Rex.
Ejus tutor
Balduinus
Flandr. Co-
mes dictus
Insulannus.
An. 1071.
An. 1081.
Uxor Phi-
lippi Regis
Berta Frisiæ
Ducis filia.
* *Florentii*

Regina Mathilde metas vivendi excedente, Rex Airicus in conjugium
sibi adscivit filiam Regis Russorum *, nomine Annam. Hæc ei peperit tres
filios, Philippum, Rotbertum, Hugonem: quorum Rotbertus adhuc pue-
rulus decessit, Hugo Comitatum postmodum Virimandensium adeptus est; D
Philippus autem, patre defuncto, totius regni Francorum gubernacula ob-
tinuit. Septennis (c) autem erat, quando pater defungitur; qua de re sor-
titus est tutelam illius vir illustrissimus Balduinus (d) Flandrensium Comes:
qui prudentissimè regni administrans negotia, donec idem Philippus intel-
ligibiles attingeret annos, tyrannos per totam pullulantes Franciam tam
consiliis quàm armis perdomuit, et pacem maximam teneri fecit. Proindè,
Philippo jam juvene facto, integrum absque unius viculi imminutione reg-
num restituit: et ipse non multo post vivendi finem fecit. Philippus verò
in primis multa strenuè gessit annis, sed ætate procedente, mole carnis ag-
gravatus, ampliorem operam cibo indulgit et somno, quàm rebus bellicis.
Hic Ducis * Frisiæ filiam nomine Bertam in matrimonium accepit, quæ
ei genuit Ludovicum. Rebellaverunt autem contra eum quidam Franco- E
rum Proceres, opibus et viribus Guillelmi Regis Anglorum fidentes: ex

vocabulo; Monachis verò, quibus prohibuitur est tur-
piter loqui, Malum-talentum, ut mox infra. Ma-
triniaci non semel meminuit Adrevaldus in Mira-
culis S. Benedicti.

(a) Guillelmo IX qui ad loca sancta profectus
est an. 1101. Sunt qui existimant hunc Comitem
Pictaviensem, Aquitaniæ Ducem decrevisse,
« Guillelmo Rufo Regi Anglorum Aquitaniæ
» Ducatum, totamque terram suam invadere,
» censuramque copiosam abundanter ab illius
» ærario haurire, unde nobiliter exeret iter,
» quod cupiebat inire ». Ita Order. Vit. Eccl. Hist.
Lib. 10. Guillelmus iste uxorem habuit Philip-
pam, cognomine Mathildem, filiam Guillelmi
IV Comitum Tolosæ, quæ an. 1085 Sanchio I Regi

Arragoniæ nupsit: defuncto autem Sanchio an.
1094, Duci Aquitaniæ juncta est.

(b) Vulgò *Saint Maur de Pontons*, qui Priora-
tus in libris editis dicitur esse diocesis Aginnen-
sis, rectius hic Ausciensis, *d'Ausch*, siquidem
situs dicitur *super fluvium Adureium*, vernaculè
l'Adour. Mabil.

(c) Ergo Philippus natus est an. MLIII: nam
Henricus ejus pater decessit an. MLX. *Mabil.*

(d) Balduino V Pio et Insulano ministerium
regni Regisque admodum parvuli Philippi filii
tutelam delegavit Henricus Rex moriens, ob
Adelam uxorem, sororem suam, Philippi amitam.
Obiit Balduinus 1. Septemb. an. 1067.

A quibus Hugo (a) de Puteolo adversus enim arma corripuit, plures sibi adiscens auxiliares. Rex verò ejus audaciam compescere cupiens, undequaque militum contrahit manum. Inter reliquos etiam auxiliares exercitum de Burgundia adventare jubet: qui accepto mandato, in Franciam properant, Dux videlicet ejusdem Burgundiæ Odo, Nivernensium Comes (b) Guillelmus, Autissiodorensium Pontifex Gaufridus, et alii quamplures, quos retexere perlongum putavimus. Hi coeptum iter carpentes, via ductante, in quodam prædio Patris Benedicti, Everam (c) vocato, metationem acceperunt. Ut verò moris agrestium est, in adventu militum formidare, perstreperere, quaquaversum fugere, sua in locis tutioribus recondere; maxime in tanto strepitu rustici suprâ memorati pagi omnia sua ad Ecclesiam convehunt, tam annonam quàm suppellectilem variam. Porro militum phalanges, postquam fessa labore viæ corpora dapibus relevarunt, cibaria suis procuraturi equis, comperiunt ruricolos suam totam annonam in Ecclesia abdidisse. Undè animis dejecti, referunt ad Principes exercitus rem omnem ex ordine. Rusticos scilicet, spem sui victus ad tutiorem portum, Ecclesiam dico, contulisse: nec sibi penitus velle dare aut vendere alimenta suis vehiculis necessaria. At illi consilii extorres, quid agant ignorant. Neque enim Sanctorum violatores locorum fieri volunt, seu præsumunt. Episcopus itaque, qui cautior ceteris esse debuerat, juvenili actus temeritate, scurrili interrogat sermone, utrùm eam annoniam homines in Ecclesiam contulissent? Cui cùm responsum esset: Etiam. Igitur, inquit, homines abstrahant. Jubet ergo præpetes (d) ire, et quantum hordei necessitas expetebat, suis præbere equis. Properatur ad Ecclesiam; violenter hordeum ab ea abstrahitur: pabulum exinde equis subministratur. In crastino, quò cœperant tendunt: nihil noxæ se contraxisse credentes apud Patrem Benedictum pro infractione illius loci, et injuria suis illata. Enimverò, Rege eum reliquis militum legionibus ad Puteolum festinante, et ipsi ei occurrunt. Castra metantur tam ipsi, quàm Rex, circa ipsum castrum. Obsesso itaque castro, post crebras aggressiones, aliquot diebus ibidem jam peractis, die quadam illi qui inclusi videbantur, Hugo videlicet cum suis, apertis portis, improvisi adsunt obsidentibus, omnigeno bellorum tumultu personantes, cornicinibus etiam horrido boatu concrepantibus. Exterriti qui in castris erant subitâ hostium audaciâ, credunt totius Franciæ militum cohortes noctu castrum idem intrasse, et ideireo Hugonem ad tanti ausum facinoris prorupisse. Quid plura? Terga vertunt, fugæ præsidio sese committentes: diversarum specierum tentoria varia suppellectili plena linquentes, et cetera quæ ad tantam expeditionem necessaria convexerant. Hostes eos fugere cernentes, quod nequaquam mente antea concipere præsumpserant, ut à paucis tanta multitudo fugaretur, acrius insequuntur. Capti sunt igitur in illa fuga quamplurimi nobiles viri, maxime exercitus Burgundiæ, qui Patrem Benedictum injuriari ausi fuerant, direptores ipsius existentes possessionis. Denique Episcopus, qui alios sermone illusoriè prolato nefariè agere impulerat, cum patre Nivernensium Comite captus, coactus est seipsum non modicæ quantitatis pecunia redimere: à qua demùm captura exemptus, Floriacum petens, fatetur se stultè egisse, et quæ sibi acciderant justè contigisse. Veniam petit, promeretur. In ea fuga completum videres, quod in fine Deuteronomii legitur in imprecationibus, quas vir Dei Moyses populo

Ecclesiæ violatores milites puniti.

(a) Puteoli, vulgò *le Puiset*, obsidionem referendam existinamus ad an. 1078 vel circiter. Cùm enim adsit inter auxiliares turinas Philippi Regis, Odo qui factus est Dux Burgundiæ an. 1078, non potest revocari ante hunc annum. In illâ obsidione capti sunt Guillelmus Comes Nivernensis, necnon Gaufridus Autissiodorensium præsul, ut narrat Tortarius.

(b) Guillelmus, Comes Nivernensis, filius Rainaldi Comitis qui juxta Hugonem Pictavinum et Chronographum S. Vincent. Met. uxorem duxit sororem Roberti Regis, nomine Advisam: cui Rainaldo attribuit multoties quidam Chronographi quæ Comiti Burgundionum trans Saonæ fluvium ejusdem cognominis conveniunt. De Guillelmo multa referuntur ab an. 1015 usque

ad an. 1083, quo subscribit cum filiis suis Rainaldo, Willelmo, et Roberto Autissiodorensi Episcopo, chartæ permutationis cum Hugone III Nivernensis civitatis præsule. Habuit Guillelmus iste uxorem Ermengardim, sororem Milonis III Comitis Barri super Sequanæ, quo matrimonio adeptus est Comitatum Tornodorensem. Fuit etiam Comes Autissiodorensis ut videre est in Chron. S. Vinc. Met. Tom. X, pag. 322.

(c) Evera, *Yevre - le - Chateau*, diocesis Aurelianensis, ubi Prioratus Floriaco subjectus. *Mabil.*

(d) Sic apud Bollandianos et Mabillonium. Alii habent *perpetuos*, quod nomen officii militaris esse putaverunt.

Deut. 28. 25. Israëlī imprecatus est, si à lege Dei sui aliquando recederet: *Per unam*, A
Levit. 26. 17. inquit, *viam egredieris contra hostes tuos, et per septem fugies.* Et in Levitico: *Fugietis, nemine persequente.*

XXVI. Unus ex Fratribus, cognomento Gillebertus, qui cœmentariis fuerat præfectus prætaxato operi insistentibus, pecuniis minus aliquando abundans, ibat circumiens loca plurima, et ducens secum semini-verbios.... Dum ergo circumquaque discurreret (a) *Vitriacum* advenit: *qui locus regalis palatii honorificentiam nostris temporibus decorabatur.* Ingressus itaque Ecclesiam, exhortatorio sermone populum commonefaciebat, vitæ præsentis mutabilitatem fugere... Aderat autem in eodem populo rusticus quidam Marcus, etc....

XXVII. Anno ab Incarnatione Domini millesimo nonagesimo quinto, flamma voracis ignis maximam Floriacensis burgi consumsit partem. Incognitum autem habetur, utrum casuale, an furtivum idem fuerit incendium; nocte siquidem, quæ saceratissimum diem Dominicum Paschæ subsecuta est, vehemens ignis unam corripuit domorum, quæ à parte septentrionali exceptæ erant à clausura ejusdem burgi; quæ cum esset receptaculum boum, habebat feni plurimum et palarum. Hæc verò licet sint omni tempore lætissimum ignis pabulum, ea tamen multò magis tempestate, quia exclusis reliquis ventis, solus aquilo libero flatu orbem præflabat Gallicum: qui omnia more suo adurens, arida reddiderat, nulla penitus pluviae stillante gutta per aliquot temporis spatia. Igitur incipiente tertia noctis parte, quæ Concinium vocatur, perstreptibus illis qui primi viderunt ignem accendi, vulgus reliquum expergefatum, etc.... Nec minùs librorum pernecessariam copiam amittere ignis violentiâ pertimescentes, eodem congressibus cum testamentorum et privilegiorum nostrorum congerie. Metuebamus enim ne turricula in quâ hæc recondita erant, ignium viribus succumbens in favillas redigeretur, etc....

XXXVI. In territorio Nivernensi quoddam habetur castrum, *Huben* nuncupatum, in prærupti cujusdam collis cacumine: hujus dominus Hugo dicebatur, provectæ ætatis vir. Hic filium genuerat vocabulo Gauterium, qui juvenilis ævi elatus supercilio, minùs de omnipotentis Dei pertractans mandatis, res Ecclesiarum et pauperum, rapinis inhians, diripere, et suis in necessitatibus expendere ardebat. Unde arbitratus opimam de jam memorata possessione [scilicet Castellione (b), ubi beatus Confessor Possennus (c) requiescit] prædam se posse abducere, propter multitudinem diversorum animalium, quæ in eodem erant loco, (est enim alendorum animalium D opportunus, ob fertilitatem pabulorum;) assumptis cohortibus equitum seu peditum, devenit illuc, neque Dei veritus offensam, neque Patris nostri meritum. Porrò accolæ loci ipsius, et circa positi ruris, comperientes ejus insanam cupidinem, pertimescentes copiosum prædonum numerum; asciverunt in auxilium sibi Dominum castri quod dicitur sancti Briccii, Rotbertum nomine, strenuum sanè tam armis quàm consiliis virum: qui vallatus suorum cuneo, prompto accurrit animo, paratus cum eis, si quod immineret, subire dispendium, pro Patris promerendo suffragio, et vicinorum qui se expetierant commodis. Gauterius itaque aggressus Castellionenses, satagebat opere perficere, quod mente conceperat: rurícolas videlicet, eorum pecora, et spolia secum abducere. Rotbertus autem ei obviam progressus cum suis, conjunctis quoque sibi locorum contiguorum E

(a) Robertus Rex frequenter Vitriacum accedebat, plerumque Aurelianis commorabatur. Hinc investigandum videtur Vitriacum istud non in Briegio pago, ast vel in Aureliano, vel saltem non procul illo. Exstat in silvâ Aurelianiensi in Archidiaconatu Piteverensi Ecclesia Baptismalis S. Medardi de Vitriaco (*Vitry*), ad Abbatiam Floriacensem pertinens, quæ tempore Helgaudi *Monasterium S. Medardi in Vitriaco castro* vocabatur, postea *l'Eglise S. Mar à Vitry-le-Chastel*, ut videre est, Tom. X, pag. 315. Visitur, ut jam monuimus pag. 197 n. b. inter Regias Fontis-Blandi ædes et Moretum Crux Vitriaci, quo in loco olim castrum cognomine fuisse augu-

ramur cum Mabillonio. Olim silva Fontisblaudi, Bieria nominabatur. At juxta Chronographum Senonensem, non Vitriaco in Briegio, verum in Bieria, extremum dedit spiritum Henricus Rex: quæ sanè firmant Vitriacum nostrum in Aurelianiensi pago.

(b) Castellio ad Ligerim, *Chastillon-sur-Loire*, æquæ ferè Aureliâ et Niverno dissita.

(c) Posennus vocatur in Andreani libri versione metricâ per Tortarium, qui hujus Sancti miraculum et inventionem sic canit:

*Corpore, Constanti, de sacro prode Posenni.
 Bis monitus, flagris tertio corripereis, Mabil.*

A colonis, conferre cum eo non valens, ejus timendo copias, terga vertit. Gausterius ergo suos multis clamoribus adhortatus, equoque cui insidebat calcaribus incitato, ipsum perniciter insequitur. Quem Rotbertus jam jamque sibi appropiantem cernens, ut puta moris est fugientium, hasta super humerum rejecta, ferrum hastæ sequenti opposuit. At ille conatus hostis nequaquam prævidens, dum incautiùs attingere eum equo ardescit, in ferrum ruit: quod gutturi illius immersum absque dilatione vitâ privavit. Videntes verò satellites ejus dominum suum exanimatum, ululatibus aërem, lacrymis genas opplentes, humeris corpus imponentes, abire maturant. Miseraute ipso, cujus interierat ferro, illis quoque quos prædatum venerat, concedentibus liberam fugiendi copiam, laudesque proclamantibus omnipotenti Deo, grates Patri Benedicto, sanctoque Confessori Posenno, de tam

B celeri hostis sui multatione. Genitor autem genitrixque defuncti cernentes extinctum filium, in quo tota spes pendebat illorum, quoniam hunc solum possidebant; non est facile dicere quos ediderint gemitus, quantas fuderint lacrymas, inconsolabili lugentes mæstitia, quem amplectebantur dilectione unica. Metuentes verò futuram discussionem justi judicis Dei, (erant enim timorati) quoniam spes omnis de vitâ corporis sublata fuerat, tractabant, qualiter animæ ipsius consulerent, quatinus indulgentiam inveniret, qui extrema sua tam pessimè præcipitaverat. Adsumto igitur Autisiodorensi Antistite, venerabili sane viro, cum grandi apparatu exsequiarum et exanimato filii sui corpore Floriacum properant. Advoluti autem genibus Hugonis *, qui tunc in eodem loco Abbatis fungebatur officio, et totius congregationis; implorant vincula reatus defuncti precibus eorum solvi: certum tenentes, in conspectu summi judicis ipsius laxandum crimen, si quibus illata injuria fuerat, in præsentis toto animo ipsam priùs remitterent. Unde et calicem purissimi auri libram habentem, in dextera filii sui ponunt, et illum pro vadimonio offerunt, quatinus promptiorem veniam delicti sui adsequi mereretur. Si aliquam recompensationem pro temeritate ipsius exsolverent: credentes quotiens in eo sacrificium summæ divinitati offerretur, nequaquam ejusdem sacrificii ipsum esse exsortem. Fratres itaque pia miseratione permoti, generaliter pro eo sacrificium omnipotenti Domino obtulerunt, absolvi poscentes ipsius offensas, et ipsi secundum possibilitatem à Christo fidelibus suis concessam, quod in eos deliquerat, remittentes: expletisque funereis honore congruo officiis, genitores cum nobiles viris quos in suo adsciverant comitatu, ad propria dimisere, non mediocrem consolationem de salute filii sui reportantes.

Dammum
parentes res-
tituunt,

* V. supra
Cap. 5.

et calicem
aureum of-
ferunt manu
defuncti.

D Interjectis aliquantis annorum curriculis, confederati de vicinæ partibus Burgundiæ adversus eosdem Castellionenses, quidam prædones glomeraverunt non infirmam manum satellitum, equitum et peditum. Transitio autem amne Ligerico, diffuderunt se per rura ad ipsum prædium pertinentia. Tanta verò erat illis securitas confidentibus in sua multitudine, et tanta arrogantia de robore et aptitudine suæ juventutis, ut scurram se præcedere facerent, qui musico instrumento res fortiter gestas et priorum bella præcineret: quatinus his acriùs incitarentur ad ea peragenda, quæ maligno conceperant animo. Erat autem Præpositus ipsius possessionis constitutus à fratribus eo tempore quidam vir probus, Aimericus vocabulo, qui mundi relictis pompis, adsumto habitu monachico, omnipotenti Domino fideli famulabatur obsequio, Patri Benedicto in sibi commissis existens jugiter fidelis. Hic antequam vestem mutasset, Sacerdotis fungebatur officio: cui vicini, et qui eum noverant, testimonium deferebant legitimè conservatum, quamdiu in clericatùs permanserat sorte. Itaque phalanges rapacium effractis domibus rucolarum, ornaverunt se spoliis, agentes præ se greges pecorum, quos in contiguis torrentum pratis, seu in littore Ligeris repererant pascentes. Plurimam siquidem eorum multitudinem rustici qui prædonum præscierant adventum, in silvis et in confragosis abdiderant vallibus. Igitur præeunte cantore, ut pote nihil formidinis habentes, ad litus properant annis, ubi plures suorum ad custodiam navium collocaverant, quibus eundem transnavigaverant fluvium. Porrò coloni jamdictæ possessionis in unum jam confluerant, sequentes eos à longè: nequaquam enim

XXXVII.
Prædones
Ligeris undâ
mersi.

appropriare audebant. Jamdictus autem Præpositus non minimum in corde A concipiens dolorem, anxiebatur valde, ignorans quid potissimum agere deberet; neque enim sibi vel suis tutum fore advertibat in hostes irruere, neque ipsorum navigium præoccupare: cùm hi, qui ad eum convenerant, pauci essent numero, nec satis animo constantes. Enimverò quoniam deerant vires hominum, et robore destituebatur humano, totis medullis convertitur ad divinum suffragium: totoque in terram prostratus corpore, cœlitus suis exorabat auxiliari. Et versus ad hostes, in nomine Domini maledixit illis; suisque præcepit, cum clamore maximo terga malignorum à longè insequi: qui jam per collis declivum descendentes, festinabant adscensis navibus ad sua regredi, neminem suis obviare ausibus audere suspicantes. Auditis ergo post sua vestigia vociferantium tumultibus, et clamore tanquam sese invicem exhortantium, tantus corda ipsorum induit metus, ut B præcipiti omnes se traderent fugæ, et certatim cursu pernici pervolarent ad flumen: nullusque esset qui eos à fuga cohibere aggrediretur, ut in tali negotio fieri adsolet. Qui enim duces fuerant in scelere, primi erant fugæ. Tunc illud beati Job dictum, quamquam sub alio intellectu, videres impletum: *Versa est in luctum cithara, et organum in vocem flentium*. Itaque præcipitanter in scaphas ingressi, dum eorum unusquisque transvehi flumine accelerat, pondere multitudinis adgravatæ, cùm processissent in altum, submersæ dehiscunt. Resonabant litora gemitu ac clamore miserorum et morientium ululatibus: concava vallium et nemorum condensa respondebant. Videres Ligeris alveo arcus cum sagittis, hastas etiam cum clypeis subnatere, quæ fluvius celeritate qua decurrit, inferius devehebat. Ferunt autem eos qui in amnis ipsius cœcis submersi gurgitibus suffocati perierunt, non C paucos fuisse. Capta est verò non minima multitudo eorum, qui nequaquam ad navigium pertingere potuerant, vel formidine fluminis exterriti in ripa restiterant. Qui omnes præcepto Abbatis et reliquorum fratrum relaxati, virtutem Patris circumquaque divulgant. Per omnia benedictus Deus, qui contumaciam illorum dejecit, et robur comminuit . . .

Job. 38. 31.

XLIII.
Mentis inops
curatus.

Quidam nobilium, Gaufredus nomine, præpotens vir, Dominus castri quod (a) Sinemurus vocatur, nimiâ capitis infirmitate oppressus, mentis inops effectus, totam funditus perdidit memoriam . . . Ergo tandem recordati qui eum ducebant, magnum Patrem apud Patriciacum solere operari; illuc gressum dirigunt. Quos adventantes cum suo Domino [Gaufredo], in domo hospitem suscipiunt Fratres . . . oratione pro eo directâ . . . sacrisque pignoribus lotis mero, sibique in potu dato; obtinuit salutem quam D expetierat . . .

(a) Duplex est eo nomine castrum seu oppidum in Burgundiâ. Unum in pago Alsensi, vulgò *Semur en Auxois*, ad Armentionem fluviolum.

Alterum haud procul à Ligeri supra Patriciacum, vernaculè *Semur en Briennois*, de quo intelligendus videtur hic locus. *Mabil*.

EPISTOLÆ SUMMORUM PONTIFICUM

EPISTOLA LEONIS PAPÆ NONI AD FRANCOS

DE FESTO S. REMIGII CELEBRANDO.

Apud Acherium Tom. II Spicil. pag. 456.

B LEO *Episcopus, servus servorum Dei, Fratribus et filiis Catholicis per universum Regnum Francorum constitutis salutem et Apostolicam benedictionem.* Compertum caritati vestræ credimus, quòd post consecrationem nostram, illam videlicet qua benignitas Dei humilitatem nostram sanctæ Romanæ Ecclesiæ præesse voluit, Germaniam Galliamque visitavimus, ac Remorum urbem adeuntes maximo voto et summa devotione Ecclesiam beati Remigii (ut longè antè desideravimus) Deo annuente; et ejusdem sanctissimi viri patrocinantibus meritis, cum magna gloria dedicavimus (a), atque post consecrationem Ecclesiæ in eadem Synodum celebrantes, plurima ad utilitatem Christianæ religionis necessaria consilio Coëpiscoporum nostrorum, assensu etiam et laude Cleri et populi, quorum innumera multitudo ad tantæ devotionis celebritatem confluxerat, statuendo confirmavimus. Quæ omnia capitulis digesta, inter Canones haberi præcepimus, et postea in omnibus Synodis, quas habuimus, idipsum confirmare curavimus. Et quoniam beatissimum Remigium gentis Francorum prædicatorem et Apostolum scimus, venerari et honorare illum, quem Dominus in terris et in cælo mirificavit, prout possumus, debemus, præsertim cùm semper in nostro pectore inde ipsius amor ferventiùs ardescit, quòd pretiosissimum corpus ipsius sanctissimi viri propriis manibus transferentes, in locum sibi præparatum, miraque pulchritudine exquisiti operis decoratum reposuimus. Unde vestram admonere volumus dilectionem, ut sicut nos in ejus obsequiis perpenditis gratulari, ita et vos causa nostri amoris, maximè ex debito paterni honoris solemnitate ejus, quæ est Kalendis Octobris, celebrem habeatis: quia et si aliis non est Apostolus, tamen vobis est. Nam primitiæ Apostolatùs ejus vos estis in Domino. Hunc itaque honorem Patri et Apostolo vestro exhibete, ut juxta promissum Domini longævi super terram vivere, et ejusdem Patris precibus æternæ beatitudinis fœlicitatem mereamini possidere. Valet.

An. 1049.

(a) Secunda die Octobris anni 1049.

EPISTOLA STEPHANI IX PAPÆ

AD GERVASIUM REMENSEM ARCHIEPISCOPUM.

Apud Chesnium Tom. IV, pag. 198.

E Pro Religione fortiter agenti auxilium pollicetur. Bituric. (a) Archiepiscopi causam in aliud tempus differt. In urbem ad Synodum cum Suffraganeis suis eum evocat. An. 1058.

STEPHANUS *Episcopus, servus servorum Dei, Gervasio Remensi Archiepiscopo salutem et Apostolicam benedictionem.* Promotioni (b) nostræ, sicut nobis scripsisti, non ambigimus te congratulari. Amicitiam quoque sinceram et volumus et optamus inter nos fore perpetuam. Porrò obedientiam fidelitatemque, quam nobis polliceris te integerrimè servaturum, si ut debes,

(a) Aimo à Borbonio electus anno 1030; mortuus an. 1071.

(b) Facta est 2a Augusti. an 1057.

Regis consensus pro Concilio in Gallia celebrando.

1. *Thess.* 3.

et ut te decet, servaveris, facis quod faciendum optimè scis : quia principalem et communem matrem, non modò nos, revereris in nobis. De Concilio autem Remis habendo quid aliud dicendum, nisi quòd beatæ memoriæ domnus Victor Dei iudicio hinc est raptus : et quòd tu, sicut inter vos convenit, non remandasti an in hoc esset Regis consensus? Sed et de Bituricensi Archiepiscopo, quia dilectus filius noster Hildebrandus, cui illius causa maximè nota est, abest, hoc tantùm respondemus, quòd eo revertente, et te cum illo ad nos veniente, tam ex hoc quàm ex aliis ecclesiasticis negotiis tuum consilium habebimus. Denique non est nostræ cautelæ de alterius illicitè substentatione, sed divinæ providentiæ. Ne deficias aut frangaris, si adversarios pro fidelitate sanctæ Romanæ Ecclesiæ, immò pro sanctorum Canonum defensione pateris : sciens secundùm Apostolum quòd in hoc positus sis. Auxilium enim nostrum et consilium tibi pro justitia agonizanti tempore nostri Pontificatûs, ad quem nullo meo merito videor assumptus, non deerit : et secundò quod oras, orabimus Dominum Jesum, ne à bono proposito aliquando decidas. Ceterùm Romæ quintodecimo die post sanctum Pascha Synodum (a) celebraturi, tuam fraternitatem cum suffraganeis ejus volumus, et auctoritate Apostolica jubemus interesse absque inevitabili necessitate.

(a) Hanc Synodum non celebravit Stephanus : morte præventus est 29^a Martii an. 1058 : cujus initio præsentem Epistolam scripsit.

EPISTOLA NICOLAI II PAPÆ

AD GERVASIUM REMENSEM ARCHIEPISCOPUM.

Apud Chesnium Tom. IV, pag. 198.

Circa an.
1059.

Ut Henricum Francorum Regem ob quædam perperam facta corripiat.

NICOLAUS (a) *servus servorum Dei*, Gervasio venerabili Archiepiscopo salutem cum benedictione Apostolica. Licet de vestra fraternitate quædam sinistra, nec sine discussione dimittenda, pervenerint ad Apostolicam Sedem : scilicet quòd ejus invasoribus faverit, quòd Pontificales actus postposuerit : tamen quia testimonio non levis personæ defenderit, sed potius de fidelitate sancti Petri laudaris, præmissa transimus, et ut verùm sit de vobis testimonium optamus. Vos autem omni conamine studete ita vivere, ut vestri non habeant inimici, unde nos possint in vos contristare. Scitis enim, quàm benigna vobis fuerit communis mater sancta Romana Ecclesia : quàmque de te magna ei fiducia, ut tua solertia Francorum posset succurrere penè lapsæ Ecclesiæ. Proinde agere stude quod de te speravit Apostolica Sedes ; et vestrum Regem gloriosum castiga, precare, ammone, ne pervertatur pessimorum consilio, qui nostrâ discordiâ putant se Apostolicam censuram evadere : caveatque sacris Canonibus, immò beato Petro resistere, nosque, qui eum sicut pupillam volumus amare oculi, contra se movere. Satis enim mirari potest, si pro aliquo stulto, sicut est, quem voluit ordinari, Matisconensis Episcopus, vult Deum et sanctum Petrum offendere ; * nostram charitatem atque sinceram dilectionem circa se parvipendere. An putat aliquis membrorum Antichristi, quòd plus non possit ei prodesse gratia beati Petri, quàm omnium impiorum perfida fidelitas? Agat itaque gloriosus Rex ut libet contra nos, quia nos pro illo ejusque exercitu Deum semper precari parati sumus. De Duce verò Gotifrido (b) nemo vos terreat cùm fuerit opus vos venire Romam, quia non tantùm

* *Al. vestram*

(a) Antea Gerardus ; ex Episc. Florent. summus Pontifex ab an. 1058, ad an. 1061.

(b) Gotifridus, seu Godefridus filius Godefridi Gibbosi Mosellanorum Ducis, Italiæ Marchio ex conjugio cum Mathilde filia unica Bo-

nifacii Marchionis, D. Marlot, (*Hist. Metrop. Rem. Lib. 1, pag. 117*). hunc dicit Godefridum Arduanensem, de quo Sigebert. ad an. 1055 et 1037. *Fid. sup. pag. 164.*

vobis impedimentum non faciet, sed etiam fideliter servitium impendet. Salutant vos charissimi fratres nostri Cardinales Episcopi, necnon humilitas filii nostri Hildebrandi (a).

(a) Qui Papa fuit ipse electus post Alexandrum II. an. 1073, atque Gregorius VII dictus.

EPISTOLA NICOLAI II PAPÆ

AD GERVASIUM REMENSEM ARCHIEPISCOPUM.

B

Apud Chesnium Tom. IV, pag. 199.

Ante mens.
April. anni
1059.

Jubet Belvacensem Episcopum simoniacè promotum cum Silvanectensi ejusdem criminis conscio ab officio suspendi.

C

NICOLAUS Episcopus servus servorum Dei, Gervasio venerabili Archiepiscopo Remensi salutem et Apostolicam benedictionem. Audivimus relatione multorum, quòd Belvacensis (a) Episcopus contra statuta canonum, sine vobis et sine vestro assensu fuerit consecratus, et, quod pejus est, ad Episcopatum sublimatus. Accingimini igitur, et fultus hac nostra auctoritate, ex parte omnipotentis Dei, auctoritate beati Apostoli Petri, omne episcopale officium sibi, usque dum ad Romanam Synodum in tertia septimana post Pascha ante nos discutiendus veniat, interdicite. Si autem in aperto res est, quòd pecuniam dederit, omnibus Belvacensibus Clericis ac Laïcis, ut sibi ante prædictum nostrum judicium non obediant, sub excommunicatione, prædicti Apostoli Petri auctoritate interdicite. Non enim ob hoc promotus est, ut sit Episcopus, ut Beatus Gregorius dicit, sed ut fiat lupus, et sanctæ Ecclesiæ invasor et detestandus hereticus. Silvanectensi (b) enim vestro suffraganeo Episcopo, si eum pecuniam dedisse præscivit, et vestrum assensum in maledictionis herede benedicendo non habuit, similiter omne episcopale officium, usque dum ad prædictam Synodum veniat, et nobis et tibi dignè satisfaciat, beati Apostoli Petri auctoritate interdicite.

(a) Guilbertus, seu Goisbertus Bellovacens. sedem tenuit ab an. 1039, ad an. 1063.

(b) Frollandus II Silvanect. Episc. cognoscitur ab an. 1059, ad an. 1067.

D

EPISTOLA NICOLAI II PAPÆ AD GERVASIUM REMENSEM.

Apud Chesnium Tom. IV. pag. 199.

Monet, ut damna resarciat illata Ecclesiæ Virdunensi.

An. 1059.

NICOLAUS Episcopus servus servorum Dei, Gervasio Remensis Ecclesiæ Archiepiscopo salutem et Apostolicam benedictionem. Quoniam nobis commissum est, et auctoritate beati Petri traditum, supra quem fundamentum universalis Ecclesiæ solidatum est, quatenus et errata corrigamus, et membra nostro capiti cohærentia, ne dissonent, studeamus: tibi, utpote velut de nostris et sanctæ Romanæ Ecclesiæ membris, paternè intimando præcipimus, quatenus per te, quem in gremio matris tuæ, universalis videlicet Ecclesiæ, conclusum esse speramus; ne Virdunensi Ecclesiæ, quæ nobis commissa est cum fratribus, quicquam injuriæ tam per te quàm per tuos inferre à modo patiaris. Quod autem contra ejusdem Ecclesiæ fratres nunc noviter, et tu, et tui, damni et injuriæ intulistis, communiter et sanctæ Ecclesiæ Romanæ causâ, et nostri amore emendare te, omni occasione remotâ, ammonendo jubemus, hoc est prædam de Postviler, quæ potestati tuæ contigit, et de Mecla, quam Engobrandus deprædatus est, prædæ, cujus numerus infra scriptus est, ducenta sexaginta quatuor animalia. Clericos

Q q q iij

autem de eadem Ecclesia canonicos, nulla interveniente mora, recludi A
à captura præcipias, ut pro hac et prædictis rebus studiosè peractis, et gra-
tiam Apostolorum Principis et nostram habere promerearis.

EPISTOLA NICOLAI II PAPÆ

AD GERVASIUM REMENSEM ARCHIEPISCOPUM.

An. 1059.

Apud Chesnium Tom. IV, pag. 200.

Eum recipit in gratiam, monetque ut cum Duce Godefrido pacem ineat. B

NICOLAUS servus servorum Dei, Gervasio, venerabili Archiepiscopo salutem
et Apostolicam benedictionem. Quia referente filio nostro G. te in fide-
litate beati Petri persistere, ejusque auctoritati per omnia reverenter adsur-
gere comperimus, paterna charitate sicut charissimum filium amplectimur,
et amplectendo toto mentis affectu diligimus. Denique quamdiu te fidelem
filium exhibebis, nostra paternitas tibi nusquam deerit; immò debita cha-
ritate suffragabitur, nostrâque auctoritate incessanter tuebitur. Quòd de Epis-
copo Silvanectensi nobis per filium nostrum mandasti, quia canonicum est,
cum eodem filio nostro tibi concedimus. Neque enim justitiæ contraire vo-
lumus, pro qua mori, si necesse sit, lucrum putamus. Ceterùm de nostro
adventu in Franciam, nullam ad præsens tibi scribimus certitudinem. Cùm C
autem ad te noster filius venerit, ipse tam de hoc quàm de omnibus aliis
te certificabit. Mandamus autem et præcipimus, quatenus cum Duce * cha-
rissimo (a) filio nostro pacem ineas, ut tui ad nos securè valeant venire,
nosque eos possimus audire. Nolumus etenim duos tam carissimos filios in
discordia manere.

* Godefrido

(a) Vid. notam (Godefridus) in Epist. I Nicolai ad Gervas.

* Sisteron

EPISTOLA NICOLAI II AD CLERUM SISTARICENSEM *

Quâ commendat Gerardum Episcopum, et quædam ei præscribit. D

Circiter
1060.

Ex Gall. Christ. Nov. Tom. I inter instrumenta, pag. 89.

NICOLAUS servus servorum Dei, Clero, Ordini, Plebi consistentibus in
civitate Sistaricensi, salutem et Apostolicam (a) benedictionem, si obe-
dierint. Cùm nostri sit officii universalis Ecclesiæ curam gerere, oportet nos
studere omnibus ubique prodesse. Unde pro vestra salute fratrem etiam et
Coepiscopum nostrum Gerardum (b) vobis ordinavimus Sacerdotem, à re-
ligiosis viris in partibus Galliæ habitantibus electum, scilicet à venerabili
fratre Cluniacensi Hugone qui nostra vice in partibus illis fungebatur, Are-
latensi Archiepiscopo, Episcopo Avenionensi, Episcopo Cabilonensi, Epis-
copo Aptensi, Episcopo Vasensi, Episcopo Dignensi, Episcopo Diensi. E
Quibus testibus de ejus vitâ nil dubitamus. Cui dedimus in mandatis, ne
unquam ordinationes præsumat in eum, qui virginem non est sortitus ux-
orem, neque inlitteratum, vel in qualibet corporis parte vitiatum, aut ex

(a) Summi quidam Pontifices litterarum sua-
rum inscriptioni verba hæc addiderant: verùm
Nicolaus II, post *salutem datam*, primus constan-
tanti modo et uniformi adhibuit *Apostolicam Be-
nedictionem*. *Hist. Litt. Tom. VII, pag. 521.*

(b) Gerardus, sive Geraldus II electus est
Episcopus Sistaric. in magno Concilio Avenio-
nensi à S. Hugone Abbate Cluniacensi legato
Nicolai Papæ II. Missus à Concilio ad Nico-
laum, ab ipso consecratur in Episc. Sistaric. Hæc
Bullâ, seu Epistolâ munitum Papa eum direxit

ad sedem suam. Indignè habitus à Sistaricensibus,
venit Forcalquærium, ubi honorificè est excep-
tus. Concilium hoc Avenionense prætermis-
sum est in Conciliorum Collectionibus. Honoratus
Bouche observat ipsius acta olim asservata fuisse
in Archivo Forcalquæriensi, nunc verò deside-
rari. Tempus habitus hujus Concilii non potest
differri ultra annum 1061, quo vivere desiit Ni-
colaus II, sub cujus Pontificatu fuit celebratum.
Gall. Christ. Nov. Tom. I, Col. 483.

V poenitente, vel curæ, aut cuilibet conditioni obnoxium, notatumque, ad sacros ordines permittat accedere. Sed si quos hujusmodi fortè compere-rit, non audeat promovere. Afros passim ad ecclesiasticos ordines præten-dentes, nullâ ratione suscipiat, quia aliqui eorum Manichæi, aliqui rebap-tisati sæpiùs sunt probati. Ministeria atque ornatum Ecclesiæ, vel quicquid illud est in patrimonio ejus non minuere studeat, sed augere. De reditu verò Ecclesiæ, vel oblatione fidelium quatuor (a) faciat portiones, quarum unam sibi retineat, alteram Clericis pro officiorum suorum sedulitate distri-buat, tertiam verò pauperibus et peregrinis, quartam verò ecclesiasticis fabricis noverit observandam; de quibus divino erit redditurus judicio ra-tionem. Ordinationes verò Presbyterorum, seu Diaconorum, nonnisi quarti, septimi, vel decimi mensium jejuniis, sed et ingressu quadragesimali, atque
B medianæ vesperè sabathi noverit celebrandas. Sacrosancti autem baptismi sacramenta nonnisi in Paschatis festivitate, et Pentecostes meminerit esse præbenda: exceptis his qui mortis urgentur periculo, ne in æternum pe-reant, talibus debet remediis subveniri. Nunc ergo sedis nostræ præcepta servanti, devotis animis obsequi oportet, ut inreprehensibile placidumque fiat Corpus Ecclesiæ per Jesum Christum, etc.

(a) Hæc redituum Ecclesiæ divisio quatuor in partes est S. Gregorii scribentis ad S. Augustinum Cantuariensem Archiepisc. Lib. XI. Ep. 64. *Gall. Christ.*

EPISTOLÆ VARIORUM.

C

EPISTOLA (a) FULBERTI CARNOTENSIS EPISCOPI AD HILDEGARIUM (b).

Apud Acher. Spicil. in-fol. Tom. III, pag. 387.

*Respondet ad quæsitâ Hildegarii de bonorum Ecclesiæ administratione,
atque de usu vasorum altaris in certis quibusdam casibus.*

ante 1040.

EPISTOLARI brevitate coactus interrogationi tuæ compendiosè respondeo. De Ecclesiasticis rebus Hieronymus dicit ad Nepotianum . . . (*Refert*
D *hæc verba Hieron. et Isidori.*) Considera itaque (*addit Fulb.*) quia nullum Scripturâ excipit, non Episcopum, non Abbatem, non aliquem domûs Dei OEconomum. Quisquis sibi commissæ Ecclesiæ bona subtrahit, intelligat se jam non pastorem, sed invasorem esse, omnique prædone crudeliorem, fu-remque domesticum ac familiarem inimicum. Qui enim ea quæ solis om-ninò pauperibus eroganda suscepit, in alienos usus temerè dilapidat, non vult in deserto hujus sæculi turbam pauperum esurientem reficere, sed cum sceleratissimo Juda loculos sibi constituit, et ea quæ in pauperum cibos ag-gregamus, fur improbus asportat.

Debent quippè nosse Sacerdotes, Ecclesiarum substantiam pauperum esse non suam, nec abutantur in tyrannicæ effusionis morem creditam sibi de-gentium dispensationem. (*Alia Hieronymi autoritas affertur, nec non Cice-ronis.*) Debemus quoque considerare, quid cui tribuendum sit . . . (*Alia Hieronymi verba.*) Scire debet itaque pia sollicitudo Pastorum, quia nihil omninò agere debent de rebus Ecclesiarum sine consilio et consensu subdi-torum, quoniam prudentiæ eorum commissum est ministrandi officium, non dispergendi arbitrium.

(a) Desideratur in editione Caroli de Villiers, necnon in ultima Bibliotheca Patrum. Omissam pariter in Tomo X, dignam credimus quæ lo-cum hîc obtineat. Quo verò anno fuerit scripta hæc Fulberti Epistola non definimus; sed ante an. 1040. palam fit ex ipsâ quæ fuerit XI sæculo disciplina Ecclesiæ, mens Episcoporum de adhibendis Ecclesiæ redditibus et divitiis. Epis-tola hæc reperitur apud Acherium Spicil. in-fol.

Tom. III, pag. 387.

(b) Hildierus, qui *ceterorum Princeps, atque Communi-ceps præsuli* (Fulberto) fuisse dicitur, eumque *vultu, voce, moribus* retulisse, non alius videtur quàm Hildegarius, cujus multæ exstant Epistolæ inter Epistolas Fulberti, qui eum Pic-tavos ad thesaurariam S. Hilarii administrandam, et ad litteras docendas misit. *Mabil. Annal. Lib. 50, n. 72.*

His prælibatis, ad vasa Ecclesiæ veniamus, de quibus potissimum inter- A
rogas. Cùm enim dicatur sacrilegium incurrere qui aliquid de bonis Eccle-
siæ in expletionem voluntatis suæ contraxit, perpendere potes, quantum de-
linquit qui vasa sacris dicata mysteriis abstulerit.

Primum, si tanta pauperum et captivorum necessitas incumbit: tribuenda
sunt cætera quæ in thesauris Ecclesiæ reposita sunt, et in operibus miseri-
cordiæ eroganda. (*Ambrosii dicta omittuntur.*) Sed neque licitum est de Ec-
clesiæ tutelâ vasa sacra abstrahere, et aliquorum manibus loco vadimonii
tradere . . . (*Ambrosius.*) Quòd si desint nova, et quæ nundum initiata vi-
deantur, in hujusmodi, quos suprâ dixi, usus omnia arbitror piè posse con-
verti. Prius ergo usuale argentum in supradictis necessitatibus distribui de-
bet . . . (*auctoritas ponitur S. Gregorii*). Notandum quòd Beatus Gregorius B
dicit, quia omninò grave est frustrâ Ecclesiastica ministeria, id est, cande-
labra, thuribula, et cætera hujusmodi venumdare; nisi præter illa tantum,
quæ lex et sacri Canones præcipiunt, scilicet pro redemptione captivorum,
et eleemosynis nihil penitus habentium. Qui ergo in alia expendit, contra
Canones facit . . . (*Gregorii verba dantur confirmantia*).

Ex superioribus itaque, quantum conjicio, perpendere potes quia si om-
ninò grave est, vendi ea scilicet, quæ minora sunt Ecclesiæ ministeria sine
certâ necessitate, sacrilegium est, et omninò gravissimum, absque maximâ
pauperum indigentia, excellentiora illa, videlicet vasa sacrata et cruces ve-
numdare. Quapropter noverint omnes ministri Ecclesiæ, quia gregi cui præ-
sunt, ut putâ his qui sunt pauperes Christi, scilicet Monachis, et Canoni-
cis Regularibus, vel Religiosis quibusque communiter viventibus, prius
omnia necessaria ministrare moderatâ distributione debent: id summopere C
præcavescentes, ne nimiùm prodigâ superfluitate talis necessitas proveniat, quæ
thesauros Ecclesiæ expendi compellat. Si enim immoderatè effundunt, pec-
cant; quia inconsiderata effusio totius domûs ruina est. Enimverò cæteris
in operibus misericordiæ distributis, si tanta necessitas obvenerit, ut ali-
quod vas Ecclesiæ capiendum sit, ad hoc tantummodò alteri Ecclesiæ ve-
numdari potest, ut in ipso idem officium, quod antea, celebretur, et ex ipsa
pecuniæ distractione aliud in loco ejus restituatur, vel pauperibus erogetur.
Ita ergo, ut prædiximus, vendi potest, aut secundum supradicta SS. Pa-
trum testimonia in frustra comminui; sed incongruum est, ut in vadimonium
ponatur. Etenim sæculares personæ debitam reverentiam sacris mysteriis nes-
ciunt impendere, quoniam hic usus non est eis commissus. Fortasse autem
contingere potest, ut propè arcam, vel in eâ domo in qua vasa abscondita D
sunt, committantur adulteria, et fornicationes, et ea crimina quæ iram Dei
provocent. Nam cùm in historia Regum legimus Ozam, eò quòd calcitrantibus
lobus Arcam Domini tetigerit, illicò interisse: et in Levitico præ-
ceptum sit Aaron et filiis ejus, ne permitterent filiis Caah vasa sanctuarii
ferre, vel tangere, ne fortè perirent de medio Levitarum; quomodo audet
quispiam extra Ecclesiam suam cuicumque personæ, sive Clerico, sive Laïco
aram Christi, vel sepulchrum ejus in vadimonium dare? Quid enim Crux
est, nisi ara Christi? Et quid Calix, nisi sepulchrum ejusdem Domini nostri?
Qui ergo aram et sepulchrum in vadimonium ponit, cum Juda Christum ven-
dit: et qui in vadimonium accipit, cum militibus ne Christi resurrectionem
et gloriam, quam ad sepulchrum Domini viderant, prædicarent, pecuniam
à sceleratis Judæis suscipit. Legimus quoque in Daniele Regem Gentilem E
Balthasar, eò quòd in vasis, quæ de templo Domini pater ejus sustulerat,
concupinis suis potum ministraverit, subito manum scriptitantem vidisse, et
de scripturæ interpretatione cognovisse mortem sibi instare, et divisionem
Regni sui.

Ego ipse, ut de præsentibus interim loquar, unum tibi breviter exempli
causâ proferam, quod nuper audiui, nescio an ad te quoque fama perve-
nerit. Accidit in Britannia minori quoddam miraculum. Nam quidam num-
mularius vasa Ecclesiæ sibi loco vadimonii in arca reposita servabat, casu
pueri parvuli super eandem arcam ascenderunt, qui illicò in amentiam versi
sunt; sed et carnes fortè ascenderant, et in rabiem efferati fuerunt. Sensit
dominus ultionem divinam esse, eò quòd vasa sacrata non his deputanda
locis,

A locis, vel pactis, pro accomodatâ pecuniâ accepisset, nimiumque perterritus fugit ad Ecclesiam, quid factum fuerat omnibus intimavit, et sacra vasa quantociùs à se emisit, non minori formidine, quàm olim Philistii Arcam fœderis Domini propter imminentem cladem à se expulerunt. Quæ res adeò terræ incolas exterruit, ut scelerationem * quolibet Idolatra * prædicent, qui sacra vasa deinceps in vadimonium posuerit, vel acceperit. Perpende ergo quanta culpa sit vasa de sinu Ecclesiæ rapere, et sæcularium manibus committere.

* scelerationem
* idololatrâ

Caveant itaque Prælati Ecclesiæ, ne res sibi commissas, et suspectam * pauperum dispensationem negligenter tractantes, incurrant detrimentum animæ suæ. Audivi enim de quibusdam Episcopis, sicut in quadam epistola me scripsisse tibi memini, quia sæcularia arma complectuntur, et militares copias pretio conducunt et alia similia nequaquam eis convenientia sequuntur. De quibus non ego sed Propheta: *Principes*, inquit, *vestri socii furum*, qui sibi creditam Ecclesiarum substantiam in supradictos usus nefariè effundunt. Spreto quippe episcopali officio, ea appetunt quæ omninò fugere oporteret. Unde consilio meo Prælati quique in quantum prævalent, omnes à se occasiones abscedant, quibus innumera damna filiis suis et rebus ecclesiasticis provenire solent, ut benè ministrantes ab eo mercedem recipiant, cujus et locum tenent, et vestigia sequi debrent. Vale.

* susceptam

EPISTOLA DEODUINI EPISCOPI LEODICENSIS

C Ad Henricum Regem Francorum adversus errores Berengarii.

Apud Mabillonium Tom. IV Analect. pag. 396.

G LORIOSISSIMO et invictissimo Regi Francorum Henrico Deoduinus (a) Leodicensis Antistes, temporalis regni gubernationem ita moderari, ut in æternum cum Sanctis ab omnipotenti Deo meritò debeat coronari. Fama supremos Galliæ fines prætergressa, totam Germaniam pervasit, jamque omnium nostrum replevit aures, qualiter Bruno Andegavensis Episcopus (b), item Berengarius Turonensis, antiquas hæreses modernis temporibus introducendo, astruant Corpus Domini, non tam Corpus esse, quàm umbram et figuram Corporis Domini: legitima conjugia destruant, et quantum in ipsis est, Baptistum parvulorum evertant. Quos ad revincendum et publicè confutandum, eo zelo, ecque fervore, quo erga sanctam Ecclesiam divinâ inspiratione plurimùm semper ardetis, aiunt vos Concilium advocasse (c) ubi tandem illud totius nobilissimi regni vestri, heu nimis turpe opprobrium de medio auferatis, et in æternum, si fieri potest, ab ipsa omnium hominum memoria deleatis. O pia voluntas, et verè Rege dignissima! Quæ utinam effectum habere posset, ut in tanto sacrilegio convictos (quod certè facillimum est) absque ulla dilatione debita ultio consequeretur.

An. 1050.

Sed desperamus id fieri posse, cùm Bruno existat Episcopus; Episcopum autem non oporteat damnationis subire sententiam, præter apostolicam auctoritatem (d). Igitur omnes, quicumque sumus filii matris Ecclesiæ, in maximo dolore positi sumus. Nam plurimùm veremur, si illis miserimis et perditissimis viris audientia sancti Concilii (sicut ipsi de poenâ securi postulant) permittatur, cùm de tanta præsumptione revictos puniri minimè concedetur, gravissima scandala in omnium fidelium populo generari. Certè, quos videbunt impunitos et nequaquam à sui gradûs honore dejectos, eosdem putabunt ab omni Concilio, aut vinci non potuisse, aut justificatos esse, eruntque (ut ita dicam) novissima pejora prioribus.

* Al. non liceat

(a) Vel *Theoduinus* qui Leodicensis Episcopus creatus est anno 1048.

(b) Hunc Episcopum multis purgat *Franciscus de Roye* in sua dissertatione de Berengario.

(c) Parisiis scilicet, ubi reipsa celebratum fuisse XVII Kal. Novembris an. 1050, discimus ex *Durando Troarnensi*.

(d) *Theodui* consilium secutus est, ut videtur, *Henricus Rex*; quantum enim ex *Troarnensi Abbate* potest intelligi, disceptata non fuit *Brunonis* causa, sed solius *Berengarii* et *complicium*, qui non nominantur. Cæterum jam vidimus *Brunonem* à *Royo* purgatum fuisse de hæresi *Berengariana*.

Ergo majestatem tuam omnes exoratum vellemus, ut interim illorum impiam, sacrilegam, et nefariam assertionem audire contemneretis: donec acceptâ Romanæ sedis auctoritate, ad præsens illos post audientiam damnandi potestatem haberetis. Quamquam hujusmodi homines nequaquam oporteat audiri: neque tam est pro illis Concilium advocandum, quàm de illorum supplicio exquirendum. Tunc quippe hæretici audiendi fuerunt, quando et hæ * ipsæ, et hujusmodi quæstiones, utpotè quæ nondum ad unguem discussæ fuissent, in dubium venire potuerunt: ut per congressum certaminis pateret, utrâ pars staret pro defensione veritatis. Quod idem nunc profectò fieri non oportet, quia creberrimis sanctorum Patrum Conciliis, tum etiam venerabilium Doctorum clarissimis sententiis, ita omnia sunt eliquata, ut ne minimùm quidem resederit de omni fœce dubitationis. *Deinde recitatis S. Leonis Papæ, Cyrilli, Ambrosii, Augustini, Basili, Eusebii, Hilarii et Toletani Concilii verbatim sententiis, quibus demonstrat errores Berengarii jam fuisse condemnatos, sic tandem perorat:* Quamobrem Brunonem et Berengarium jam anathematizatos arbitramur. Quod si ita est, verè illis Concilii audientia deneganda est: et cum vestris, cumque nostris Episcopis et (si ita vobis videtur) cum amico vestro Imperatore, cum ipso Papa, quæ vindicta in illos statuatur, deliberandum. Est enim justum, ut quorum manus sunt contra omnes, omnium manus contra ipsos excitentur (a).

(a) Hanc quoque reperies ap. Labb. Tom. IX Concil. General. Col. 1061.

GERVASII REMORUM ARCHIEPISCOPI

EPISTOLA (a) AD NICOLAUM II PAPAM.

Concil. General. Labb. Tom. IX, pag. 1097.

An. 1060. *Gratias agit de benignitate Legatis suis exhibita. De obitu Regis dolere se ostendit, ac Pontificem, si in Galliam venerit, debito honore suscepturum.*

EXCELLENTISSIMO Patri Patrum et Episcoporum Episcopo Nicolao, Gervasius dictus Episcopus fidele servitium cum exiguitatis meæ orationibus. **D**
 Gratias ago divinæ primùm pietati, vestræ etiam, optime Pater, mediocritati, quòd non tantùm apud vos accusatorum meorum valuit delatio, ut non veridica Legatorum nostrorum admitteretur excusatio: nec apostolica censura mihi negaret misericordiam, in quem non sine multorum admiratione tantùm inhorruerat. Gratias nihilominus ago vestræ humilitati, quæ, quantâ Principem et Pastorem S. Romanæ Ecclesiæ decuit benignitate, nostros Legatos sanos accepit, infirmos visitavit, mortuos sepelivit. Etsi enim uni tantùm apud vos infirmato et mortuo hæc visitationis et sepulturæ solatia impendistis: in uno tamen cæteros visitastis, cæteros sepelistis. Cui non ego, qui nihil sum, sed tota Remensis Ecclesia bonæ conversationis testimonium perhibet. Cujus obitum, cæterorumque, qui penè omnes obierunt, audiens, incredibili tristitiâ sum affectus: nec unquam non odisse valeo illum, **E** cujus superbia id effecit, ut isti mitterentur. Si enim qualem existimavi Legatum misissem, isti nec mitterentur, nec fortasse morerentur: quod vestra prudentia optimè recognoscit. Prætereà multò gravior angit me tristitia de obitu domini Regis (b): quod etiam vestram non latet prudentiam. Scitis enim quantum infrænes et indomiti sunt nostrates: quorum divisionem, timeo regni nostri fore desolationem. Ad quam evitandam, vestrum mihi consilium et auxilium flagito, quæ nulli regno, utpotè Pater omnium, negare poteritis: præsertim cùm nostro semper debeat quod optimi viri Patriæ

(a) Hanc edidit Papir. Masson. Reperitur ap. Chesn. Tom. IV, pag. 206.

(b) Henrici, qui moriens Balduino V, Com. Flandr. Philippi et Hugonis liberorum, regni-

que tutelam tradidit. Motus omnes ac divisiones repressit Pius regni Procrator: Galliamque moriens pacatam maximè dimisit et quietam an. 1067.

A deberi censuerunt. De vestro adventu in nostram Galliam quid animi habuerim vivente Domino Rege, licet diffamatus sim id noluisse, satis, ut puto, significavi paternitati vestræ: et nunc in eo is mihi animus est, Deo testante, ut non tantum eum desiderem, sed et sitiam: ita ut venientem auctoritatem vestram cum tanto gaudio et honore suscipiam, quanto decet Petri Vicarium suscipi, et apostolicæ censuræ per omnia cooperator existam. Dicant adversarii quantumlibet me infidelem et rebellem Magistratui vestro; ego subjectionem meam vobis profiteor: et quicumque eam vobis negaverint, cujuslibet ordinis sint, mihi communicare non poterunt. Obloquitur etiam adversariis illa obedientia, quam sine omni respectu suspensionis et interdicti vestri conservant, non sine magno damno Ecclesiarum nostrarum et nostro. Impedivit quoque meum erga vos famulatum illa suspensio. Ad quod restaurandum, sicut recuperare possibile est, si ita ad cætera redintegrandam saltem aliqua spes restaret, de tanto dolore, quasi de gravi somno resurgerem. Est enim mihi animus, nec despero id futurum, cum gaudio atque reverentia quandoque apostolatum vestrum suscipere, tantumque honoris vobis impendere, quantum personæ et officio vestro convenire manifestum est. Nec nostris temporibus fuisse, vel futurum esse in vestra sede aliquem credo, quem copiosius honorare desiderem. Nam qui nos sic honorastis prudentiâ et sanctitate vestra, ut de Regno nostro Roma eligeret, quem sibi et mundo caput ordinaret: nos quoque tanto honore vos dignamur, quanto Dominus noster Jesus-Christus Petrum decoravit, ubi Ecclesiæ Principatu illum sublimavit. Dominus omnipotens sanctitatem vestram ad utilitatem sanctæ Ecclesiæ diutissimè conservet: et avertat à prudentia vestrâ, ne alicujus levis sermo gratiam vestram mihi, neve servitium et fidelitatem meam vobis auferat.

GERVASII REMORUM ARCHIEPISCOPI

EPISTOLA AD ALEXANDRUM (a) II PAPAM.

An. 1062.

Apud Chesn. Tom. IV, pag. 207.

DOMINO et Patri Alexandro sanctæ Apostolicæ sedis Pontifici, Gervasius gratiâ Dei Remorum Archiep. Inter mundi hujus fluctus Ecclesiam Dei naviter gubernare, atque ad portum æternæ beatitudinis feliciter pervenire.

Regnum nostrum non mediocriter conturbatum est. Regina enim nostra Comiti Radulpho (b) nupsit, quod factum Rex noster quàm maximè dolet. At custodes (c) ipsius non æquè graviter ferunt. Quâ de causâ me quoque mœror non modicus affecit, quippè cum mihi hac vice complendi facultas non sit, quod ardenti desiderio proposueram. Proposueram enim Petri limina visitare, vestram diu exoptatam faciem videre, sermonem vestrum sanctum mellitumque ab ore præsentis accipere, utilitatibus sanctæ sedis Apostolicæ aliquandiu pro viribus deservire. Quæ quidem si modò facere non licet (Regni enim perturbatio, ut dixi, me retinet) ubi copia dabitur tantò studiosiùs agam, quantò ea agere diutiùs desideravi. De uxore verò Comitis Radulphi, quæ vestræ conquesta est paternitati, se à viro injuriâ esse dimissam, id vobis notum esse volumus. . . Reliqua desunt.

(a) Romæ sedit ab an. 1061 ad an. 1073.

(b) Radulphus (Magnus) Comes erat Valesii et Crispei. Mortuus an. 1066. Communionem privatus, tum ob uxorem repudiatam, tum propter

parentis viduam sibi desponsatam.

(c) Gervasius hinc Balduinum Flandrensem regni administratorem perstringit.

EPISTOLA GOZECHINI SCHOLASTICI (a)

Ad Valcherum itidem Scholasticum, suum olim Discipulum.

Apud Mabillon. Veter. Analect. in-fol. pag. 437.

Præmissâ apologiâ, quòd relicto Leodiensis Cathedræ Magisterio, Moguntiam secesserit, mala sui temporis deplorat, ex Berengarii maximè perversâ doctrinâ consecuta.

B

1060.

UNANIMI suo fratri et filio Valchero, frater Gozechinus in eo quod est esse, feliciter coesse.... Licet enim aureum regni caput, nobilis videlicet Moguntia, mellifluis ubertatis suæ rivis, quibus undique fluit, liberali me adspergine perfundat, et in splendidissima sacri senatûs sui corona non humili loco mihi currulem ponet; præter omnes tamen (ut pace ejus dixerim) augulus ille mihi ridet, quem mater Legia * forti virtutum robore nodosa, indigenis suis tam delectabilem, quàm jocondum exhibet. Ipsa enim, ut nosti, ex occidua sui parte, non subditis collium clivis clementer erecta, geminoque publici montis reflexu, qui in dorso non multum audaci, quatuor regularis vitæ gestat greges; ipsius, inquam, gemino reflexu molliter sinuata, sicut gallina pullos suos, ita hæc filios suos sub alas colligit, fovet et nutrit, et ad omne quod civile sit, et moribus conducat, informat et instruit: nec quidquam patitur deesse, quod vel copiam regere, vel inopiam possit temperare. Allubescit quoque et alluit ad loci munimentum et copiæ supplementum non subitis allapsibus bicornis Mosa, fluminibus nostræ Belgiæ non immeritò præferenda: quæ non solùm civibus, sed et indigenis terræ piscium copiâ fluit dapsilis, variis mercium commeatibus habilis, omnique prorsus commoditatum genere conducibilis, excepto (ut veniâ tuâ satyricè, licet sine metro ludam) quod si quando in convivium Deorum cum nubigenis amnibus fratribus suis, cumque Æolo Rege et ventis suis intra palatium Junonis adsciscitur, dum longis laboribus exhausta solito uberiùs Æolo propinante nives, vel imbres adhibens, inebriata revertitur; collectis influentium sibi fluviorum copiis, velut contracto exercitu, per regionem circumeircà lymphato cursu debacchatur, quæque sibi obvia proterit et populatur; nocturna piscatorum furta, quæ illis impunè cecidisse sæpè dequesta est, prohibens punit; sata quæ avidi Agricolaë, litoreis virectis audaci sulco violatis, ubi ipsa vellet meridiari, insperserant, eluit et prostrat. Nos quoque indignata litoreis aquatilis aulæ suæ atriis placitò viciniùs insedissemus, et calones nostros eam sæpiùs inquietare, domos nostras non supplex ingreditur; omnibusque expulsis, nihil deprecata, violenter hospitatur. Et quia sæpiùs ac familiariùs inimico sibi numini supplicamus, larem familiarem discruciatu excludit *; omnesque sibi invisì numinis reliquias, etiam favillam et cinerem, eluens exstinguit: donec patientiâ nostrâ vix tandem satiata, dum ei non resistimus, quia non valemus, alveum suum vix demum placata repetit; et nuda nimis relinquens vestigia, in sua se palatia recipit. Habent quoque suburbana nostra undiqueversùm suave olentes hortos olerum,

C

D

E

* extendit

(a) Quis fuerit hujus Epistolæ auctor *Gozechinus*, satis patet ex ipso Epistolæ contextu: in qua se apud Leodium litteras docuisse, et Moguntiam tandem secessisse dicit, tædio victum rerum humanarum, variarumque turbarum quas rerum novitas, ac præsertim perversa Berengarii doctrina, non sat citò coërcita, facessebat. Valcherus, ad quem scripta est Epistola, ex Gozechini discipulo successor evasit, nescio an is, quem Adelmanus in Rythmis alphabeticis laudat, scilicet *Walterus Burgundio*, ubi scholas multas flagranti studio expilasse, et ad fines Allobrogum,

cùm ex Italia rediret, cæsus fuisse memoratur. Porrò hæc Epistola scripta est paullo post mortem Henrici II Imperatoris et Liutboldi Archiepiscopi, uti auctor ipse indicat: ac proinde sub annum MLX, qui à Liutboldi obitu proximus, à morte Henrici Imperatoris secundi, (aliis tertii) quartus fuit. Hanc Epistolam, ex Codice Ms. Bibliothecæ Dolensis sancti Hieronymi Collegii descriptam, vulgavit Mabillonius. *Veter. Analect. in-fol. pag. 437. in-8°. Tom. IV, pag. 360.*

in foedere humanæ reconciliationis omnipotentiâ suâ Sacramentum fecit, et A
christianæ animæ escam spiritualem, undè in æternum vivat, dedit. . . .

Hæc omnia sapienter despexit *Herimannus* (a) *Remensis*, *Drogo Parisiensis*,
Spirensis Huoremannus, *Bavenbergensis Meinhardus*, et prætereà multi, et præ-
stantes, et præcipuæ auctoritatis viri, qui præcisis speciebus, et abdicatis la-
boribus, studiis valefecerunt; et sapienti consilio usi, in Theologiæ otium
concesserunt. . . .

Legimus enim nobile illud prioris sæculi aurum argento ceteris inferioris
prætiis metallis sensim et per temporum intervalla degenerasse, nec tam su-
bitò sui coloris speciem amisisse. Nunc autem, ut præmissum est, monstruo-
sâ et inauditâ quâdam rerum perturbatione, quasi in momento, à suo statu
subversa sunt omnia: nec poenè quisquam est, qui proprii ordinis vel officii
servet legitima: sed desiderabile illud nostri temporis aurum repentino quo- B
dam casu, non, ut priùs, per temporum intervalla, non in argentum vel
cetera quantivis pretii metalla, sed in stipulam et fœnum, aut certè in fa-
villam et cinerem omninò redactum est. Ut enim cuncta quæ superiùs ob-
jectis tuis respondendo dequestus sum, compendioso recolligam epilogo, post-
quam clarissima duo Ecclesiæ luminaria, quæ nimis serò Deus accendit, et
nimis maturè in abscondito faciei suæ à conturbatione hominum abscondit,
Henricum dico secundum Imperatorem, et *Liutboldum* (b) *Moguntinæ* se-
dis Protopræsulem, in quos aurei sæculi fines cum maxima sui decoris spe-
cie devenerunt: hæc, inquam, clarissima duo luminaria, postquam ab his te-
nebris ad veram lucem, à quâ etiam huc alluxerunt orbi terræ, ut oramus et
optamus, assumpta sunt; quidquid divinæ religionis, quidquid æquitatis et
justitiæ, quidquid liberalium studiorum, quidquid moralis disciplinæ ubique C
vigeat, sicut tunc temporis Ecclesia et vario virtutum decore et multiplici
liberalium litterarum propagine florebat, cum eis pariter sepulta, immò in
cælum recepta sunt: ità ut nihil eorum poenè remanserit in terra præter admo-
dum pauca, et hæc ut umbræ inanis vestigia.

Nam in primis hi qui in populo Dei Magistratus et Duces locum regi-
minis occupant, sine respectu Dei videntis, sine metu hominis corrigentis,
omnes poenè quæ sua sunt quærunt, non quæ communiter et aliorum . . . pro
studiis divinarum scripturarum, invaluerunt studia partium, pro gravitate et
modestia religionis, gloria et gloriatio vanæ elationis: et dum divitiis et ho-
noribus gestiunt alter alterum prævenire, nec timent profanis mentibus
odiis et contentionibus deservire; nec quidquam pensi habent, cum ty-
rannidem potiùs quàm regimen exerceant: ad quem exitum, immò exitum D
talia provenire debeant? Hæc autem majestas et talis potestas, si quandò
sedeat pro tribunali, ut subjectorum facta debeat examinare, et neglectâ in
oculo suo trabe de oculo alterius festucam eruere; avaritia comes in medio
adstans declamat querelas, exudat causas, fas et nefas, sacra et profana in
medio haberi deplorat: miserationem judicium, auctoritatem Legum, jura di-
vina et humana implorat, et nisi id quod arguitur, in loculos nummati
illius qui incesserit fuerit punitum, perturbationem conqueritur fore omnium
judiciorum. Hoc autem tonitruo cunctis terrore percussis, ipsa utrimque su-
surranti inclinat aurem, utrique partim linguam aptat venalem, utrumque
torvum retorquet oculum, utrique promittenti rapacem porrigit manum: et
quem modò quod concupivit habentem accusat, modò quod quærebat dan-
tem excusat: peroratâ verò causâ, violentiæ et rapacitati ceterisque concu- E
rialibus suis media residens, de libro suo legit quod sit justum, et eisdem ju-
ratis legibus sibi assentientibus lege nummulariâ in reum profert judicium; et
tamdiu vinculatus tenetur reus, donec illum absolvat Mammona Deus . . .
Et si non habet unde solvatur, sine miseratione crucifigatur

Cùm ergo ex eâ quæ malorum omnium radix est avaritiâ, hæc horribilis
spinarum silva emergat; facile, immò horribile est videre, hoc spinetum
quem fructum ferat. Indè est quòd dum acquirendis immorimur studiis, in

(a) Idem videtur esse ac Magister Hermannus, cuius epitaphium composuit Fulcoius Poeta Mel-
densis. Quatuor isti celeberrimi floruerunt scho-
larum rectores circa mediũ XI Sæc.

(b) Sæu Luitpoldus, vel Leopoldus, primũ
Fuldensis Monachus; ad Moguntinum Pontifi-
catum pervenit anno 1051. Obiit anno 1059 die
7 Decembris.

A comparandis honoribus invicem præcurrentes, non honore invicem prævenientes; antiquâ divinæ religionis immutatâ facie, paterna moralis disciplinæ pœnè in fabulam redacta mordendo derogamus: invicem accusantes intestina bella movemus, acutis verborum spiculis fratrum corda confodimus; dolos in corde versantes, simulationem in vultu, fallaciam in verbis proferimus, et omninò ad injuriam mandatis Dei omnia mandata ejus præ pecuniâ parvi habemus, etc.

B EX CONCILIIIS.

EX CONCILIO LEMOVICENSI II (a).

Apud Labb. Concil. General. Tom. IX, pag. 869.

1031.

... I TA QUE placet, ut Corpus Domini in anno per duodecim terminos (b) renovetur in omnibus illis Ecclesiis ubi incessanter custodiri solet, hoc est, in Pascha, in Pentecoste, in Nativitate S. Joannis, ad vincula S. Petri, in Assumptione S. Mariæ, in festivitate S. Michaelis, in omnium Sanctorum, in S. Andree, in Natali Domini, in Hypapante, in Quadragesima, in media Quadragesima. His enim distinctionibus anni, omnes Presbyteri ad proprias possunt recurrere Ecclesias: et ipsum Corpus Domini, quod mutatur, non nisi à mundis Ecclesiæ ministris sumatur. Monasteria verò Monachorum regularia, quia diligentius et nitidius omnia ad cultum Altaris procurant, in Abbatum suorum arbitrio de his, sicut de aliis regulis, permittimus....

Col. 897.

... Requiriti Monachi (c) (S. Petri Bellilocensis) adstantes in conspectu Episcoporum, dixerunt: Ordinetur nobis Abbas idoneus secundum regulam.... Lugentibus enim nobis iste super nos tyrannidem arripuit. Ut autem presentibus Episcopis sit notum; Rodolphus Archiepiscopus quondam Bituricensis, Monasterium ipsum tempore Caroli * Regis in fundo suo construxit, et prædiis suis multisque donis satis superque nobilitavit. Post cujus transitum ad cœlos longo excursu tempore, occasione repertâ Comes (d) Tolosanus cœnobium ipsum suæ potestati addixit: et Comiti Petracoricensi in beneficio largitus est. Ille quoque Vicecomiti (e) Combornensi concessit, qui nunc nobis Laicalem personam imposuit, eâ de causâ quia Bernardus (f) Monachus Solemniacensis, et postea Episcopus Cadurcensis, nobis verò Abbas, antecessor ejus, avunculus ejus extitit.

Col. 898.

* Hugo
Coborn.
* Calvi

Dixerunt Episcopi: Ecclesiastica officia non secundum carnis originem, sed secundum meritorum virtutem, distribui oportet.

Cùmque ille Clericus, non Monachus, Abbas, sæculari nobilitate ac generositate magnus, mox vocatus in Concilium ante Episcopos reus adstaret, genibus positus, et super hac re judicaretur secundum Canones, ita respondit: O reverentissimi Patres, hanc, rogo, justo judicio corrigite rem, et libenter consentio.

(a) Concilium hoc celebratum est præcipuè ad definiendum Apostolatam S. Martialis. Multa continet ad Ecclesiæ disciplinam XI Sæc. illustrandam. Quædam tantum exhibemus, ne longiora fastidio sint Lectoribus. Anno 1031 habitum esse invictissimè probat dies ipse, quo inchoatum est, nempe 14 Kal. Decemb.

(b) In Concilio Bituricensi 15 dies antè celebrato statuerant Episcopi, ut Corpus Domini non plus servaretur, quam à Dominicâ in alteram.

(c) Monasterium istud ad Dordonie ripam, in Torinesi (Turenne) Vicecomitatu, in extremis pagi Lemov. conditum est anno primo regnante Carolo Calvo, hoc est 840, vel 841. Præcipuus autem bujus Fundator audit Rodulfus Bituricensis Antistes, qui ipse Episco-

pum egit ab an. 840, aut saltem 841, ad an. 866. Archiep. ille Rodulp. patrem habuit Cadurcorum Comitem Rodulphum, matrem verò Aigam, vel Aiguam.

(d) Guillelmus III, Sector ferri dictus (Taillefer) Tolos. et Cadurc. Comes.

(e) Hugo vocabatur Vicecomes ille, quem ab Hugone, nepote Raymundi I, Rutbenensis Comitum, ortum existimat D. Vaissette, Hist. Occit. Tom. II, pag. 118. Combornens. Vicecomitatus in pago Lemovicino.

(f) Filius Hugonis Vicecomitis Comborn. Bernardus Bellilocus. Abbatiam Hugoni nepoti suo Clerico sæculari dimiserat. Inde graves querelæ ad Patres Synodi Lemovicinæ.

Dixerunt Patres : idoneum ex regularibus monachis aliquem adducito ante A
 domnum Jordanum *, ut ipse eum regulariter ordinet Abbatem ad regendum
 ipsum locum : et tu extrinsecus non dissipator, sed defensor et provisor loci
 adesse memento. Itaque Episcopi, postquam de his diu locuti essent (a),
 Primati Lemovicensi sub testimonio Concilii, et Wilielmi Ducis Aquitano-
 rum, hoc taliter commiserunt negotium : ut usque ad natalis Domini festi-
 vitate, quæ in sexta hebdomada expectabatur, ordinaret in eo loco dignum
 Pastorem secundum regulam. Quòd si contradicentes reperiret qui id fieri
 non permitterent : et ipsos et ipsum locum excommunicatione canonica liga-
 ret, donec idem locus ad pristinam revocaretur dignitatem . . .

Col. 901. . . . Quando Episcopus presbyterum deposuerit (b), sic agat. Jubeat eum
 prius indui omnibus sacerdotalibus indumentis, deinde manu sua auferat ei
 manipulum, deinde casulam, deinde mediam stolam de collo reflectat ei inter B
 scapulas sub latere dextro : et depositus est à presbyteratu in diaconatum.
 Quando quemlibet excommunicaverit, eat publicè ad ostium Ecclesiæ, et
 ostium pro eo claudat. Dum absolverit, ambulet cum eo usque ad portas
 Ecclesiæ, et aperiat ei, ut ingrediatur . . .

Col. 905. . . . Nunc de servorum libertate dicendum (c), quia hanc agere licitum
 est, vel apud hanc sedem, vel ante corpus B. Martialis, vel ad quancum-
 que Ecclesiam Domini elegerint coram testibus, vel ante corpus defuncti
 proximi, sicut sæpè per plures civitates fieri videmus : ita sanè ut hujus se-
 dis nominativus Cancellarius libertatem scribat. Nam et apud Regale Pala-
 tium, vel in quocumque loco Rex fuerit, coram Rege libertates legitimas
 fieri cernimus : immò Lex Salica continet, ut ubicumque servi dominus vo-
 luerit, potest servum relaxare. C

Col. 908. . . . Stephanus (d) Arvernensis Præsul ante hos annos Pontium (e) Co-
 mitem Arvernensem excommunicatione obstrinxit, pro uxore legitimâ,
 quam dimiserat, et aliam duxerat. Quem cum nulla ratione vellet absolvere,
 nisi emendatum, Comes Romæ à Domino Papa (f) absolutionem accepit,
 ignorante Papa eum excommunicatum. Quod graviter Episcopus ferens,
 Conquisitorias * literas Romam Apostolico misit : cui ille in hunc modum
 remisit epistolam.

* Corr. Con-
 questorias

« Quod nescienter egi, Frater carissime, non mea sed tua est culpa. Scis
 » enim quia quicumque de universa Dei Ecclesia, quæ est in toto orbe ter-
 » rarum, ad me causâ remedii recurrit, impossibile est mihi ejus curam ne-
 » gligere, dicente Domino ad Beatum specialiter Petrum : *Petre, pasce oves*
 » *meas*. Quo ergo modo sedes Apostolica poterit ejicere aliquem de mede- D
 » la, nisi rationabili causâ ? Debueras certè mihi, antequam illa mortua *
 » Romam veniret, ejus causam tuis innotescere apicibus : et ego eam om-
 » nimodò abjicerem, tuamque firmando autoritatem, eam anathematis ictu
 » repercuterem. Proliteor quippè omnibus consacerdotibus meis ubique ter-
 » rarum, adiutorem me et consolatorem potius esse, quàm contradictorem.
 » Absit enim schisma à me et à Coepiscopis meis. Itaque illam pœnitentiam
 » et absolutionem, quam tuo excommunicato ignoranter dederam, et ille
 » fraudulenter accepit, irritam facio et cassam : ut de illa nihil aliud speret
 » quàm maledictionem, quoad satisfactum tu justè absolvas. » Hinc et ex
 multis aliis concludunt Patres Concilii Lemovicensis : *Inconsulto Episcopo*
suo, ab Apostolico pœnitentiam et absolutionem nemini accipere licet, etc.

* morbida

Col. 909. . . . Referam verò ad ædificationem, quod dudum de illo milite contigit E
 Vascone, qui jubente Duce Vasconum Sancio (g), seniore suum decol-
 lavit, invitus tamen, et errore Ducis perterritus id egit, interminante irato
 Duce, et dicente : Nisi istum occideris, occidam te. Uno ergo ictu seniore

(a) Eadem ratione Episc. Lemovicens. *Primate* appellat Patres hujus Synodi, quæ Ecclesiam Lemovicens. omnium Galliarum dicunt primam; quia nempe S. Martialem I Galliar. Apostolum habebant.

(b) Exhibetur hinc modus depositionis et excommunicationis.

(c) Hæc spectant loca tantum in quibus libertas dari servis poterat; usus XI Sæc. cognoscitur. Modum autem et formulas manumissionis

vide in Tom. IV. *huj. Collect.* pp. 476, 498, 509, 526, etc.

(d) Hujus nominis IV, Claromont. Episc. ab an. 1016, ad an. 1028.

(e) Filius Guillelmi III, Com. Tolos. qui, patre vivente, Comes erat Arvernæ.

(f) Joannes XIX Papa ab an. 1024 ad an. 1033.

(g) Alius nobis non videtur, quàm Sancio, qui anno 905 Comes erat Astaracensis.

A proprium decollavit : et gravissimo dolore repletus, ad Episcopum suum pœnitentiæ causâ recurrit. Cui ille compassus dixit : Debueras pro seniore tuo mortem suscipere, antequàm illi manus aliquo modo inferres, et Martyr Dei pro tali fide fieres : sed gravissimum reatum egisti, et nobis inauditum. Nescio tibi consilium ferre pœnitentiæ ; sed vade quanto citiùs ad Papam Romanum. Si tibi ille pœnitentiam concedit, et ego gaudeo, et confirmo : si te ille abjecerit, numquam nec à me nec ab aliquo invenies pœnitentiam. Quod ille concitus implevit, et cum testibus detulit secum litteras Episcopi sui. Et cùm Apostolicus secundâ Paschali feriâ apud S. Petrum sacra agens post evangelium resedisset, cœpit ille reus ante eum in conspectu totius Ecclesiæ gravissimè plorans et suspirans exclamare, dicens : Pœnitentiam volo, Domine : pœnitentiam volo, Domine. Et Apostolicus, eis qui dextrâ levâque ei assistebant ait : Requirit pro qua culpa. Ille inquisitus nihil aliud dicebat : Creatorem meum offendi ; Creatorem meum offendi. Cui Apostolicus : Cur, inquit, (a) Episcopum tuum non expetebas ? Et ille : Episcopus meus me misit ad te. Tunc testes Apostolico suggererunt culpam, eique litteras Episcopi protulerunt. Sic Apostolicus Episcopo qui à dextris ejus stabat locutus est, dicens : Recogita auctoritatem divinam quali pœnitentiâ hic mortuus possit vivificari. Et Episcopus ait : Dominus dicit in Evangelio : *Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, vel sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros . . .* Cætera desunt in Ms.

Col. 910.

C (a) Hæc à nobis excerpta, ut magis magisque constet quid sentirent XI sæc. diversæ Galliarum Ecclesiæ de auctoritate summi Pontificis in adhibendis excommunicationibus, atque absolutionibus conferendis. Exemplo militis parricidæ ad Papam confugientis, innoè satiùs Joannis

XIX epistolâ, manifestum fit, à proprio Episcopo excommunicatum, non nisi ab ipso, vel de ejus consensu, ab alio quocumque posse absolvi. Patet etiam quantum horrois in omnium animis eirent, qui violentas in proprium Dominum injicerent manus.

MONITUM

IN DEDICATIONEM MONASTERII VINDOCINENSIS.

D *VINDOCINUM antiquum Castrum est ad Ledum * amnem in*
Diœcesi olim Carnutensi, modò Blesensi, Comitatu nobilitatum
æque ac Monasterio S. Trinitatis, quod Gaufridus (Martellus I)
Andecavorum Comes, unâ cum Agnete (Burgundâ) uxore suâ,
hoc anno (1032) ædificare cœpit. Vindocinum à patre suo Fulcone
Bono acceperat (a) Burchardus, cognomento Vetulus, Parisiorum
et Corboili Comes, qui Monastico habitu indutus, obiit in Mo-
nasterio Fossatensi, ibique sepultus in capitulo anno 1012. Vindoci-
nensis Abbatîæ initia nec citiùs anno 1032, nec seriùs inchoata sunt.
Non quidem citiùs ob fidem clientelæ Henrico Regi præstitam, quâ
præstitâ Monasterium inchoavit Gaufridus : nec certè seriùs, ut
 E *colligitur ex notitia Fulconis Comitis de origine Monasterii S. Ni-*
colai Andecavensis, in qua Raginaldus Abbas regimen Vindocinen-
sis Monasterii noviter constructi jam suscepisse dicitur anno 1033,
quo anno hæc notitia edita est. Facta est autem hujus Monasterii de-
dicatio à Theoderico Carnutensi, aliisque Episcopis, pridie Kalend.
Junii, in pervigilio festi S. Trinitatis in ejusdem honorem, eidemque
loco immunitas à Theoderico Episcopo indulta.

* le Loir.

(a) Hujusce Comitis vitam habes in T. X Collectionis nostræ pp. 350 et seq.

CONVENTUS EPISCOPORUM AD DEDICATIONEM

VINDOCINENSIS MONASTERII S. TRINITATIS,

An. 1040.

ANNO CHRISTI MXL.

Apud Labb. Concil. General. Tom. IX, pag. 938.

ANNO MXL Indict. VIII, regnante Henrico I Francorum Rege, anno ipsius IX; convenerunt Vindocinum Episcopi octo, Abbates viginti tres, Barones plurimi, alique, ad dedicationem Ecclesie Monasterii S. Trinitatis, à Goffrido Andegavorum Comite, ejusque conjuge Agnete, recens conditi et magnis possessionibus dotati. Hic publicas fecit litteras ipso dedicationis die Arnulfus Episcopus, quibus tum ipse, tum alii presentes Episcopi donationem ratam habuerunt; possessionum augendarum facultatem concesserunt: ceteri approbarunt. Cujus diplomatis apographum hoc est.

Ego Arnulfus Turonensis Ecclesie Archiepisc. fidelibus S. Ecclesie notum facio, quod Gaufridus inclitus Comes, uxorque ejus venerabilis Comitissa, Monasterium Beate et Individue Trinitati dicatum, in castro quod Vindocinum vocatur, rebus propriis aedificaverunt, et concessione Theoderici Carnotensis Episcopi, in cujus diocesi locus ipse esse cognoscitur, nobis presentibus, B. Petro et Romanæ Ecclesie in patrimonium et alodium devoverunt. Quod cum bona eorum liberalitate dicatum fuisset, et ornamentis adornatum: ad illius loci dedicationem nos et plures Episcopos et Abbates venire rogaverunt. Et ut fratres in loco ipso quiete et absque molestia Deo servire potuissent: petierunt à nobis, et ab aliis qui aderant Episcopis, quatinus huic Ecclesie noviter aedificatae, pro amore Dei et supplici prece ipsorum, quod jam eidem loco in Diocesis nostris contulerant, sive ipsi vel alii homines collaturi erant, concederemus, et nostram firmaremus autoritate. Nos verò eorum precibus difficiles esse nolimus, et quod petebant concedere justum putavimus. Concedimus itaque et nostra autoritate firmamus quidquid praedictum Monasterium in Episcopatu nostro hodie possidet, seu deinceps fratribus ejusdem loci ab Ecclesiasticis, vel à saecularibus personis datum extiterit, vel concessum, tam in Ecclesiis, et Ecclesiasticis possessionibus, quam etiam in temporalibus beneficiis. . . . Char-

tam istam super altare Vindocinensis Monasterii manibus nostris posuimus, ad notitiam et in testimonium nostrae confirmationis. . . .

Quod viderunt et audierunt honorabiles personae Episcoporum, Abbatum, et multi alii, tam ecclesiasticae militiae, quam saecularis, Theodericus Carnotensis Episcopus, Gervasius Cenomanensis Episcopus. Hubertus Andegav. Episcopus. Isembertus Pietavensis Episcopus. Arnulfus Sanctonensis Episcopus. Girardus Engolism. Episcopus. Amelius Albiens. Episcopus. . . . Sequuntur nomina Deputator. Ecclesiar. Cathedral.

De Abbatibus, Hugo de S. Salvatore Carrofi *, Fredericus de S. Florentio (Salmur.), Galterius de S. Albino (Andegav.), Ebrardus de S. Carilefo *, Landricus de S. Petro Carnoti, Durandus de S. Gildasio (in Biturig.), Salomon de Bonavalle, Hugo Longiledii * Abbas, Fuleo de S. E. Joanne, Ansegisus peccator, Petrus de Nantoilo *, Algerius de S. Amando (apud Egolismens.), Arnaldus de Angeliaco *, Odo de S. Sabino, Ato de S. Michaeli Eremiti, Archembaldus de S. Maxentio, Joannes de Luzione, Tetbaudus de Quineiaci *, Ansbertus de Ponteleucio *, Teudo de Burgulio, Odolricus de S. Martiale, Ermenterus Abbas de Tuscio *, Teutbaudus de S. Benedicto.

Nomina Baronum: Goffridus Comes Andegavorum, Agnes Comitissa, Guillelmus Alduinus Comes, Radulfus Vicecomes, Erfredus Vicecomes, Guillelmus Vicecomes, Herveus Vicecomes de Bleso, Haimericus de Rancono, Goffridus de Prulliaci, Isembardus, Tetbaudus de Blazono, Rainardus, Albericus de Monte Joannis, Joscelinus de sancta Maura,

* Charroux

* S. Calès

* Lonlay

* Nanteuil

* S. Jean d'Angeli

* Quincy

* Ponlevois

* Tuffé.

A Petrus de Cameliaco, Ingelbaldus, Leo de Ambazio, Rainaldus, Salomon de Lavarzino, Nihardus de Monte aureo, Landricus de Balgenciaco, Odo Dolensis, Gislebertus, Helia de Volvento, Berlaius Hademerus Malæ capsæ, Hildebertus de Rupe mahildis, Guillelmus Chabocius, Petrus Abbas, Guillelmus de Rude, Ranaulfus Rabiolus, Guillelmus de Parteniaco, Constantinus de Mello, Joscelinus Cavansgranum, Petrus Maisnade, Manasses frater Episcopi, Simon de Verruca, Stephanus de Mennaco, Guillelmus frater Gervasii Episcopi, Harduinus de Rupibus, Albericus de Firmitate Auraini *, Hubertus de Munitione.

* *al. Aurinui*

Actum Vindocini ipso die dedicationis Monasterii S. Trinitatis, anno ab Incarnatione Domini MXL, Indictione VIII, regnante Henrico Rege Francorum, anno regni sui IX.

B

MONITUM

IN CONSTITUTIONES PACIS ET TREUGÆ DOMINI.

U T AMPLIUS elucidentur de Pace et Treuga Domini ex Conciliis hujusce temporis dicenda, præmittere quædam nobis visum est de bellis privatis. « *Bella privata, inquit illustris ac eruditis. de Marca, quæ pondere et pudore legum comprimebantur, Romanis Rempublicam tenentibus, per Gallias et ceteras Europæ regiones grassata sunt, cum duris exterarum nationum moribus ferum lentis fori ambagibus successit, et juri publico aperta privatorum injuria. Tunc enim quisque suam suorumve injuriam, non in jure coram judice, sed ferro manuque persequabatur; adeò ut etsi his inimicitiis, quas faidas vocabant, et leges Longobardorum et Capitularia Regum modum præscriberent, tamen ingravescente in dies morbo, cædibus, deprædationibus, et incendiis Respublica fœdissimè vastaretur. His incommodis prospicere Gallicani Episcopi curarunt, non extincto quidem nefando illo bellorum privatorum usu, sed represso per inducias, quæ aliquot dies ociosos à cædibus redderent sacratosque Religionis prætextu... Bella istæc privata nec legibus probata erant, nec omninò damnata; imò verò si provocatio, vel potius si diffidatio præcessisset, pro jure constituto habebantur; ita ut in adversarium cæde, prædis, et incendiis grassari liceret ». A quibus bellorum injuriis abstinendum docent decreta à Mercurii supremo die usque ad diluculum diei Lunæ subsequentis: poenâ capitis, aut exilio aut excommunicatione, in rebelles irrogatis. Radulphus Glaber hujus institutionis meminit: meminere quoque Ivo Carnotensis, ut videbimus in Tomo sequenti, Fridericus I et Conradus Imperatores in suis legibus.*

De Conc. Sacerd. et Imper. L. 4. c. 14. p. 427. ed. 1704.

V. Capit. Reg. Tom. 1 et 2 passim.

Glab. Lib. 5 Cap. 1. T. X. hujus col. pag. 59.

Lib. 4. Cap. 5. pag. 49.

Istius pacis induciæ non solùm ab Episcopis et Abbatibus, verùm etiam à ceteris viris sacræ Religionis devotis et proceribus cujusque diœcesis decretæ fuerunt, ut patet ex eodem Glabro. Non in Galliâ tantùm, sed et in Angliâ Normanniâque à Guillelmo Rege, non continuò sed paulatim lata est Treugæ constitutio: deinde firmata ex consensu Præsulum Baronumque in Concilio Juliobonensi, ut testatur Ordericus Vitalis Lib. 5 Hist. Eccl. pag. 552 Edit. Chesnii. Statuta Patrum Procerumque Aquitanix de Pace et Treuga

recepta sunt et amplificata à permultis Conciliis currente XI sæculo in diversis Galliarum partibus habitis.

Unum observare est, nempe Pacem et Treugam dici hanc à bellis privatis feriatiorem, quòd ratione Clericorum omnium, peregrinorum, mercatorum, agricolarum cum bobus aratoriis, dominarum cum sociis suis inermibus, mulierum omnium, rerum ad Clericos Monachosque pertinentium, et molendinorum, pax ista omni tempore indulta sit; ratione ceterorum, Treuga tantum, id est, induciæ aliquot dierum. Excommunicatione mulctati Pacis vel Treugæ violatores et ad resarciendum damnum læso coacti.

Treugam primitus in partibus Aquitanicis, firmatam anno Domini 1041 unanimiter dicunt Hugo Flaviniacensis in Chronico Viridunensi, pag. 145 hujus Tomi, Glaber Hist. Lib. 5, pag. 59, Tom. X. Ex Aquitania paulatim per universum Galliarum territorium isthæc salubria decreta sancita sunt propter timorem Dei pariter et amorem. Ad hunc igitur annum revocandas leges Concilii Tulugiensis rectè probat Vaissetius.

Exstant permultæ Conciliorum hujus sæculi constitutiones quibus confirmantur primæ leges induciarum uno tantum discrimine quòd festi dies quamplurimi quatuor singularum hebdomadarum diebus adjecti fuerint. His addidit Concilium Lateranense sub Innocentio II incendiis C. devastationis prohibitionem.

Violatores pacis raptoresque excommunicatione mulctatos jam diximus. Episcopi et Comitibus hæc erat cognitio ceterorumque Baronum qui, à persequendo armis raptores si cessarent, excommunicationibus et interdictis ad officium quo se obstrinxerant adigebantur. Observandum tandem tantam fuisse vim istarum legum, ut, si raptores pacisque violatores ab utraque, Civili et Ecclesiasticâ, potestate proscriptos occidi contingeret à privato quoquam, id zelo justitiæ, non homicidio imputandum communiter haberetur.

Hæc fuit origo Treugæ Domini cui cognomen sortitum est à Diebus hebdomadæ Mysteriis Passionis et Resurrectionis J. C. specialiter sacratis, vel quia non solum humanis præsiidiis, sed et divinis confirmata est terroribus. Istis vel talibus innixi rationibus, bono communi Reipublicæ zelantes Episcopi Proceresque Aquitanici lubentes omnes de reformandâ pace et sacræ fidei institutione decreta amplexi sunt.

Jam decennium erat cum cœpit Clerus Ecclesiæ Gallicanæ pacem et quietem statuere, recusantibus anathematis minas intendere; quod factum legimus in Conciliis Bituricensi an. 1031 et Lemovicensi II. Canutus Rex Angliæ, in suis Ecclesiasticis legibus E. Edictum promulgavit de pace Dei, Regis et Ecclesiarum (Lab. Conc. Tom. IX, pag. 915). Neque tamen ab omnibus id æquè probatum Episcopis: Gerardus enim Episcopus Cameracensis, hoc non tam impossibile, quàm incongruum videri respondebat, si quod regalis juris est, sibi vendicari præsumerent. Hoc enim modo sanctæ Ecclesiæ statum confundi, quæ geminis personis, Regali videlicet ac Sacerdotali administrari præcipitur. Huic enim orare, illi verò pugnare præcipitur. Igitur Regum esse, sedi-

A tiones virtute compescere, bella sedare, pacis commercia dilatare :
Episcoporum verò, Reges, ut viriliter pro salute patriæ pugnent,
monere, ut vincant orare: hoc ergo decretum periculosum esse
omnibus, omnes videlicet aut jurare, aut anathemati subjacere,
omnes enim peccato communi involvi, si commento hujusmodi
uterentur, pag. 201. Tomi nostri X.

Lab. Tom.
IX, pag. 891.

B Ita de pace ab omnibus generatim acceptatâ censebat Gerardus. Que-
rebatur forsân Præsul de sentiis Conciliorum Provinciæ Bituri-
censis in quibus actum est de compescendis privatis bellis, et pace fir-
manda. Cessit Gerardus Episcoporum et aliorum adhortationibus, licet
invitus: ita tamen ut quod reclamabat, postea eventus probaverit,
cum paucissimi perjurii crimen evaserint.

C Treugam Domini primitus in Aquitania sancitam licet omnes per
Galliam amplexati essent, eam tamen recipere abnuvit Neustria, ut
testantur Glaber Radul. et Hugo Flaviniacensis locis supra citatis,
flagrantibus tum Regem inter Franciæ Henricum, et Odonis Cam-
paniensis filios dissidiis ac bellis. Pax ista in mente Procerum Nor-
mannicorum belli indicendi jus, atque adeò regiam prærogativam, si
non omninò abrogaret, saltem enervabat. Maturiùs eam exceperunt
Alsatienses, sub Leone IX Pontifice.

D Verùm lex Tulugiensis à principio non multùm valuit. Hinc Præ-
sules eam in Synodis vel confirmaverunt vel de suo nova appinxerunt.
Hinc multa variant de isto decreto Manuscripti Codices Ecclesiarum
Narbonensis, Helenensis, Ausonensis, Gerundensis et Barcino-
nensis. Abbreviatum etenim in diocesi Helenensi videtur tempus
Treugæ breviusque conclusum ab hora scilicet Sabbati nona usque
in die Lunis hora prima. Pœnis spiritualibus in rebelles infeliciter
irrogatis, Præsules ad arma confugerunt. Inde nova collecta pro
expensis Equitum qui cum armis pacem sequebantur: hinc com-
mune vel compensum primò solvi solitum pro securitate et pace,
deinceps evasisse tributum ordinarium, quod exegerunt Episcopi,
aliique viri potentes, sub nomine Compensi seu Paciagii.

E Percelebris est, et Clero Gallicano digna, Ragimbaldi Arelaten-
sis, Benedicti Avenionensis, Nitardi Nicensis Pontificum necnon
Abbatis Cluniacensis Odilonis Epistola quam Synodorum decretis
submittimus. Subsecuta est Parœnesis illa paulo ante constitutam de
pace et Treuga Domini Sanctionem. Inde Hugo Flaviniacensis in
suo Chronico auctorem seu promulgatorem Treugæ Dei ardentissi-
mum Abbatem Odilonem cum laude nominat. Humanis et politicis
hâc de re argumentis Præsules addiderunt divina prodigia, terrores
necnon cætera supernaturalis ordinis media. In Treuga Dei ubique
recipiendâ vehementer laboraverunt Odilo in Austrasia, Richardus
Virdunensis Episcopus in Neustria. At eo prædicante, repugnan-
tibus Neustriis divino judicio cœpit in eos desævire ignis qui eos
torquebat. Helmuinus Episcopus Eduensis ardentè egit ut Treuga
propagaretur. Pari zelo Præsules Septimanix decreta primævæ insti-
tutionis multoties promulgaverunt, et Laicorum Principum aucto-
ritate fulti temporales pœnas spiritualibus conjunxerunt, quod vide-
bimus infra.

CONCILIIUM TULUGIENSE * (a)

* Tulujes, à
trois milles de
Perpignan.

HABITUM AN. MXLI SUB GUIFREDO ARCHIEPISCOPO NARBONENSI.

An. 1041.

Apud illust. DD. de Marca de Concord. Sacerd. et Imperii
Lib. IV, Cap. 14, pag. 435.

* Empurias,
Comitatus
in Marcâ His-
panicâ ultra
montes Pi-
renæos.

* Besalu
* Cerdagne
* Castelnau

HÆC est treuga et pax confirmata ab Archiepiscopo Narbonensi Domno Guifredo, et à Berengario Gerundensi Episcopo, et à Domno Raymundo Helenensi Episcopo, et à Comitibus Russilionensium, Domno scilicet Gauzfredo et Guilaberto filio ejus, et à D. Poncio * Impuritanensi Comite, et à D. Guillemo * Bisuldunensium Comite; et à D. Raymundo * Cerritanensium Comite, et à D. Ganzberto Vicecomite de Castronovo *, cum cæteris Magnatibus Helenensis Episcopatus, in Tulugiensi prato, quod est in Comitatu Rossilionis, etc.

*Constitutiones Pacis et Treugæ Tulugienses. Ex Probationibus
Historiæ Occitanicæ Tom. II, pag. 206, 207.*

I. HÆC est pax confirmata ab Episcopis, et Abbatibus, et Comitibus, neenon Vicecomitibus, et cæteris Magnatibus Deum timentibus in Episcopatu ILLO, videlicet ut ab ista die et deinceps nullus homo Ecclesiam non infringat, neque (b) spatium, neque cœmeterium, nec mansiones quæ in circuitu Ecclesiæ sunt aut erunt, usque ad XXX Ecclesiasticos passus.

II. Ecclesias autem illas in hac deffensione non ponimus in quibus (c) castella facta sunt aut erunt: eas verò Ecclesias in quibus raptores vel fures prædam vel furta congregaverunt, vel malefaciendo inde exierunt, aut illuc redierunt: tamen (d) salvos esse jubemus, donec querimonia malefacti ad Episcopum ILLIUS aut ad sedem et conventum canonicorum ejusdem sedis prius perveniat. Quòd si idem Episcopus, aut Præfati canonici ejusdem sedis se fatigaverint malefactorum vi, et ille inde justitiam facere nolit, postea ex mandato prædicti Pontificis vel præfatorum Canonicorum ipse malefactor seu res ejus non salventur in eadem Ecclesia. Ille autem homo qui aliter Ecclesiam invaserit, aut aliis, exceptis supradictis malefactoribus, aliquid ibi malefecerit, aut ea quæ in circuitu ipsius Ecclesiæ sunt usque ad XXX Ecclesiasticos passus irruperit, sacrilegii compositionem emendæ (e), præfati et querelanti malefacta in duplo restituat.

III. Item placuit ut Clericos qui arma non portaverint, aut Monachos, seu Sanctimoniales (f) ullus homo invaserit, neque injuriam faciat eis vel aliqua malefacta. Communia verò Canonicorum vel Monachorum seu Sanctimonialium, vel ecclesiastica allodia * in possessiones quas Ecclesiæ nostri Episcopatus, vel Clerici arma non ferentes, aut Monachi seu Sanctimoniales * tuentur, ullus homo non infringat, aut aliquid inde diripiat: quod si fecerit, in duplo eis componat.

* al. et

* al. tenent

IV. Similiter confirmaverunt ut nullus homo in isto Episcopatu ILLO prædam non faciat de equabus vel pullis earum usque ad medium annum, neque de bobus, neque de vaccis, neque de asinis aut asinabus, neque de

(a) Decreta hujusce Concilii constituerunt prædicti Pontifices, cum consensu ceterorum nobilium, pro Comitatu Russilionensi, (Russillon) vel Conflentano [le Conflent: Tractus Comitatus supra dicti, versus montes Pireneos, olim Hispaniæ, nunc Galliæ accensus, 10 leucis à Perpignano in occasum:] vel Vallispiriensi (Valespir, Comté.) Paulatim istæc posterius exceperunt Episcopi et Proceres cæterarum Galliæ partium. Tulugium, Tulujes, villa in pago et Comitatu Ruscinonensi.

(b) Definita legibus quædam spatia circum Ecclesias et locos qui aliqua immunitate aut

asyli jure gaudent, quæ ferè semper 30 passuum esse dicuntur. Hinc appellatio passuum Ecclesiasticorum, seu Dextrorum.

(c) Idem statutum renovaverunt 21 Præsules in Concilio apud S. Ægidium ut infra videre est.

(d) In Constitutionibus pacis et Treugæ editis in vico Ausonensi, (Marca Hispanica, p. 1139) legitur, tamdiu salvos esse jubemus.

(e) Ibidem: emendet præfatæ sedi, et querelanti malefactas in duplum restituat.

(f) Ibidem: vel viduas, ullus homo non invadat.

A ovibus veruceibus vel agnis, neque de capris vel hircis, vel eorum foetibus.

V. Mansiones verò Pagensium vel Clericorum arma ferentium, et columbaria et palearia (a) ullus homo non incendat vel destruat. Villanum autem et villanam, et Clericos arma non ferentes, et Monachos seu Sanctimoniales ullus homo non sit ausus occidere, vulnerare, vel debilitare, neque apprehendere vel dstringere, nisi propter suam culpam quam praedicti habeant factam, et non dstringant eos nisi per solum (b) directum, et tamen hoc non fiat nisi prius querelando se fatigaverint, sicut supradictum est. Pagensibus autem vestimenta non auferantur, neque vomeres, neque ligones, oliveta non (c) incendat vel comburat, non fructus eorum dissipet.

VI. Item constitutum est ut nullus homo (d) pignoret alterius res pro
* plivio vel pro alio quolibet negotio quod alicui vel cum aliquo fecerit,
B quamvis ille solverit. Quicumque enim hanc pacem quam praediximus infregerit, et illi cui eam infregerit infra XV. dies in simplum non emendaverit, sic dies XV transierint, in duplum componat, quam duplicationem habeat Episcopus ille et Comes qui eam rem dirigere fecerit.

* Id est, Vadimonio, Vulgò Pleige.

VII. Treugam etenim Domini confirmaverunt fortiter praedicti Episcopi, videlicet ut omni tempore tenerentur ab omnibus Christianis ab occasu quartae feriae, id est Merchorii die, usque ad ortum solis II feriae, id est Lunis die. Item continuatim teneatur à prima die Adventus Domini usque ad octavas Epiphaniae Domini quando festivitas S. Hilarii agitur. Item similiter continuatim teneatur à die Lunis quae antecedit caput jejunii, usque ad diem Lunis qui est primus post diem Dominicam octavarum Pentecostes. Item vigiliae et festivitates Inventionis videlicet et Exaltationis Dominicæ Crucis, et

C in tribus vigiliis totidemque festivitibus sanctæ Mariæ, vigiliae et festivitates omnium Apostolorum, vigilia et festum S. Laurentii; festivitates insuper cum eorum vigiliis posuerunt in hac religionis observatione, scilicet S. Pauli Narbonæ et sancti Baptistæ Joannis, sanctorum item Apostolorum, ac S. Archangeli Michaëlis, sive sancti Martini Confessoris, item vigilia et festivitas omnium Sanctorum. Similiter in quatuor tempora posuerunt in tali observantia. Praedictos autem dies qui sunt in treuga Domini, confirmaverunt praedicti Episcopi cum omnibus praecedentibus et sequentibus noctibus, videlicet ab occasu solis quando ipsa treuga Domini ingreditur, usque ad ortum solis ipsius diei qua egreditur. Si quis autem intra hanc praedictam treugam Domini aliquod malum alicubi fecerit, in duplum ei componat, et postea per iudicium aquae frigidæ treugam Domini in sede illius emendet. Si quis

D autem intra hanc treugam voluntariè hominem occiderit, ex consensu hominum christianorum definitum est, ut omnibus diebus vitae suae exilio damnetur, si fecerit hoc sine casu; si autem cum casu hoc fecerit, egrediatur tamen à terra usque ad terminum quem Episcopus et Canonici aestimaverint esse impouendum. Si quis verò intra hanc treugam se miserit ac agnait vel ipsum * agnait stabilierit pro morte vel apprehensione alicujus hominis, aut pro apprehensione alterius castelli, et tamen si hoc agere non potuerit, similiter emendet ad iudicium Episcopi et Canonicorum ejus ipsam treugam Domini, sicuti faceret si fecisset quod agere tentavit.

* Id est, insidias struxerit.

Item prohibuerunt ne intransitibus his continuatis treugis, videlicet tempore Adventus Domini seu Quadragesimæ, nullus castrum vel munitionem aedificare praesumat, nisi XV diebus ante praedictas continuatas treugas, hoc E inchoaverit. De praedicta autem pace et treuga Domini, querela ad Episcopum vel ad ejus Canonicos seu fatigatio omni tempore fiat, et sicut superius scriptum est in pace de Ecclesiis ita fiat. Et ipsi in quibus Episcopus vel Canonici jam dictae sedis se fatigaverunt de redirectione praedictae pacis vel treugae Domini, sive fidejussores vel hostatici pro pace vel treuga Domini, malam fidem inde portantes Episcopo vel Canonicis praedictis, excommunicentur ab Episcopo vel Canonico ejusdem sedis cum protectoribus et juvantibus se, quandiu se contenderint, sicut infractores pacis et treugae Domini, et ipsi et res eorum non habeantur in treuga et pace Domini.

(a) Palearium et Palearia, locus, ubi palcae reponuntur.

(b) Id est, in jus vocare.

(c) In Marca Hispanica, col. 1139 ita legitur :

Oliveta verò nemo incidat vel comburat, vel fructus eorum dissipet.

(d) Pignorare, idem ac pignora capere seu occupare, in manum suam tradere.

*Ex Constitutionibus Pacis et Treugæ editis in Vico (a) Ausonensi.
Ex Marca Hispanica, Append. pag. 1140.*

Si Filius faciat malum, an Pater teneatur.

ITEM constitutum est quòd si aliquis filius Magnatum terræ tam majorum quàm minorum fecerit aliquod malum per pacem et *treugam Domini* aliquibus hominibus ex castro patris sui vel ex honore ejus, aut cum hominibus suis, ipse cogat filium suum et homines suam terram tenentes (b) redirigere malum quod fecerint. Quòd si noluerint facere ipse filius, vel præfati homines, idem pater redirigat omne malum quod filius et homines sui fecerint. Quòd si filius non fecerit malum ex castro vel honore patris sui, et tamen fecerit cum hominibus tenentibus terram patris sui vel cum iis quos idem pater habuit in sua familia, similiter ipse pater cogat homines redirigere præfatum malum. Quòd si facere non potuerit, tandiù maneat sub excommunicatione cum omni honore suo et præfatus filius sive præfati homines cum eo donec redirigant ex toto malum quod commiserunt. Quòd si filius adhuc ex aliis locis, non ex honore paterno vel castro, neque cum hominibus patris, aliquod malum alicui fecerit, non redeat in paternum castrum vel honorem, neque pater aut mater impendant ei aliquod beneficium, vel protegant eum in aliquo. Quòd qui fecerit, aut emendet malum quod filius perpetraverit, aut tandiù maneat in excommunicatione donec emendet.

Si quis inculpatur, qualiter debet se expiare.

ITEM constitutum est quòd si aliquis fuerit inculpatus ex aliquo modo quod ipse præceperit aut stabilierit aut consilium dederit quòd ageretur, et ille dixerit se hoc non egisse, de quo in veritate notum fuerit quòd ipse per semetipsum prædicto malo non interfuerit, propriâ manu juret super altare consecratum se non præcepisse neque stabilisse neque consilium dedisse quòd malum illud perpetraretur, et postmodum non sit protector aut defensor illius qui hoc malum fecit ullo ingenio vel aliquo modo. Quòd si homo suus fuerit qui suam teneat terram aut habeat suum beneficium, unde possit eum distringere, aut faciat hoc sibi redirigere, aut auferat ei ex toto terram et beneficium suum, et postea expellat eum à se sine aliquo *Engan* (c), et non exhibeat ei ullam societatem ad suum beneficium, neque defendat eum in aliquo.

De omnibus illis constitutum est qui interfuerint malefactis quòd si dixerint se non interfuisse vel malum unde culpantur se non fecisse, quòd expient se per iudicium aquæ frigidæ in sede S. Petri. Quòd si facere noluerint, excommunicationi subiaceant. Omnes verò probationes et expiationes quæ judicabuntur querelatoribus et redirectoribus pacis et *treugæ Domini* fiant per iudiciun (d) aquæ frigidæ in sede S. Petri.

Ultimò verò de pace et *treuga Domini* à nemine fiat in omni Ausonæ Episcopatu donec primò querela ad Ausonensem Episcopum et ejus Canonicos perveniat, et expectetur terminus fatigationis (e) triginta dierum antequàm Episcopus et Canonici sedis faciant in malefactore: quia si [infra] triginta hos dies redirectæ non fuerint, vel ita firmant in manu Episcopi et Canonicorum ejus per pignora quòd redirigatur sine *Engan*, malefactor ille

(a) Ausona, olim civitas, in Marca Hispanica, priori civitatis famæ adhuc impar, solo Vici Ausonensis nomine, quod deinceps perseveravit, insignitur. Primis temporibus post destructionem à Sarracenis Ausonensis Ecclesia ad propriam diocesim Archiepiscopi Narbonensis diù pertinuit. Demùm Episcopalem sedem ibi restitutam, mox in Metropolim erectam, Tarraconensi univit Urbanus Papa II.

(b) Redirigere, id est noxam emendare, *redresser la faute*: occurrit ibi passim.

(c) Vox Hispanica *Engaño*, fraus, dolus, sine

Engan, id est sine dolo vel fraude.

(d) Per antiqua iudicii species quæ magno et sacro apparatu fiebat, ut passim videre est in præcedentibus hujus collectionis Tomis.

(e) Id est, dilationis quâ voce intelliguntur litigalorum vexationes, maximè usurpata in foro Catalaunico et Hispanico, quam reddunt practici nostri per defectum juris seu iustitiæ reddendæ dilationem *Défaut de droit*. Hinc quis jus petens sibi fieri à Domino vel iudice, *fatigatur*, seu vexatur, si ei denegetur, aut adversarius stare recto seu juri renuat.

A et propriæ res suæ non sint in pace et *treuga Domini* illo et honore suo excommunicato cum honoribus suis.

Item Hugo Candidus Cardinalis Romanus in Concilio Gerundensi cum Episcopis et Abbatibus sive Principibus ac totius terræ Magnatibus et auctoritate Romani Papæ, cujus legatione fungebatur, confirmavit et laudavit pacem et *treugam* sicut erat apprehensa in Episcopatu Gerundensi. Et addidit in eadem *treuga* consensu omnium atque jussit auctoritate Domini Papæ ut pari modo teneretur à Dominica octavarum Paschæ usque ad octo dies post Pentecosten sicut Quadragesimali tempore. Et transgressores pacis et *treugæ* Domini excommunicationis anathemati subjecit quoadusque resipiscant et ad satisfactiones in Canonica veniant.

B

EXCERPTA CONCILII

APUD S. ÆGIDIUM (a) HABITI AN. MXLII.

*Apud illust. de Marca de Concor. Sac. et Imp. Lib. 4.
Cap. 14, pag. 441.*

C I. **E**x Concilio apud S. Ægidium peracto; ubi facta est Synodalis collatio Patrum, Episcoporum videlicet Gallicanorum XXII; quorum unanimiter consensus et par votum hoc definivit quod hic titulum memorandum mandamus, cum personis subpositis. Hi sunt, Raimbaldus Arelatensis, Laudegarius Viennensis, cum Legatis Narbonensis primæ Præsulis vice fungentibus, Froterius Nemausensis, Ugo Uceticensis, Uvilelmus Albiensis, Bernardus Lutevensis, Gelardus Vivariensis, Petrus Vasensis, Udalricus Tricestrinensis, Franco Vendacensis, Clemens Cavillonensis, Petrus Aquensis, Pontius Massiliensis, Deodatus Telonensis, Gaucelinus Forojulensis, Andreas Nicensis, Durandus Vincensis, Bernardus Regensis, Ugo Seneciensis, Pontius Glandensis, Ugo Dignensis. Hi omnes collecti in unum tale sancitum dederunt decretum. . . .

An. 1042.

D II. Ecclesias autem quæ intra castellum aut civitatem fundatæ fuerint, aut in villis, aut in agris, illæ videlicet in quibus ædificium ad debellandum non habetur, vel cum quibus seditio non exercetur, nec malefactorum excursus ad reparanda damna civilia vel communia fieri comprobatur, hanc pari consensu volunt et definiunt habere potestatem ut nemo infra terminum XXX dextrorum circa Ecclesias positum quicquam rapere præsumat, nec ulli personæ nocenti aut innocenti malum ingerat, nisi cum ipso termino malefactor damnus intulerit. Hoc excommunicant sub anathemate in perpetuum.

III. Militibus autem majoribus vel minoribus hoc præcipiunt, ut ab hodie usque in nativitatem S. Johannis nullus arma ferre præsumat quacumque de causa, nisi sui solutione Episcopi.

DATA PRIDIE NON. SEPTEMBRIS.

(a) Rectè probat Vaissetius Concilium istud an. 1042 aut saltem 1043 habitum fuisse ex diversis Episcoporum ætatibus. Hac in Synodo sederunt præ Pontificibus Nemausensi, Uceticensi, etc. Legati Archipræsulis Narbonensis, quod

observatu dignum videtur. Hinc promulgatæ sunt in Provinciis Arelatensi, Aquensi et Ebre-dunensi Constitutiones Tulugienses *de Treugâ Domini*.

EX SYNODO HELENENSI SUB OLIBA EPISCOPO

AUSONENSI IN LOCO TULUGIENSI HABITA.

Apud Marca de Conc. Sacerd. et Imp. Lib. IV Cap. 14, pag. 435.

An. 1047.

A NNO Dominicæ Incarnat. [1047,] XVII Kal. Junii, convenit Oliba, Pontifex Ausonensis ad vicem Berengarii Elenensis (a) Episcopi tunc temporis in transmarinis partibus peregrini unà cum Udalchero sanctæ Elenensis Ecclesiæ Archipresbytero, et Gancelino Archidiacono, et Ellemaro Sacriserinio et Coraule, Gauzberto, et cæteris præfatæ sedis Canonicis, cœtumque sacrorum Ducum, catervam quoque fidelium, non solum virorum, sed etiam feminarum. Convenerunt autem in Comitatu Rossilionense, in prato *Tuhjes* Quò cum convenissent, primò rogantes Domini misericordiam ut corda fidelium suorum ad se converteret, mentes quoque et actus dirigeret, dein requisierunt si quæ hactenus à præfatis Episcopis statuta fuerant observarentur. Sed cum penè omnia invenissent nisi solum pedibus conculcata, sed etiam oblivioni dedita, iterum reparare studuerunt eodem tenore quo fuerant hactenus condita. Constituerunt itaque præfati Episcopi simul cum omni Clero et fidei populo, ut nemo in toto supradicto Comitatu vel Episcopatu habitans assalliret aliquem suum inimicum ab hora sabbati (b) nona usque in die Lunis hora prima, ut omnis homo persolvat debitum honorem diei dominico, neque ullo modo aliquis assalliret Monachum cum (vel) Clericum sine armis incedentem, neque aliquem hominem ad Ecclesiam cum (vel) Concilia euntem vel redeuntem, neque aliquem hominem cum sportella proficiscentem, neque aliquem hominem cum feminis euntem, neque aliquis auderet Ecclesiam vel domos in circuitu positas à XXX passibus violare aut * assallire. Hoc autem pactum sive *Treugam* ideo constituerunt, quoniam divina lex et penè omnis Christiana religio ad nihilum deducta, ut legitur, abundabat iniquitas, et refrigescibat caritas. Et ideò præcepimus nos supradicti Episcopus, Clerus simul, et omnis Ordo serviens divinis cultibus, et coram Deo interdicimus ut nullus homo vel femina de suprascriptis aliquid voluntariè temerare vel infringere præsumat, nec invadat res sanctæ matris Ecclesiæ Elenensis sive cæteris Ecclesiis vel Monasteriis, debitas, etc.

* id est, invadere

(a) Helena civitas in Pago Ruseinonensi octo et mille passibus à Perpiniaco distans, clivo superimposita, veteris castrì vestigia retinet, ac Teco (*le Tech*) flumine, etsi mutato veteri alveo, qui urbis mœnia olim alluebat, hic non longè fluente ornatu H. M. P. à Mari. Helenenses per contractionem vocabuli postea dicti sunt Elenenses. Destructum, combustumve et ad nihilum redegerunt opidum Elenense Gallicæ cohortes cum bello adversus Petrum Aragoniæ Regem Marca Hispanica arderet. Helenensem sedem Episcopalem Perpiniacum transtulit Clemens Papa VIII an. 1602, Philippi II Hispaniarum Regis precibus.

(b) Abbreviatum breviusque conclusum tempus *Treugæ*: enimverò à feriæ IV vespertinis horis inchoandum lege Tulugiensi sancitum fuerat.

EX CONCILIO NARBONENSI IX. AN. MLIV.

Lab. T. IX.
Conc. pag.
1072-1076,
et Marca de
Conc. Sac.
et Imp. Lib.
4, Cap. 14.
An. 1054.
* Beziens
* Lodeve
* Carcassone
* Urgel
* Usez

A NNO Dominicæ Incarnationis 1054, Indict. VII. Epacta IX. concur. V. E octavo Kal. Septembris, conventus erat apud urbem Narbonam decem venerabilium Episcoporum, Bernardi scilicet * Biterrensis, et Gonterii Agathensis, et Rostagni * Luctevensis, et Amaldi Magalonensis, Froterii quoque Nemausensis, Guifredi verò * Carcasensis, imò Berengarii Gerundensis, Guifredi Barcinonensis, necnon et Guilelmi Albiensis; inter quos fuere Legati D. Guilelmi * Urgellensis, videlicet, Berengarii, et Ugonis * Uzetensis. Præsidente D. Guifredo prædictæ urbis Archipræsule, cujus industria prædicta Synodus, opitulante Petro-Ramundi (a) Comite, atque Berengario (b) Vicecomite, unà cum Abbatum et Clericorum ac quorundam

(a) Petrus-Raimundus Comes Carcassonensis, natus ex Raimundo I et Garsinda Vicecomitissâ Biterrensi et Agathensi.

(b) Berengarius, Vicecomes Narbonensis, parentes habuit Raimundum et Ricardam.

A nobilium (a) et ignobilium non minima multitudine, ad confirmandam pariter et custodiendam *Tregam* et pacem et dilectionem quam universalis Ecclesia unanimiter instituit, et reformandum ejusdem statum, qui à pravis conculcabatur hominibus, Dominicis obtemperantes jussibus pro temporalibus commodis commissæ sibi plebi impensis, à summo omnium Pastore, ut æterna præmia mereantur adipisci in sæcula

CAP. II. Iterùm mandamus atque confirmamus ipsam *Tregam Dei* quæ à nobis dudum constituta fuerat, et nunc à pravis hominibus disrupta esse videtur, ut firmiter deinceps ab omnibus teneatur. Igitur obsecramus per Deum et moneamus ut nemo Christianorum quemlibet Christianum requirat ad malefaciendum ab occasu solis quartæ feriæ, usque secundæ feriæ illucescente sole . . .

IV. Hanc *Tregam Domini* firmiter custodiri præcepimus . . . Illi autem qui B rebelles extiterint vel transgressores, sive qui auxilium eis in aliquo præbuerint, tandiu anathematis vinculo subiaceant quousque dignè arbitrio proprii Episcopi satisfaciant . . .

V. Si quis autem voluntariè vel scienter hominem occiderit in hac *Treuga* aut apprehenderit, aut castrum cujuslibet tulerit aut destruxerit, aut in . . . indictam *Treugam* insidiando, aut aguitando facere volens comprobatus fuerit, ab omni coetu Christianorum definitum est ut in omni vita sua perpetuo damnetur exilio

VII. Quicumque verò adpropinquante quadragesimæ tempore, sive Ascensionis Domini, qui est *Tregam Domini*, castrum vel munitionem construere voluerit, non illi facere (b) hoc liceat, nisi duas hebdomadas cunctis scientibus ante prædictum tempus incipiant . . .

C IX. Oliveta namque, cujus pignoris in ipso aquarum diluvio pacem legimus terris redditam, et de cujus liquore sanctum Chrisma conficitur, neenon et altaria illuminantur, sub tam firmam pacem statuimus ut nemo Christianorum eam præcidere audeat, vel ad deformitatem truncare, neque earundem fructus rapere. Quod qui fecerit, juxta quod definitum de cæteris, per *Tregam Dei* ea (c) emendet.

X. Oves ergo et earum Pastores eas custodientes similiter in *Treugam Dei* permaneant cunctis diebus in cunctis locis, ita ut nullus Christianus eas deprædare præsumat, neque illas neque illarum Pastores lædere vel invadere. Quod qui fecerit per *Dei Treugam* hoc totum emendet.

XI. Pacem autem à nobis sive à Principibus olim constitutam mandamus sive firmamus ut ab hodierna die et deinceps Ecclesiam nullus hominum D infringat, neque mansiones quæ in circuitu Ecclesiarum sunt et erunt, neque aliquid ex omnibus quæ infra XXX passus sunt Ecclesiæ et erunt, violenter auferre audeat, aut præsumere; nisi Episcopus aut cui ipse jusserit, propter summum censum, aut propter hominem excommunicatum, exceptâ munitione quæ infra prædictos passus XXX Ecclesiæ sita fuerit ad concitandum bella et contentiones . . .

XIII. Reditus verò Synodales nemo laïcorum in opus suum retineat præter consensum Episcoporum vel Clericorum, sed quibus jure debentur omnino restituat.

XIV. Monemus iterùm, ut nullus laïcorum in opus suum retineat primitias, neque oblationes, neque cimiteriorum pretia, neque ova, aut ea quæ ad eos dantur per aspersionem salis et aquæ in Cœna Domini, neque * E Trigintarios qui rectè debentur à Clericis recipi pro Fidelium Defunctorum orationibus, sed Clericis qui eisdem Ecclesiis præsumunt utendos relinquat; nec quicquam ex fevo quod pro eadem Ecclesia tenet minuere præsumat . . .

XVIII. Statuimus autem inter vos de contentionibus terrarum, et de debitoribus et fidejussoribus, Dei autoritate et nostra, ut nemo ex eis vindictam sumat donec ante sui proprii Episcopi et Potestatis cujus ditionis fuerit præsentiam veniens, causam suam exponat, ut alicujus eorum judicio

(a) Hisce in decretis seu Canonibus quæ ex utraque potestate pari consilio emanaverunt, junguntur pœnæ temporales cum spiritualibus. Enimverò non tam Præsulum quàm Principum Regionis Cœtus, Synodus ista meritò censetur.

(b) Ad œconomiam hæc statuta spectant. Se-

eius, induciarum tempore quo nullus offendere poterat, castrum munitionemve construendi pro licito quivis habuisset.

(c) Emendare, id est, mulctam lege vel judicio illatam persolvere.

* les Trentenaires

terminetur atque definiatur. Episcopus autem et Princeps regionis ipsius, A quibus eadem res pertinuerit ad distringendum, noceat resistenti et adjuvet obedientem.

XXVI. Quòd si quis eorundem hominum vel feminarum prædictam pacem ac institutionem præsumptuosè infregerit, et infra XL dies non emendaverit, noverit se tamdiu extraneum à Christianorum consortio et à liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ segregatum, donec ei cui damnum pertulerit duplum restituat, et Potestati illius terræ in qua illud actum fuerit XL solidos emendet: et Episcopo ejusdem terræ emendet, manu propria jurando super altare sedis, aut super quo liberavit, quo Episcopus jusserit, quia amplius emendare non debeat pro transgressione excommunicationis; aut emendet ei XL solidos sine sacramento. . . .

B

PARÆNESIS EPISCOPORUM GALLIÆ AD TREUGAM DEI.

Apud Marten. Tom. I Thes. Anecd. Col. 161.

Circa an.
1042.

IN nomine Dei Patris omnipotentis, et Filii et Spiritûs Sancti. Ragim- baldus Arelatensis Archiepiscopus, cum Benedicto Avenionensi, et Nitar- do Nicensi Episcopis, necnon et venerabili Abbate domno Odilone unà cum omnibus Episcopis et Abbatibus, et cuncto Clero per universam Galliam habitantibus, omnibus Archiepiscopis, Episcopis, Presbyteris et cuncto Clero per totam Italiam commorantibus, gratia vobis et pax à Deo Patre omnipo- C tente qui est et qui erat et qui venturus est.

Rogamus vos et obsecramus omnes qui timetis Deum et creditis in eum et ipsius sanguine redempti estis, ut caveatis et provideatis vos ad salutem animarum et corporum, et sequamini vestigia Dei, pacem habentes ad invicem, ut cum ipso mereamini pacem et tranquillitatem perpetuam possidere. Recipite ergo et tenete pacem, et illam *Trevam Dei*, quam et nos, divinâ inspirante misericordiâ de cælo nobis transmissam jam accepimus, et firmiter tenemus, ita constitutam et dispositam, videlicet ut ab hora vespertina diei Mercurii inter omnes Christianos amicos et inimicos, vicinos et extraneos, sit firma pax et stabilis *Treuva* usque in II feriam, id est, die lunæ ad ortum solis, ut istis quatuor diebus ac noctibus omni horâ securi sint, et faciant quidquid erit opportunum ab omni timore inimicorum ab- D soluti, et in tranquillitate pacis et istius *Treuvæ* confirmati. Quicumque hanc pacem et *Treuvam Dei* observaverint, ac firmiter tenuerint, sint absoluti à Deo Patre omnipotente et Filio ejus Jesu-Christo, et Spiritu-sancto, et de sancta Maria cum choris Virginum, et de S. Michaële cum choris Angelorum, et de S. Petro Principe Apostolorum cum omnibus Sanctis, et fidelibus cunctis, nunc et semper, et per omnia sæcula sæculorum. Qui verò *Treuvam* promissam habuerint, et se sciente infringere voluerint, sint excommunicati à Deo Patre omnipotente, et Filio ejus Jesu-Christo et Spiritu-sancto, et de omnibus Sanctis Dei, sint excommunicati, maledicti et detestati, hîc et in perpetuum, et sint damnati sicut Dathan et Abiron, et sicut Judas qui tradidit Dominum, et sint demersi in profundum inferni, sicut Pharao in medio maris, si ad emendationem non venerint, sicut consti- E tutum est. Videlicet si quis in ipsis diebus *Treuvæ Dei*, homicidium fecerit, exul factus, atque à propria patria ejectus, Jerusalem tendens, longinquum illic patiatur exilium. Si verò in aliis quibuslibet rebus supradictam *Treuvam Dei* et pacem fregerit, examinatus per decreta legum sæcularium, juxta modum culparum cogatur persolvere, et per sanctorum Canonum regulas duplicata pœnitentia judicabitur. Quod ideò dignum ducimus, ut si promissionem illic factam in aliquo corrumpere præsumserimus, mundano et spiritali judicio dupliciter condemnemur. Credimus namque istam causam à Deo nobis coelitùs inspiratam divinâ opitulatione, quia apud nos, ut credimus, nihil boni agebatur, quando à Deo populo suo transmissa est. Dominica certa dies non celebrabatur, sed cuncta servilia opera in ea fiebant.

Col. 162.

A Promisimus itaque Deo ac devovimus quadriduum, ut suprâ diximus, ut V feria propter Ascensionem, VI feria propter Christi passionem, Sabbatum pro veneratione sepulturæ, et ut Dominica resurrectio inviolabiliter celebraretur, ab omnibus rurale opus in ea omnino non fieret, inimicus inimicum non formidaret, secundum auctoritatem à Deo collatam et ab Apostolis traditam. Omnes qui hanc pacem et *Dei Treuam* amaverint, benedicimus et absolvimus, sicut superius dictum est. Illos autem qui contradicunt, excommunicamus, maledicimus et anathematizamus, et à liminibus sanctæ matris Ecclesiæ eliminamus. Cùm autem evenerit cuiquam vindicare in eos qui hanc cartam et *Dei Treuam* irrumpere præsumserint, vindicantes nulli culpæ habeantur obnoxii, sed sicut cultores causæ Dei ab omnibus Christianis exeant et redeant benedicti. Si verò residuis diebus aliquid sublatum fuerit, et in diebus *Treuæ* obviaverit, omnino non teneatur, ne occasio inimico data videatur. Præterea rogamus vos, Fratres, ut in quacumque die apud vos prædicta pax et *Treuva* constituta fuerit, ipsum diem devotè recolatis in nomine sanctæ Trinitatis. Latrones quoscumque de vestra regione ejiciatis, et abominemini, maledicatis et excommunicetis ex parte omnium Sanctorum qui suprâ scripti sunt. Decimas verò vestras et primitias de laboribus vestris Deo offeratis. De bonis vestris ad Ecclesias deportetis pro salute vivorum et defunctorum, ut Deus vos liberet ab omnibus malis in hac vita, et post hanc vitam perducatur ad regna cœlorum, qui cum Deo Patre et Spiritu-sancto vivit et regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

C

CONCILIUM SENONENSE

AB OMNIBUS PROVINCIÆ SENONENSIS EPISCOPIS

CORAM HENRICO REGE HABITUM, ANNO MXLVIII.

Apud Labb. Tom. IX Concil. General. Col. 946.

An. 1048.

D ANNO æræ Christianæ MXLVIII Senonis congregata est coram Henrico Francorum Rege Synodus, cui præfuit Gilduinus Senonensis Episcopus, interfueruntque omnes provinciæ Senonensis Episcopi: Imbertus * Parisiensis, Maynardus Trecensis, Hugo Nivernensis, Herbertus Autissiodorensis, Gualterus Meldensis, et Isambardus Aurelianensis. Quo in concilio Rex et Episcopi, Theobaldi (a) Comitis Trecensis precibus annuentes, foundationem Monasterii (b) sancti Aygulfi in urbe Pruviniensi, à Theobaldo factam, confirmarunt. *Ex Diplomate Henrici Regis, quod exhibemus infra, inter cætera ejusdem Regis Diplom.*

* al. Humbertus

(a) Comes erat Campan. I, Blesensis III, necnon Carnutensis. Ob denegatam (ut narrat Mabil. et historici alii nonnulli) de terris suis Regi Henrico fidelitatem, Rex occupatam urbem Turon. Gaufrido Martello possidendam tradidit. Ab eodem Martello Theobaldus in prælio captus, civitatem Turonicam à majoribus suis acceptam pro Lytro (id est pretio redemptio-

nis) concessit.

(b) Monasterium illud, seu potius Cella hætenus subest Cellensi Monasterio. Exstat in Pruviniensi opido diœcesis Senonensis, ubi antiquitùs Ecclesia erat, S. Aigulfo Abbati Lerinensi et Martyri sacra, quam Theobaldus Trec. Com. à Rege in beneficium tenebat.

MONITUM

IN CONCILIUM REMENSE.

Occasione querelæ de Primatu inter Archiep. Remens. et Trevirens.
necnon decreti quo interdictum *ne quis altaria emeret aut venderet*,
quædam hîc præmittenda censemus.

P *PRIMATES* in universum dicuntur ii qui principem locum in aliquo Collegio obtinent, vel Proceres alicujus gentis. Primates quoque Civitatum et ordinum dicuntur ab Imperatoribus municipales Magistratus. Inde vox ista in Ecclesiasticum usum irrepsit, ad significandam eorum Episcoporum prærogativam, qui Provinciæ suæ Concilio præerant. Hinc Metropolitani Primates dicti sunt. Aliquando Primates Episcopi habiti sunt, qui aliis Episcopis ordinationis tempore potiores essent, etsi ex eo Primatu nulla competeret illis auctoritas. Primates denique dicti sunt illi Episcopi qui plures Provincias et earum Metropolitanos administratione sua complectebantur; qui jure Patriarchico, ipso etiam nomine Patriarchæ fruebantur. Primates trium generum facit Hincmarus: primos, qui sunt Metropolitanis suæ Provinciæ; secundos, qui Metropolitanis aliquot præsent; tertios, summarum sedium Episcopos, qui soli Patriarchæ dicuntur.

Evidentissimè constat, ait Petrus de Marca, Metropolitanos Episcopos, quibus vicaria potestas Romanæ sedis collata est in occidente, nec Primates olim nuncupatos, multò minùs Patriarchas; nec jure perpetuo id beneficium consecutos: sed gratiâ personis singulis indultâ. Eam verò dignitatem sic temperabant olim, ut Metropolitanorum jura nullo pacto infringentur. Post publicationem Epistolarum Pontificiarum emersit Primatum nomen, et institutio civitatibus jure perpetuo affixa; quæ in consessûs prærogativâ, et in judiciis reddendis super appellationibus à Metropolitanorum sententiis, versabatur. Prima Ecclesiarum omnium, quæ illo dignitatis titulo aucta fuit, est Bituricensis Metropolis, cujus incrementa acciderunt ab anno 786, usque ad annum 864.

Is erat in Ecclesia Gallicanâ Metropolitanorum status, ut nulla inter Primates Gallicanos, Belgicos, et Germanicos esset prærogativa, nisi ex tempore ordinationis, teste Hincmaro epistolâ octavâ Cap. 16, qui Aquitanos omisit ob privilegium Bituricensis Episcopi. Quæ disciplina duravit usque ad annum 1079.

In Capitularibus Caroli Magni (Lib. 7 Cap. 439, ap. Baluz. E Tom. I, Capit. Col. 1122). Lex affertur: Nulli alii Metropolitanis appellantur Primates, nisi illi qui primas sedes tenent, et quos Sancti Patres Synodali et Apostolica auctoritate Primates esse decreverunt. Reliqui verò qui alias Metropolitanas sedes sunt adepti, non Primates, sed Metropolitanis vocentur. Ubi, observat Baluz. (Tom. II, Col. 1240) duo Metropolitanorum genera constituuntur. Primi ordinis Metropolitanis vocantur Primates, quia primas sedes tenent, id est, opinor, civitatibus præsent quæ in veteribus notitiis

A *primum locum tenent, ut Lugdunum inter Provinc. Lugdun. Trever. inter Belgicas, etc. Et tamen Hincmarus, qui Belgicæ II Metropolitanus erat, se Primatem esse contendit et unum de primis Galliæ Primatibus. Vid. Flodoard. Lib. 2 Cap. 17; et Lib. 3, Cap. 10.*

Anno circiter 508, à Symmacho Papa, non ab Hormisda, ut placuit Hincmaro, vicariatum universæ Francorum ditionis accepit S. Remigius, quod genus Primatiæ penes ipsum solum resedissee, nullâ successorum suorum habitâ ratione, post Cointium censent auctores Gall. Christ. nov. T. IX. col. 11. Vid. Ludov. Thomass. Discipl. Eccles. Part. II, Lib. II, Cap. 7, T. I, pag. 15, Edit. an.

B 1679. *Carolus Magnus Tilpino pallium per Legatos et literas suas obtinuit ab Adriano I Papa, qui novo privilegio antiqua jura Ecclesiæ Remensis confirmavit literis, anno, ut conjectat Cointius, 775 scriptis, quibus decernit ut Remensis Ecclesia, quemadmodum antiquitus fuerat, Metropolis permaneret, ac suæ dioceseos, id est Belgicæ secundæ seu Remensis Provinciæ esset Primas. Ex quibus satis apparet Primatis denominationem ab Adriano adhibitam, ne quid auctoritatis in Archiep. Remensem sibi vindicare præsumeret Archiep. Treverensis, tanquam primas utriusq. Belgicæ. Gal. Christ. ibid. col. 30. Idem sentit Thomassin. Discipl. Ecclesiast. Part. 3,*

C *Lib. I, Cap. 5, T. II, pag. 17.*

Regula, quæ primæ Provinciæ Metropolitanos secundæ Provinciæ exæquat, vigeat in Galliis tempore Hincmari Remensis Archiepiscopi, qui solâ ordinationis serie Treverensem primæ Belgicæ Metropolitanam, et Remensem secundæ Belgicæ inter se differre [docet, duobus locis apud Flodoardum. Alter est Lib. 3, Hist. Remens. Cap. 13, in epistola ad Nicolaum. « Inter Remensem et Treverensem Ecclesiæ, has enim duas tantum Provincias Belgica Regio habet, hæc semper distinctio fuit, sicut in Ecclesiasticis monumentis invenimus, et vetustissimam consuetudinem semper obtinuisse comperimus, ut isdem Episcopus non loci sed dignitate ordinis prior secundum sacras regulas haberetur, qui foret in qualibet istarum Ecclesiarum Metropoli antea ordinatus ». Idem Hincmarus in epistola ad Ludovicum Regem, apud Flodoard. Lib. 3, Cap. 20. « Ecclesiæ Remensis et Treverensis Comprovinciales atque sorores, et ex auctoritate et ex antiqua consuetudine habentur: eâ conditione, ut qui prior earum fuerit episcopus ordinatus, prior etiam habeatur in Synodo, sibi mutuo consilio et auxilio foveantur atque fulciantur ». Vide Petr. de Marca de Primatu Lugdunensi et cæter. Primatibus.

E *Multa conquestus fuerat Manasses I apud Gregor. VII de Legatis Viennensi, Diensi, Laudunensi, et Ambianensi Episcopis: unde, (aiebat) propter talium pudendas reprehensiones et vocationes, mihi, qui totius Galliæ Episcopus debeo convocare, liceat confidere de vobis sine Legatorum vocatione, donec ad Pascha veniam ad vos. Ad privilegia quibus ille nitebatur, respondit Gregor. an. 1078. Possunt quædam in privilegiis pro re, pro persona, pro tempore, pro loco concedi; quæ iterum pro iisdem, si necessitas, vel utilitas major exegerit, licenter valeant*

commutari . . . Privilegia siquidem non debent SS. Patrum aucto- A
ritatem infringere , sed utilitati S. Ecclesiæ prospicere . . . Remen-
sis etiam Ecclesia quodam tempore Primatui subjacuit. *Vid. Gall.*
Christ. nov. Tom. IX. Col. 73 , et Ludov. Thomass. Discipl. Eccles.
Part. IV. Lib. I, Cap. XI, Tom. II, pag. 45.

Remensem Ecclesiam omnium Regni Ecclesiarum caput appellat
Gerbertus. Earum matrem nominat Carolus Rex. Alii aliis verbis
insignes sedis B. Remigii , Regum et gentis nostræ Apostoli et Pa-
troni , prærogativas expresserunt. Remensem Archiep. Diadema
regni , etc. possidere fatetur Yvo Carnotensis. Unde ex S. Bernar-
do, coronam Regis capiti, quod singulis festis tunc fieri solebat, B
ubique Galliarum in Ecclesiis quibuscumque imponebat ex sedis
sux privilegio. Primatum Remensi Ecclesiæ in universas Gallias à
B. Petro collatum fuisse scribit Fulco Hinemari successor , quam di-
gnitatem alii ad S. Remigii Vicariatum Apostolicum malunt referre.
Hodie Remensis Antistes S. sedis Apostolicæ Legatus-natus et Gallia-
rum Primas nuncupatur , et inter regni Procere primi Franciæ Du-
cis ac Paris titulo ac prærogativis gaudet. Mabillon. Act. SS. Ord.
S. Bened. Sæc. 6, Part. I, pag. 720.

Altar. re-
demptio

Precariâ possessione bonorum Ecclesiasticorum Laicis hominibus
per Reges Francor. 3. stirpis permissâ , non solum fundi et villæ, C
sed etiam Ecclesiæ ipsæ , in beneficium illis concessæ sunt. Eccle-
siarum nomine oblationes , decimæ , aliique redditus , data et concessa
intelligebantur. Tunc Ecclesiæ eo jure possessæ sunt , quo cætera bene-
ficiæ sive feuda : adeo ut tandem in heredes quoque transierint , et ex-
positæ sint hominum commercio. Ne tamen Sacramentorum celebratio
à Laicis Ecclesiarum possessoribus pendere videretur , inducta est
nova quædam verborum distinctio , ita ut in una eademque domo pars
una Ecclesia diceretur , quoad Laicorum jura ; et Altare , quoad juris
spiritualis administrationem. Hanc observationem debemus Abboni
Floriacensi , qui cæsus est anno 1003, in apologetico quod scripsit D
ad Reges Hugonem et Robertum. Ejus verba relata leges ad pag. 330
Tomi nostri X.

Frequentes occurrunt eo tempore factæ à Principibus et nobiles
viris piæ donationes , vel etiam venditiones vili pretio , quibus Ec-
clesiæ hujus vel illius loci, Episcopis , Capitulis , et Monasteriis de
novo conditis conferuntur , ut fidem faciunt universa Ecclesiastica ta-
bularia. Collatæ in Monasteria donationes Ecclesiarum , minùs gratæ
erant Episcopis , qui bona sua in alios transferri iniquum esse du-
cebant. Itaque variis Synodis et Romanorum Pontificum decretis
prohibitum est , ne ullus Laicus decimas suas , aut Ecclesiam , aut E
quidquid Ecclesiastici juris est , sine consensu Episcopi , vel Ro-
mani concessione Pontificis , Monasteriis aut Canonicis offerre
præsumat. Verba sunt Synodi Melfitanæ sub Urbano II anno 1090 ,
quæ antiqua interdicta renovavit.

Ex necessitate consensûs , lucri occasionem sumpserunt Episcopi
quidam , certâ pecuniæ summâ sibi depensâ , velut resarciendi damni
colore, Monasteriis permittentes , ut Vicarii quidam , altarium mi-
nisteria peragerent , Monachi verò redditus Ecclesiarum perciperent ,
alimentis

- A** alimentis Vicario præbitis : eâ tamen lege adjectâ ut quandocumque Vicarius decederet , alter à Monachis sufficeretur, eâdem solutione pecuniæ ergâ Episcopum defunctis. Vicarii illi, Personæ dicebantur trito tunc vocabulo ; et solutiones illæ pecuniariæ, Altarium redemptiones. Quæ vox petita ex beneficiorum , seu feudorum usu , in quibus invaluerat , ut Domino certa pecunia penderetur pro nova investitura , quæ hæredi ultimi possessoris concedenda erat. Quod emolumentum Redemptionis nomine Galli significabant , et hodie significant. Altarium redemptiones dicebantur certæ quædam præstationes , quæ dabantur Episcopis , quotiescumque Ecclesiarum , quæ
- B** Monachorum juris erant , Personæ mutabantur. Nam cùm Ecclesiæ omnes ad Episcopos pertineant , uti habent concilia et Synodi , eas illi interdum Monasteriis aut Capitulis Canonorum donabant , aut à fundatoribus donari permittebant ; retentâ eâ præstatione , quæ redemptio altaris dicta est , veluti in signum dominii , quod Ecclesia matrix sibi reservabat , atque adedò reservatis ipsis Ecclesiarum decimis. Nam si altaria Congregationibus Canonorum vel Monachorum per personas darentur , mortuis personis , in manus Episcoporum redibant , nisi essent per eorum scripta vel privilegia confirmata. Hinc personaliter tenere dicebantur qui sub annua præstatione , Altarium redemptio dicta , beneficia Ecclesiastica possidebant : impersonaliter verò , qui ea obtinebant libera à personatu. Cang. Nov. Edit. ad voces , Persona , Redemptio. In Synodo Atrebatensi an. 1097 habita , cui dicecesani Abbates interfuere , Lambertus Episcopus S. Amandi Elnonensi Monasterio confert duo altaria, Scaldinii scilicet ac Lurcii , quæ ad id tempus personaliter, id est ad singularum personarum seu pastorum mutationem , cum certo censu tenuerant Monachi , deinceps impersonaliter obtinerent : ea conditione , ut defunctis Presbyteris , alii eorum loco idonei ab Abbate ad Episcopum deducantur , eisque animarum cura ab Episcopo gratis
- D** concedatur . . . Obedientiarius verò altarium supradictorum Monachus Synodis semper intererit. Mabill. Annal. Bened. Tom. V , p. 387. Concessio autem altarium dupliciter fiebat ab Episcopis , aut retentâ penes se altaris dispositione ; ita ut mortuo Vicario liberum esset omnino Episcopo , indulgere Monasteriis substitutionem Vicarii , vel eam improbare : aut ita ut perpetua esset penes Monasteria Vicarios substituendi facultas , soluto redemptionis precio , cedente quandocumque , vel decedente Vicario. Itaque primo casu , obeunte Vicario , altaria potestati liberæ Episcopi reddi debent : secundo autem casu , à Monasteriis perpetuò retinentur per Vicarios , seu magis per Perso-
- E** natum. Hujus speciei exemplum peti potest ex litteris Radbodi Noviomensis Episcopi , datis anno 1088 , quibus altare perpetuo sub personatu tenendum concedit , eâ conditione adjectâ , ut in festo SS. Simonis et Judæ tunc proximo , ejusdem altaris persona Episcopo , seu ejus Vicario , decem solidos solvat. Personâ verò mortuâ , seu quacumque occasione à personatu illo decedente , alia subrogetur persona , quæ in sua restitutione decem similiter solidos solvat (a).

(a) Vid. Petri de Marca dissertationem ad Can. VII Concil. Claromont. Ex ipsâ siquidem multa desumpsimus hic notata.

Et hæc est altarium emptio seu redemptio in Concilio Remensi damnata. De qua agemus etiam in sequente Tomo, ubi de Concilio Claromont. celebr. an. 1095.

CONCILIIUM REMENSE

CELEBRATUM A B. LEONE IX SUMMO PONTIFICE

POST DEDICATIONEM ECCLESIAE S. REMIGII.

B

An. 1049

Apud Mabill. Act. SS. Ord. S. Bened. Saecul. VI. Part. I, p. 720. Et apud Labb. Concil. General. Tom. IX, Col. 1036.

DIE verò altera (Dedicationis), quæ est quinto Nonas Octobris, congregati sunt in memorata Basilica (S. Remigii) Episcopi videlicet numero viginti, cum quinquaginta ferè Abbatibus, et aliis ecclesiastici ordinis complurimis. Ubi statim vetus querela inter Remensis et Treverensis Archiepiscopi Clericos est renovata: his adstruentibus quia Remensis Primas esset in Gallia, ideoque illi dispositio competeret Synodica: è contra verò illi Archiepiscopo Treverensi eandem dignitatem conabantur adscribere, primamque sedem post Romanæ Ecclesiæ Præsulem in celebrando Concilio acquirere. **C** Domnus autem Papa non arbitratus opportunum tempus, quo his rationibus imponi valeret congruus finis, sed potius metuens hujusmodi controversiam prorumpere ad scandalum contentionis; in modum coronæ sedilia Episcoporum disponi, et in medio eorum suæ sedis suggestum præcepit locari, cujus ordinationis modum ex arbitrio Remensis Archipræsulis sanxit administrari... Domnus Papa sacerdotalibus quasi ad celebrandam Missam infulus redimitus, processit ex oratorio S. Trinitatis cum Cruce et Evangelii libro... Considerunt omnes, ordine quo Remensis Archipræsul disposuit, Domnus quidem Papa in medio chori, verso vultu ad sepulchrum B. Remigii, ante oculos autem ejus, ad orientalem plagam, * Remensis in dextera, * Treverensis verò in parte resedit sinistra. Post Remensem deinde... resederunt Beroldus Suessionensis, Drogo Morinensis, Rollandus * Silvanectensis, Adal- **D**bero Mettensis; ad meridianam autem plagam, Aylenardus Archiepiscopus Lugdunensis, Hugo Lingonensis, Joffridus Constantiensis, Ivo Sagensis (a), Herbertus Lisoiensis *, Hugo Bajogaecensis, Hugo Avringensis, Theodericus Viridunensis; ad septentrionalem verò plagam, Hugo Archiepiscopus Vesontionensis, Hugo Nivernensis, Eusebins Andegavensis, Pudicus * Nannetensis (b) Episcopus Anglorum (c), et Johannes Portuensis *. Post quorum terga in modum similiter Coronæ resederunt Abbates hoc ordine: domnus scilicet Abbas S. Remigii Herimarus, domnus Hugo Cluniacensis, Sigefridus Gorziensis, Folco * Corbiensis, Robertus Prumiensis, Rainoldus S. Medardi, Girvinus S. Richarii, Godfridus Verzelliensis, Arnoldus Pultariensis, Rodulfus Mosomensis, Oylardus Cathalaunensis, Milo Dervensis, Norgaudus Altvillarensis, Albertus S. Theoderici, Stephanus S. Urbani, **E** Wlfrius S. Augustini Cantuariensis, Alwinus (d) S. Benedicti de terra An-

* Wido
* Eberhardus
* al. Frol-
landus

* seu Lexo-
viensis

* vel Budicus
* de Porto

* Fuleo Cor-
biensis

(a) Guillelmus Gemeticensis Ivonem Sagien-
sen hoc in Concilio à Leone redargutum dicit
ob combustionem Eccles. Sag. Quod minimè
legitur in Actis ab Anselmo datis. *Vid. Hist. Will.
Gemet Lib. 7. Cap. 15, pag. 42. huj. Vol.*

(b) In Episcoporum Namnetensium Catalogo
omissus est à Sammarthanis Pudicus. Vid. quæ
de illo ex Chronico Ecclesiæ Namnet. refert Pe-
trus Lebaud in Hist. Britan. Cap. 22, ubi eum
Gualterii Episcopi filium dicit. *Mabill. ibid. p. 721.*

(c) Ex fragmento libri foundationis Monaste-
rii Ramesiensis in Angliâ, quod edidit Spelman-
nus Tom. I. Conciliorum Anglican. ad an. 1049,

discimus Papam Leonem, non solum Gallia,
sed etiam aliarum gentium Episcopos ad Concil.
Remense convocasse. Unde non mirum est. si
passim à vetustis auctoribus *Concilium Generale*
nuncupetur. Discimus et nomen Duduci seu Du-
duconis, qui Concil. Rem. cum duob. Abbat.
Anglis, mittente Edwardo (III) Rege, adfuit.
Hic Duduco inter Wellenses (*de Veli*) antistites
decimus-quartus numeratur. *Id. ibid. pag. 712.*

(d) Abbas Ramesiensis in agro Huntidonensi,
cujus Cœnobii Ecclesiam consecrarunt S. Duns-
tanus Archiepisc. Cantuariensis, et S. Oswaldus
Eboracensis an. 974.

A glorum; deinde ceteri, qui... simul fuerunt numero ferè quinquaginta.

Quibus ita residentibus... Petrus S. Romanæ Ecclesiæ Diaconus, (sermonem habuit) de multis illicitis, quæ contra Canonum instituta in Gallicis finibus exercebantur: id est de simoniaca hæresi, de ministeriis ecclesiasticis, et altaribus quæ à laicis tenebantur, de pravis consuetudinibus quæ ab eis in atriis Ecclesiarum accipiebantur, de incestis conjugii, et eis qui legitimas relinquentes uxores, adulterinis iterum nuptiis implicabantur, de Monachis et Clericis à sancto proposito et habitu recedentibus, item de Clericis mundiali militiæ studentibus, de rapinis, pauperumque injustis captionibus, de sodomitico vitio, et quibusdam hæresibus, quæ in eisdem pullulaverant partibus...

B Habitus est sermo de Episcopis, qui invitati ad eandem Synodum venire non luerant, nec aliquod indè suæ excusationis scriptum illò transmiserant. Unde... pœnâ damnati sunt excommunicationis, cum omnibus illis, qui ipsius Papæ formidantes adventum, hac de re profecti erant in expeditionem Regis. Nominatim verò Senonensis * Archiepiscopus, Belvacensis *, et Ambianensis * Episcopus; sed et Abbas S. Medardi, quia absque licentia recesserat à conventu Concilii. Excommunicatus est etiam sancti Jacobi Archiepiscopus Galliciensis, quia contra fas sibi vindicaret culmen Apostolici nominis. Post hæc... plurima SS. Patrum decreta, quæ jam per incuriam pro nihilo habebantur, præcepto suæ autoritatis renovavit, et multa quæ in Gallicana Ecclesia exercebantur illicita, ne fierent ulterius, sub anathemate prohibuit... *Contra hæc XII Canones edidit.*

* Gilduinus
* Drogo
* Fulco II

C Et quia novi hæretici (a) in Gallicanis partibus emerserunt, eos excommunicavit... Excommunicavit etiam Comites Angelrai *, et Eustacium propter incestum, et Hugonem de Braima, quia legitimam uxorem dimiserat, et aliam sibi in matrimonio sociaverat. Interdixit et Balduino Comiti Flandrensi, ne filiam suam Willelmo Normanno nuptui daret, et ei ne eam acciperet. Vocavit etiam Comitem Tetbaldum, quoniam suam dimiserat uxorem; vocavit et Gozfridum Andegavensem usque ad Synodum futuram Moguntiæ, ibi excommunicandum, nisi relaxaret quem captum tenebat dominum Gervasium, qui tunc erat Præsul sedis Cenomanicæ; postea verò ab eisdem tyranni potestate exemptus, Widone Archiepiscopo defuncto, à Rege Francorum Henrico subrogatus est ad regimen Remensis Ecclesiæ. Excommunicavit denique illos, de quibus proclamationem fecerant Compendienses Clerici, propter quorum injustitiam illuc detulerant corpus S. Martyris Cornelii; eos quoque, qui ab eadem Synodo redeuntibus aliquid inferrent impedimenti. Privilegium autem quod fecerat S. Remigio, ibidem in conspectu omnium recitatum confirmavit, et constituit omni tempore, sicut scriptum continebatur, inviolabiliter conservari, sicque datâ benedictione Concilium solvit; (quod) trium dierum continuatione (celebravit) millesimo et quadragésimo nono anno felicissimæ Incarnationis Domini nostri Jesu-Christi.

* Engelrai

(a) Quinam sint novi illi hæretici disertè non exprimit Concilium. Non alii videntur, quàm Manichæi, qui toto illo sæculo Galliam et Germaniam infestarunt. Necdum enim satis propa-

latus erat tunc Berengarii error, nec in apertam hæresim ante Concilia Romanum et Verceilense anni sequentis erupit.

MONITUM HISTORICUM IN CONCILIUM TURONIS

IN PROVINCIA LUGDUNENSI

Per Hildebrandum (a) Subdiaconum Apostolicæ sedis Legatum an. MLV. celebratum.

An. 1055.

CONCILII hujus meminere Chronica Vindocinense et Malleacense iis verbis : An. (b) 1055 *Synodus facta est Turonis*. Illud Bartholomæi Turonensis Archiepiscopi temporibus habitum fuisse narrat vetus Historia in Tabulario S. Martini Turonensis, quæ quidem Historia Hildebrandum sic loquentem inducit : « Ego autem memini aliquandò tempore Victoris Papæ » Turoni moras fecisse in diebus Bartholomæi Archiepiscopi ad discutiendam » causam fratris nostri B. » (id est *Berengarii*.)

De eo Concilio Willelmus Malmesburiensis, suprâ pag. 191 « Sodalitati Catholicæ timens sanctissimæ memoriæ Leo Papa Vercellis contra eum (Berengarium) instituto Concilio tenebras nebulosi erroris Evangelicorum testimoniorum fulgore depulit ; sed cum post obitum ejus virus hæreseos in finibus quorundam nebulonum diu confotum iterum erumperet Hildebrandus cum (c) Archidiaconus esset, Turonis (d), mox Papa Romæ, adunatis Conciliis convictum ad dogmatis sui anathema compulit ».

De eadem Synodo Turonensi hæc habet Anonymus Chiffletianus in opusculo de multiplici Berengarii damnatione an. 1088 composito : « Victor quodque Papa et in sede et in auctoritate successor S. Leonis Papæ, misso Legato in Gallias, venerabili, inquam, Hildebrando tunc Archidiacono, sed nostri temporis Apostolico, generalem (e) Synodum Turonis congregavit, in qua ipse Berengerus accepta optione defendendi se, cum se penitus defendere non posset, sub jurejurando propriam hæresim anathematizavit et communem sanctæ Ecclesiæ fidem de veritate Corporis et Sanguinis Domini se deinceps servaturum sub eodem juramento promisit ».

Hujus etiam Concilii Eusebius, alio nomine Bruno, Andegavensis Episcopus meminit in Epistola ad Berengarium circa annum 1062, illudque inter alia duo collocat, quorum unum apud Turones à Gerardo Legato, alterum in Andegavensi civitate ab Archiepiscopo Vesontionensi habitum est.

Auctoritate hujusce Synodi per Hildebrandum mandato apostolico congregatæ, Berengarium post detestationem et abjurationem hæreseos, catholicæ fidei professionem in manus Hildebrandi edidisse, scriptor hujus temporis Guitmundus Aversanus Archiepiscopus testatur his verbis : « Turonis item generali » aggregato Concilio, præsentem tunc venerabili Papa Gregorio, Romano tunc » Archidiacono, panem et vinum in sacrificio Domini non umbraticè, sed » verè Christi carnem et sanguinem fieri, dato propriæ manûs Sacramento

Lib. 3. de
Sacram.

(a) Hildebrandus, natione Thuscus, patria Soanensis, Monachus Benedictinus Congregationis Cluniacensis, à Leone IX primùm Subdiaconus, mox S. R. E. Oeconomus ordinatus, ac Monasterio S. Pauli Prælatas, ut refert Paulus Bernricidensis in ejus vita apud Bollandum ad diem 25 Maii, à Nicolao II an. 1059 creatus Diaconus Cardinalis primò, et paulopòst Archidiaconus factus, et an. 1073 in Apostolicum electus, Gregorius VII dictus.

(b) Vel, ut voluit Bertholdus an. 1056 ; quæ datæ conciliantur, si Concilium hiemali tempore celebratum fuerit. Alii enim novum annum Kalendis Januarii ; alii in die Paschatis inchoant.

(c) Guitmundus, Anonymus Chiffletianus, Will. Malmesburiensis, Joannes Bromptonus, Nicolaus Aragonius, et alii plurimi asserunt Hildebrandum fuisse tunc Romanæ Ecclesiæ Archidiaconum ; at tantummodò Subdiaconum, disertè in litteris ad Nicolaum II Pontificem

Lib. 1, Epist. 9. testantur Petrus Damian, necnon Leo Ostiensis, cui astipulantur Baronius, Labbeus, Pagius, etc.

(d) Duo Concilia in Gallias ab Hildebrando celebrata affirmant multi et magni momenti Auctores ; unum Lugduni contra simoniacos. alterum Turonis contra Berengarium. At incertum manet, et silent multo plures, primum quod contendunt Concilium. Fuit reverà in Provinciâ Lugdunensi, urbe non notatâ, Synodus cui Hildebrandus præesset : cum autem Turones civitas intra Lugdunensem Provinciam stet, non immeritò factum dicitur in illâ.

(e) Generale exstitit Concilium, id est ex totis Gallias aggregatum, et fortè ex finitimis regnis, quod satis superque innuunt graves querelæ Henrici Imperatoris in Ferdinandum diademam Imperii in Hispaniis sibi arrogantem delatæ. Verisimile quippe est tantas lites Imperatorem non tulisse ad Synodum cui soli Galli Præsules adfuissent.

A » Berengarius confirmavit ». Et iterum : « Inde Romana Ecclesia per beatum » Leonem Papam Berengariana figmenta mox in suo exortu damnavit. Deinde » per hunc ipsum qui nunc præest Gregorium Papam, tunc Archidiaconum » Romanæ sedis, in CONCILIO TURONENSI convicit; ipsumque Berengarium, » ut videbatur, correctum, ac propriæ manûs Sacramento satisfacientem clemen- » ter suscepit ».

Lanfrancus agens contra Berengarium testatur idem his verbis : « Quæ S. » Leonis sententia non effugit successorem quoque suum felicitis memoriæ » Papam Victorem; sed quidquid de hac re seu ceteris ipsis statuit, statuive » præcepit, hoc etiam iste suâ atque omnium Conciliorum (a) suorum au- » toritate firmavit. Denique in CONCILIO TURONENSI, cui ipsius interfuere » Legati, data est tibi, Berengari, optio defendendi partem tuam. Quam » cum defendendam suscipere non auderes, confessus coram omnibus com- » muni Ecclesiæ fidem, jurasti (b) te ab illa hora ita crediturum, sicut » in Romano Concilio te jurasse, est superius comprehensum ».

Quæ omnia eisdem verbis scribit Milo Crispinus, et in Chronico suo ad an. 1056 confirmat Bertholdus Presbyter Constantiensis, meminereque Hermannii Chronicorum continuator, Durandus Troarnensis Abbas Lib. 4. part. 9. et Order. Vitalis lib. 4. « Lanfrancus, inquit, . . . profundissimis disputa- » tionibus Berengarium Romæ, Turonisque palam evicit » omnemque hæresim » anathematizare, scriptoque veram fidem profiteri exegit ».

C Huic item Synodo proposita fuit querela Henrici III. Imperatoris ad- versus Ferdinandum I cognomento et virtute Magnum, Castellæ ac Legionis Regem, de titulo Imperatoris Hispaniæ, quem uti suus pater Sancius Magnus sibi vendicabat. Verùm esse suæ dignitatis injuriam et Augustæ Majestatis rebellionem censuit Imperator Henricus. Hinc titulum à præsentis synodo per Legatos suos postulavit exsufflari, et Ferdinandum, ceterorum in Occidente Regum more, à tanto nomine abstinere per censuras et interdicta cogi. Res ardua. Equidem Patres Concilii sciebant Victorem Pontificem Henrico quasi patrem fuisse, et ut hominem Suevum favere Imperio. Legatus verò Hildebrandus, utpote Cluniacensis, cui Hispaniarum Reges semper fuerunt devotissimi, Cœnobii Monachus, malebat scabrosam quæstionem tractari alio loco et tempore; ideòque ipsam, communicato cum Patribus consilio Pontifici remisit; intereà, haud dubiè ex præsentis Synodi decreto, jubendo Regi ut Imperatoris titulum suspenderet, illumque non resumeret nisi ex Pontificis præscripto probataque lite.

D Hispani interim non minùs Germanicum typhum, quàm Saracenicam aver- sati servitutem, ad Apostolicam sedem destinarunt solemnès nuncios, supplicantes sibi mitti Apostolicum Legatum, coram quo avitæ suæ dignitatis fundamenta producerent: et legatus fuit Rupertus ad sanctam Sabinam Cardinalis Presbyter, coram quo plenam victoriam fuisse ab Hispanis obtentam affirmat, ac demonstrare conatur Joannes Mariana. Quod an verum sit, ignoro et hæreo. Verùm enimverò nullus authenticus scriptor magnum Ferdinandum deinceps titulavit Imperatorem totius Hispaniæ, sed solius ulterioris Hispaniæ Monarcham; nec mirum quando anno 1057 lite vix finitâ mortuus est. Qui verò titulus in eo fortè suspensus fuerat, in Alphonso ejus nepote, quibusdamque aliis Hispaniarum Regibus aliquando re floruit. Aliter hæc acta fuisse narrat Baronius (c) ex ipso Mariana, sed profectò contra fidem Historiæ et ipsius Marianæ narrationem.

(a) Hinc quidam inducunt in hæc Synodo omnia Leonis IX adversum simoniacos, incestuosos, Ecclesiasticæ substantiæ raptores et conjugatos Clericos decreta fuisse renovata atque firmata. At verisimilius est ista dici de Victore qui sua et Conciliorum quæ celebravit auctoritate, firmavit, quidquid de Berengario aliisque rebus Leo IX statuerat.

(b) His patet Berengarium in Concilio Turonensi professionem veræ fidei fecisse, quamque scripsit et juravit. Sub qua autem formula, quibusve verbis eam fecit professionem, nemo est qui referat. Suspicio illam esse quam Mabilonius ex quodam veteri Codice Ms. cujus quidem Codicis autorem ipsum Berengarium facit, existi-

matque ex levissima conjectura editam in Concilio Romano anni 1078, atque legit in hunc modum: « Profeitor panem altaris post consecrationem esse verum corpus Christi, quod » natum est de Virgine, quod passum est in cruce, » quod sedet ad dextram Patris; et vinum altaris, postquam consecratum est, esse verum » sanguinem qui manavit de latere Christi. Et sicut » ore pronuntio, ita me in corde habere cou- » firmo. Sic me adjuvet Deus et hæc sacra ».

(c) Siquidem ille refert, Lib. 9. Cap. 4, de liberatione habitâ multos censuisse Pontificem esse obaudiendum, ab Imperatorioque nomine Ferdinandum debere abstinere, sed tandem fuisse conclusum à jure suo non esse cedendum,

Præterea in hoc Concilio districtius actum est in simoniacos ceterosque A
 Episcopos diversis criminibus involutos : « Interea illud etiam quod Hilde-
 » brando, inquit Petrus Damiani, Romanæ Ecclesiæ Archidiacono referente
 » didicimus, hęc inserere operæ pretium judicamus. Nam cùm adhuc Sub-
 » diaconatûs dumtaxat fungeretur officio, à Victore Papa Apocrisarius ad
 » Gallias destinatus, Synodum congregavit, in qua videlicet sex (a) Episco-
 » pos diversis criminibus involutos, ex Apostolicæ sedis auctoritate deposuit,
 » inter quos quidam erat Episcopus, qui quoniam per simoniacam hære-
 » sim ad Episcopatûs culmen irrepserat, Spiritum sanctum verbis exprimere,
 » quibuscumque tentaret nisibus non valebat. Et quidem Patrem et Filium
 » expeditè satis ac facilè proferebat : ad Spiritum verò sanctum cùm perve-
 » nisset, mox lingua balbutiens tandem rigida (b) manebat. Meritò siqui-
 » dem Spiritum sanctum, dum emit, amisit ; ut qui exclusus erat ab anima B
 » procul esset consequenter etiam à lingua. Hac igitur difficultate convictus,
 » Episcopale decarceravit * officium ». Hęc Petrus. Eadem iisdem fermè ver-
 bis refert Willelmus Malmesburiensis, pag. 187 hujus Tomi.

* renuncia-
vit

ipsunque armata manu esse asserendum. Baro-
 nius innuere etiam videtur, sed nullo argu-
 mento allato, et contradicentibus cœvis scrip-
 toribus, Victorem II Concilio Turonensi ad-
 fuisse, ibique unà cum Patribus decretum in
 Ferdinandum edidisse, ipsius Conciliique no-
 mine Legatos qui statutum ad Hispanum ferrent,
 ab urbe Turonis missos fuisse. Quidquid sit de Baro-
 nioi oscitantis quas sequuntur Labbeus et Har-
 duinus, Imperatoris titulum resumpsit Ferdi-
 nandi nepos Alphonsus VII, ut patet ex scripto-
 ribus sive Hispanicis sive Gallis et Angligenis.
 Ex quibus videsis imperialem non solummodò
 titulum, sed et benedictionem Hispanis Regi-
 bus olim fuisse, ante et post Concilium Turo-
 nense, decretumque ejus floccifecisse, quid-
 quid in contrarium dicat Baronius, nec imme-

ritò quia summi Pontificis Conciliorumque non
 est de statu Regum decernere : verùm à tantis
 titulis jamdiù excidere Hispani.

(a) Quarum urbium illi sex fuerint Episcopi
 Petrus non meminuit. Fuisse plures qui ab Hil-
 debrando degradati potioribus locum dederunt,
 dicit Malmesburiensis, numero non expresso.
 Nicolaus verò Aragonius ait (idque omnem fi-
 dem superat) quòd præter alios Praelatos Ecele-
 siarum viginti septem, Episcopi quadraginta
 quinque simoniacos se esse professi sunt, et suis
 honoribus absque ulla alia accusatione renun-
 ciaverunt. C

(b) Hæremus tandem, quid de illâ historiâ
 sentiendum sit, cùm non conveniant inter se
 testes, nullusque de visu testetur.

EX CONCILIO TURONENSI AN. MLV.

Apud Labb. Tom. IX Concil. pag. 1081.

An. 1055.

.... AD HANC Synodum Henricus Imperator suos Legatos misit, per D
 quos conquerebatur, quod Ferdinandus Magnus Castellæ ac Le-
 gionis Rex, detrectaret Romano Imperatori parere, sibique contra jura mo-
 remque majorum nomen Imperatoris arrogaret. Quæ cùm inusitata essent,
 petebat per eosdem Legatos, eum, si non monitus à cœptis desisteret, ex-
 communicatione percelli, universamque Hispaniam ipsi subjectam interdicto
 subijci. Petitionem Imperatoris justam esse patres Concilii, unà cum Victore
 Pontifice, judicarunt : ideòque Legatos quosdam deputarunt, qui ad Fer-
 dinandum Regem profecti, eum à cœptis desistere monerent, simulque
 eidem intimarent, quod si decreto Pontificis et Concilii non obtemperet,
 excommunicationis et interdicti sententias metuere debeat. Hęc legatione
 auditâ Rex Episcopos et Principes regni convenire, quidve Legatis respon-
 deri debeat, in consultationem vocari præcipit. Quod cùm factum esset, E
 potiori parti visum fuit Romano Pontifici obediendum : adeòque nomine
 Imperatoris et rebellione abstinendum esse. Huic sententiæ Rex Ferdinandus
 acquiescens, respondit Legatis se effecturum quod sedes Apostolica præ-
 cepisset.

A

OBSERVATIONES PRÆVIÆ IN SEQUENTIA CONCILIA

DE MULTIPLICI BERENGARII DAMNATIONE, FIDEI PROFESSIONE,

ET RELAPSU, DEQUE EJUS POENITENTIA.

VARIIS Conciliorum decretis damnata est Berengarii hæresis, varias etiam fidei formulas Berengarius subscripsit. At ad ingenium suum frequentius rediit homo versipellis, seu malè interpretando, seu pessimè abnegando, quod rectè profiteri visus erat. Jam quidem à multis copiosè et eruditè hoc argumentum pertractatum est; sed quia mihi aliud agenti, inquit **B** Billonius cujus observationes addendo et immutando, ne dicam emendando eum id esse necessarium visum est, exscribimus, quædam in vetustis membranis occurrerunt, prætermissa ab aliis, ea cum studiosis viris communicare non fuerit otiosum.

Berengarianæ hæresis initia circa annum 1047 sub Clemente II summo Pontifice, ponit autor Fragmenti Historiæ Franciæ, pag. 161 hujus Tomi; Chronicon autem Belgicum circa annum 1048. In exurgentem hæresim insurrexit Giraudus Legatus, qui, ut illam reprimeret, Turonis habuit Concilium an. 1050, quod est primum adversus Berengarium. Hujus meminit in suis litteris ad Berengarium Eusebius Andegavensis Episcopus qui eam statuit Synodum primam trium quæ habitæ sunt in provincia Turonensi, et ante illam quam Hildebrandus anno 1055 Turoni celebravit.

An. 1047.

C Hujus primæ Synodi nulla mentio sive apud Lanfrancum sive apud anonymum qui de Berengarii damnatione multiplici opusculum scripsit à Chiffletio editum. Berengarius, ut quos in Normannia sibi favere æstimabat, et fautores sibi novos faceret, Guillelmum Ducem tertio abiit in Normanniam anno 1050. Aliquot post menses ab ejus accessu conventus Brionæ congregatur, quo hæresis Berengariana damnatur. Malo autem non represso, illud ne in suas provincias serperet, Rex Francorum Henricus Concilium indixit Parisiis celebrandum an. 1050 ad Kalend. Novembris, à quo celebrando Deodinus Episcopus Leodiensis eum avertere tentavit, donec accederet Romana auctoritas, quâ permittente judicarentur Bruno Andegavensis Episcopus et Berengarius, etsi satius esset, inquit, ut absque Synodo contra Patrum statuta manifestè sentientes, punirentur tanquam hæretici.

An. 1050

D Rege autem à proposito suo non resiliente, arripuit causam Leo IX, datâ sibi occasione ex litteris Berengarii ad Lanfrancum interceptis, quas quidam Clericus Remensis, dum ipse Romæ ageret, illi detulerat: ideòque in Concilio quod jussu Leonis Romæ post Pascha tunc celebrabatur anno ML, ut cum Hermanno multi affirmant: aut certè MLIII prout alii malunt, freti auctoritate Durandi Abbatis Troarnensis in Lib. de corpore et sanguine Domini. In eo Concilio lecta et proscripta est Berengarii Epistola ad Lanfrancum, in qua erroris sui de Eucharistia summam retexerat, purgatusque Lanfrancus, cujus adversarii, occasione Epistolæ ipsi à Berengario directæ, suspectam fidem apud Pontificem reddiderant.

Quod ad tempus celebrati hujusce Concilii, utri parti assentiendum sit, quæstio satis intricata videtur: nam gravis est Hermanni Contracti auctoritas, **E** Synodum Romanam cum subsequente Vercellensi ad annum 1050 revocantis. Siquidem Hermannus, vir doctus, eo tempore vivebat, cum anno 1054 decesserit, ut notatur pag. 18 hujus Tomi not. a, tametsi ejus obitus anno 1052 reponitur in Ms. Chronico Magdeburgensi. At ex adverso pugnat, inquit, Durandus Abbas, vir itidem eruditus et rerum eo tempore gestarum bene conscius, qui de Berengario ejusque hæresi datâ operâ agens sub finem libri de corpore et sanguine Domini, Conventum Brionensem referre videtur ad annum 1053, paulò ante Synodum Vercellensem quam proximo post Romanam Septembri habitam fuisse constat. Cui Durandi calculo adversatur liber de Gestis Leonis Papæ IX: quippe summus iste Pontifex anno 1053 Beneventi à Junio ad exeuntem annum, immò et ad subsequentem Martium commoratus est; quod jam probavit Franciscus de Roye Andegavensis an-

An. 1053.

tecessor in Commentario prævio ad vitam ejusdem Leonis. Unde consequens est Leonem mense Septembri anni 1053 interesse nequivisse Vercellensi Concilio, quod proinde ad annum 1050 referendum est, uti et Romanum. His accedit, Durandum Abbatem qui anno 1087 obiit, post annos à Romana Synodo ferè triginta scribendo libro suo de corpore et sanguine Domini navasse operam: ob idque memoriâ labi facilè potuisse. Hermannum verò, qui annum 1054 haud excessit, quid unoquoque anno gestum esset, accuratè mox redegisse in annales: ac proinde eum in designando istius Synodi anno 1050 errasse, planè non esse verisimile. Denique Hermanni calculo non præjudicat objectio de constructione Cœnobii Pratellensis, quod ante annum 1050 extitisse constat ex libro de miraculis sancti Wlframni edito in sæculi 3 Benedictini, part. 2, ubi Gradulfus Abbas Fontanellensis, qui Ansfredum Pratellis Abbatem primum præposuit, anno 1047 obiisse memoratur ab autore æquali. Hunc nodum ut solvat quidam vir eruditus, suspicatur Durandum minus quidem latinè, sed ut temporibus illis scripsisse, *Anno ML in Normanniæ finibus irrepsit*, et pro *in* legisse Amanuensem III, detritâ fortè primæ litteræ mediâ lineolâ: Non valet, inquam, hæc conjectura; cùm in Codice Bigotiano qui præ ætate autographus censi potest, vox *tertio* non numeris expressa sit, sed integris fermè litteris, primâ duntaxat syllabâ breviatâ, hoc modo *trtio*.

Paulò post Concilium Romanum, eodem anno Brionæ, quod mediterraneum recentioris Neustriæ opidum est, *Conventus multorum ex tota Normannia sapientium* jussu Guillelmi Ducis cogitur, in quo Berengarius cum alio quodam, quem secum adduxerat Clerico, in cujus eloquentia victoriæ sibi spem posuerat, coram omnibus confutatus est, testante eodem Durando Abbate: ex quo etiam diximus, Berengarium revertentem Carnotum petiisse, ubi de eadem quæstione à clericis ejusdem urbis pulsatus, ad eos postea misit litteras, in quibus multa absurda, fideique catholicæ aliena declamavit.

Alterum Concilium Vercellis proximo post Romanum mense Septembri indictum ab eodem Pontifice, qui eidem Concilio præfuit. Istuc vocatus Berengarius venire refugit; sed duos Clericos erroris sui fautores eò misit, qui volentes eum defendere, in primo statim auditu defecerunt, et capti sunt, inquit Lanfrancus. Tum Joannis Scotti liber de Eucharistia quo patrono Berengarius gloriabatur, lectus damnatusque est. Hinc scriptæ Berengarii ad Ascelinum Monachum, et vicissim Ascelini ad Berengarium epistolæ, in quibus agitur de colloquio seu publica disputatione, Berengarium inter et Ascelinum atque Willelmum inita, ut suspicor in colloquio Brionensi, deque Berengarii damnatione facta in plenaria, sic Ascelinus loquitur, Synodo Vercellensi.

Eodem anno XVII Kal. Novembris Lutetiæ Parisiorum coram Henrico Rege damnatur Berengarius absens, qui male conscientiae percussus terrore, ut jussus erat, eò venire distulit; seque cum Brunone suo, videlicet Episcopo Andegavensi, sub quo Archidiaconi fungebatur honore, pro eo maximè continuit, quia eodem errore, ut pote tanti viri credulus, et ipse noscebatur involvi. Hæc ex Durando Abbate. Intereà submonente Aurelianensi Episcopo lecta est Berengarii epistola ad Paulum quemdam familiarem suum scripta. Is est Paulus Mettensis primicerius, Berengarii, ut Adelmanus in litteris ad Berengarium notat, utique familiaris. Porrò epistola hæc quoniam nequissimâ sordebat hæresi, vehementer displicuit: tumque damnatus ejus auctor cum complicibus suis et codice Joannis Scotti, ex quo potissimum epistola desumpta videbatur, ac demum mortis supplicium contumacibus intentatum. Eò spectant Berengarii litteræ ad Richardum Abbatem in Spicilegii Tom. 2 editæ, quibus Berengarius eum obtestatur, quatenus apud Henricum Regem pro se intercedat, ut damnum post Synodum Parisiensem sibi illatum à se removeret, exponeretque injustissimè damnatum Joannem Scottum, injustissimè item assertum fuisse Paschasium in Concilio Vercellensi ac Clericos Carnutenses indignissima in regias aures effutiisse: eò quoque spectant et litteræ Frollanti Silvanectensis Episcopi ad Berengarium, quibus mandat acquisivisse illi Regis gratiam. Ad hæc utique tempora referri possunt Adelmani Leodinesis et Berengarii quas sibi invicem scripserunt epistolas.

A adversus Berengarium : eodemque anno alterum Turonis , cui Victoris interfuere legati , præside Hildebrando tum Subdiacono et Legato à latere : qua in Synodo Berengarius errorem suum ejuravit , referentibus Guimundo atque Lanfranco , Eusebioque Andegavensi in suis litteris ad Berengarium.

Eodem pariter anno vel sequenti , quod verius est , Maurilius Rothomagensis Archiepiscopus , grassanti hæresi frenum injecturus , Synodum habuit provincialium Episcoporum in qua catholica fides asserta est , et contra sentientes diris addicti in hæc verba : *Corde credimus et ore profiteamur , panem in mensa Dominica propositum , panem tantummodò esse ante consecrationem ; sed in ipsâ consecratione , ineffabili potentiâ divinitatis converti naturam et substantiam panis in naturam et substantiam carnis : carnis verò , non ullius alterius , sed illius quæ concepta est de Spiritu sancto , nata ex Maria Virgine ; quæ etiam propter nos et propter nostram salutem flagellis cæsa jacuit in sepulcro ; tertia die resurrexit à mortuis , et sedet ad dexteram Dei Patris. Similiter vinum , quod aquæ mixtum in calice sanctificandum proponitur , verè et essentialiter converti in eum sanguinem , qui per lanceam militis de vulnere Domini lateris in redemptionem mundi feliciter emanavit. Anathematizamus contra hanc sanctam et apostolicam fidem superbè atque hæreticè sentientes et impiâ temeritate garrientes. Quæ formula fidei inserta est ex eo tempore in ordine Synodi in provincia Rothomagensi habendæ ut in posterum qui Conciliis in ea provincia adessent , et quotquot essent ordinandi Episcopi , hanc fidei formulam palàm profiterentur. Hujus porrò Synodi Rothomagensis nulla fit mentio in postrema Conciliorum editione. Rejicitur verò à Mabillonio post Auctorem anonymum Actorum Archiepiscoporum Rothomagensium et à Gerardo Dubois ad annum 1063 ; at manifestus in eo numero deprehenditur error , cùm ipse anonymus addat Maurilium Synodum suam habuisse adstante Willelmo Normannorum Duce , postea Anglorum Rege , regnante Henrico nobilissimo Rege Francorum et præside sedi apostolicæ Papa Victore II. Victor autem obiit anno 1057 , Henricus Rex anno 1060. Illius Concilii meminere ad annum 1055 Laurentius Bochellus in sua ad decreta Ecclesiæ Gallicanæ nomenclatura , et Guillelmus Bessin recens Editor Normanniæ Synodorum.*

Mortuis Victore , qui in locum Leonis suffectus erat , et Stephano Victoris successore , Romanam Ecclesiam rexit Nicolaus Papa II , cujus mandato alterum Romæ Concilium *centum et tredecim Episcoporum* anno 1059 cogitur. Adfuit Berengarius , et Romæ agens ante Concilium *ferè Nicolaum corruptum* , ut refert Henricus de Cnyghton Libro secundo de Eventibus Angliæ c. 5 : in Concilio suam sententiam affirmare non horruit , adeò ut , inquit Leo Ostiensis in Chronico Cassinensi , ei cùm nullus valeret obsistere , Albericus Cassinensis Diaconus evocatur ad Synodum. Qui cùm venisset , post multos verborum conflictus cùm neuter cederet , Albericus unius hebdomadæ acceptis induciis , librum adversus eundem Diaconum (Berengarium) edidit de Corpore Domini , SS. Patrum testimonio roboratum , in quo omnes assertiones ejus destruxit , æternæque oblivione delevit. Convictus Berengarius hæresim suam tertio abjuravit *et libros propriæ hæreseos concremavit*. Attamen postea rediit ad vomitum.

An. 1059.

Paulò post Alexander II (an. 1061) Nicolai successor Berengarium litteris amicè præmonuit , ut à sectâ suâ cessaret , nec ampliùs sanctam Ecclesiam scandalizaret. Ille autem incepto desistere noluit , hocque ipsum eidem Apostolico remandare non timuit , inquit Anonymus Chiffletianus.

An. 1062.

Præterea Eusebius alio nomine Bruno Andegavensis Episcopus in Epistola superiùs laudata ad Berengarium meminit Synodi , cujus nulla apud ceteros mentio , jussu Principis , id est Comitis Andegavorum , Fulconis Andegavi habitæ anno 1062 in capellula quadam S. Salvatoris nomine cujus dedicatio agebatur secundum Chronicon Andegavense , ubi rediviva pestis Domini Bisontinensis Archiepiscopi , et eruditorum qui adfuerunt , auctoritate calcata est.

Alexandro successit Gregorius VII ; circa cujus Pontificis annum tertium , id est à MLXXV anno Berengarius se vidit impeti à Gaufrido Martini , Presbytero Andegavensi , alti fastûs viro , ut patet ex ejus litteris ad Radulphum I ,

An. 1075.

Archiepiscopum Turonensem anno 1075, qui Lanfranco suffragabatur. Hinc A turbæ et datæ à Berengario litteræ ad Eusebium Andegavensem Episcopum, *ut se et ipsum (Gaufridum) sub iudice audiri faceret in Libro B. Ambrosii de Sacramentis.* Respondit Eusebius id sibi expediens non videri, sufficere ad fidem, ut verbi Christi Domini virtute panem et vinum post consecrationem verum Christi corpus et sanguinem fieri credatur; ejus rei modum ordinemque non inquirendum: Patres hæc de re, si quis eos legerit, diligenter et purè eos intelligendos et legendos, ac demum nefas esse id ulterius retractare, quandò *ea causa ter provincie suæ, id est Turonensis, iudicio terminata fuisset*, quartò sedis Apostolicæ Synodi sententiâ extincta. Hæc Eusebii epistola scripta esse videtur circa annum 1074, minimè autem ut censuit Mabillonius post Concilium Romanum anni 1079, in quo non quarta sed sexta Apostolicæ sedis in Berengarium prolata est sententia. Ceterùm qui sint tres B illi Turonicæ Provincie conventus, superius ex eodem Eusebio exposui. Cùm autem nec sic quiesceret, Berengarius querelas ad Concilium Pictaviense retulit, omine sibi infausto.

Anno 1075 (verbis Chronici S. Maxentii utor) Pictavis fuit Concilium, quod tenuit Girardus Legatus, de corpore et sanguine Domini, in quo Berengarius... fermè interemptus est. Id contigisse Idibus Januarii idem Chronicon inferius docet. Qui hîc laudatur Girardus, non erat Episcopus Incolismensis, sed Episcopus Hostiensis, seu alter, qui Concilio habito Turonis ante annum 1055 contra Berengarium præfuerat: Girardus enim Incolismensis nullâ legatione functus est ante annum 1100, ut apertè patet ex litteris sibi datis à Paschali II et Calixto II, ut vices ipsorum ageret.

n. 1078.

Post hæc Gregorius Papa, ut fidem facit Anonymus Chiffletianus, iterùm C eidem Berengario audientiam in duabus Synodis generalibus Romæ concessit. Sed cùm ipse sectam suam catholicæ fidei contrariam denegare non posset, iterùm sub juramento eandem abdicare, et fidem catholicam profiteri delegit, sicut in superioribus Conciliis. Prior ex his duabus Synodis Romæ habita est anno 1078, et quidem in festo omnium SS. ut tradit Berengarius ipse, tametsi X Kal. Decembris eam reponit Bertholdus, qui Berengarium, *ut ab hæresi sua resipisceret, synodaliter conventum, ob idque inducias ad proximè futuram Synodum obtinuisse testatur.* Posterior hæc Synodus celebratur anno insequenti, teste Anonymo Chiffletiano, qui huic Synodo præsens interfuit. Habitam in quadragesima docet Berengarius, hoc est mense Februario, indictione secunda, ut colligere est ex actis ejusdem Concilii et Epistolis Gregorii VII. Lib. 6. 17 et 18. Quid in ambabus istis Synodis gestum D sit, aliàs forsan erit dicendi locus et occasio. Interim noto duas fidei formulas in his duabus Synodis à Berengario fuisse editas, de quibus inferius agendum.

Absolutâ ultimâ Synodo Romanâ, ex urbe discessit Berengarius, cum litteris salvi conductûs ipsi à Gregorio benignè porrectis, adjuncto ei comite Fulcone quem Berengarius transmontanum Clericum et Domini Papæ convictorem vocat, et litteris ad Turonensem Archiepiscopum et Eusebium Andegavensem ut ipsum defenderent resque ejus contra Fulconem Comitem Andegavensem et ceteros. Reversusque in Galliam adiit Concilium Burdigalense non anno 1080 celebratum, ut habet Chronicon Malleacense, sed anno 1079 in octavis S. Michaelis, in quo reddidit fidei suæ rationem, et asseruit sinceram quam fictè Romæ fecisse insimulabatur, adhucque à quibusdam insimulatur, fidei professionem esse. Non enim existimavero verba dedisse Gregorio à quo tam benignè dimissus et commendatus fuit. Burdegalense Concilium vulgò perhibent habitum auctoritate Hugonis primùm Diensis, dein Lugdunensis Episcopi et sedis Apostolicæ Legati, à Gregorio in Galliam missi; factum verò fuisse ab Amato Ellorensi dein Burdegalensi vel ab utrisque, quod virisimile est, suadent ipsius Amati litteræ ad Radulphum Turonensem, quibus cum cum suffraganeis suis invitat ad Concilium Burdegalense. Hæc tota series Conciliorum in causa Berengariana; nunc de Fidei formulis ab eo subscriptis agendum.

Tres quatuorve invenio Fidei Formulas quas de Eucharistiæ veritate Berengarius asseruit in tribus Conciliis Romanis et uno Turonensi: primam

A in Synodo Turonensi anno 1055 cujus nihil exstat, nisi eadem fuerit quam in Romanâ anno 1078 fecit: alteram in Concilio Romano anni 1059 coram Nicolao Papa professus est; quam confessionem coram 112 Episcopis factam misit Papa per urbes Italiæ, Germaniæ, Galliæ et ad quæcunque loca fama pravitatis ejus pervenire antè potuit, ut Ecclesiæ quæ priùs doluerant de averso atque perverso, postea gauderent de reverso atque converso, ut ait Gratianus. At Berengarius hujus propositi sacrilegus violator, contra præfatam Synodum, scriptum postea condidit.

Secundam vel tertiam fidei professionem edit Berengarius in Synodò Romanâ anno 1078: cùm verò illa non planè satisfaceret, permultis Episcopis illam improbantibus, probantibus aliis, ideòque remissa ac dilata est amplior hujus rei discussio in Synodum anni subsequenti, ejus gratia frequentior Episcoporum numerus Romam convenire debebat, ac interim Berengarius ad id tempus Romæ residere jussus est.

Tandem in Romano Concilio anni 1079 quod mense Februario in quadragesima habitum est, quarta Fidei formula Berengario proposita est, quam ipse publicè lectam Sacramento confirmavit, ac subscripsit sub hâc formâ.

« Ego Berengarius corde credo, et ore confiteor, panem et vinum, quæ
 » ponuntur in altari per mysterium sacræ orationis et verba nostri Redemp-
 » toris, substantialiter converti in veram et propriam ac vivificatricem car-
 » nem et verum sanguinem Domini nostri Jesu Christi, et post consecrationem
 » esse verum Christi corpus, quod natum est de Virgine, et quod pro salute
 » mundi oblatum in cruce pependit, et quod sedet ad dexteram Patris, et
 » verum sanguinem Christi, qui de latere ejus effusus est, non tantum per
 C » signum et virtutem Sacramenti, sed in proprietate naturæ et veritate substan-
 » tiæ, sicut in hoc brevi continetur, et ego legi, et vos intelligitis. Sic credo,
 » nec contra hanc fidem ulterius docebo. Sic me Deus adjuvet, et hæc sacra
 » evangelia ».

Sic finita est, *veritatis asserendæ an famæ quærendæ gratiâ nescio*, ut cum Eusebio Andegavensi loquar, *Deus scit, hæc orta motaque questio, postquam Romani orbis maximam pænè partem peragravit per triginta annos, in multisque Conciliis agitata fuit, eo eventu ut quæ placuerat Nicolao Papæ II et centum tredecim Episcopis Concilii Romani anni 1059 Fidei professio Berengario, fidelibusque proposita, displicuerit viginti post annis, fueritque in melius reformata à Concilio Romano anni 1079.*

Reversus Româ Berengarius haud declinavit rursus ad pristinum erro-
 D rem, neque quartam confessionem perfidè retractavit, nullaque quæ sint certa et indubitata à fide iterum defecisse habentur argumenta. Non Concilium Burdigalense anni 1030, non Bertholdus Constantiensis Presbyter, imò neque quod conjectura facit Berengarii, id evincunt. Immò multa persuadent Berengarium post Concilium Romanum anni 1079 catholicæ fidei ad extremum usque spiritum adhæsisse, illique falsò tribui scriptum ejus auctoritate probat Mabillonius in fide Romæ confessa anno 1079 Berengarium non constantem fuisse. Postea non defecisse veteris membranæ Laureacenses et Chronicon S. Martini Turonensis testantur in hæc verba: « Tunc
 » Berengarius Româ discedens, Turones venit, ibique in Insula quæ S.
 » Cosmæ dicitur, sæculi pompis abrenuncians, ferè per viginti octo annos
 » (lege, per octo annos) assiduè Domino militavit. Aliique plures Cano-
 E » nici S. Martini sancto Spiritu, necnon salutari ejus admonitione instructi,
 » mutatis verbis sese ad Insulam contulerunt. » Plura de pœnitentia, obitu, locoque sepulturæ Berengarii occurrent passim in Tomo sequenti. Hactenus fuit quod à nobis scribi posset juxta Historiæ typum de famoso illo XI sæculi scholæ Magistro.

CONVENTUS BRIONENSIS

In quo Berengarius convictus, anno Domini ML Leone IX Pontifice,
Henrico I Franciæ Rege, Guillelmo Notho Normanniæ Duce.

An. 1050.

Ex Tom. IX. Conc. Lab. pag. 1054.

* *Corr.* 1050.

Is autem (Berengarius) Dominicæ Incarnationis anno 1053 * Normannorum finibus irrepsit, et ad Cœnobium, quod Pratellis nuncupatur, appulit; Catholicoque viro, qui idem strenuè regebat Cœnobium, à quo et honestè satis exceptus fuerat, multa blasphemus impiè delatavit: quod ipse quoque, eodem Abbate, Ansfredo nomine, referente, dum apud me super tanta impietate valdè quereretur, non multò post agnovi. In multis itaque subtiliter ab eodem Abbate perterritus, in multis perinde reprehensibilis et perfidus est repertus. Qui inde digressus, Normannorum Principem [Wilhelmum] festinus adiit, quem suâ quoque irretire perfidiâ subtiliter attentavit. Verùm ille, licèt ætate adolescentiæ necdum excederet annos: tamen illum, quia Catholicæ fidei merito præditus erat, et gratiâ, callidè suspendit: secumque, quoad regni sui ad mediterraneam perveniret sedem, Briannam vocabulo, detinuit. Ubi undique coactis Catholicis ac sapientibus viris, super eadem re disponebat conflictum haberi. Eò ergo ventum est, et res sequenti die ventilanda proposita. Cùmque multi ex tota Normannia sapientes, qui plurimi et clari habebantur, convenissent. Præfatum hæresiarcham Berengarium cum alio quodam, quem secum adduxerat, clerico, in cujus eloquentia victoriæ sibi spem posuerat, ita coram omnibus confutaverunt, atque evidenti ratione superaverunt, quatenus eis silentium imponerent, verborumque quibus fidem Catholicam tuebantur, assensum ab eis extorquerent.

Durandus Troarnensis ex quo acta hujus Concilii decerpta sunt, narrat deinde ipsum Carnutum petiisse: Clericis illius urbis interrogantibus nihil respondisse: sed mox ad eos litteras dedisse, errorum adversus Catholicam fidem, et maledictorum in Leonem Pontificem plenas. Quorum omnium tempus designat Durandus, cùm instaret constituta dies Concilii postmodum Vercellis habiti.

D

CONCILIUM PARISIENSE

In quo damnatus Berengarius coram Henrico I Francorum Rege,
XVII Kal. Novembris anno Domini ML.

Ex eodem Tom. IX Conc. pag. 1059.

An. 1050.

CUM autem, [inquit Durandus] qui celebrati hujus Concilii unus meminit, tanti mali fama crebresceret, et omnium corda fidelium vehementius percelleret, perque multos hujusmodi virus latenter et opertè jam serperet contigit, ut ad aures etiam Regis Francorum Henrici perveniret. Qui consultu sui regni Pontificum, procerumque, Concilium Parisius cogi XVII Kal. Novembris præcepit, ac præfatum Berengarium, ut aut sua dicta Patrum auctoritate firmaret multis sibi obnitentibus; aut si ea defendere nequiret, in Catholicam cui obviare non posset fidem prudenter transiret, interesse tantorum cœtui patrum imperavit. Interea conducta venerat dies, frequensque conventus præsulum, ac reliquorum sancti ordinis Clericorum, necnon nobilium Laicorum Parisius factus est. Sed jam dictus Berengarius malæ conscientiae percussus terrore, ut jussus erat eò venire distulit: seque cum Brunone suo, videlicet Episcopo Andegavensi, sub quo Archidiaconi

E

- A fungebatur honore, pro eo maximè continuat, quia eodem errore utpote tanti viri credulus, et ipse noscebatur involvi. Intereà præsul Aurelianensis quosdam apices in scheda haud parva digestos in conspectu omnium, et Regis intererat enim, protulit. Et præcipiat, inquit, vestra Sanctitas has litteras à Berengario editas, si libet, recitari: quas ego quidem ab ipso nequaquam accepi, sed eùm eas cuidam suo familiari, nomine Paulo, per veredarium dirigeret, violenter rapui. Quibus susceptis, et ad recitandum traditis, omnium aures eriguntur, ora in silentium componuntur, corda ad intelligendum, quæ continebantur in eis, præparantur: sed inter legendum multum repente fit murmur, et per singula absurdi sensûs verba gravis instrepit gemitus. Itaque omnibus talis lectio, quoniam nequissimâ sordebat hæresi, vehementer displicuit. Damnato proinde communi sententiâ talium auctore, damnatis
- B ejus complicitibus, eum Codice Joannis Scoti, ex quo, ea quæ damnabantur, sumpta videbantur, Concilio soluto discessum est: eâ conditione, ut nisi resipisceret ejusmodi perversitatis auctor, cum sequacibus suis, ab omni exercitu Francorum, præeuntibus Clericis cum Ecclesiastico apparatu, instantèr quæsiti, ubicumque convenissent, eo usque obsiderentur, donec aut consentirent Catholicæ fidei, aut mortis pœnas luituri caperentur.

MONITUM

C

IN CONVENTIONEM WILLELMI ET HUGONIS.

- SEQUENS instrumentum, quod post Beslium et Labbeum vulgamus, stili barbariem ex communi usu seu formulis usitatis, aut ex Notariorum affectatione procedentem, ubique redolet. Hoc mirum non est; cùm ad usualem corrupti sermonis modum conditæ fuerint, sæculis præteritis, formulæ actorum publicorum, quales sunt Marculfi et Marculfianis subjectæ à Bignonio et Baluzio. Hinc pro masculinis feminina, pro femininis neutra, et pro neutris masculina; pro ablativis accusativa, et rursùm pro accusativis ablativa usur-
- D pavere plerique Chronicorum Scriptores, Diplomatum, Chartarum et Instrumentorum Notarii et Amanuenses. Non ergò propter barbarismos aut solœcismos rejicienda est istæ conventio; in quâ perspicimus astutam Ducis solertiam qui sinuosis anfractibus vassallum nimis credulum deludit.

CONVENTIO INTER WILLELMUM DUCEM AQUITANIÆ,

COMITEMQUE PICTAVORUM, ET HUGONEM DOMINUM DE LIZINIACO.

Apud Beslium in Probationibus Historiæ Comitum Pictaviensium,
pag. 288-294. (2) et Labbe Bibl. Mss. Tom. II,
pag. 175-189.

Circa an.
1030.

AQUITANORUM Comes vocitatus (a) Willelmus conventum habuit cum Hugone (b) Chiliarchum, ut dum exiret finis Vicecomiti Bosoni, honorem ejus mitteret ei in (c) commendatui. Roho verò Episcopus (Engolismensis) vidit et audivit, osculavitque brachium Comiti. Savaricus autem Vicecomes tollebat Hugoni terram quam de Wilelmo Comite tenebat, et mortuum Vicecomite ipso, promisit Comes Hugoni ut non cum Radulfo fratri supra dicto mortuo nullum conventum aut finem ageret, usquequò terra soluta esset. Hæc dixit coram omnibus, sed postea latenter illi eam dedit. Pro terra verò ista, sive pro alia majus, vel res alias, habuit conventum Hugoni cum Vicecomiti Radulfo, ut filiam ejus acciperet uxorem. Ut audivit comes, iratus est valdè, properavitque ad Hugonem cum humilitate, et dixit ei: *Noli accipere Radulfi filiam in uxorem; ego dabo tibi quodcumque petieris mihi, meusque eris amicus super omnes præter filio meo.* Fecitque Hugo quod præcepit ei Comes (d). Eo tempore accidit ut finiretur de castro Parteniaco Joscelinus; dixitque Comes, ut honorem et mulierem ejus Hugoni traderet, vel etiam si hæc nollet recipere, minimè se fideret in eo. Hugo verò pro hæc re nil amonuit vel precavit Comitem pro se nec pro alio. Considerans ergò se dixit ad Comitem: *Omnia faciam quod mihi jusseris.* Comes autem agens placitum cum Comite Fulconi, promisit (e) ut hæc, quod ad se pertinebat dare, Ugoni. In hunc verò conventum (f) manduit Hugoni Comes pro Vicecomite Radulfo, dixitque ei: *Conventum quod habet tecum Hugo nil illum faciat, quia ego illi prohibeo: sed etiam ego et Fulco conventum habemus ut demus illi honorem et uxorem Joscelini, faciamusque pro tua confusione, quòd non es mihi fidelis.* Ut audivit Radulfus, dolens fuit valdè, et dixit Comiti: *Pro Deo tibi sit, non hoc facias:* et Comes ait: *Fac mihi fiduciam ut non des illi filiam tuam, nec conventum illi attendas, similiterque faciam ut honorem, nec uxorem Joscelini possideat.* Ita et fecerant Hugoni, ut nec una, vel alia. Abiit Radulfus ad * Wilelmo Comite qui in castro Monsteriolo erat, nunciansque Hugoni ut invicem fabularentur; ita factum est. Dixitque Radulfus Hugoni: *Hæc in fide tibi promitto (g): prænuntio ut non mihi discoperies: fiduciam da mihi ut me adjuves contra Wilelmo Comite, teneoque tibi tuum conventum, et tibi juvabo contra omnes homines.* Refutatque omnia Hugo pro amore Wilelmi Comitis: partiti sunt Hugo et Radulfus tristes. Cœpitque Radulfus litigationem cum Comite Wilelmo, et Hugo pro amore Comiti cum Radulfo; recepit damnum Hugo valdè. Defuncto ergò Radulfo, rogavit Comitem Hugo ut terram quam Radulfus ei tulerat, redderet ei. Comes autem dixit Hugoni: *Ego finem non faciam cum Josfredoni Vicecomite, qui nepus fuit Radulfo, neque cum hominibus de Thoarcinse castro, usquequò terram tuam reddam.* Et nil hoc factum se (h) habuit Comes fecitque finem cum Vicecomite Josfredo, et cum hominibus Thoarcinse castro nihilque finem fecit, Hugoni (i), et incendit castrum

* Willelmum
Comitem

(a) Apud Labbeum Guillelmus, scilicet cognomento fera brachia.

(b) Hugo IV de Liziniaco [de Luzignan] cognomento Chiliarchus.

(c) Labbeus habet commendam.

(d) Addit idem Lab. et propter ejus amorem fidelitatemque mulierem in occulto dimisit.

(e) Aliter legit hunc locum idem Lab. promisit ei de sua propria beneficia dare illi. Fulco pro-

misit ut hæc quod à se pertinebat daret Hugoni.

(f) Ibidem. Mandavit. Omittit vocem Hugoni.

(g) Hæc in fide tibi pronuntio, ut non mihi, etc. Sic legitur apud Labbeum.

(h) Idem habet, sed abiit Comes.

(i) Addimus cum Labbeo: et sua terra Hugo non habuit et pro malifaculo quem fecit Hugo pro Comite, accepit Josfredus contentionem cum Ugoni, et incendit castrum, etc.

A Mosolio , et cepit caballarios (a) Hugoni , et incidit manus illorum , et satis alio facto. Comes verò nihil iuvavit Hugoni , nec finem bonam fecit inter eos , sed adhuc suam terram Hugo perditur , et alia terra quam in pace tenebat , pro Comite amittit. Et ut vidit Hugo quòd non haberet terram , cepit de caballarios Thoarcinse XL (b) millia ex meliores , potuissetque habere pacem et suas terras firmas , et justitiam , te (c) malè facto , et si accipere voluisset redemptionem , potuisset capere solidos XL millia. Ut autem audivit Comes cum lætatus esse debuisset , fuitque tristis , et transmisit per Hugonem , dicens ei : *Redde mihi homines*. Respondit ei Hugo : *Mihi hæc , quare , Domine ? Ego nihil perdo nisi per fidelitatem tuam*. Comes verò dixit : *Non eos tibi ipterrogo propter tuum malum , sed etiam per hoc quod meus tu es ad facere meam voluntatem , et ut omnes sciant ; per conventum ergò talem homines recipiam ,*

B *aut (d) tibi finem faciam , et terras tuas firmas , malique facto emendato aut homines ipsos reddere tibi : fac hoc sine dubitatione ad meam creditam , fidemque meam ; et si deprehenderit tibi malè , scire poteris quod ego traditionem tibi factam (e) habeto*. Misitque Hugo in Deum (f) et in illa , reddiditque homines ipsos Comiti per talem conventum. Postea Hugo homines non habuit , nec rectum et terram suam perdidit. Habuerunt inter se conventum Comes Pictavorum et Præsul Gislebertus [Pictavensis primus nomine] cum Joscelino avunculo Hugoni. Fuitque de castro vocitato (g) Vicedoni , ut post discessum Episcopo Gisleberto esset castrum Joscelini : et in vita sua fecit Episcopus commendare homines de ipso castro ad Joscelinum , reddiditque ei turrem , et post mortem amborum , fecit Comes conventum inter Episcopos Hemberto et Ugoni , ut esset pars media de castro Hugoni , medietasque de casa Dominicata , et duæ partes de (h) te vos vassalorum. Propterea fecit Comes commendare Hugonem ab Episcopo Isemberto : modò verò tollit curtem meliorem ad eos.

C

Quidam Tribunus nomine (i) Aimericus , abstrahens castrum vocitatum Sivriareum Bernardo seniori suo , et hoc castrum rectitudo erat Hugoni , sicut fuerat patri suo. Pro ira quam tenebat Willelmus Comes adversus Aimericum , amonuit Hugonem ut fieret homo supradicto Bernardo pro * ipsam partem de castro qui fuerat patri suo , et ne (k) ambo acciperent litigationem cum Aimericum. Fuit autem contrarium Hugoni ut esset homo Bernardi , facere noluit. Hanc istam amonitionem Comes uno anno tenuit , et quod amplius irascebat , tantò majus amonebat Hugoni , ut fieret homo Bernardi. Transacto verò anno veniens Comes ad Hugonem quasi iratus

D dixit ei : *Quare non agis conventum cum Bernardo ? Tantum ex me tu es , ut si dixerim tibi rusticum facere in seniore , facere debueras*. Age quod dico , et si tibi malè deprehenderit , require mihi. Credit eum Hugo , et homo fuit Bernardi propter quartam partem de castro supradicto. Dedit autem Bernardus Comitem in (l) plevone Hugoni , et quatuor hostaticos (m) , per talem conventum quòd si Bernardus per fidem * attenderit tibi tuas convenientias , ego eos tibi reddam in captionem , et per fidem sim tuus adjutor. Sic etiam fortiter promisit Comes Hugoni , quartum * ipse benè scit. Misitque Hugo in credentia Seniori suo , accepitque contentionem validam propter castro supradicto , et recepit damnum valdè de suos homines , vel de multas alias res , et inchoavit illi (n) castrum unum quod vocitatur Coacns , et ei nihil finivit ; sed fuit loquutus cum Aimerico , et dimisit castro , nihilque iuvavit Hugoni. Postea verò contristavit se majus Comes cum Aimerico propter castro vocitato Kasiaco , quem apprehenderat Aimericus , et steterunt insimul Comes et Hugo in contentionem contra eum. Obsedit autem castrum quod vocatur Malavallis pro malefacto quem faciebat ei Aimericus , et cœpit eum , iuvavit que ei Hugo ut potuit. Antequam separaret Hugo de Comite , promisit ei Comes sicut debet senior promittere suo homini rationem , vel finem , vel societatem cum Aimericum non habere sine Hugonem ,

(a) Vox Caballarii , idem significat quod Equites.

(b) Legitur , XLIII.

(c) Ibidem , de.

(d) Idem habet , ut

(e) Labbeus , habeo.

(f) Apud Labb. Dominum et in illo.

(g) Ibid. Vicedoni.

(h) Ibid. de fevo vassalorum.

(i) Lab. Aimericus.

(k) Ibid. ut.

(l) Idem habet , plevone , aliter plegium seu vadimonium.

(m) Apud Labbeum additur : Dixit Comes Ugoni : Commenda mihi hostaticos.

(n) Addit Lab. Comes.

* al. per

* adde non

* Lab. quantum

et Malavallis facta non fuisset sine suo consilio. Fecitque Comes finem A cum Aimerico, et permisit ei facere Malevallem sine consilio Hugoni. Quandiù vixerit Aimericus de res supradictas nihil fuit Hugoni. Post mortem Aimericum crevit cum filio Aimerico et Hugonem magna contentio. Eodem tempore venit Hugo ad Comitem, dixit ei: *Malè est mihi, senior meus, quia te (a) fiscum quem fecisti mihi acquirere, nihil habeo (b). Habeam placitum cum illis ut si optimè fecerint, sit bonum: sin autem, faciam castrum quod ego inchoavi.* Factumque est castrum per consilium Bernardi qui adhuc adjuvabat Hugoni de contentionem. Homines autem de Sivriaco ut viderunt contentiones (c), oppressionem quam faciebat eis Hugo, non valentes sustinere, fecerunt finem cum Bernardo, et reddiderunt ei castrum, recepitque illum sine consilio Hugoni. Fuerunt ambo Bernardus et Aimericus in contentionem adversus Hugonem, et ipse solus contra eos. Veniens Hugo ad Comitem dixit ei: *Senior meus, valdè est mihi malè, quia senior quem feci per tuum consilium, modo mei tollit meum fiscum. Precor te et amonco per fidem quem senior adjuvare debet homini suo, aut placitum bonum, aut fiscum meum fac mihi habere sicut implevisti, aut hostaticos meos quos ego tibi commendavi, redde mihi, et insuper adjuva me sicut mihi (d) plevisi.* Comes autem nihil adjuvavit, nec finem non fecit ei, nec hostaticos suos non reddidit, sed absolutus eos illos reddidit Bernardo. Et post hoc crevit contentio inter Bernardum et Aimericum et Hugonem. Et quomodo vidit Hugo quòd Comes nihil adjuvabat ei, perrexit quærere consilium Geraldo Episcopo Lemovicas, abieruntque ambo in Marcha super Bernardum Geraldus et Hugo, et ædificaverunt castrum unum. Comes autem qui adjuvare debuerat Hugoni, tulit ei castrum, et igne succendit. Præcepitque C ipse et filius ejus à cunctis suis hominibus ut nemo adjuvaret Hugoni, nisi voluisset mori, acceperuntque consilium Bernardus, cum suis hominibus, ut malum faceret Hugoni per consilium Hugoni Comiti, et acceperunt terminum à quindecim dies. In ipos quindecim dies adprehendit Comes dextras inter Bernardum et Hugonem. Infra troubas (e) tres dies verò duxit secum Comes Hugoni in hostem ab Aspreundo castro, fuitque ei ejus castro placitatus. Dehinc ambulavit Comes ad Blavi ad placitum quem habere debebat cum Comitem Sanconem, dixitque Hugoni ut isset cum eo, Responditque Hugo: *Domine, quomodo vocas me ire tecum! Tu ipse scis quo in breve sunt dextras quas habeo cum Bernardo, et ipse minat ut mihi faciat mala.* Ait illi Comes: *Noli hoc timere quamdiu mecum eris, ut tibi faciat quicquam.* Ad vim et sine voluntate ejus duxit * secum; et dum moraretur ad D placitum, audierant homines Hugoni, quòd Bernardus super eum veniebat. Nunciaverunt Hugoni ut veniret. Hugo verò dixit Comiti: Bernardus super me venit. Et dixit Comes: *Nolite timere ut ausi sint supervenire, et etiam opus tibi hæc fuisset ut venirent; ego confunderem eos, et tibi auxiliarem.* In ipsâ autem horâ transmisit Comes per viros suos, direxitque Hugoni mandata (f), et sequutus est eum. Quando fuit Hugo Liziniaco, erat Bernardus ad Confolensis castrum, et captum habebat burgum et berrium (g), et habebat omnia incensa, accepta spolia, et viros captos, satisque alio malefacto. Cucurrit nuncius ad Hugonem, dixit ei: *Bernardus obsessam habet uxorem tuam in castro vetulo qui superat ab igne.* Veniens Hugo ad Comitem dixit ei: *Meus senior, nunc adjuva, quia obsessa est modò mulier mea.* Comes verò nihil ei adiutorium, nec consilium dedit. Reversusque est Bernardus, E et sui operati sunt malum Hugoni, et viris suis, quantum nec accipere potest per quinquaginta millia solidorum. Et hoc damnum recepit Hugo infra dextras quas præbuit ei Comes ad Blavia.

* adde cum
Lab. eum

(a) Apud Lab. de.

(b) Ibid. Respondit ei Comes: Habeam, etc.

(c) Idem omittit contentiones.

(d) Plivire seu plevire, id est, fide jubere.

(e) Lab. Trevas.

(f) Apud Lab in antea.

(g) Ibidem Barrium, quod apud Arvernos significat ædium ac domorum extra urbem et ad suburbana quandam congeriem. Ita appellatur suburbium; in hæc regione vulgò nominatur (Barri) Berium, seu Beria, idem est ac locus planus et campestris

- A *habeo*. Dixitque ei Comes : *Tu es enim homo Fulconi ; quomodo facias castrum ? ipse enim tibi requirat, et non valebis tenere quo non ei reddas*. Ait Hugo : *Domine, quando ego homo fui Fulconi, dixi illi quòd homines sui tollebant mihi rectum meum, et si ego volebam ad eos tollere, fecissem, sed tantum in sua fidelitate tenuissem, quod ego sic facere volo*. Et Fulco dixit mihi : *Si tu tollis ad eos, mihi tollere noli*. Ut audivit Comes quòd talem conventum habuissent Fulco et Hugo, placuit ei, dixitque Comes Ugoni : *Fac castrum, per talem conventum, ut si ego valeam acceptare cum Comite Fulconi de pretio meo et de tuo, una pars sit mea, et alia tua*. Et fecit Hugo castrum. Requisivit eum Fulco Comiti : respondit ei Hugo : *Quando fui homo tuus, dixi tibi, quòd si ego volebam ad inimicos meos tollere castrum, tulissem, et tenuissem in tua fidelitate, et sic volo facere, quia istum castrum quem requiris, ad*
- B *consanguineos meos fuit, et rectum habeo meliùs quàm illi qui tenebant*. Et ait Fulco : *Tu qui meus es, quomodo teneas hoc quod ego non dedi tibi extra meo grati ?* Requisivitque Hugo consilium Comiti. Comes verò dixit ei : *Si fiducias vult dare tibi quòd inimici tui castrum non habeant, non poteris eum tenere : sin autem, tene eum, quia non poterit te accusare*. Hugo verò interrogavit hostaticos ut daret ei Fulco, et nullum ei dedit ; sed dixit : *Ego requiram Comiti, et ad illum dabo hostaticos, et ipse det tibi de suos*. Versusque est placitus in ira. Requisivit Fulco castrum ad Comitem Hugoni : *Jam non reddam*, ait Hugo, *sine fiducias*. Dixit ei Comes : *Ego faciam fiduciam*. Et dixit ei : *Quales ?* Ait Hugo : *Accipe quales volueris ex Comite Fulconi, et da mihi hoc quod requiro. Da mihi illum qui custodit turrem ex Metulo, ut si Aimericus habuerit castrum sine meo consilio, et malus mihi advenerit, ille homo reddat mihi*
- C *turrem*. Dixit ei Comes : *Hoc non faciam, quia non possum*. Hugo, si de illam non velis facere, *fac de Kasiaco per conventum supradictum*. Comes autem, nec (a) una, nec alia facere noluit. Visum fuit Hugoni, et ad suos, ut ei malè tractaret Comes ; et partiti sunt in iram. Misit Hugo omnia necessaria in castrum, et voluit eum tenere contra omnes, si fiducias non darent ei. Exivit Comes extra civitatem, rogavit Hugonem ad se veniret, et mandavit ei pro Guillelmo Comite de Engolisma, ut mitteret in sua mercede, qui (b) non petebat mutare ut non adjuvaret Fulconi, et timebat perdere aut Fulconem aut Hugonem. Quod. Misit si Hugo in credentia et amicitia Comiti Seniori suo (c), et si malè deprehenderit ei, sciat, et fecisset pro ejus amore, quia ipse erat securus de Fulconem, quòd non malè fecisset ductus. Et ait Comes : *Faciat Hugo pro me, et ego portam ei fidem, sicut*
- D *Senior portare debet homini suo, et si malè deprehenderit ei, sciat quòd ego traditum habeo eum, et jam ampliùs mihi non credat*. Et Hugo ait : *De multas res habet mihi dictum Senior meus similiter, unde habet me seductum*. Et non habuit Hugo ullum hominem qui hoc ei consiliaret, ut mitteret in credendam Comiti. Comes autem rememoravit Hugoni omnia bona quæ fecerat ei, et distringens eum cum suo amore et deprecatione vel conjuratio dixit ei : *Omnia mittam in tua credentia, tamen cave tu ne malè feras me, quia si feceris, jam non ero tibi fidelis ; neque serviam tibi, et fidelitatem te non portem : sed propterea quòd ero separatus à te, et fiducias non vales mihi dare, volo ut det fevum meum in hostaticum quòd jam tibi non serviam ; et absolve mihi de illa sacramenta, quam tibi habeo facta*. Dixitque Comes : *Voluntarius*. Reddidit ei Hugo castrum Comiti extra voluntatem hominibus suis per talem
- E *conventum ; ut Aimericus eum non haberet sine consilio suo, et malum ei non eveniret*. Per istas mescredentias auditas accepit Hugo fevum suum in hostaticum, deditque ei Comes per talem conventum, quòd si ei (d) maledicebat ei de istum conventum, de Gentiaco nihil (e) fecisset ei servisset ei jam ampliùs. Et absolvit eum de sacramentos ut jam illi re nulla fecisset propter eos sine ulla malivolentia. Reddidit Comes Gentiacum sine consilio Hugoni, pecuniamque accepit, et terram dominicam. Malè ei evenit de interfectos homines et incensas mausiones, factasque prædas, et terras invasas, et mala multa quæ pro veritate non potest dinumerare. Post istum

(a) Apud Lab. tua.

(b) Ibidem, quia non poterat mutare.

(c) Hæc verba non leguntur in Editione

Labbei.

(d) Labbeus, maleducebat.

(e) Idem omittit, fecisset ei.

terminum transactum dedit Comes respectum Hugoni, et promisit ut et A
 beneficeret ei, aut de sua rectitudine, aut de alia quæ illi placuisset. Tran-
 sactum terminum nihil illi fecit, sed mandavit illi: *Noli attendere quia tibi
 nihil faciam: et si omnis mundus erat meus, tantum quantum tenet digitus
 meus, non te dedissem pro hâc re.* Cùm autem audivit (a) Comes Hugo hoc;
 ivit ad Curtim Comiti, et misit eum in ratione de sua rectitudine, et nihil
 illi profuit. Contristavit se Hugo, et (b) defedavit Comitem de se, nisi
 de civitate sua et de corpore suo audientibus cunctis. Antequam Hugo vel
 sui homines nullum malum fecissent, apprehenderunt homines Comiti be-
 neficium hominibus Hugoni pro nomen de guerra. Ut vidit Hugo (c) [*vel
 sui homines nullum malum fecissent, apprehenderunt homines*], perrexit ad ca-
 strum Kassiacum quæ fuit avunculo suo quem Petrus tenebat injustè, undè
 damnum Hugoni veniebat. Cœpit turrem et projecit homines Petroni. Fe- B
 citque Hugo pro hoc, quia cogitavit habere rectum, quia fuerat patri suo,
 vel ad aliis parentibus suis, quem perdebat. Ut autem audivit hoc Comes
 contristavit se valdè, et mandavit Hugoni ut redderet ei turrem quam ha-
 bebat * abstultam Petroni. Mandavit Hugo Comiti quòd redderet honorem
 patri suo, et alia quæ fuerant parentibus suis ubi ipse rectum habebat, et
 ipse ei reddidisset turrem, et omnia quæ intùs fuerant adprehensa, et totam
 illam honorem quæ fuerat Joscelino, quæ Comes ei dederat. Consideravit
 se Comes, et levaverunt placitum invicem. Dixitque Comes Hugoni: *Non
 reddam tibi illas honores, quas mihi requiris, sed istam honorem quæ fuit avun-
 culo tuo, castrum, turrem et omnem istum honorem dabo tibi per talem conven-
 tum ut ampliùs mihi non requiras illam honorem quæ fuit patri tuo, vel (d) ad
 aliis parentibus tuis, neque alias causas quas per rectum tuum requiris.* Ut au- C
 tem audivit Hugo, dubitavit valdè Comitem, eò quòd per malum ingenium
 eum in retro habebat (e) multum deductum, dixit ad Comitem: *Non sum
 ausus facere hoc, quia timeo ut malum me minasses, sicut habes factum de mul-
 tas alias res.* Dixit Comes Hugoni: *Ego faciam tibi tales fiducias, ut ampliùs
 me non discredas.* Dixit ei Hugo: *Quales?* Dixit Comes: *Pro uno servo tibi;
 ostendam ut portet tibi iudicium ut non discredas quòd illam finem quem feceri-
 mus inter nos, bona et firma sit, et pro omnibus (f) causas que retrò fuerunt
 damnum tibi ampliùs jam non eveniet, sed finis sit adtenta (g) sine malo inge-
 nio.* Ut audivit Hugo quòd ita dicebat Comes, dixit: *Tu es meus Senior, non
 accipiam de te fiduciam, sed tantum mitto in misericordiam Domini, et in tua
 mercede.* Dixit Comes Hugoni: *Relinque mihi omnes querelas de retrò quas
 requirebas, et jura mihi fidelitatem et filio meo, et (h) dabit tibi honorem D
 avunculo tuo, aut contra (i) concammium tibi valente.* Et dixit Hugo: *Senior,
 precor te per Deum, et per istum sanctum Crucifixum, qui in figura Christi factus
 est, ut non mihi facias facere, si in antea tu et filius tuus vultis mihi minare
 per malum ingenium.* Dixit Comes: *Ita faciam per fidem ego et filius meus sine
 malo ingenio.* Dixit Hugo: *Et quomodo habuero juratam fidelitatem tu requiras
 mihi castrum Kassiacum, et si non reddiderim tibi, tu dicas quòd non est rectum
 ut tibi vetem Castrum quæ de te habeo, et si tibi reddidero, tu autem et filius
 tuus tolletis mihi, quia vos non habetis (k) nisi fiducia facta, nisi de Deo, et
 de vestra mercede.* Dixit Comes: *Non faciemus, et si non requisierimus tibi,
 tu noli nobis reddere.* Per nomen autem de tali conventu aut sicut finis lo-
 quuta fuit, quòd Comes et filius suus fidem portassent Hugoni sine malo
 ingenio, receperunt Hugonem ad hominem in fide et in credentia. Et fe- E
 cerunt Hugoni relinquere omnia quæ de retrò requirebat: et juravit illis
 fidelitatem, et dederunt illi honorem Joscelini avunculo suo (l) uno anno
 antequam moreretur.

(a) Comes non legitur ibidem.

(b) Defedavit, pro diffidavit; à verbo diffidare quod est inimicitiam excitare.

(c) Ansulis inclusa non leguntur in Editione Labbei.

(d) Lab. quod.

(e) Idem, in multis.

(f) Ibid. causis.

(g) Idem addit, firma.

(h) Ibid. dabo.

(i) Id est, commutationem.

(k) Idem, mihi fiduciam factam.

(l) Addimus cum Labbeo: sicut ipse tenebat illam.

A

MONITUM

IN CONRADUM, MATHILDEM ET EORUM LIBEROS.

D *E NUMERO filiorum Conradi Regis Burgundiæ inter eruditos non convenit. Hi nominant Rodolfum, et Bosonem. Sanè quod attinet ad Bosonem, non adeò certum est. Isti addunt alios. Quidam*
B *Rodulfum unigenitum dicunt. Eadem controversia de puellis, an Bertæ et Gislæ adjungenda sit Mathildis, adhuc sub judice lis est.*

De Gisla sic habet Hugo Flaviniacensis in Chronico suo Lab. Bib. Mss. Tom. I, pag. 174. Conradus (non Othonis III filius, sed Henrici Franconiæ Ducis) accepit uxorem Gislam Rodulphi Regis Burgundiæ sororem, Conradi et Mathildis filiam, de qua genuit tertium Henricum. At juxta Glabrum pag. 41, Tom. X, Henricus [II] Imperator fuit nepos Regis [Burgundiæ] Rodulphi. Parentes enim habuit Henricum Ducem Bajoariæ et Gislam ejusdem
C *Rodolphi sororem: Audiamus iterùm eundem Scriptorem: Conradus in conjugio habebat neptem præfati Rodulphi. Non igitur in matrimonio junctus est Gislæ sorori Burgundiæ Regis; at potiùs alteri Gislæ primogenitæ Hermanni Alemanniæ Ducis et Gerbergæ, sororis Rodulphi III, natæ Conradi Regis. Communi nomine moderni in errorem rapti sunt.*

Berta filia Conradi primò nupsit Odoni I Blesensium Comiti; dein Roberto Regi Francorum. De istac consule, si lubet, Glabrum Lib. 3, Cap. 7, pag. 40, Tom. X, et passim; cujus opinio nobis
D *arridet.*

Liberis Conradi subjunge alterum Conradum cujus suscriptio, his verbis signum Conradi filii Regis, legitur in Charta Reginæ Bertæ, uxoris Rodulphi II, quondam Regis Burgundiæ, Provinciæ et Alemanniæ, quâ condit, dotat, committitque Mayolo Abbati Cluniacensi Paterniacum Monasterium (vulgò Payerne, al. Peterlingen): de hac re vide Tom. IX, pag. 668.

2º Burchardum seu Borchardum et Brochardum Archipræsulem Lugdunensem, qui Episcopatum in infantia adeptus, ut scribit Hugo Flaviniacensis, sedit ab anno 979 ad an. 1031, fratrem fuisse Rodulphi III constat ex præcepto ejusdem Regis quod mox vulgabimus. An matrem communem habuerint Princeps iste et Archiepiscopus, arduæ quæstionis est. Quidam inducunt ex Charta Conradi Regis à Guichenone edita Bib. Sebus. pag. 32. Conradum primo connubio nupsisse Adelainæ viduæ Lotharii Regis Italiæ, Otthonisque Regis Alemannorum sororis: quod falsum est: nam istæc Adalais erat soror Conradi Regis, et post obitum Lotharii nupsit Othoni Regi Germaniæ. Alii post Hugonem Flaviniacensem, Tom. VIII, pag. 296, levi fundamento asserunt Burchardum Conradi ex concubinâ filium.
E

His rationibus æquâ lance appensis, videtur Mathildem unicam

fuisse istius Conradi uxorem, Glabrique auctoris contemporanei sententiæ manus dare non refugimus. ^A

Ex Chartulario hujus Monasterii.

CONRADI (a) REGIS BURGUNDIÆ DONATIONES PIÆ,

FACTÆ S. ANDREÆ VIENNENSI MONASTERIO.

Apud Acherium Spicilegii, Tom. III, Edit. in-folio, pag. 380.

An. 992.

IN nomine Domini nostri Jesu-Christi, Chuonradus ipsius præveniente ^B Clementiâ omni tempore jugiter serenissimus Rex. Si aliquid compendiorum sanctæ Dei Ecclesiæ ex nostris facultatibus conferre studemus, quatenus antiqua auctoritas præcedentium patrum Regum observetur, et vita Monachorum in hoc laude divina altiùs conscendatur, si est unde victum et vestitum sancta Dei Ecclesia membris sui cotidie, ne à Dei cessent cultu, possit ex aliqua parte nobis donantibus sustentare penuriam suam, vel administrare: credimus non solum nos vel successores nostros ideirco felicius in hac vita regnatos; verum in futuro æternæ vitæ recompensatione cum electis in illa supernorum curia posse conscribi confidimus. Quapropter cupimus notum fieri omnibus sanctæ Dei [Ecclesiæ] fidelibus, præsentibus scilicet et futuris, qualiter nos divino amore compuncti, imprimis memores salutis æternæ vitæ, et recordationis beatæ, ut credimus, animæ conjugis nostræ dilectæ Machtildis Reginae, et ut ipsa donavit, et nos perficere postulavit, ad sacrosanctum Monasterium, quod est constructum in civitate Vienna, in honore sancti Andreae Apostoli et sancti Confessoris Maximi, qui hîc corporaliter requiescit, ubi dominus Heunomus Abba Monachorum præesse dinoscitur, quidquid proprietatis visi sumus habere in prædicto pago Viennensi in prædictis locis, in villa Vitrosco Ecclesiam cum presbiteratu, et in villa Areld, et in Mansiano et Arcas habere dinoscimur; eâ scilicet ratione, ut prædictus Abba Heunomus, et modò Fratres qui degunt, et qui deinceps ad illud Monasterium pro Dei amore venturi sunt, prædicta loca teneant ad utilitatem ipsius Monasterii, et perpetualiter possidendum per hoc nostræ auctoritatis præceptum illis censemus, et nihil census vel servitii unquam Rectoribus prædicti Monasterii à regiâ potestate indè ^D exigatur, nisi, ut diximus, solo Conditori hominum pro nostra peccamina grata persolvant libamina. Ita ut hactenus ad nos prædictæ res respiciebant qualicumque ingenio nobis devenissent, aut de paterna potestate, aut etiam nos postea de Walda in villa Arcas acquisivimus, hoc est mansum unum, et in Mansiano colonicam unam, et in Vitrosco quidquid de Theodewino acquisivimus, et in Areld similiter quantum de ipso comparavimus, hæc ipsa prædia pretio computato trecentorum solidorum constat à nobis esse acquisita. Omnia hæc à nobis illis tradita seu ab illo Abbate, ac Monachis suis in prædictis villis postmodum simili modo acquisitis, vel etiam ubicumque aliquid habent acquisitum, vel in futuro tempore erit conquiendum, vel si aliqua persona aliquando pro remedio animæ facultatibus ipsius Monasterii de suis rebus cupit ingerere, huic nostræ auctoritati subdere ^E decrevimus, ne per successiones futuras aliquâ incuriâ desoletur, agris, pratis, vineis, casis, casalibus, pascuis, aquarumve decursibus, et in omnibus appendiciis amodò et deinceps. Ut autem hæc nostra auctoritas apud successores firmum tenorem habeat, et omni tempore stabilis et inconvulsa permaneat, placuit nobis nomini nostro esse conscribendum, et

(a) De Conrado Jurensis Burgundiæ necnon Provinciæ Rege ejusque Diplomatis plura vide in Tomo IX, pag. 695-705, et passim: ad quæ remittimus. Unum superest hujusce Principis Diploma in gratiam Monasterii S. Andreae Viennensis, subterioris, seu inferioris, quo nomine vocatur ad discrimen superioris, quod ins-

taurasse fertur. Hocce in Monasterio condito jam inde à sæculo IV, Monachis IX sæculo ad canonicalem vitam deficientibus, Monasticum statum restituisse dicitur Conradus, suffragante Aimoino [scu Heunomo] Abbate, qui primus ab istac restitutione Abbas illic fuisse videtur.

A impressione anuli (a) nostri subteriùs subsigillari. Signum invictissimi ac piissimi Regis Chuonradi.

Ego itaque Kerardus indignus Sacerdos præscripti Regis ac Reginae humillimus Capellanus, jussus ad vicem Haimonis Valentinensis Episcopi Archicancellarii scripsi et subscripsi. Data Kal. Dec. Nonas Decemb. Idus Januarii sub Pontifice Tietpaldo, anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi DCCCCXCII, Indictione quarta, Epacta vigesima, regnante Rege nostro Chuonrado XXXVIII anno (b).

(a) Hinc apparet Burgundionum Principes formulâ annuli impressione uti fuisse solitos, dum B Capetiani Reges, à Roberto præsertim, illam abrogaverant.

(b) Nihil cobæret in hujus Chartæ notis Chronologicis, præter enim quàm quòd insolita prorsus est hæc triplex epocha: *Data Kal. Dec. Nonas Decemb. Idus Januarii*, cum anno 992 non concurrat *Indictio quarta* sed quinta, neque *Epacta vigesima*, sed decima quarta, neque annus

38 regni Conradi, sed annus 56: quippe qui regnare cœpit anno 937. Hinc suspicor hasce nolas, ut quandoque contigit à quodam imperito librario postmodum adjectas fuisse: quod non est validum falsitatis argumentum in Chartis aliunde genuinis, ut videtur esse hæc Conradi donatio; revocatur enim in memoriam et confirmatur à Rodulfo Conradi successore Chartâ anni 994 mox vulgandâ.

MONITUM

IN SEQUENTIA DIPLOMATA.

C I^N Præceptis seu Chartis Rodulphi III Regis Provinciæ variè inscribitur nomen ejus: modò Rodolphus, in his Rodolphus, aliter Ruodolphus, Rudolphus et Roudolphus.

Formulæ seu invocationes frequentiori usu, XI sæculo, receptæ in illis visuntur, nempe: In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. In nomine Domini Dei æterni. In nomine Dei æterni et Salvatoris nostri Jesu Christi. *At familiarior prima invocatio.*

D Sub Rodulpho Pandolphus Cancellarii munere fungebatur. Iste habuit plures Notarios qui vel jussu Regis vel vice et absente Cancellario Chartas et Instrumenta scribebant et subscribebant vel recognoscebant. Præter Cancellarium exstiterunt in Burgundiæ regno Archicancellarii nomen et dignitas. Primi muneris vices gerebat Pandolphus, seu Pandulphus, plerumque Padicius. Eminentiore locum obtinuerat Burchardus Archiepiscopus. Absentibus Notariis et Cancellariis, privati quidam jussu Principis scripserunt Instrumenta.

Notandum maximè stilum Cancellariæ Italianæ in Burgundia Transjurense viguisse: quod observamus in Diplomate Rodulphi III an. 993. Cancellarii æquè ac Notarii subscribebant litteras Regias, exclusis testibus.

E In Chartis Conradi, Rodulphique filii ejus ac successoris, legimus Formulam, annuli nostri impressione, cujus frequentior usus erat apud Reges Carolinæ stirpis: communiter usurpaverunt manu propriâ roborare et sigillo nostro insigniri.

Exotica in Præceptis Regum Capetianorum, à Carolinis verò communiter usurpata, clausula legitur in Diplomate Rodulphi pro Monasterio S. Andreæ Viennensis. Vetat iste Princeps ut deinceps nullus Dux, Marchio, Comes vel quælibet grandis ut parva regni nostri persona, de suprâ nominatis rebus nullum teloneum vel aliquam functionem exigere præsumat. Communis erat apud Francos hæc formula sub Regibus Carolingis.

 RODULPHI III REGIS BURGUNDIÆ TRANSJURENSIS,

SEU PROVINCIÆ, DIPLOMATA.

I.

Pro Monasterio Agaunensi.

*Ex Cancellaria
Agaunensi.*
An. 993.

Apud Cl. Menestrier in Probat. ad Histor. Lugdun. pag. 21.

B

Pouilly

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Rodolphus Rex. Maximum regni nostri augere credimus munimentum, si concessionis nostræ munificentiam sacris sanctæ Ecclesiæ ædibus aliquid concedimus, atque Ecclesiasticam indigentiam nostræ opis propentius fugamus auxilio, plurimum nobis ad æternam beatitudinem, regniq̄ue nostri stabilitatem prodesse confidimus, et ad commodum proculdubio credimus. Omnium itaque fidelium nostrorum tam præsentium quàm futurorum certitudo comperiat, quoniam venerabilis Archiepiscopus Lugdunensis, qui est Agaunensis Abbatiae Præpositus, nostrum audiens prospectum rogavit suppliciter, ut pro anima serenissimi patris nostri Conradi, sicut etiam distribuerat, Pulliacum * villam in eadem Abbatia Deo famulantibus per præceptum concederemus, quod in modico jussimus adnotare ut jam dicta villa quæ dare potuimus, justè et legaliter cum suis omnibus appenditiis regia et præcepti autoritate S. Mauritio, suæ legioni et Canonicis æternaliter distributa corroborando confirmavimus. Ut autem nemo futuris temporibus immutare possit ullo modo hoc præceptum erga Ecclesiam et Canonicos pro divinæ remunerationis amore, et animæ patris nostri redemptione, desuper etiam ut æternam sibi vigoris firmitatem defendat, et à cœtu sanctæ Dei Ecclesiæ inviolabiliter conservetur, hoc donativum summæ pietatis gratiâ peractum, hanc præsentem fieri præcepimus scripturam, et manu propriâ corroboravimus, ut quicumque hoc inviolabiliter conservare studuerit, benedictionem et gratiam consequi mereatur: si quis autem in pejus mutare tentaverit, divinum incurrat periculum in die judicii, et à Christo alienus habeatur.

C

Signum Serenissimi Domini nostri Regis.

D

P. Anselmus almi Mauriti et Domini Regis Cancellarius unius notas (a) implevit anno Incarnationis Domini DCCCCLXXXIII, regni verò domini Regis I.

Acta in Siazio prid. Kal. April. (b).

(a) Notanda maximè hæc verba *unius notas implevit*, quæ fortassis significant pro hac vice Cancellarii officio functum fuisse Anselmum sancti Mauricii [Agaunensis] Notarium; Pardolfus enim sequentibus annis Cancellarii locum obtinebat; aut saltem Anselmus *notas* seu signa loco testium solus supplevit.

(b) Hinc collige Conradum Rodulphi III genitorem et in regno Burgundiæ Transjurane decessorem jam obiisse *pridie Kal. Aprilis* anni 993. Id notandum, quia de tempore ejus mortis non convenit inter eruditos Mabillonius, *Tom. IV. Annal. pag. 85* eam differt ad XIV Kal. Nov. hujus anni 993.

A

II.

Confirmat ea quæ Monasterio S. Andreae Viennensis donaverat
Conradus pater ejus.

Ex Chartulario hujus Monasterii.

Apud Acherium Tom. III Spicilegii, pag. 380.

An. 994.

IN nomine Domini Dei æterni, Rudulfus Rex. Si locis Sanctorum more præcedentium Regum Catholicorum aliquid compendii, unde vita inibi Deo famulantium sustentetur, conferre studemus; non solum in hac vita diutiùs cum prosperitate regnatos, verum in perenni à Deo recompensationem recipere confidimus. Quocirca noverit sanctæ Dei Ecclesiæ nostrorumque fidelium universitas, præsentium scilicet ac futurorum, quia venerabilis Abbas Haimoinus de Monasterio sancti Andreae Apostoli in civitate Vigenna * siti, cum Monachis sibi commissis, ante præsentiam nostram præceptum patris nostri deferens postulavit, ut res quæ in ipso ad præfatum Monasterium (a) à se jamdudum restauratum delegatæ erant pro animæ matris nostræ Mathildis Reginæ remedio ac suæ, nostræ auctoritatis præcepto ad sustentationem Deo ibi servientium corroborare dignaremur. Sunt autem res ipsæ in pago Vigenni sitæ, in villa Vitrosco Ecclesia cum appendiciis suis, et quidquid in ipsa villa, vel in Arelo pater noster et mater nostra de Teudowino adquisierunt, et in Areas mansum unum, et in Masiano colonica una. Nos verò non solum in hoc ei assensum præbentes, sed in-
B super per consilium dilectæ conjugis nostræ Agildrudis Reginæ, ac fratris nostri Burchardi (b) Lugdunensis Archiepiscopi, quamdam villam Crisinciacus nominatam cum famulis utriusque sexûs et ætatis, et rebus omnibus ad ipsam respicientibus, quæ ex multo tempore de præfato Monasterio ablata fuit, pro remedio animæ patris nostri sicut ipse in fine obitûs sui reddidit, sancto Andreae sanctoque Maximo reddimus et concedimus, et per hoc nostræ auctoritatis præceptum sancimus, ut deinceps nullus Dux, Marchio, Comes, vel quælibet grandis aut parva regni nostri persona de suprâ nominatis rebus nullum teloneum, vel aliquam functionem exigere præsumat sed ad subsidia Monachorum in prælibato Monasterio Deo servientium, omnium hominum inquietudine remotâ, cuncto permaneant tempore. Si quis autem hujus nostri præcepti violator extiterit, sciat se compositurum
C auri optimi libras XXX, medietatem Camerae (c) Palatii nostri, et medietatem Monachis supradictis. Ut autem à nobis veriùs factum credatur, et ab omnibus diligentius succedentibus temporibus observetur, manûs illud nostræ subscriptione roborantes, sigilli nostri impressione annotari jussimus: et ad confirmationem prælibatam confirmandam addimus Ecclesiam de Masclatis cum appendiciis suis ad prædictorum Monachorum subsidia.

* Vienne

Signum Domini Rudulphi Nobilissimi Regis.

Paldolfus Cancellarius recognovi.

Data II. Idus Januarii anno Incarnationis Domini DCCCCXCIV. Indictione V*, anno verò Domini Rodulphi Regis primo. Actum Vigennæ * in Dei nomine fideliter. Amen.

* VII

* Viennæ

(a) Tametsi in his literis Rodulphi Regis, filii ac successoris, instauratio Monasterii S. Andreae inferioris tribuitur Aimoino seu Haimoino; tamen ob reverentiam, jus et honorem Regiæ Majestatis dicitur in superiori Conradi præcepto Monasterium illic statum restituisse: quæ optimè cohærent.

(b) Hinc confirmatur quod diximus suprâ de Burchardo Lugdunensi Archiepiscopo quem Rodolphus nominat ubique fratrem suum.

(c) Camera Palatii Regum Burgundiæ, seu Palatina Audientia aut Curia judicium Palatinorum, hoc est, eorum qui in horum Palatiis judicium officio fungebantur.

Confirmat possessiones et terras Monasterii Cluniacensis,
in Burgundiæ regno positas.

Ex Schedis Mss. Bibliothecæ Abbat. S. Germani à Pratis.

An. 998.

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Rodolphus divinâ favente clemenciâ regni gubernacula potenter tenens. Præclarius et laudabilis jocundiusque nihil esse omninò nostro comprobatur judicio, quàm si regnum nostrum tali sub regimine disponatur, ut in hiis, quæ justa sunt et honesta, una majorum concordia sit et minorum. Inde certius innotescere volumus omnibus sanctæ Ecclesiæ filiis ævi præsentis hominibus et futuri temporis fidelibus, qualiter Odilonis Cluniacensis Monasterii Abbatis religiosissimi, fratrumque inibi jugiter in Dei sanctorumque Petri et Pauli Apostolorum servitio desudantium petitionibus animo sat libero libentique consentientes, scripta et dationes Regum temporis antiquitate nos præcedentium, quantum nostro juri regnoque ubivis partium attinere videtur, renovare perpetualiterque firmare curavimus. Quod uti talibus et tantis et tam præclaris personis vota assensionis exhibere decet, regiæ dignitatis non piguit agere auctoritatem. Concedimus enim loco præfato omnibus virtutum monilibus decenter adornato villas hiis nominibus assignatas, Lugdunensique in Comitatu sitas, Tusciacum scilicet et Ambariacum cum Javiniaco et Boliniaco, cum hereditate à Widone Archiepiscopo eisdem donata, villaque Cavariaco cum superposita S. Johannis Ecclesia; villaque Romana cum Ecclesia superposita: Forensi quoque in Comitatu S. Victoris Basilicani. Apredunum villam, et Poilliacum cum superconstructis sibi Ecclesiis: in Viennensi autem Comitatu Taherniacum, Causellam, Brachostum, Medonem, Insulam inter binas has aquas, Bullarum et Carusiun, cum Ecclesiis eis superinstructis; capellam quoque de Chandiacum, cum hereditate Ratburni, quantum eis concessum ad præfatum locum pervenit; seu quidquid in Girliaco jus prænominatorum participat fratrum. Hæc igitur omnia tam in capellis quàm casis, casalibus, terris, vineis, campis, pratis, pascuis, silvis, salictis, mansionibus, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscariis, montibus, vallibus, alpibus, planiciebus, servis, ancillis, nec minus et omnibus, quæ dici et nominari possunt, aut excogitari, ad prædictos locos pertinentibus, præsentialiter habitis, et in futuro acquirendis, sint in jure cœnobii ejusdem et Abbatis nunc temporis ibidem præsentis ejusque successorum, ad communem utilitatem fratrum ibi pro tempore Deo servientium, jure quieto ac absque alieujus contradictione seu impugnatione. Quam nostram donationem si quis infringere aut violare voluerit, infernales sentiat pœnas, centum auri purissimi libras Kameræ nostræ persoluturus. Quod ut veriùs à nobis factum credatur, et nunquam à posteris nostris infringatur, manûs propriæ scriptis roboramus, et sigillo nostro jussimus insigniri.

Signum Domini Rodolphi Regis nobilissimi.

* Paldulfus

Ego Padicius * Cancellarius ad vicem Burchardi Archiepiscopi et Archicancellarii recognovi.

Datum in Paterniaco (a), anno Incarnationis Dom. DCCCCXCVIII. regni verò Rodolphi Regis V. feliciter. Amen.

(a) Paterniacum locus est in diocesi Lausannensi, ubi Monasteriorum erat Ordinis Cluniacensis, jam laudatum Tom IX, pag. 667, patriâ linguâ *Payerne* al. *Peterlingen* medio ferè itinere Friburgum inter et Everdunum. Ibi conditum fuit Monasterium à Berta Regina, ut videre est, *ibid.* Cujus etiam donationes Rodolphus III hoc ipso anno confirmat interventu *Agildrudis* Reginæ conjugis suæ, *Puchardi* seu

Burchardi Archipræsulis Lugdunensis, necnon *Otelonis* seu *Odilonis* Cluniacensis Abbatis Quo ferè tempore, Genevæ in Ecclesia S. Victoris Monastica disciplina instituta est, annuente et litteris suis confirmante Hugone Episcopo Genevensi. Evocato ipso Abbate Cluniacensi hunc locum regendum commissum fuisse patet ejus Hugonis litteris, apud Mabillonium vulgatis Tom. IV Annal. ap. pag. 694.

A

IV.

Eadem quæ suprâ confirmat Monasterio Cluniacensi.

Ex Schedis Mss. ejusdem Bibliothecæ.

An. 998.

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Rodulfus, divinæ nutu clem-
 tiæ, regiæ dignitatis donatus honoribus. In restaurationibus Ecclesiarum
 Dei perpetuisque solidationibus summo mentis affectu plurimam operam dare,
 perutile et honestum fore propositum nostri negotii notitiam minimè latitat.
B Unde omnibus sanctæ Ecclesiæ filiis ævi præsentis hominibus et futuri tem-
 poris fidelibus certiùs innotescere volumus, qualiter ob Agildrudis Reginæ
 conjugis nostræ dilectissimæ Archipræsulisque Burchardi, necnon Otelonis
 Cluniacensis Monasterii Abbatis justas et honestas petitiones præcepta regalia
 seu cartas vel donationes ab aliis fidelibus eidem Cluniacensi Monasterio,
 quantum nostri in finibus regni habetur, factas, in unum collectas corpuscu-
 lum, more patris nostri beatæ memoriæ, nominatim omnibus Missis reno-
 vavimus. Pertinent igitur ad locum prædictum Paterniacum Monasterium,
 et Romanum Monasterium, cum omnibus appenditiis eorum in Episcopatu
 Lugdunensi, Saviniacum, Phareneum, Ambariacum, Boloniacum, Eccle-
 sia quæ dicitur de Oratorio, Ecclesia S. Andeoli, Luiniacum, Tussiacum,
 Cavariacum, villa nomine Thaluctatis, portum de Ofa, Vivariacum, pisci-
 næque aliquot, Darbonacum, Amberta, Poliacum, Artedunum, Ecclesia
 Tiergis, Ecclesia de Vallibus, Ecclesia de Roduens, cum omnibus ad ea
C pertinentibus: in Episcopatu Viennensi Croptas, Locum, Taderniacus, Cau-
 sella, Ecclesia S. Desiderii, Bracost, Brucins, Jarsin superior, Jarsin sub-
 terior, mansiones de Vienna cum Ecclesia, villa Salpaise, Mons Judæus,
 Ecclesia de Candaico, Medons, villa quæ vocatur Insula, inter Bullam et
 Carusiam, cum omnibus eorum appendiciis: in Episcopatu Valentiniensi Ec-
 clesia de monte Ison, Ecclesia de Aleso: in Episcopatu Vivariensi Ecclesia
 de S. Georgio, locus Rumpone, locus ad fontes Collarionis, cum aliis
 quibusdam. In Provincia Cella S. Amandi, castrum Colonzellas, cella S.
 Pantaleonis, Tudeleta, Poiodolen, castrum Condorcense, cella Rosacen-
 sis, cella Canagobiacensis, Valentiola, Teiza, mansiones de castro Avi-
 nione et Arelatensi urbe et monte Juario, quicquid ibi adquisistis et in villa
 Ribedanas. Hæc igitur teneat Abbas Outelo, Monachique sub eo locati, suc-
D cessorisque eorum, cum omnibus quæ antecessores ejus in regno nostro
 adquisierunt, aut ipse adhuc adquisiturus cum successoribus erit. Ut autem
 hæc à nobis facta credantur, et nunquam à posteris nostris infringantur,
 manu nostra roboravimus, et sigillo nostro jussimus insigniri.

Signum Domni Rodulfi Regis nobilissimi.

Ego Paldufus Cancellarius recognovi.

Actum Viveisi (a) anno Incarnationis Dominicæ DCCCCXCVIII. In-
 dictione IX *, regni verò Rodulfi Regis VI. feliciter. Amen.

* XI

V.

Pro Monasterio Agaunensi.

Apud Guichen. in Probat. Gentilitiæ Hist. Sabaudiae, T. III. p. 2.

*Ex Archivis
 hujus Mona-
 sterii.*

E

IN nomine Dei æterni et Salvatoris nostri J. C. Rodulfus Dei gra-
 tiâ Burgundionum Rex. Quicumque in hoc sæculo divitiarum vivens af-
 fluit ubertate, diligentia debet providere, ne his nimium intentus, amittat
 ditissimum florem æternæ dignitatis, et gloriam patriæ cœlestis. Quamvis Do-
 minus dicat camelum faciliùs posse foramen acûs penetrare, quàm divitem
 regnum cœlorum intrare; non tamen nobis diffidendum est de immensa
 ipsius pietate: quia qui dat escam invocantibus se pullis corvorum, non de-
 negabit veniam sperantibus in se famulis. Neque enim est sibi exiguum
 vel vile, propter quod dignatus est humanitatem sumere; haud alteri
 vult descrere, quod redemit suo pretiosissimo sanguine, ut illuc non traheret

An. 1014.

Matth. 19. 24.

psal. 146. 9.

(a) Forsan *Veysel* in Electione Lugdonensi.

unde venerat liberare. Ille itaque nobis peccatoribus medicamina salutis est ^A
Luc. 16. 9. largitus, cùm non solùm de propriis vel bene adeptis, verùm et de
 mammona iniquitatis amicos docet nos facere, qui reciperent in æterna
 beatitudine. Nos siquidem his et aliis instructi monitis, si petitionibus fide-
 lium nostrorum aurem serenitatis nostræ accommodaverimus, procul
 dubio promptiores et fideliores ad nostrum efficimus famulatum: idque non
 tantùm animæ, verùm etiam nostri regni statui valdè prodesse non ambigi-
 mus. Quapropter omnium nostrorum, tam præsentium quàm futurorum, no-
 verit industria fidelium, quòd quidam fideles nostri, videlicet conjux nostra
 Hermegondis Regina, Bertoldus ^(a) quoque et Rodulfus Comites et Ro-
 bertus, necnon Hugo Episcopus * Sedunensis, Henricus Lausanensis, at-
 que Hugo Genevensis, et Burcardus Lugdunensis, Anselmus * Augustensis,
 ac Pandulfus cum cæteris fratribus, supplices nostram aggressi sunt cle-
 mentiam, quatenus pro salute nostra et eorum petitionibus Ecclesiæ Agaunensi ^B
 in salo miserrimæ desolationis jam pene naufraganti subveniremus.
 Quorum petitionibus benignis annuentes, donamus, immò ab antecessori-
 bus nostris ablata reddimus tam Ecclesiæ Agaunensi quàm fratribus ibi
 Deo et S. Mauricio famulantibus, de victu et vestitu proclamantibus, ad
 mensam eorum in refectorio fiscos Sigisciacum, Lulliacum, Communi-
 cum, Pulliacum, Auronum, potestatem Wadens et Bedelosci, et in Vi-
 vesio placitum cum omni redhibitione censûs et hominum; Lustriacum,
 Vouvreium Aulonum, Seuchiam, Narres, cum omnibus appenditiis eorum;
 et oblata altaris ejusdem Ecclesiæ, dimidium Burgum ipsius loci, et ibi-
 dem furnum cum molendinis, et duas partes tholonei salis, et Alpes S.
 Mauricii, totiusque caput * Laci; ea videlicet ratione, ut omni tempore nostri ^C
 præcepti auctoritate ipsi et successores eorum quietè habeant et teneant,
 et inde in refectorio vivant, et quidquid utile sibi in commune bonum decre-
 verint, liberè faciant. Si quis verò, quod minimè credimus, eos molestaverit,
 non valeat vindicare quod appetit: sed sit culpabilis, et persolvat quingentas
 libras optimi auri, medietatem ipsi Ecclesiæ, et medietatem regiæ Camerae.
 Verùm ut hoc credatur certius præsens præceptum, manu propria firmamus,
 et sigillo nostro signari, et prædictorum Episcoporum anathemate muniri præ-
 cipimus.

Datum anno ab Incarnatione Domini MXIV, regni verò Regis Rodulphi XXIV. * die Sabbati XVI. Calend. Martii, Luna XVIII. Indictione * I.
 Actum in Agauno ^(b) feliciter.

* XXI
 * XII

* Regis Rodulphi Diplomata VI et VII, ratione ætatis transpone.
 Ex Chartulario ejusdem Ecclesiæ.

An. 1016.

VI. *

D

Prædia quædam in Comitatu Bargensi sita Amisoni et uxori ejus conceduntur.

Ibid. pag. 3.

* Comté de Barges

^E
 IN nomine sanctæ Trinitatis et individuæ ^(c) Unitatis. Rodolphus divinâ providente clementiâ Rex. Notum esse volumus omnibus Dei Ecclesiæ filiis natis et nascendis, qualiter quidam ex fidelibus nostris Amiso nomine venit ad nos, postulans ut sibi per præstariam concederemus quandam terram sancti Mauricii, cui assensum præbentes, largimur tam ipsi jam præfato Amisoni et uxori ejus, quam sibi legitimè adquisierit, et post eorum discessum, cuicumque illorum infanti dare voluerint vel consentire; mansos duos conjacentes in Comitatu Bargensi *, sive in valle Nugerolensi, tam in casis quàm casalibus, campis, pratis, vincis, pascuis, silvis, aquis, aquarumque decursibus, et cum omnibus appenditiis sive usamentis omnibus, laudante et consentiente domno ac venerabili Burcardo Archiepiscopo et loci Agaunensium Abbate, simulque fratribus sancti Mauricii annuentibus,

(a) Bertholdus pater Humberti, caput Comitum Sabaudie, notatur in Chronico Ditmari ante annum 980, ut videre est Tom. X, p. 122. factus, juxta eundem Guichenon. Comes Mauriennæ et Sabaudie Diplomate Rodulphi Regis dato Aquis 5 Idus Maii.

(b) Agaunum, S. Mauritz, antiquitè Ter-

nadæ dictum, in Vallesia, *en Vallais*, nobilitatum martyrio S. Mauricii legionis Thebæorum Ducis et sociorum.

(c) Nota exoticam hanc invocationem, jam monuimus diversas Rodulphi formulas, quas vide-sis.

A accipientes à jam dicto Amisone vineam unam sui primi juris, sitam in Comitatu Bargensi, sive in valle Nugerolensi, et campum unum, quo eadem vinea possit operari, sub censu duodecim denariorum, quos singulis annis in festivitate sancti Mauritii ad ejus altare persolvant: et si uno anno negligentibus extiterint, in altero duplum componant, et si uno securè possideant, et ut à nobis factum esse videatur, et à nemine posteriorum nostrorum inferatur, suis consimilibus ad firmandum dare jussimus. Bertholdus (a) Comes firmavit, Cuono Comes et filii ejus firmaverunt, Seligerus firmavit, Adalger firmavit.

Actum Pinpeningis in præsentia quam plurimorum hoc videntium, die Dominico, anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi MXVI anno Regis Ruodolphi Regis quàmpii XXVI.

Ego Franco vice Pandolphi Cancellarii subscripsi.

VII.

Restituit Monasterio S. Andreae Viennensi Ecclesiam S. Symphoriani, et addit quidquid Constantius in valle Ortensi per donum Aimoini Abbatis ædificaverat.

Ex Chartulario S. Andreae Viennensis.

Apud Acherium, Tom. III Spicilegii, pag. 386.

C **I**N nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Ruodulfus divina providentia serenus Rex. Justis fidelium nostrorum petitionibus acquiescere justum ducimus et honestum. Quâ de re notum sit omnibus Dei Ecclesiæ filiis, nostrisque fidelibus præsentialiter natis et in futuro nascendis, qualiter petente Irmingarde (b) Regina conjuge nostra carissima, necnon Burchardo Archiepiscopo fratre nostro dilectissimo, sed et Utelino fidele nostro rogante, reddimus Monasterium * S. Andreae in civitate Viennensi constructum *, cui Hugo Abbas præesse videtur, Ecclesiam in honore sancti Simphoriani dicatam in septimo, cum dotis et decimis et offerendis, et omnibus appendiciis, ut sicut pater noster memoriæ bonæ Chuonradus Rex et mater nostra Mathildis pro anima sua illud dederunt; ita nos pro anima nostra illud reddimus, ut omni tempore illic permaneat ad stipendia fratrum ibi Deo famulantium in potestate et gubernatione Hugonis Abbatis et successorum ejus. **D**amus etiam in valle Ortensi quidquid Constantius ibi ædificavit per donum Aunini Abbatis, eo ipso modo ut superiora dedimus quæ sunt sancti Andreae. Volumus ergo ut in pace locus permaneat cum omnibus pertinentiis suis, nulla aliena potestate gravatus. Ut hæc à nobis facta credantur, et à posteris nostris non frangantur, manu nostra roboravimus, et sigillari jussimus.

An. 1015.

* Monasterio constructo

Signum Domni Ruodulphi Regis. Paldolfus Cancellarius recognovi.

Data pridie Idus Aprilis, anno Incarnationis Domini MXV. regnante Ruodolfo Rege anno vicesimo (c). Actum * Aquis.

* Aiz

VIII.

Ex propria hæreditate Monasterio Cluniacensi concedit Ecclesiam S. Blasii in viculis sitam in pago Genevensi cum omnibus pertinentiis suis.

E

Ex Bibliotheca Cluniacensi col. 411.

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Rodulfus Dei gratiâ Rex. Igitur cum totius ordo religionis, secundum decreta præcedentium Regum, sanctæ conversationis exordium sumeret, et ad perseverandum in ea sustentacula alimonie his qui districtius atque familiarius in Dei servitio se coercent *, publica regalis res ad sufficientiam aliis, et minus aliis subministraret, et

An. 1019.

* al. exercent

(a) Cessit è vivis Bertholdus iste circa annum 1024.

(b) Ermengardis seu Irmengardis Regina Rodulphi Regis secunda uxor erat; nam prima Agilrudis vocabatur, ut perspicere quisque po-

test in superioribus Cartis.

(c) Legendum est *vicesimo primo*, aut corrigendum *MXIV* pro *MXV*, ut concurrere possint ut duo numeri; constat enim Rodulfum Regem renunciatum fuisse ante finem anni 994.

ita per ordinem sanctæ Ecclesiæ status usque ad præsens per longa temporum curricula extensus sit : nihilominus dignum est ut nos, qui quasi per novissimos operarios in vinea Dei laboramus, eosdem operarios in exercitio operis Dei deficere non sinamus : quin potius, ut vires suppetunt nobis, usque ad unguem perducere tentemus. Quapropter sciant omnes præsentis tempore decedentes, et futuro succedentes, qualiter ego Rodulfus, petente atque exoptante, dilectissima conjuge mea Irainsanda *, dono ex hæreditaria mea possessione quoddam prædiolum, ob animæ meæ et suprâ memoratæ conjugis meæ remedium, cœnobio S. Petri quod dicunt Cluniacum *, et Abbati ejusdem Monasterii, et Monachis ejus, præcepto et S. Benedicti regulæ modò et deinceps obedientibus, et ibidem Deo famulantibus, Ecclesiam sancti Blasii in vinculis totam, cum omnibus ibidem pertinentibus, cum montibus et planitiis, agris, pratis, pascuis, silvis, decimatione, servis et ancillis, et cum omnibus utensilibus, dono ego et prædicta conjux mea ad suprascriptum Monasterium, ut si nos minus idoneè injunctum à Deo peregrimus officium, delicti nostri et negligentiae non pro merito recipiamus dispendium, sed per eorum orationes, quos sustentamus ; subministrantes temporalia, ad stadium currentes remuneremur mercede perpetua. Hæc ut à nobis facta credantur, et à posteris nostris non infringantur, manu nostra roboravimus et sigillari fecimus.

Signum Rodulfi Regis pii.

* *Albker*

Albicer * indignus Presbyter, jussu Regis scripsit hæc.

* *lege Urba*
*XXV.

Acta sunt hæc in villa Tabernis (a), quam alio nomine propter fluvium ibidem defluentem Utba * appellant. Data XVIII. Kal. Febr. anno ab Incarnatione Domini MXIX. regnante Rodolfo Rege, anno regni sui XXXI *.

Hoc itaque beneficiolum, id est, suprâ memorata Ecclesia quam damus fratribus Cluniaco degentibus, jacet in pago et in Comitatu Genevense, cum vicis ibidem appendentibus.

IX.

Ex Chartulario Monasterii Saviniacensis.

Donat (b) Monasterio Saviniaci in agro Lugdunensi villam Taluerias in pago Albanensi sitam cum Ecclesia B. Mariæ et SS. Petri et Mauricii.

Apud Guichenon. Bibliot. Sebus. pag. 97.

Circa an.
1020.

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Rodulfus divina favente gratia Rex. Rebus nostris Ecclesias Dei augmentare, more Regum prædecessorum nostrorum utile duximus, et honestum dijudicamus. Quapropter notum sit omnibus Dei Ecclesiæ, et nostris fidelibus natis et nascituris qualiter ob animæ remedium, et petitione Irmingardis Reginæ conjugis nostræ dilectæ, et Burchardi Archiepiscopi fratris nostri, et Burchardi Viennensis Archiepiscopi, cæterorumque nostrorum fidelium. Damus in pago * Albanense Talueris * villam cum appenditiis suis, et cum Ecclesia in honore S. Mariæ, et S. Petri et S. Mauricii consecratam ad S. Martinum et Monasterium * Saviniacense, et ad regimen et subjectionem Iterii Abbatis, et successorum ejus, et utilitatem fratrum (c) Talueris monasticè Deo famulantium ; ita ut in nostra tuitione et Irmingardis Reginæ et successorum nostrorum Regum remaneat. Et ut hæc à nobis facta credantur, manu nostra roboravimus, et sigillari jussimus. S. Domini Rodulfi Regis.

* *Albanois*
* *Taloires*

* *Savigny à trois lieues de Lyon.*

(a) Villa *Tabernæ* vulgò (*les Tavernes*) latino nomine olim dicta à fluvio *Urba* præfluente *Urbæ* appellationem accepit, ut ibidem dicitur ; et est pagus Vici Transjurenensis. Nostris *Orbe*, incolis *Orbach*. Tres igitur vicos *Tabernæ* nomine distinguere oportet. *Tabernæ* seu *Urba*, *Tabernæ ad Rhenum*, et *Tabernæ Montanæ*, uterque in Alsatia, in qua Burgundici juris nullum prorsus vestigium apparet.

(b) Cartam banc refert Mabillonius ad an. 1020. Iterius Cluniacensis Monachus Saviniacensi Cœnobio præfectus est Abbas anno 1018.

(c) Hoc est Talueriense Monasterium, diocesis Gebennensis prope Anneciacum, Saviniaco subductum ab Urbano VIII, nunc Abbatia, sub Benedictina congregatione S. Justinæ in Italiâ, exstat in pago Albanensi, eâ parte Ducatus Gebennensis, quæ Anneciacum, Taluerias, Ru-

miliacum et loca circumvicina continet. Ad hæc Gaufridus cum uxore sua Petronilla Ecclesiam S. Pauli, sitam in territorio Santonensi, subter castrum, quod vocatur Botavilla, freti consilio Willelmi Comitiss Engolismensis, ejusque uxoris domnæ Gerbergæ parentum suorum, Alduini fratris sui, necnon Isli Episcopi Sanctonensis, donant Saviniacensi Cœnobio, id est, domno Abbati Iterio et Monachis sub eo degentibus ; Cartam Gaufridi vulgavit Guichenon in Bib. Sebus, p. 125 : cui signa apposuerunt Willelmus Comes pater ejusdem Gaufridi, et Gerbergæ matris ejus. *Data per manum Duranti Monachi, mense Junio, feria III, regnante Roberto Rege in Francia, et Rodulfo in Callia.* Hanc verò donationem ante an. 1028, quo Willelmus Comes è vivis decessit, scriptam fuisse oportet.

X.

A

Ecclesiæ Viennensi Comitatum Viennensem concedit.

Ex Archivis hujus Ecclesiæ.

An. 1023.

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Rodulfus divina favente cle-
Imentia Rex. Quia igitur hujus sæculi præsentis assolet adversitas unum-
 quemque hominem impedire, ne officiis sibi injunctis studiosè ac... possit
 inhærere, ut decet; recognoscimus et nos, atque per omnia probamus,
B multa negligenter, quæ nobis fuerant et sunt restauranda atque emendanda,
 minùs officiosè ex nostro regimine esse peracta. Quapropter ut Regum mos
 fuit et est, ut si qui minùs justè in mundanis legibus discernendis semetip-
 sos exercebant; in ecclesiasticis tamen rebus meliorandis frequenter [de-
 sudarent]: hoc exemplo ammoniti, et nobis placuit, et decernimus, ut
 de rebus, quas usque nunc humanis nostris usibus subegimus, divinis cul-
 tibus deinceps serviendum redigamus. Qua de re sciant universi, qui ama-
 tores comprobantur esse divini cultûs, qualiter ego, lætante dilectissima
 conjuge mea Irmengarda Regina, dono ob recordationem animæ meæ et
 ejus, et ob remedium peccatorum nostrorum, S. Mauricio Ecclesiæ Vien-
 nensis patrono, et Episcopis eidem Ecclesiæ prætitulatis, atque deinceps
 in curricula sæculorum præordinandis, Viennensem (a) Comitatum, cum
C omnibus appendiciis suis infra ipsam civitatem Viennensem et extra civita-
 tem, cum Castello quod supereminet ipsi civitati, quod dicunt proprio nomi-
 ne * *Pupet* (b). Et quicquid nostro usui legis censura per manus ministro-
 rum nostrorum nunc usque solvebat, hoc idem, ut diximus, eidem Eccle-
 siæ et Episcopis ibidem ad Deo serviendum dicatis ea lege donamus, ut
 si quis Regum per tyrannidem, aut aliquis Ecclesiæ Dei inimicus ista vo-
 luerit ab Ecclesia Dei et S. Mauricii tollere et violenter abstrahere, æter-
 nas et nunquam extinguendas gehennæ flammæ cum Juda traditore se
 noverit irremediabiliter luere. Ut hæc à nobis facta credantur, et à poste-
 ris nostris non infringantur, manu nostra roboravimus, et sigillari jussimus.

Signum Domni Rodulfi Regis.

Albertus indignus Presbyter jussu Regis scripsit.

* al. *Pipet*

D Acta fuerunt hæc anno ab Incarnatione Domini MXXIII. regnante Ro-
 dulfo Rege pio, anno regni sui XXX. Datum in vico Urba, quem alio vo-
 cabulo dicunt, * *Tabernis*.

* *les Tavernes*

XI.

Pro Divionensi S. Benigni Abbatia.

Ex Apographo.

An. 1026.

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Rodolphus gratiâ Dei Rex. Si
 honorabilium virorum petitionibus, quibus pro sacris locis nostram sup-
Eplicaverint excellentiam, aurem libenter accommodamus, easque ad effe-
 ctum perducimus, regiam exercemus consuetudinem, et ob id eos in nostræ
 fidelitatis obsequiis devotiores efficimus, et ad animæ nostræ salutem no-
 bis profuturum omnino confidimus. Comperiat igitur omnium fidelium sanctæ
 Dei Ecclesiæ nostrorumque præsentium ac futurorum solertia, quoniam
 Otto (c) Comes ejusque filius Raynaldus duo regni nostri præclarissimi

(a) Ab istâ concessione Archiepiscopi Viennæ intitulati sunt Comites ejusdem civitatis; at quo tempore uti illo cœperunt, non constat, cùm legamus in Bibliotheca Sebustiana p. 17 *Taillafers* Viennensium et Albonensium Comitum an. 1183 et Guillelmum Viennæ et Matisconis an. 1192 denominationem usurpasse ibid. p. 245. Albonensium Comitatus etiamnum fundus est Clientelæ Ecclesiæ Viennensis.

(b) Antiquitus Viennam firmabant septem Castra in circuitu civitatis posita, ex quibus undecimo sæculo exstabat Castrum *Pupet* aliàs *Pipet*, variè in Cartis nuncupatum *Eumedium*, *Pompeiacum*, *Pupetum*, *Popetum*, *Pompétium seu Mons artificialis*.

(c) De Ottone cognomento Willelmo et Advena consule indicem Onomasticum Tomi nostri X: fuit iste Comes Divionensis.

principes cum consorte regni nostri Hermengarde Regina nostram adierint A
 sublimitatem, rogantes concedi ac regali auctoritate firmari quandam dona-
 tionem duarum Caldariarum in villa quæ Salinas dicitur sitarum, quas pro
 remedio suæ animæ Deo sanctique Benigni Monasterio apud Castrum Di-
 vionense, cui præesse videtur venerabilis Abba Willermus, conferre deli-
 beraverant, quas ex rebus nostri beneficii adquisitas hactenus visi fuerant
 possedisse. Quorum petitionibus, tam pro divini respectu timoris, quàm
 pro recordatione ab eis nobis sæpenumero impensæ fidelis obsequii servitu-
 tis, gratanti annuentes animo, receptas ab eis denominatas res, quoniam
 ad publicum jus pertinere videbantur, ad votum ipsorum concessimus atque
 largiti sumus in perpetuam possessionem B. Benigni cœnobio rectoribusque
 ejus jure firmissimo. Et ut in his quæ pro expiandis peccaminibus bene-
 factorum loci illius à fratribus ibi Deo famulantibus aguntur, nostræ recor- B
 dationis temporibus succiduis intersit memoria; statuimus atque decerni-
 mus, ut quod ad præfati loci utilitatem in jam dicta Salinis villa emptum
 est vel collatum, futurisve temporibus emendum atque donandum, per hu-
 jus nostræ auctoritatis præceptum ratum habeatur ac firmum; ita ut à nul-
 lis nostris successoribus aut aliquibus aliis contradictoribus aliqua possit te-
 meritate vel ratione violari. Si quis autem, quod eventurum minimè cre-
 dimus, huic nostræ auctoritatis præcepto obviare, et præsentem donationem
 à nobis legaliter factam temptaverit effringere, non valeat quod cupit effli-
 cere, sed sciat se compositurum auri libras mille, medietatem Camerae
 nostræ, et medietatem præscripto Monasterio ejusque rectoribus Et ut hoc
 veriùs credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, manu propria corro-
 borantes, sigillo nostro subter insigniri jussimus.

Signum Domni Rodulphi Regis nobilissimi.

Ego Halinardus ad vicem Padulfi Cancellarii, eo ipso jubente, recognovi C
 et scripsi.

Data III. Idus Julii, luna XXV, anno ab Incarnatione Domini MXXVI.
 Indict. IX. regnante domno Rodulpho Rege anno XXXII (a). Actum
 Urbæ feliciter. Amen.

XII.

Pro Ermemburga nobili femina.

*Ex Chartula-
rio Abbatie
S. Pauli Fe-
sontion.*

*Apud Chriffletium in Probat. ad Epistolam de Beatrice Comitissa
Cabilonensi. pag. 152.*

An. 1028.

IN nomine summæ et individuæ Trinitatis, Rodulfus Deo annuente et fa-
 vente piissimus Rex. Cùm antiquissimæ semper fuerit consuetudinis, res
 donabiles, donatas, donandas, usu litterario corroborare, ne quod larga
 bonorum manus largiter contulisset, id posterorum unca avaritia dissipasset;
 et rebus antiquitùs firmiter constitutis, et noviter fœdè destructis oriretur
 seditio in populis, et post seditionem bella consurgerent; placuit nobis
 antiquorum usum imitari, et res in regno nostro sitas eodem modo, eadem
 ratione in omnibus astipulari. Unde noverit sollertia nostrorum fidelium,
 tam præsentium quàm futurorum, Ermemburgam nobiliori semine exortam, E
 bonæque famæ præconiis collaudatam, nostræ celsitudinis magnificentiam
 adisse, et impetrandæ à nobis humiliter postulasse: et nos quæ postulavit, uti
 nos et eam decuit, benigniter concessisse, cum conjugis meæ Ermengardæ
 consensione: Videlicet terram, quam ego ipse dederam patri ejus Lamberto,
 et ipse Lambertus sibi dedit, quando eam Umberto tradidit in matrimo-
 nio: medietatem Ecclesiæ, quæ est in honore S. Gorgonii, in villa quæ
 dicitur Albonna, in Episcopatu Vesontiensi, in Comitatu Guaraschensi: et
 quidquid ad ipsius medietatem pertinet, vel ad ipsum beneficium in toto
 illo confinio: et alterius Ecclesiæ medietatem, quæ est in honore S. Mariæ,

(a) Si perfectè cohæreant hæ notæ omnes cùm autem anno 993 regnare cœperit, juxta pri-
 Chronologica, invictè demonstrant Rodulphum mam Cartam, regni ejus annus 33 est nume-
 regnare non cœpisse ante 13m Julii anni 994; randus.

A in villa dicta Luniaco, cum omnibus rebus quæ ad eam pertinent: et quod jacet de ipso beneficio in valle quæ dicitur Clusa, ad possidendum absque ulla contradictione, et ad donandum cuicumque voluerit, cum omni stabilitate. Si quis verò, quod non puto, hanc nostram donationem calumniare vel infringere temptaverit, XV libras auri componat, et post hæc ista donata * firma permaneat.

* donatio

Signum domni Rodulphi piissimi Regis, qui hanc donationem fieri jussit, et eam suo anulo signavit, anno Dominicæ Incarnationis MXXVIII, regni verò Rodulphi regis XXXIII (a).

Ego verò Gualterius Grammaticus recognovi jussu ipsius Rodulphi Regis.

Actum Vivetio. Data XVI. Kal. Maii.

B

XIII.

Pro Ecclesia Viennensi.

Ex Archivis hujus Ecclesiæ.

C IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Roudolfus Rex. Notum sit omnibus Dei Ecclesiæ filiis, natis et nascituris, qualiter ob petitiones Irmingardæ Reginae conjugis nostræ, et postulationes Burehardi Archiepiscopi, damus sancto Mauricio Ecclesiæ Viennensis * Montem Arnoldi et Montem (b) Salomonis in proprietatem et in tutelam Burchardi Archiepiscopi et successorum ejus in perpetuum, ad stipendia fratrum in Ecclesia S. Mauricii sub canonicali nomine Deo famulantium, pro remedio animæ nostræ et patris nostri, ceterorumque parentum nostrorum. Ut hæc à nobis facta credantur, manu nostra roboravimus, et sigillari jussimus.

An. 1028.

* *le Mont-Arnaud*

Signum Domni Roudolphi Regis pii.

Paldolfus Cancellarius recognovi.

Data VI. Cal. Januariæ, anno Incarnationis Domini MXXVIII. regni Domni Rudolphi Regis XXXV (c). Actum Aquis.

XIV*.

D Concedit Ecclesiam S. Blasii in Diocesi Gebennensi, Cluniacensi Monasterio.

Ex Autographo Cluniacensi.

E IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Rodolfus Dei gratiâ Rex. Igitur cum totius ordo religionis secundum decreta præcedentium Regum sanctæ conversationis exordium sumeret, et ad perseverandum in ea sustentacula alimonie his, qui districtius atque familiaris in Dei servitio se coercerent, publica regalis res ad sufficientiam aliis, et minus aliis ministraret: et ita per ordinem sanctæ Dei Ecclesiæ status usque ad præsens per longa temporum curricula extensus sit. Nihilominus dignum est ut nos, qui quasi per notissimos operarios in vinea Dei laboramus, eosdem operarios in exercitio operis Dei deficere non sinamus: quin potius, ut vires suppetunt nobis, usque ad unguem perducere temptemus. Quapropter sciant omnes præsentis tempore decedentes, et futuro succedentes, qualiter ego Ruodolfus, petente atque exhortante dilectissima conjuge mea Irmingarda, dono ex hereditaria mea possessione quoddam prædiolum, ob animæ meæ et suprâ memoratæ conjugis meæ remedium, Cœnobio S. Petri, quod dicunt Cluniacum, et Abbati ejusdem Monasterii, et Monachis ejus præcepto et S. Benedicti regulæ modò et deinceps obedientibus, et ibidem Deo

* Nota Diploma XIV Rodulphi Regis, idem omnino esse cum Diplomate VIII, quod extat pag. 547 discrepant tantum notis Chronologicis, sed fortè Librarii negligentia. Major debetur fides Diplomati XIV, ut potè ex Autographo.
An. 1029.

(a) Lege XXXVI, ut hunc annum concilii cum anno MXXVIII.

(b) Mons Salomonis multoties in Cartis hujus Ecclesiæ dicitur *Sospolium*, *Suspulus*, *Salutis-*

mons, *Salusmons*, extenditur in parte suburbii Viennæ quod vocatur *Pont-Evêque*.

(c) Legendum est XXXVI, ut cohæreat cum anno MXXVIII.

famulantibus, Ecclesiam S. Blasii, et viculum totum, cum omnibus ibidem A pertinentibus, cum montibus et planiciis, agris, pratis, pascuis, decimatione, servis et ancillis, et cum omnibus utensilibus, dono ego et prædicta conjux mea ad suprascriptum Monasterium, ut si nos minùs idoneè injunctum à Deo peregrinus officium, delicti nostri et negligentiae non pro merito recipiamus dispendium; sed per eorum orationes, quos sustentamus subministrantes temporalia, ad stadium currentes remuneremur mercede perpetua. Hæc ut à nobis facta credantur, et à posteris nostris non frangantur, manu nostra roboravimus, et sigillari jussimus.

Signum Roudolfi Regis pii.

Albker indignus Presbyter jussu Regis scripsit hæc.

Acta sunt hæc in villa Tabernis, quam alio nomine propter fluvium ibidem defluentem Urba appellant. Data XVIII. Cal. Febr. anno ab Incarnatione B Domini MXXVIII (a), regnante Roudolfo Rege anno regni sui XXXV.

Hoc itaque beneficiolum, id est suprâ memorata Ecclesia, quam damus fratribus Cluniaco degentibus, jacet in pago et in Comitatu Gebennensi, cum vicis ibidem appendentibus.

XV.

Ex Autographo.

Concedit Ecclesiam S. Nicolai de Poliniaco Monasterio Cluniacensi.

Apud Perardum in Instrum. pro Hist. Burgund. p. 177.

C

An. 1029.

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Radulphus Dei gratia Burgundiorum Rex. Sicut certum est quia Dei potentia sumus, quippe sine quo potestas non est: ita quoque liquet quod potentum opera interrogabit. Et ob hoc nobis summoperè curandum est, ut cum vel prodesse, vel obesse, ipso disponente, possimus, nostrum posse sub ejus nutu penitus subigentes, quod honori sanctæ ejus Ecclesiæ proficiat, certatim faciamus. Itaque priscae seriem consuetudinis regalemque Christianæ religionis morem considerantes, totis nisibus totoque mentis affectu (b) immutari cupimus, et quod ipsi duxerunt ad ecclesiasticæ celsitudinis curam, nos spiritualibus armis, clypeo dominicæ protectionis defendi eandem curæ sollicitudinem (c) subjungeremus, sicut qui Deo famulantibus placabiles misericorditer extiterunt. Quapropter cunctis, tam Regibus quàm reliquarum dignitatum personis presentibus vel futuris notum sit, quòd petiit à nobis quidam fidelis noster Reinaldus Comes filius Othonis (d) cognomento Willermi viri illustrissimi, quatenus Cluniacensi cœnobio in honore primorum cœli, Petri videlicet et Pauli, constructo, cui præest dominus et reverendus Pater Odilo, concederemus per hoc nostræ auctoritatis præceptum (e) ecclesiasticum suum Monasterium in honore Dei et Salvatoris Jesu-Christi, ejusdemque genitricis Mariæ, sanctique Petri Apostoli, necnon et beati Nicolai confessoris almi consecratum, ad habitandum ibi Cluniacenses Monachos, qui tam pro nostra, quàm omnium salute Deo assiduè preces et vota persolvant. Concedimus ergo jam dicto cœnobio præfatum locum, situm in Episcopatu Besuncionensi E juxta Polliniacum * in loco, qui rectè Vallis vocatur, constitutum cum terra et decimis, seu omnibus sibi pertinentibus, et à bonæ memoriæ Othone cognomento Willermo, sive Reinaldo ejus filio, vel ab aliquo possessore ibi collatis seu conferendis, et cunctis ibi undecumque in regno nostro

* Poligni

(a) Inchoando à Kalendis Januarii, ex Roudolfi Regis anno XXXV. Hic enim annus XXXV cum anno MXXIX currebat XVIII Kal. Febr. quo datum est hoc Diploma.

(b) *Imitari*, apud Martenium, qui idem præceptum edidit Tom. I Thes. Anecd. col. 147.

(c) Martenio, *subintremus*.

(d) De Othone, cognomento Willermo et Advena, consule Indicem Onomasticum Tom.

nostri X. ubi plura de hoc Burgundiæ Comite. Iste Otho Brunonis Lingonensis Episcopi sororem habebat in matrimonio, Glab. Rad. *ibid.* pag. 27, B, ex qua genuit Rainaldum seu Renaldum de quo hic mentio. Reinaldus Comes nupsit Adelaidi filiæ Ricardi Ducis Normanniæ.

(e) Apud eundem Martenium, *Ecclesiam sive Monasterium*.

adquisitis,

- A adquisitis, vel in perpetuum acquirendis. Ad præsens quoque quatuor fer-
 ratas (a) caldarias, situsque earum in salinis, et vineas quæ quondam fue-
 runt Beatricis, et omnia quæ Cluniacenses Monachi in prædicto burgo ad-
 quisierint. In burgo etiam Giosonensi, quod quia ibi acquisierint (b) vel
 præterea adquirere potuerint; villam denique Glenovensem cum Ecclesia et
 decimis, cum servis et ancillis, cum vineis, silvulis, pratis, ruribus, cam-
 pis, pascuis, cum omnimoda (c) terra et culta videlicet inculta, cum cun-
 ctis ubicumque positis ad eandem villulam pertinentibus. Villam quoque
 Mediolanum, Ecclesiamque, cum decimis et omnibus suis pertinentiis, ma-
 ximèque æternam consuetudinem in silva Maydunensi; villam quoque Be-
 sunensem (d) cum Ecclesia et decimis, et cunctis ad eandem villam perti-
 nentibus: locum etiam qui dicitur Mutua, et omnia ad se pertinentia.
 B Sed et Gunthernum (e) Popilianensem, cum omnibus quæ ipse visus est
 habere, tam in alodis quàm in beneficiis Comitum, et cuncta omnino posses-
 sione ejus: piscariam quoque Guiriacensem, cum omni terra ad eam per-
 tinenti. Præfati igitur REINALDI Comitum (f) obtemperantes petitioni, cum
 consensu conjugis YRMINGARDIS, concedimus, sicut dictum est, Clunia-
 censi cœnobio omnia superiùs memorata, ac, velut jam diximus, deinceps
 acquirenda, ad tenendum et jure perpetuo possidendum, sine cujuslibet
 personæ, vel nobis succedentis in regno, vel alterius cujuscumque ordi-
 nis seu dignitatis contradictione, vel ulla ab aliquo ibi retenta consuetu-
 dine. Et hoc ut à nobis venisse (g) credatur, et à posteris nostris non fran-
 gatur, propria manu nostra roboravimus, et sigilli nostri impressione insi-
 gniri jussimus.
 C

Signum domni Radulphi Regis.

Actum Loges (h), anno Incarnationis MXXVIII, regnante Radulpho
 rege, anno XXXV.

XVI.

De restauratione Cœnobii S. Andreae Viennensis.

Ex Archivis hujus Monasterii.

- I N nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Rodulfus divina favente gra-
 tia Rex. Occasum mundi hujus labentis cernentes, finem universæ carnis
 D cum timore præstolamur. Idcirco ad consulendum animæ nostræ, et placandum
 eum, quem in multis nos offendisse cognoscimus, Monasterium Viennæ
 situm, in honore sancti dedicatum Andreae, Puellare ob multitudinem puel-
 larum sanctarum olim inibi Domino famulantium sic antiquitùs nominatum,
 quondam celebre, nunc autem ruinosum, et ab hominibus quidem negle-
 ctum, Deo autem, ut credimus, carum, restaurare volumus; et ad stipendia
 sanctimonialium ibi famulantium, tam pro animæ nostræ remedio, quàm
 pro patris nostri ceterorumque parentum nostrorum, et petitione Irmin-
 gardæ Reginae conjugis nostræ, et ammonitione et consilio Malleni Episcopi
 et venerandi patris nostri Odelonis, damus terram de Gemmas termina-
 tam ab oriente et meridie terrâ S. Andreae, de alio fronte aquâ Seusi vol-
 vente, ab occidente terrâ de Arcoquerelis; similiter et terram de Remi-
 E liaco de tribus partibus terrâ S. Petri terminatam, de quarto fronte terrâ
 Vidriali. Damus et terram de Monte-Reont [terminatam] ab oriente terrâ S.
 Petri, à meridie terrâ Vidriali et terrâ Bornonis, et viâ publicâ, et terrâ
 quæ dicitur Ad-duos-rivos; et terram Ad-obrusa terminatam ab oriente terrâ
 S. Mauritii, à meridie aquâ volvente, ab occidente viâ publicâ: in ipsa
 aqua molendinos tres, et vineam super ipsos molendinos. Damus et in
 civitate Vienna mansiones duas quæ sunt Albrici, et vineam unam jun-
 ctam ad mansionem: ipsa vinea terminatur duabus partibus viâ publicâ, à

An. 1031.

(a) Martenio, ferreas.
 (b) Eidem, acquisierunt... potuerunt; villam
 denique Glenonem.
 (c) Eidem, omni omnino terra.
 (d) Eidem, Vesanensem.

(e) Eidem Guntherium.
 (f) Eidem, Comitum vel aliorum fidelium nostrorum
 obtemperantes.
 (g) Eidem, veriùs.
 (h) Eidem, Logis.

meridie terrâ S. Mauritii, ab occidente terrâ regali. Damus et juxta pa-
latium mansionem unam cum vinea simul tenente : terminatur ipsa vinea
ab oriente terrâ regali, à meridie terrâ S. Mauritii, ab occidente terrâ
Geilhini. Damus et in Garliano mansum unum : terminum habet ab oriente
terram Vidrialem, à meridie terram Gannoni et Roberti, ab alia parte ter-
ram S. Mauritii. Damus et Archvillam cum omnibus appenditiis suis, et
villam de S. Romano cum Ecclesia infrâ sita et constructa. Damus et cap-
pellam in honore S. Albani dedicatam, cum vinea subtus jacente. Damus
et Satorum villam cum pertinentiis suis, et Camart cum appenditiis suis.
Hæc sicut prænomina sunt, damus Deo, et concedimus ad Monasterium
S. Andreae, quod dicitur Puellare, et ad usus ancillarum Dei ibi Deo famu-
lantium. Volumus igitur et hoc præcepto regiae auctoritatis sancimus, ut
hoc Monasterium sit liberum ab omni censu et ab omni exactione judicia-
riae potestatis secularia servitia secundum debitum exigentis : solum in tui-
tione et defensione Viennensis Archiepiscopi remaneat, ad tuendum ac
defendendum secundum censuram et regulam sibi competentis examinatio-
nis. Ut hæc à nobis facta credantur, et à posteris nostris non infringantur,
manu nostra roboravimus, et sigillari jussimus.

Signum Domni Ruodolphi Regis pii.

Paldolfus Cancellarius recognovi.

Data VIII. Kal. Septemb. Luna III. anno ab Incarnatione Domini
MXXXI. regnante domino Ruodolfo Rege anno XXXV (a). Actum Pa-
terniaci.

XVII.

C

Ex Autogra-
pho.

Confirmat privilegium Archiepiscopi Vesontionensis, Cœnobio
S. Benigni concessum.

Apud Perardum in Instrum. pro Hist. Burgund. pag. 181.

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Rodulfus divina propitiante
clementia Rex. Si fidelium nostrorum petitionibus, quibus apud subli-
mitatem nostram pro sacris locis interveniat, aurem libenter accommoda-
mus, regiam proculdubio exerceamus consuetudinem, et ob id in nostræ fi-
delitatis obsequiis eos devotiores efficimus, et ad animæ nostræ salutem
nobis profuturum omnino confidimus. Conperiat igitur omnium fidelium,
tam præsentium quàm futurorum solertia, quoniam adiens serenitatis nostræ
præsentiam nobis valde carissimus venerabilisque Pontifex sanctæ sedis Ve-
sontionensis metropolis, nomine Hugo, obnixè deprecatus est, quatenus
privilegium quoddam, quod Divionensi cœnobio, nomine et corpore glo-
riosis Martyris Benigni sacratio, de quadam Ecclesia in honore beatæ Dei
Genitricis dicata contulerat, nostra auctoritate regaliqve præcepto confir-
mare deberemus. Cujus precibus, quoniam justæ visæ sunt, et quia idem
vir valde dilectissimus nobis erat, maximè ob amorem prædicti Martyris,
fratrumque inibi degentium, quibus jamdudum in Salinarum villa, ubi præ-
dicta Ecclesia sita est, nostrorum honorum aliqua ob animæ nostræ salu-
tem concesseramus, et quorum nos orationibus commendaveramus, li-
benti annuens animo, per hoc nostræ auctoritatis præceptum ejus piam
voluntatem ac laudabile confirmo privilegium, quod per omnia succedentia
tempora ratum habeatur et firmum. Quòd si quisquam aliquando, quod
eventurum minimè credimus, huic sublimitatis nostræ edicto obviare, præ-
ceptumve regale temptaverit ullo modo infringere, à Deo omnium Rege
Regum æterno supplicio punitus, præsentique ultione multatus, decem libras
auri regali Camerae inferat, totidemque etiam Monasterio præfato compo-
nat, et hæc nostra constitutio inconvulsa stabilisque et sempiternum per-
sistat.

Signum Domini Rodulphi Regis pii.

(a) Lege XXXVII, ut possit respondere anno MXXXI: quo anno Luna III vel potius IV in-
cidebat VIII Kal. Septemb.

A

CHARTÆ ERMENGARDIS REGINÆ

UXORIS RODULPHI REGIS BURGUNDIÆ.

I.

Fundatio Monasterii Talueriarum.

B

Ex Tom. VI Fragment. Hist. D. Estiennot, pag. 260 Mss.
in Bibl. S. Germani à Pratis.

Ex Apogra-
pho Mon. Ta-
lueriarum.

Circa an.
1020.

MUNDI terminum adpropinquante (a) et erebrescentibus malis certa manifestant iudicia; ideò oportet unumquemque sollicitè (b) resistere quandiù in præsentì vita subsistit, et (c) à terrenis terrena mensentur, et de transitoriis acquirantur sempiterna laborando non lacescere. Igitur ego (d) Emmygardis Domni (e) Rodolphi conjux humilis pro remedio animæ meæ construxi Ecclesiam ad habitationem Monachorum S. Martini Saviniacensis Monasterii, et ad regimen, et subjectionem Yterii Abbatis et successorum illius ad utilitatem fratrum ibidem Deo regulariter famulantium C in pago (f) Albanense in villa quæ vocatur (g) TALURIIS; quo loco ex permissione senioris mei Rodolphi per consilium Archiepiscoporum et Episcoporum scilicet Leodegarii Viennensis, et Emionis Tarentiasensis (h), et Pontii Valentiniensis, et Frederici Gebennensis, et Humberti Comitis qui ibidem convenerunt in dedicationem Ecclesiæ, donavi ad victualia fratrum potestatem de (i) Donzatis cum Ecclesia et appendentiis suis (k); et potestatem (l) Marlentii cum Ecclesia et omnibus appendentiis ejus; et villam (m) Bluffiaci cum Ecclesia et appendentiis; in (n) Verello et Ponario quantum visa sum habere, et unum maxum quod vocatur Ramponet, et maxum (o) de Charuena, et Sylvicum quod vocatur Chiera, et villam Charuonaci cum appendentiis et duabus partibus ipsius villæ, ut fratres liberè teneant et possideant sine ulla contradicente persona. Et ut hæc D donatio firma et stabilis semper maneat, manu propria firmavimus, et firmari rogavimus (p). S. Emmygardis. S. Leodegarius Viennensis Epis. S.

(a) Hæc Ermengardis Regina litteras edidit vir clar. Samuel Guichenonius in suis ad Historiam Regalis domûs Sabaudia probacionibus Tom III, pag. 3. Quas quidem ex ipsomet originali à D. Victorino Marchant Talueriarum Aseeta exceptas inseruit Stephanotius noster Tom. VI Fragmentorum Mss. Historiæ cum quibusdam notulis ad ipsius Diplomatis intelligentiam utilibus. Stephanotii Lectionem contulimus cum Guichenonio; variantesque apponimus. Hinc legitur apud laudatum Sabaudia Historiographum *apropinquare minis*.

(b) Idem, *persistere*.

(c) Ibid. *ut de terrenis mereantur æterna*.

(d) Ibid. *Ermengardis*.

(e) Ib. *Rodulphi*.

(f) Pagus Albanensis vulgò *Albanois*, ejus modo primum et præcipuum opidum est Ruinliacum ad fluviolos de Cheran et de Nefa, vulgò dictum *Ramilli en Albanois*.

(g) Guichenon. *Talweriis*: Talueriæ, *Taloire*, ad ripam lacu Anceii Allobrogum ad orientalem lacu plagam. Olim Prioratus; ast in Abbatiam erupit Brevi Apostolico Clementis X an. 1674 et senatûs Consulto Camberiensis an. 1676.

(h) Idem habet: *Emmonis Tarentasii, et Frederici Genavensis et Pontii Valentini, et Comitis (Sabaudia) Umberti, et aliorum qui ibidem convenerunt fidelium nostrorum*.

(i) Ibid. *de Dulsatis. Potestas de Douzatis*, vulgò

Doussart, oppidulum Talueriis vicinum ad originem lacu Anceii

(k) Addit Guichen. *et Marciacum cum appenditiis suis, et Vesonem cum appenditiis suis*.

(l) Ibid. *Marlensent. Potestas Marlentii*, vulgò *Marlens*, vicus etiam Talueriis vicinus.

(m) Idem, *Blusiicum*, vulgò *Blussy*, milliari paulò plus à Talueriis distans.

(n) Ibid. *et in Verello tres mansos, et in Ponario*, vici duo juxta opidum Talueriarum, vulgò *Verly et Poney*.

(o) Apud eundem. *Mansum de Esclavina et silvam quæ vocatur Cheria et villam Calvenacum cum appenditiis, et duabus partibus Decimæ ipsius Ville*. Ramponetus vulgò *Ramponet* milliari paulò plus à Talueriis distans. *Charvena Charvenas* in ipsius oppidi Talueriarum finibus situm. Villa *Charvonnaci*, vulgò *Charvones*; castellulum est de dominio Talueriarum.

(p) Apud Guichen. non legitur *S. Ermengardis*; sed tantummodò *S. Umberti Comitis, S. Sigibodi, Fulcherii, Alloldi, Wlardi*. Addit verò idem Historiographus: « Notum itaque fieri volumus quòd tali tenore factum est istud donum, » ut Ermengardis Regina tres potestates Dulsatis, » Vesonam et Marlendis quandiù vixerit teneat, » nisi voluntariè reddiderit, et omni anno in » festivitate S. Andreae pro hoc quod retinuerit » in censum et vestituram viginti solidos Monachis ipsius loci persolvat, post decessum verò

Emmionus Tarentiasensis. S. Pontius Valentinensis Ep. S. Fredericus Gebennensis. S. Humbertus Comes (a).

II.

Concedit Monasterio S. Andreae Viennensi Ecclesiam sancti Joannis in Albriniaco, sitam in Episcopatu Gratianopolitano.

Apud Acherium Tom. III Spicilegii, pag. 389.

Ex Chartulario hujus Monasterii.

Circa an.
1032.

OMNIPOTENTIS Dei dulcissima bona benigniter per Prophetam clamat **B** dicens *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat.* Et quia omnes vult salvos facere, et ad vitam æternam perducere, præcipit bona hujus sæculi possidentibus, ut ex his quæ possident, amicos adquirant in præsentī vita, à quibus recipiantur in æterna tabernacula. Hæc et alia multa ego Ermengardis Regina ad mentem reducens divina monita, consideransque innumerabilia peccata mea, in extremo fine posita, pro redemptione animæ Senioris mei Radulfi Regis, necnon et pro anima mea, ut nobis Dominus indulgeat quidquid peccavimus in præsentī vita, dono Deo et sancto ejus Andreae Apostolo, et Abbati Iterio, et Monachis ejus in Abbatia jam dicti Apostoli infra mœnia urbis Viennæ constitutis, Ecclesiam sancti Joannis in Albriniaco, et in Episcopatu Gratianopolitano, cum omnibus appendiciis, scilicet ut ab hac die Monachi prædicti loci pro redemptione animarum nostrarum omniumque fidelium in proprios usus teneant et possideant absque ullius inquietudine. Si quis verò huic nostræ elemosynæ et donationi, quod futurum minimè credo, contrarius vel calumniator extiterit, nisi citò resipuerit, iram omnipotentis Dei omniumque Sanctorum incurrat. Hæc verò nostra donatio firma et stabilis permaneat per omnia futura sæcula. Sig. Ermengardis Reginæ quæ hanc chartam fieri jussit, et adstantibus ibi firmare præcepit. Sig. Leudegarii (b) Viennensis Archiepiscopi. Sig. Artaldi Præpositi. Sign. Wigoni Decani. Sig. Ricardi Presbyteri. Sig. Otmari. **C**

» snum, liberè omnia suprascripta remaneant
» habitantibus in illo loco, et devotè servientibus Domino Deo ».

(a) Humbertus seu Hupertus Sabaudie Comes, filius Bertholdi qui extat caput stirpis Principum hujusce domus, prior è Burgundie regni proceribus occurrit Conrado Salico Imperatori, ut illi et filio suo Henrico Regi fidem

promitteret per sacramentum. Vide pag. 2 hujus Tomi.

(b) Leodegarius seu Leudgarius B. Burchardo in Archiepiscopatu Viennensi successit an. 1030. Obiit enim Burchardus 19 Augusti an. 1029. Igitur Chartæ Ermengardis epocha assignanda est post an. 1030.

A

DIPLOMATA CONRADI II IMPERATORIS

COGNOMENTO SALICI.

I.

Quo donat Ecclesiæ Trajectensi * Comitatum Teysterbandiæ.

* Utrecht

B

*Ex Rerum Belgicarum Annalibus Chronicis et Historicis, etc.
Francisci Swertii Antuerpiani, Lib. IX, Cap. 12, p. 121.*

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Conrardus (a) divina favente clementia Rex Francorum, Longobardorum, et ad imperium designatus Romanorum; etc. Notum fieri volumus omnibus in Christo fidelibus, præsentibus videlicet atque post venientibus, qualiter nos interventu ac petitione dilectæ conjugis nostræ, videlicet Gyslæ (b), necnon familiarium nostrorum, Aribonis Archiepiscopi Maguntinensis, et Adelboldi Episcopi Trajectensis Ecclesiæ, Comitatum Teysterbandiæ ad Trajectum S. Martino et ejusdem sedis Episcopo, suisque successoribus post futuris cum omni voluntate, quæ pertinet ad eundem Comitatum, perpetualiter habendum tradidimus, ea videlicet ratione, ut nullus ibidem potestatem aliquam exerceat extra præsulis præscripti licentiam, quia sibi totum concessimus, quidquid utilitatis in illo habuimus. Et ut hæc auctoritas nostra firma et inconculsa omni permaneat ævo, hanc paginam inde conscriptam propria manu roborantes, sigillo nostro jussimus insigniri (c).

An. 1024.

II.

Quo roborat permutationem factam inter Heymonem Episcopum Viridunensem et Dudonem primicerium Collegiæ Montis-Falconis Ecclesiæ in gratiam Monasterii Deus-Louvar *.

Ex Archivo Mettensi.

* Dieu-Louvar

Apud Mabillonium Tomo IV Annal. Bened. p. 716.

D

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Conradus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Quoniam hoc nostri esse officii, etc. Notum esse cupimus quod nos interventu ac petitione dilectæ conjugis nostræ Gillæ Imperatricis Augustæ, et Henrici unici filii nostri Regis, necnon Ramberti Viridunensis Ecclesiæ venerabilis Episcopi, quoddam Monasterium in honorem sancti Laurentii Martyris consecratum, situm in loco Gellani montis juxta Castrum, quod dicitur Deus-Louvar, in pago (d) Scarponensi, in Comitatu Richiani, ab antecessore suo beatæ memoriæ Heimone à fundamento constructum, etc. sed quod idem Monasterium

An. 1028.

(a) Non levis de imperio in Germania et Italia contentio fuit. Germani, pars Conradum Franciæ Orientalis Ducem, quem Henricus moriens successorem designaverat; pars ejus patruelem Conradum natu-minorem, Conradi Carentinorum Ducis filium, præferebant. Itali, Germanorum partasi Imperatorum, Gallum optabant; alii Hugonem Rotberti Regis filium, alii Willelmum Aquitanorum Ducem, aut ejus filium cognominem: qua de re epistolæ exstant in Tomo nostro X inter Willelmi Ducis et variorum epistolas. Conradi Salici causa prævaluit in Comitibus Cambæ ad Rhenum, Moguntiam inter et Vormatiam habitis, quibus Aribo Moguntinus Archiepiscopus, Conradi fautor, multique alii Præsules et Principes interfuere. Hæc evenerunt à die 14 Julii qua beatam exhalavit ani-

mam S. Henricus, ad 8 Septembris an. 1024, quo Conradum Salicum Aribo Archiepiscopus diademate cinxit Moguntia.

(b) Gysla, seu Gilla et Gisela Hermani Bajoriæ Ducis filia, ex quâ habuit Henricum, quem duodennem Aquisgrano Regem Germaniæ constituit.

(c) Datum fuit hoc Diploma ante mensem Septembrem.

(d) Scarponna, castrum vetustissimum, nunc vicus ad Mosellam inter Tullum Leucorum et Metas vulgò *Sarponne*, *Scharpeigne* aut *Charpeigne*, nomen dedit pago Scarponensi. Isto in tractu positum est Monasterium *Dieu-Louvar*, cujus possessiones Primatiali Nanceii Ecclesiæ attributæ sunt; locus verò Benedictinis Anglis concessus.

super proprietatem potestatis sancti Germani de Monte Falconis erat constructum, etc. Primicerio Dudone recipiente, Abbate de loco sancti Germani quod postulabat per concambium, etc. Clerici inibi famulantes, etc. Episcopo verò Virdunensi sint ut Domino subjecti, ac Episcopo Tullensi ut proprio Pastori subjecti, necnon Dudoni Primicerio ejusdem loci auctori, etc. nonam decimarum, etc. Hæc omnia Episcopus Heimo tradidit, et ejus successor Rambertus concedenda roboravit. Prætereà præfatus institutor loci et possessor, Dudo scilicet Primicerius, hæc, quæ inferiùs annotata leguntur, de suo proprio, etc. tradidit, etc. hæc bona data, etc. præfato Monasterio confirmamus. Et ut hæc confirmationis nostræ auctoritas, etc. insigniri.

Signum domni Chuonradi invictissimi Romanorum Imperatoris Augusti. Udalricus Cancellarius ad vicem Aribonis Archicancellarii notavit.

Data VI Non. Maii, Indict. XI, anno Dominicæ Incarnationis MXXVIII, Imperii verò secundo. Actum Aquisgrani feliciter, amen. Anno autem domni Chuonradi II regni III.

DIPLOMA HENRICI ^(a) III, COGNOMENTO NIGRI,

IMPERATORIS, PRO MONASTERIO DIVIONENSI,

Quo confirmat possessiones hujus Abbatiae sitas in Comitatu Burgundiae, seu Regno Arelatensi.

Ex Perardo inter Instrumenta pro Historia Burgundiae, p. 189.

An. 1053. **I**N nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Henricus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Si justis petitionibus fidelium nostrorum, aurem pietatis accommodaverimus, nobis ad salutem animæ nostræ profuturum minimè dubitamus. Quapropter omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet et futurorum, noverit industria, qualiter sanctæ Crysopolitanæ * Ecclesiæ Archiepiscopus Hugo, nostram adiit Imperialem elementiam, humiliter obsecrans, ut bona quæ Ecclesiæ S. Benigni Divionensis cœnobii in nostro regno haberet, nostrâ illi confirmarentur Imperiali auctoritate. Concedimus igitur, ob interventum dilectissimæ conforalis nostræ Imperatricis Agnetis, et corroboramus per hanc præcepti nostri paginam, et propter petitionem fidelis nostri prædicti Archiepiscopi Bizonticensis, et Comitis Raynaldi, quicquid in regno nostro, jure ac legaliter adquisivit præfata Ecclesia S. Benigni, Albinicum scilicet villam, cum Ecclesia S. Marcello attitulata; aliam in Cimbiliaco villa, tertiam in villa quæ vocatur Duellaris Villare, cum possessionibus ad easdem Ecclesias pertinentibus, scilicet eas cum Cella et Ecclesia Offonis villæ, antiquitus Abbatiae in memoria S. Martyris et Episcopi Leodegarii consecrata, et omnibus pertinentiis ejus, sicut Burchardus, cujus beneficium fuit, eidem Ecclesiæ tradidit. Corroboramus etiam donum Calliarum in Salinis vico, cum sedibus suis, quas tradidit supradictæ Ecclesiæ Comes Otto cognomento Willelmus. Et ut in his quæ pro expiandis peccaminibus benefactorum loci ipsius à fratribus ibi Deo famulantibus aguntur, nostræ recordationis temporibus succiduis interfuit memoria, statuimus atque decernimus, ut quod ad præfati loci utilitatem, in jam dictis cellis emptum est vel collatum, futurisve legaliter temporibus emendum atque donandum, per hujus nostræ auctoritatis præceptum ratum habeatur ac firmum; ita ut nullis nostris successoribus, aut aliquibus aliis contradictoribus, aliqua possit temeritate vel ratione violari. Si quis autem, quod eventurum minimè credimus, huic nostræ auctoritatis præcepto obviare, et præsentem donationem à nobis legaliter factam temptaverit effringere, non valeat quod cupit efficere; sed sciat se compositu-

(a) De Henrico III Imperatore, post obitum Rodulphi III, Rege Burgundiae Transjurenensis, vide *Chronicon S. Benigni pag. 13, hujus Tomi.*

A rum auri libras mille, medietatem cameræ nostræ, et medietatem præscripto Monasterio, ejusque Rectoribus. Et ut hoc veriùs credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, manu propria corroborantes, sigillo nostro subter insigniri jussimus.

Signum Domini Heinrici tertii Regis invictissimi, secundi Romanorum Imperatoris Augusti, Burgundionum primi. Hugo Cancellarius, vice Hugonis (a) Archicancellarii, et Archiepiscopi, recognovit, anno ab Incarnatione Domini MLIII. Indictione VI, anno verò Domini Heinrici tertii Regis invictissimi, Imperatoris secundi (b), ordinationis ejus XXVI, regni quidem XV. imperii autem VII.

Actum Warmatiæ feliciter Amen.

B (a) Ex isto instrumento intelligitur Hugonem Vesontionensem Archiepiscopum in Burgundia Transjurense Archicancellarii munere tunc functum fuisse.

(b) Ibi observamus quadruplicem epocham dominationis Henrici III: prima desumitur ab ordinatione, id est elevatione ejus seu associatione ad thronum, an. 1028 quandò Rex Germaniæ

fuit coronatus: altera ex administratione regni an. 1039. quo successit Conrado Imperatori è vivis sublato: tertia ex ejus Imperio; hæc inchoatur à die Natalis Domini an. 1046 cùm Romæ Imperiali diademate fuit insignitus: quarta denique ex dominatione in Burgundionum partes, quam revocamus ad annum 1038, quo regni Burgundiæ Solodoro coronam accepit.

MONITUM

C IN DIPLOMATA HENRICI I. FRANCORUM REGIS.

HENRICUM filium Roberti Regis, biennio ferè post mortem Hugonis natu majoris transacto, coronatum fuisse in civitate Remorum, ipso die Pentecostes, 14 Maii an. 1027, probatum jam habes ex Monito in Diplomata Roberti Tom. X, pag. 570, et seq. imò ex ipsis etiam Diplomatibus. Ibidem et probatum est annum 1031, fuisse Regis Roberti supremum. Duplex igitur Henrici debet distinguere regni exordium: alterum an. 1027, quo jussu patris Coronam suscepit; alterum verò anno 1031, ubi, patre vitâ functo, egit per se regni gubernacula.

D Ab anno MXXVII à patre in consortium regni adoptatum fuisse colligimus cùm ex aliis, tum ex Charta Drogonis Comitis, datâ anno ab Incarnatione Domini MXXX, Indict. (XIII) regnante Rege Franc. Roberto anno regni sui XLII, et filii ejus concorditer cum eo regnantis anno jam quarto Henrici. Id autem validè confirmatur, tum ex variis Fulberti Carnutensis epistolis (scilicet epist. 4. 15. 59. 105. 128) in quibus Henricum jam Regem laudat Fulbertus, mortuus IV Idus Aprilis die Cœnæ Domini, anno MXXVIII, ut constat ex Chronico Vindocinensi, et probat Pagius E Tom. IV ad an. 1028 pag. 135; tum maxime ex literis Assessionis seu Coronationis Philippi primi ejusdem Henrici filii, (in hocce Tomo pag. 32 relatis,) datis anno Incarnationis MLVIII, Indict. XII, regnante Henrico Rege XXXII eadem die completo, X Kal. Junii, Episcopatus autem Domini Gervasii anno IV, in die sancto Pentecosten. Nam si ab hoc anno MLIX per annos XXXVII calculum reflectas; annum MXXVII initi ab Henrico regni primum habebis. At verba illa, eadem die completo, referenda sunt, non ad X Kal. Junii, sed ad festum Pentecostes. Hac die coronatus di-

citur Henricus ; non eodem die mensis , quo coronatus est filius ejus A
Philippus : quandoquidem festum Pentecostes anno MXXVII no-
vem diebus citius , id est pridie Idus Maii, incidebat.

Duplex epo-
cha regni
Henrici.

In Diplomatum porrò Henrici accuratè expendenda est duplex
epocha , nempè ab inito regno , seu cum patre , seu post mortem pa-
tris : pro hac siquidem duplici epocha variat calculus in Diploma-
tibus. Ex archivo Catalaunensis Cœnobii S. Petri exhibemus ipsius
Henrici Autographum , res à Rotgerio Episcopo traditas confir-
mantis , actum Lauduni publicè , anno Incarnati Verbi millesimo
XLIII , et regni Henrici Regis XII. Hic calculus revocatur ad epo-
cham anni MXXXI , quo Henricus patri mortuo successit. Alium B
modum habet Charta Widonis Archiepiscopi Remensis pro Mosomo , in
qua annus Domini MXLIII comparatur cum anno XVII Henrici
Regis , habito scilicet respectu ad tempus , quo vivente patre coronatus est.
A coronatione Henrici factâ vivente patre , regnum ejus pariter com-
putatur in Charta quadam Chronici Besuensis : Actum Besuâ publicè
anno ab Incarnatione Domini MXXXIV , Indict. II , epacta
XXVIII , regnante Henrico Rege , VIII anno regni ejus , mense
Novembris , in Spicileg. Tom. I , pag. 561. in-quarto , Tom. II
in-fol. pag. 421.

* pag. 315.
antiquæ ; no-
væ verò hist.
pag. 126.

In Historia Trenorchensi * erratum est à Librario in anno Incar-
nationis assignando , quo Henricus , subscribente Philippo , ipso co-
ronationis ejus die , Diploma edidit , Actum Remis civitate , in C
Pentecosten festivitate , et in Maio mense. Scriptum manu Guil-
elmi ad vicem Balduini Regii Cancellarii , regnante Domino glo-
riosissimo Heinrico anno XXVIII , et Incarnationis Domini
MLVIII (non verò LVIII) , coronato eodem die Philippo ,
Henrici Regis filio. Eadem Monarchiæ Henrici epocha evidenter
constat ex Charta foundationis Prioratûs Lausdunensis (Loudun)
per Hugonem quemdam militem Diœcesis Pictaviensis , quæ sic ter-
minatur : Actum publicè Lausduni , per manum nostram ; præ-
sente et collaudante Gaufrido præstantissimo Andegavensium D
Comite , anno ab Incarnatione Domini MLX , regnante Heinrico
victoriosissimo Francorum Rege anno XXX : Philippo verò filio
ejus primo celebriter imperante. Inter probationes Histor. nov.
Trenorciën. pag. 129.

Hæc Mabillonius , Lib. II de re Diplom. Cap. 26 , pag. 203 ;
quorum non meminit Lib. VI de eadem pag. 581 , ubi relato Diplo-
mate Roberti Regis pro restitutione Monasterii Latiniacensis , sic
terminato , Actum Senonis civitate , anno Dominicæ Incarnatio-
nis millesimo decimo-octavo , regnante Serenissimo Rege Ro-
berto XXXII , VI Kal. Martii , addit vir eruditus , legendum hîc E
anno millesimo vigesimo octavo , et Hugonem anno MXXVII
Regem benedictum. Evidens certè lapsus memoriæ ; post ipsum enim
et ex ipso Mabillonio probamus Henricum in consortium regni à
patre assumptum esse an. MXXVII. Non igitur in iis verbis , sed
in istis , regnante Serenissimo Rege Roberto XXXII , mendum
cubat , legendumque , XXXI. Subscriptio itaque Chartæ pro Mo-
nasterio Latiniacensi editæ , pura est , certumque regni , non Henrici ,
sed.

A *sed Hugonis initium. Pagius Tom. IV, ad an. 1028. nn. i et v, pag. 133 et 134. Vid. Tom. nostri X notam in hoc Roberti Diploma, pag. 602. Prætereunda non est hoc loco Chartæ Chronici Besuensis sequens data: Actum publicè in præfati sancti (Petri Besuensis) Cœnobio, et super ejusdem altare, regnante Domino nostro Jesu-Christo in paternæ majestatis dextera, anno Incarnationis ipsius MXXXVI, Indict. XX, prid. Kal. Julii, IV feria, III Lunæ . . . Rege Henrico in sceptris Francorum agente, etc. Spicil. in-fol. Tom. II, pag. 421.*

B *Regum tertiæ stirpis ferè tam varia sunt Diplomatum exordia, quàm varia Diplomata ipsa. Henricus, Roberti filius ac successor, à Sancta Trinitate initium sæpiùs ducit. In nomine S. Trinitatis, ego Henricus Dei clementiâ Francorum Rex, in Diplom. pro Monast. S. Vincentii Laudun. an. 1031. In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Henricus Dei gratiâ Franc. Rex, in Diplom. pro Monast. Centulensi. In nomine S. et individuæ Trinitatis, Patris et Filii et Spiritûs sancti, Amen. Ego Henr. D. G. Fr. R. in Præcepto pro Monast. S. Symphoriani Bellovac. an. 1035. Usu frequentiori hanc adhibet exordii formulam: In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, ego Henricus gratiâ Dei Francorum Rex: ut*

Diplomatum exordia et invocationes.

C *cognoscetur ex Diplomatis hîc subjiciendis. Aliis aliisque modis exorditur Henricus: modò, In Christi nomine, ego Henricus propitiâ Divinitate, vel Dei miseratione, Franc. Rex: In nomine Creatoris et Gubernatoris cunctorum, Ego Henricus Cunctipotentis Deo superemeninte Francigenis imperans, et gentibus per orbem circumquaque diffusis. In nomine Domini Dei æterni et Salvatoris nostri Jesu-Christi, Henr. etc. At prorsùs singulare est ejusdem Henrici præceptum pro Parisiensi S. Martini à Campis Ecclesia, ita incipiens: In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Gloriosæ Matris Ecclesiæ filii noverint, etc. Et post multa Prologi*

D *more adducta, sequitur: Igitur hæc et hujusmodi ego Henricus Dei gratiâ Rex Francorum, etc. Quæ formula superioribus Francorum Regibus prorsùs incognita, sed ab Henrico primùm invecata, proximis ejus successoribus quatuor accepta fuit, qui multis in Diplomatis post invocationem, hanc similemve præfationem adhibent ante nomen suum. Quamquam aliquando pro veteri more de se pluraliter proloquuntur, quod sæpiùs in contextu actitant, et ejusmodi præfationibus resectis, morem priscum retinent, ut Henricus in Diplomate pro Casa Dei an. 1051, et in quibusdam aliis. In plerorumque Diplomatum inscriptione usus est Henricus pronomine Ego, quæ formula, si non ab ipso traxit originem, (nam Roberti Diplomata nonnulla, sed rarissima reperies hoc pronomine præfixo insignita,) certè morem hunc ab eodem Henrico in sequentes Reges profluxisse pro comperto habemus.*

E *Capetii haud minus, quàm Carolingici genio suo tribuerunt in mutando subscribendi ritu, qui pro Regibus singulis, immò pro singulis ferè cujusque Regis subscriptionibus diversus fuit. Palàm fiet ex subjectis monumentis, Henrici litteras variis itidem subscriptionis formulis præditas. Signum Henrici Francorum Regis. Aliàs*

Regis Henrici subscriptiones.

Henrici Regis *simpliciter*. *Al.* Signum Serenissimi Regis Henrici. **A**
Ejusdem Regis Placitum pro Monast. S. Medardi Suession. modo con-
cluditur singulari. Actum in Monast. SS. Medardi et Sebastiani...
 et Lauduno Clavato die Dominica Nativitatis, propriis manibus, et
 sigillo gloriosi Regis, Henrici roboratum... Signum Henrici glorio-
 sissimi Regis, an. Dom. 1047.

Illud maximè observatione dignum, quòd Capetii, à Roberto
Rege, aliquando solum signum crucis cum sigillo suo apponunt,
absque monogrammate et solitâ formulâ; aliquando hæc verba,
 signum Henrici, *cum sola cruce; aliquando monogramma solum,* **B**
absque signo crucis et aliis, qualis est subscriptio Henrici Regis in
pluribus Diplomatis; aliquando denique præter monogramma, etiam
signum crucis et solitam formulam adhibent. At in monogrammate
signove crucis collocando cum secundæ stirpis Regibus non conve-
niunt: cùm enim Carolingi inter signum et nomen suum proprium
monogramma apponerent, Capetii illud rejecerunt in postrema verba.
Henrici I nomen non uno modo scribitur in formula signo ejus vel
monogrammati annexâ, Signum Henrici, vel Heinrici, sive Ainrici
 Francorum Regis.

Cancellarii
 subscriptio.

Cancellarius ipsius subscribit his verbis: Balduinus Cancellarius **C**
scripsit et subscripsit, vel Ego Balduinus Cancellarius relegendo
subscripsi. Monogramma Regis Henrici mediâ in Cancellarii sub-
scriptione nonnumquam interponitur. In Diplomate anni 1051, quo
Henricus Casæ-Dei Cœnobium erigit in Abbatiam, post signa
multorum Principum et Prælatorum, legitur: Seguinus Sciolus
scripsit ad vicem regii Cancellarii XII Cal. Octob. In Placito
altero Regis Henrici pro Monast. S. Medardi Suessionensis an. 1047,
legitur: Descripta vice Rainodi Cancellarii, jubente Rainaldo Abbate.
Rainodus ille Abbatiss Cancellarius fuit, non autem Regis; unus enim
tantùm Henrici I memoratur Cancellarius Balduinus, idem qui ex No- **D**
tario, extremis Roberti annis summus Cancellarius evasit, cujus Notarii
Siguinus seu Seguinus, Fulco et Willelmus.

Primarii Re-
 gum officia-
 les Diplom.
 subscribunt.

Extremis Henrici Regis annis adscribi regiis literis cœperunt
quatuor præcipui ac Primarii Palatii regii officiales seu Ministeria-
les cum Cancellario et aliis Optimatibus. Quæ hoc in Tomo edimus
Diplomata, satis probabunt contra recentiores quosdam, et quidem
magni nominis auctores, Philippum I, Francorum Regum non fuisse
primum, qui ad confirmationem Chartarum, primariorum Officia-
lium signa adhibuerit. Itaque cum Mabillonio asserimus sub Henrico
aliquando, sub Philippo I omnibus fermè regiis literis summorum **E**
Ministrorum nomina apposita fuisse à Notariis, sed passim cum
Episcopis, et post Episcopos qui tunc solebant cum Rege subscribere;
id colligitur ex Henrici Diplomate pro Monasterio sancti Martini
à Campis, cui subscripti sunt ad annum 1060. Balduinus Cancel-
larius, Rainaldus Camerarius, Albricus, Conestabularius, Willel-
mus Seniscalcus, Hugo Buticularius, Robertus Cocus. In eodem
Diplomate, post signa Henrici et Philippi Regum, Annæ Re-
ginæ signum legimus, quod et in aliis quibusdam reperitur. In
Diplomate pro Fossatensi Monasterio: Annuente mea conjuge

Reginæ sub-
 scriptio.

A Anna, et prole Philippo, Roberto ac Hugone.

Mabillonius, de Re diplom. Lib. 2, pag. 80 loquitur de Diplomate Annæ Reginæ Henrici I relictæ, de Villa Unello pro Cœnobio Fossatensi, quod incipit ab his verbis, absque invocatione: Notum sit quòd ego A. Dei gratiâ Francorum Regina, etc. Addit ibid. pag. 140 suis literis Annam sigillum Philippi filii sui cum Lemnisco membraneo appendi curasse, ut probat Autographum, quod tunc erat penes Petrum Franciscum Chiffletium Historiæ Tre-norchiensis Scriptorem. An fortè quia Reginæ Diploma, idè non Chartæ affixum, sed appensum est sigillum? Asserit Mabill. sibi

B *incompertum an alia extent alicubi pendula Regum Francorum ante aut circa id tempus sigilla.*

Annulis primùm usi sunt veteres pro sigillis, non tantùm in ar-gumentum fidei, sed etiam publicæ auctoritatis. Varia apud anti-quos annulorum cælatura. Alii nominis sui monogramma seu com-pendium prætulere, alii imaginem suam in annulis expressere. Annu-lorum usus derivatus est ad primos Francorum Reges, qui imaginem suam circumdato in orbem nomine annulis suis indiderunt. Annulis signatoriis successere sigilla. Extant quædam posteriorum secundæ stirpis Regum monumenta, in quibus sigilli regii mentio in clausula

Annulorum
et sigillorum
usus.

C *adhibetur. Id in morem transtulere Capetiani, qui sæpiùs sigilli vocabulo usi sunt. Non tamen adèd constanter sigilli nomen expres-sere Hugo, Robertus et Henricus primi Capetianæ stirpis Reges, ut etiam aliquando annuli, imò utriusque simul Annuli nempè et sigilli voces non adhibuerint ad designandam sigilli impressionem; at frequentior sigilli mentio in ipsis.*

Anno Incarnationis Dominicæ 1059, Indict. 12, Henrici Regis anno 32, Pontificatùs Domini • Gervasii (*Remensis Archiepis-copi*) 4, et quarto Kalend. die Pentecostes, 23 Maii, *Philip-pus Rex* consecratus est. *Loco, quarto Kal. legendum, X Kal. Ju-nii, in quem diem hoc anno Pentecostes festum incidit, in diem nempe 23 mensis Maii. Is Henrici Regis annus 23 ab anno 1027 proficiscitur. Vide suprà pp. 559 B et 560. Vide etiam pp. 32, 159, etc. et Præfationis articulum 145.*

Philippi I
Coronatio.

Anno sequenti Henricus Gallix Rex fundavit Monasterium sancti Martini de Campis. *Charta dicitur scripta, anno supradicti Regis 27 (sed legendum 29 à posteriori ejus epocha, ab anno 1031 deducta). Actum anno ab Incarn. Domini 1060, Indict. 15 (le-gendum Indict. 13) Parisius publicè. Signum Henrici Regis. S. Philippi Regis. S. Annæ Reginæ. Obiit, postea Henricus Rex*

Moritur
Henricus I.

E *eodem anno 1060, Vîtriaci die 4 mensis Augusti. Cùm verò Phi-lippus filius ob ætatem, regno Francorum administrando haud par esset, Henricus testamento cavìt, ut Balduinus V Flandriæ Comes, filii sui regniq̄ tutelam susciperet. Ordericus Vitalis Lib. 3 hæc loquitur: Hujusmodi tutela tanto Duci bene competebat, quippe qui Adhalem (id est Adhelem) Roberti Regis Francorum filiam in conjugium habebat. Sed ibidem Librariorum errore mors*

Henrici consignatur, anno ab Incarnatione Domini 1059, Indictione A 13. Legendum est, anno 1060, ut Indictio 13 demonstrat. Pagius in Annales Baronii pag. 213.

Uxores Hen-
rici.

Unam tantum ex Diplomatis, Henrici uxorem discimus Annam filiam Jeroslai, dicti Ladislai, Russiae Regis. Circa alteram nomine Mathildem, quam omnes, si non uxorem, Henrico certè desponsatam agnoscunt, varia sunt Historicorum dicta, quæ consuli possunt in hoc volumine pag. 157, 276, etc. Sufficiat hîc referre sententiam Wipponis, qui in vita Conradi II, Salici dicti (huj. T. XI, pag. 5) ad annum 1034 hæc loquitur: Eodem tempore filia Imperatoris Cunradi et Giselæ Imperatricis Mathilda nimis formositas puella, Heinrico Regi Francorum desponsata obiit Wormatiæ, ibique sepulta est. Magni nobis videntur ponderis verba hæc Conradi Panegyristæ.

*Certum est apud omnes veri nominis auctores Regem Henricum uxorem duxisse filiam Ducis, seu Regis Russiae: varietas est tantum in nomine Reginæ, quam alii Annam, Agnetem alii appellant; et in tempore matrimonii, quod anno 1044 quidam, plures verò anno 1051 attribuunt. * Consule pag. 29, 319 et 481. Narrat Auctor Historiæ Ducatus Vadensis T. I. p. 300, Meldensem Episcopum Galterium Saveyr anno 1050 in Russiam Legationem obiisse, ut inde Henrici I futuram uxorem deduceret Annam filiam Juriscloth Russorum Regis: quæ verba cohærent optimè cum Actis S. Lietberti Camerac. Ep. ex quibus conjugium illud anno 1051 certò ascripsimus. Biennio post mortem Henrici, id est an. 1062 nupta est Anna Rodulfo II, Magno dicto, Crispiacensi seu Vadensi Comiti, à quo iterum relicta, an. 1066 vel morte Rodulfi, vel meliùs, Papa sua-dente, apud suos mortem quæsiuit*, ut communiter sentiunt auctores.*

* Pagius in
Annales Ba-
ron. p. 151.
refert ad an.
1036.

Attamen non desunt monumenta, quæ probent Annam apud Francos remansisse, immò et vitam apud nos finisse. Ex Literis Philippi Regis, quibus Floriacensium Monachorum componit querelas adversus quemdam Widonem, qui multas eis vexationes inferebat, discimus Annam Reginam anno 1067 præsentem adfuisse. Philippi literis subscribunt Wido Episcopus Ambianensis, Gaufridus Parisiacensis, tum Carnotensis, et Hadericus Aurelianensis; et post Widonem de Monte-Leutherico et Wazelinum de Chalnei, ANNA REGINA; dein Balduinus Consul, cujus providentiâ, regni Monarchia servatur; et post multos alios; Ingelramus magister Regis, et Marcellinus magister Hugonis fratris Regis. Actum publicè Meleduno, an. ab Incarnatione Dom. 1067, Regis Philippi VI, (lege VII): apud Mabill. Annal. Bened. Lib. 63, pag. 5, ad an. 1067, N. X. In Diplomate Philippi I, quo foundationem Abbatie Pontileviensis approbat anno 1075, legitur primo loco, Signum ANNÆ matris Philippi Regis. Diploma hoc referemus postea.

Anno 1682 Menestrierus Reginæ hujus tumulum detexit in Ecclesia Abbatie de Villeriis Cisterciensis Ordinis, in pago Wastinensi, non longè à Firmitate Adelaidis, seu Aalidis, inter Corboilum*

* La Ferté
Alais.

A et Stampas, in finibus Senonum. Expressa Reginae Imago Coronam in morem Imperii Electorum gestiens, talem Lectori exhibebat inscriptionem: Hic jacet Domina Agnes uxor quondam Henrici Regis. Ex hoc Epitaphio maximâ sui parte rupto, contra opinionem communem colliges uxorem Henrici Reginam, et in Francia sepultam, et Agnetis nomen gestasse; quorum ultimum, omnibus fermè Historiæ monumentis, Chartis præcipuè, videtur adversari. Vide Eru-
ditorum Diarium mensis Junii an. 1682, pag. 193; et Hist. Geneal. Franc. Domûs edit. 3, Tom. 1, pag. 73.

B

DIPLOMATA HENRICI I. FRANCORUM REGIS.

I.

Laudunensi S. Vincentii Monasterio

Ex Chartulario.

Dona quædam confert (a).

I N nomine sanctæ Trinitatis, Ego Henricus Dei clementiâ Francorum Rex. Michi, inquam, consideranti Ecclesiasticæ dignitatis amplitudinem et Dei domûs præclarum decorem, occurrit præcedentium piorum Regum id clementer construentium pia memoria; quorum nos sacri regiminis jure hortantur vestigia, ut, velut ipsi, in quantum possumus, matrem nostram Dei Ecclesiam augmentando exaltemus, ut per eam quam veneramur in terris, ei jungamur quæ locatur in astris. Quapropter notificamus tam præsentium quàm futurorum industriæ, dedisse me parvitati Abbatie Laudunensis (b) præclari Martyris Vincentii, ad petitionem Erchenvei * Abbat-
C et Dei domûs præclarum decorem, occurrit præcedentium piorum Regum id clementer construentium pia memoria; quorum nos sacri regiminis jure hortantur vestigia, ut, velut ipsi, in quantum possumus, matrem nostram Dei Ecclesiam augmentando exaltemus, ut per eam quam veneramur in terris, ei jungamur quæ locatur in astris. Quapropter notificamus tam præsentium quàm futurorum industriæ, dedisse me parvitati Abbatie Laudunensis (b) præclari Martyris Vincentii, ad petitionem Erchenvei * Abbat-
D ab ullo Dei inimico violari potuisset, nostra auctoritate, sigillo impresso confirmamus, et nostrorum fidelium attestacione corroboravimus.

An. 1031.

* al. Archenvei vel Archenrei seu Hervei
* al. Semi-liaci

Signum Henrici Regis, qui hoc scriptum fieri fecit anno Domini MXXXI.

(a) Reperitur inter Schedas Mabillonii: apud quem additur in invocatione, et individua. Pro michi, legitur mihi. Pro debiti, leg. debitum. Pro Roaticum, leg. Matieum. Pro confirmamus, leg. confirmavimus. Desunt quoque apud ipsum verba hæc: Anno Domini MXXXI

(b) Anno circiter 589 Brunichildis Regina, post mortem Sigiberti conjugis sui, quædam Monasteria erexit, unum apud Lugdunum-Clavatum, duo alia cum Xenodochio apud Augustodunum. Primum in honorem S. Vincentii martyris conditum fuit in prospectu urbis Lau-

dunensis, quam Lugdunum simpliciter veteres nonnunquam appellabant; in ejusdem montis extrema parte, situm, sed ab urbe profunda valle secretum. Tanta erat hujus loci celebritas, ut secunda Laudunensium Episcoporum sedes, eorundemque ac Canonicorum, nobiliumque Laicorum conditorium esset. Testes hac de re literæ Roriconis Episcopi, qui Monasterium à Normannis destructum instauravit, Monachisque restituit: testes et Lotharii Francorum Regis literæ quibus hanc restitutionem confirmavit. Mabillon. Annal. Bened. Lib. 7. N. 63.

Confirmat immunitates S. Petri Vivi Senonensis.

Ex Autographo.

An. 1031.

IN Christi nomine ego Hainricus propitiâ Divinitate Francorum Rex, cunctis fidei catholicæ piè ac verè credentibus æternæ felicitatis optabile munus. Licèt immeriti Sanctorum, exigentibus quàm nimiè culpis caremus deviantes suffragiis, tamen oportet patrocina eorum ubique et signa complecti, quæ quotidiana aspicientes fieri credimus, et vestigia vel in aliquibusdam bonæ actionis operibus obsecundantes feliciter sequi, quo eorum B interventu assiduo possimus contingere perhenniter promissa gaudia siderei cœli. Prodigiiis quorum et continuis exemplis per totum Dei gratiâ ego Hainricus Francorum Rex munitus, mando notificans cunctis nostræ curiæ fidelibus et multùm perobto, ut omnis audiens intelligat nostrorum fidelium cœtus hoc regale præceptum, quod Domino et sancto Petro cæterisque Apostolis et Martyribus sacris, Saviniano videlicet et Potentiano, et ejusdem cœnobii cæteris Sanctis eorumque Monachis deservientibus ad plenum firmare studemus. Igitur volo ut audiatis clamorem Abbatis Ermenoldi (a) et Monachorum sancti Petri de Rainardo (b) Comite de valdè injustis et malis consuetudinibus, quas injustè per terras sancti Petri vim faciens opponit. Nam de omni sæculari inquietudine et potestate Reges Francorum antecessores nostri præceptum inviolabile eidem Ecclesiæ Dei C luculenter statuente firmaverunt, et postmodum genitor meus Rex Robertus ob amorem Dei et beati Petri, sanctique Præsulis ac Martyris Saviniani, cujus venerabile corpus idem genitor meus à solo elevans, auro et gemmis ornavit. Ergo illud quod præfati Francorum Reges præceptum corroborantes statuerunt, similiter et nos regali auctoritate firmiter consolidamus, ita ut ab hodierna die jam ulterius sub integra defensione ab omni strepitu et judiciariæ potestatis impulsione sit omnis terra ejusdem Abbatiae libera et immunis, et ut nullus nostrorum Ministrorum judex publicus nec in burgo, nec in villis, nec in viis, nec in terris ullam consuetudinem accipere præsumat, nec rotaticos, nec pedaticos, nec teloneos, nec homines ipsius Ecclesiæ distringere tam servos quàm ingenuos, neque ullas redibitiones aut inlicitas occasiones audeat, vendicare. Et ut hoc præceptum D firmum et stabile permaneat, manu propria firmavimus, et nostro sigillo sigillari jussimus.

Hainricus nutu Dei Francorum Rex firmavit, et hoc sigillo corroboravit. S. Rotberti Ducis Burgundionum. S. Odonis fratris Regis.

Actum Senones mense Julio, regnante Hainrico Rege anno V. (c).

Balduinus Cancellarius scripsit.

(a) Sive Ermenaldi: hujus tempore Robertus Rex et Constantia Regina, suppeditatis per manus Odoranni Monachi expensis, sancto Saviniano loculum, auro, argento, gemmisque pretiosis ornatum, composuerunt. Cùm Rex Senonis esset, et Parisios quamprimùm reverti vellet, Leothericum Archiepiscopum rogavit, ut sacri Corporis in novum loculum è plumbeo translationem maturaret. Sequentè Dominicâ, Rex cum Episcopis et Abbatibus cæterisque Proceribus adfuit ad transferendum sacrum corpus in locum dispositum: quod Rex cum filio suo Roberto suis humeris elatum, propriis manibus in prædicto loco reposuit. Præterea triginta et tres solidos meri argenti contulit Rex ad præparandum serinium sancto Potentiano, quod morte præventus absolutum videre non potuit. Hæc translatio facta est VIII Kal. Septembris, teste

Clario Monacho, qui dies anno MXXX in Dominicum incidebat. *Mabill. Annal. Bened. Lib. 36, n. 44.*

(b) Rainardus cognomento Vetulus, Senonensis pagi Comes erat; Abbatiam sanctæ Columbæ in beneficium tenuit, ejusque possessiones in proprios usus convertit. In prædio Ferrariensis Monasterii Castrum exstruxit, quod ex suo nomine Castrum-Rainardi appellavit; Cœnobium sanctæ Faræ multum vexavit, insuper et Abbatiam S. Mariæ, in suburbio Senonum positam, tantùm non destruxit. *Id. ibid. Lib. 51 n. 42.*

(c) Hoc est anno 1032, si exordium regni sumas à 14. Maii anni 1027, quo cum patre regnare cœpit; vel anno 1035 aut 1036, si numerare incipias à 20 Julii anni 1031, quo solus regnavit mortuo Roberto patre.

A

III.

Ecclesiæ Parisiensi, Abbatiolam S. Germani in *Lea* concedit.Circa an.
1032.*Ex Magno Chartulario hujus Ecclesiæ Lib. 19], Cap. 67.*

CUM verè gaudia immortalitatis Sanctorum procul dubio, neque aliis virtutum acquirantur obsequiis, et exhibitionibus elemosinarum ad perfectum perveniatur animarum; cumque regiæ dignitatis semper requirat officium, sanctæ matris Ecclesiæ, si quod imminet, exterminare periculum, ipsiusque longè latèque propagare beneficium defunctorum patrum pietate collatum, nullo modo æterni vitare supplicii speramus incendium, si in quantum nostræ permittitur facultati, divinum cessamus explere ministerium. His igitur accensus monitis ego Henricus Princeps, licèt non idoneus, in regnum Francorum, Deo volente, constitutus, cujusdam Domini Imberti Parisiorum Præsulis adque petitionibus. . . . Christicolis omnibus tam futuris quàm præsentibus, reverentiam Christianæ Religionis debita necnon condigna veneratione colentibus, sanctæ matris supradictæ feliciter à cunabulis educatis * uberibus, innotescere decrevi, ut Abbatiolam (a) quamdam in silva, quæ *Lea* dicitur, patris mei Rodberti clementia in honore S. Germani fabricatam, sanctæ Parisiacensi Ecclesiæ concederem. Quod, quia dignum videbatur, annuens, orataque corde benigno suscipiens, cum consensu ac voluntate Episcoporum atque Abbatum, seu omnium Comitum militumque meorum, sanctæ Dei Genitrici, cum omnibus quæ ad eam pertinent ipsam Abbatiolam contuli, ut quamdiu loci illius Præsules vivent, teneant, regant, nulloque nostrorum successorum auferente possideant; videlicet terram Filiolicurti, et in pago Pinciaco altare Aureæ-vallis, et in pago Vilcasino altare Treci; in pago Belvacensi altare Borreti, et Ecclesiam S. Marinæ in insula Parisii: item præfato præsuli, quæ ad Ecclesiam non pertinent, in suburbio Parisii quatuor arpennos vinearum. Sed ut hoc nostræ clementiæ donum nostris futurisque temporibus firmum habeatur, placuit nobis quatinus exinde præceptum fieri juberemus, videlicet ut nec nostris, nec reliquis post futurisque temporibus aliquis hominum quodlibet ei impedimentum de iisdem rebus inferre præsumat. Et ut hæc nostri præcepti auctoritas firmior habeatur, manu nostra subterfirmavimus, et sigilli nostri impressione signavimus.

* *leg. educatus.*

IV.

Confirmat dona à Regibus Hugone et Roberto facta Parisiensi S. Maglorii Cœnobio.

Circa an.
1033.*Apud Gerard. Dubois Tom. II. Hist. Ecclesiæ Paris. pag. 75.*

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Henricus Dei gratiâ Francorum Rex. Si sanctorum locis et religiosorum congregationibus virorum regali liberalitate subvenimus et condescendimus, procul dubio ad æternam remunerationem promerendam profuturum credimus. Noverit ergo posteritas omnium sanctæ matris Ecclesiæ fidelium et nostrorum, quòd quidam venerabilis Abbas cœnobii sanctorum Bartholomæi Apostoli atque Maglorii Archipræsulis, juxta aulam nostri palatii siti, Raginaldus nomine, rogans et obnixè postulans nostræ serenitatis adierit præsentiam, quatinus prædicto

(a) Ex Helgaldi Floriac. Epitom. vitæ Roberti Regis, N^o. 31 discimus Regem piissimum extruxisse Monasterium S. Germani Parisiensis, cum Ecclesia S. Vincentii in Silva cognominata *Ledia*. Hæc sanè est Abbatiola quam Rex Henricus Imberto Episcopo atque Ecclesiæ Parisiensi con-

cedit. Verba ista, *Princeps, licèt non idoneus, in regnum Francorum Deo volente constitutus*, eximiam Henrici modestiam et pietatem ostendunt; sed et innunt præceptum illud circa regni ipsius initia confectum.

loco, quem piæ memoriæ Hugo (a) avus noster fundaverat, et suis terris A
 ditaverat, quamdam Ecclesiam illius villæ, quæ Buxoria vocatur, conce-
 deremus liberam omni exactione et redibitione cujuslibet dignitatis personæ,
 ea insuper conditione, ut de omnibus terris Aquilinæ, de quibus dono mei
 patris habebant pasnatici decimas, similiter omnium stirpetum, messium,
 et frugum de novalibus habeant. Præterea huic scripto jussimus inculcari
 quamdam villam, quæ Petrosam vadum vocatur, cum omnibus redibitio-
 nibus et exactionibus, terris cultis et incultis, quam pater meus prædicto
 loco olim concesserat. De cetero jussimus inserere Ecclesiam illius villæ,
 quam incolæ regis appellant Novale, cum decimis omnium rerum inibi
 crescentium, et terris ad prædictas Ecclesias pertinentibus. Placuit etiam an-
 notare ea, quæ quidam vicini eorum de nostro servili jure, scilicet Ger-
 lindus et sibi succedentes coheredes, pro remedio animæ suæ contulerunt B
 nostro jussu favente, scilicet unum molendinum in villa, quæ Tani-villare
 vocatur, situm cum terra ad illud pertinente, et quasdam vineas de Meldu-
 nico vico sitas. Adjunximus etiam numerum molendinorum, qui est sex,
 qui tam ab antecessoribus nostris, quàm à nobis vel nostris concessi sunt;
 unum videlicet in suburbio Sylvanectensi; duos in majori ponte Parisiorum
 urbis; et unum in minori; unum in Malbraio; unum iterum molendinum,
 et unum ascensorium piscium situm juxta Ecclesiam Karentonæ villæ. Deni-
 que præcipimus inserere gurgites pisciales tres; primum situm in confluen-
 tia Sequanæ et Matronæ; secundum, qui respicit terram ejusdem loci, quæ
 milliare ab urbe distans vocatur mille passus; tertium, qui sibi contiguæ
 colæret insulæ. Postremò secundum antecessorum nostrorum munificentiam
 et liberalitatem, quam erga prædictum locum habuerunt, concedimus eis C
 decimas omnium redibitionum ad nos pertinentium de marino portu Muste-
 rioli castri, exceptâ decimâ, quæ concessa est sanctæ Abstrobertæ, et decimâ,
 quæ concessa est sancto Salino Cervisiæ. Hæc omnia superius prænotando
 exarata nostri præcepti auctoritate firmamus, et sigilli nostri impressione cor-
 roboramus, et conventionis pacto, ut si quis temerarius contra hoc præ-
 ceptum stare voluerit, vel aliquid horum violare præsumpserit, aut centum
 libras auri Regibus successoribus nostris persolvat, aut de vita componat.

V.

Monasterium sancti Petri Melidunensis liberum jubet ab universis
 mundanarum legum districtioibus.

*Ex Chartula-
 rio hujus Mo-
 nast.*

Circa an.
 1033.

I N nomine Creatoris et Gubernatoris cunctorum. Ego Henricus cunctipos-
 tenti Deo supereminente Francigenis imperans et gentibus per orbem
 circumquaque diffusis: quia dominatur Christus in regno hominum, et cui
 voluerit omnipotens ipse ***. Namque idem prout vult mutat tempora, et
 transfert regna, nemo mortalium imperiali fultus dignitate ad hanc meritò
 se provectum velit æstimari, cum et egregii pastores, jubente Domino,
 inungantur in Reges, et hoc honore nimirum elati in brutorum animalium
 transeant formam. Summum ergo ac primum in Regibus bonum est inter
 tot curas et sollicitudines, quas pro gentium regimine sustinent, justitiam
 colere, nec sinere in subditos quod potestatis est fieri, sed quod æquum
 servari. Magnæ siquidem et eximiæ laudi reputabitur, si piæ desiderium vo- E
 luntatis, et laudandæ devotionis petitio regalibus semper propagetur

(a) Tempore Hugonis Capeti à Salvatore Episcopo Alethensi, simul cum Monachis, ex Armorica Parisiis allatæ sunt reliquiæ S. Maglorii, et aliorum Sanctorum; dataque illis, Episcopo scilicet et Monachis, qui eum secuti fuerant, Capella regia S. Bartholomæi; quod fuit Monasterium ubi Abbas et Monachi in posterum fuerunt. Hujus Monasterii primus Abbas fuit Juvanus, qui sub Roberti Regis Principatu mortem obiit: post quem à Maglorianis subrogatus Harduinus, qui an. 1000 præesse legitur; sub Henrici verò Principatu Raginaldum Maglorianum Ab-

batem Chartæ produunt. Ejusdem Raginaldi Abbatibus meminit Charta altera Henrici Regis, qua confirmat donationem Maglorianis factam ab Alberico et Mamburge uxore ejus. Terra, ut habet Charta, *arabilis terminatur ex una parte Sequanæ fluvii, ex altera ex Monte Gladiolo IIII arp. vinearum... X arpent. vinearum ejusdem loci inter Basilicam sanctæ Genovefæ, et sancti Stephani, et sanctæ Mariæ, cujus Ecclesia sita est in campis, etc.* Data est hæc Charta anno MXXXIII. Henrici Regis II.

A auxiliis, et in cantu Dei laborantibus defensio præbeatur; quatenus post terreni imperii fastigium cœlestis gloria facilius acquiri, et ad ea, quæ toto corde desideranda sunt, præmia velocius possint attingi. Igitur ego Henricus Rex, quamvis indignus, fidelium nostrorum æquissimis consiliis præbens assensum, necnon servorum Dei Monachorum, inò patris eorum Adele-
 B rii*, quem dilectum Deo et hominibus morum probitas et vitæ simplicitas efficit, crebris devictus supplicationibus; volo Monasterium S. Petri, quod est situm prope mœnia Meleduni Castri (a), cum omnibus rebus sibi adjacentibus, amodò in sempiternum fore liberum ab universis mundanarum legum districtio-
 C nibus. Et quoniam idem vir reverendissimus nostrum sæpissimè ad-
 C cundo Palatium, questus est de irruptione et violentiis satellitum nostrorum, quas in terris prædicti Monasterii faciebant: justum nobis ac salubre
 D visum est, loci et fratrum atque circa degentium calamitati manum nostri levaminis porrigere, et de futura multorum quiete tractare. Imperamus itaque et regali autoritate sancitum esse cupimus; ne quis præpotens aut nobilis, seu quilibet nostræ curam gerens præfecturæ vel alicujus officii ad nos pertinens aliqua temeritate, velut regia fisis tuitione, res jamdicti Monasterii audeat invadere. Consuetudines verò pessimas, quæ hactenùs ibidem, id est in suburbio, perversorum hominum calliditate adinventæ creverunt, quibusque habitatores sub protectione alarum Dei et defensione pii pastoris illic coadunati vehementer sese affligi conquerebantur, tam intra quàm extra atrium Monasterii usquequaque in omnibus terris ad eum pertinentibus extirpandas et ad nihilum redigendas; et si fortè quælibet nostræ ditioni vel portioni immeritò adscribentur; omne quod postremò dici vel excogitari
 C sæcularium negotiorum vel exactionum ac tributorum judiciorumque humanitùs potest, remittimus, perdonamus, indulgemus, nihil penitus relinquentes quod Ecclesiæ Dei militantibus offendiculum gignat. Præterea id quod ad nos pertinere credebamus, et quod nostræ proprietati vindicabamus, scilicet viam publicam extra atrium sæpefati Cœnobii, superiùs ad solis occasum vergente dominio nostro, à quo extat omne quod habemus, B. Petro in augmentum et confirmationem hujus libertatis concedimus; videlicet à radice montis, in quo idem Monasterium situm est, usque ad terminos prædiorum ejus, quæ ipsam viam dextrâ levâque ambiunt. Hoc idcirco nominatim ac separatim exprimentes ne quis deinceps regalium ministrorum seu clientium per hujus rei occasionem usurpare quicquam audeat de pecuniis hominum circa Monasterium commanentium. Eliminatis
 D itaque omnibus, quæ sunt vel esse possunt, pravis et iniquis consuetudinibus, et omni inquietudine depulsâ, oramus ut fratrum unanimis congregatio exoret Altissimum pro pace et stabilitate regni ad regendum nobis commissi, nostraque et fidelium nostrorum salute. Cultores igitur et observatores hujus regis libertatis Janitor paradisi, cujus timore et honore eam decrevimus fieri, introducat in regnum, quod sanctis Dei ab initio est repromissum, et semper erit mansurum: contemptores autem et violatores, si qui fortè, quod absit, extiterint, destructi in finem, evulsique et eradicati de terra viventium, faucibus deglutiantur Averni, habituri partem cum Herode et cum eis qui dixerunt: *Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus.*

Signum Serenissimi Regis Henrici. S. Archipræsulis Sennensis*. S. Val-
 E terii Episcopi*. S. Frollaudi Episcopi*. S. Rodulphi Comitis. S. Willermi

* seu Adale-
 rii

* Senonensis
 * Meldensis
 * Silvanec-
 tensis

(a) In Castro Milidunensi, seu Melidunensi, Diocesis Senonensis ad Sequanam vetus erat anno 991 et semiruta Ecclesia S. Petri, in monte extra prædictum castrum posita, quam Scwinus Archiepisc. ab Hugone et Roberto Regibus ad extruendum, seu potius instaurandum eo loci Monasterium sibi concedi postulavit, cum alia S. Stephani Ecclesia, quæ intra muros sita erat. His obtentis, Scwinus Monasterium S. Petri ædificavit, ipsumque locum *cuidam Monacho, Walterio nomine, regendum cominisit.* Regiæ hac de re literæ in Palatio Compendio datæ sunt XVII Kal. Octobris, anno Hugonis Regis quinto, Ro-

berti quarto. *Mabill. Annal. Bened. Lib. 50, n. 57.* Idem Rex Robertus anno 1003 immunitatem omnium exactionum indulguit Milidunensi S. Petri Monasterio, cujus possessiones insuper confirmavit, ut habetur *Tom. X Collect. pag. 583, n. 6.* Præsenti Diplomate Rex Henricus hanc immunitatem renovat pulsatus querelis Monachorum, quos regii satellites vexabant, atque insuper *viam publicam extra atrium* ejusdem Cœnobii, superiùs ad occasum vergentem, S. Petro concedit. In hoc Diplomate Miliduni *in Curia Epiphaniæ* dato, annus omittitur.

Comitis. S. Odonis Comitis. S. Urcionis Comitis. S. Gosberti Abbatis. Bal- A
duinus Cancellarius relegit.

Actum Castro (a) Meloduno in Curia Epiphaniæ (b).

VI.

Villam Noguenariam Monasterio Centulensi * restituit.

Apud Acherium, Tom. IV. Spicil. pag. 552.

An. 1035.

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Henricus Dei gratiâ Francorum Rex, omnibus Catholicæ Ecclesiæ filiis, quibus est cura animæ et corporis. Notum esse volumus cunctis futuris et præsentibus, qualem reditum sancto Richario pro animabus nostris et successorum permiserimus. Miles quidam, Hucbertus (c) nomine, Noguenariam cum suis appendiciis quam- B
* violentiâ dam sancti Richarii villam tenebat suæ invasionis tortitudine *. Quotquot verò antecessores ejus tenuerant, sancto Richario per præstationis occasionem tollebant; iste verò quasi propriam volens invadere, repulsus est aliquantum Abbatis et fratrum reclamazione: et illo funditus repulso, censura judicii nostri decidit in nostram jussionem: quinquennio tenui, solidam et quietam habui. Posthæc memor animæ meæ, et licet modicum cogitans de ejus redemptione, inclinatus etiam ab Abbate et Monachorum collegio, tradidi eam sancto Richario. Addidit etiam Comes Angelrannus ejusdem loci advocatus suam petitionem, cui ego eo tenore annui, ut nunquam inde aliquam acciperet consuetudinem. Quod ne quis etiam successorum meorum audeat infringere, Hezelini Parisiacensis Episcopi percussi * anathemate, et omnium qui mecum erant Francigenæ, nec ipsum excepi Abbatem, ut C alicui per aliquam tradat occasionem, ne aliqua iterum erratio nostræ animæ fiat periculo. Prohibemus ergo iterum atque iterum nostro imperio, et omnium Episcoporum nostrorum interminatione, ne aliquis malefactorum aliquo modo, audeat usurpare, ut non fiat mihi in illa reprobatio necessitate, ubi merita mea non poterunt me juvare. Prorsus ne aliquis dubitet imperium, videat scripto imperantis edictum.

* leg. IV.

Actum est anno Dominicæ Incarnationis MXXXV, regnante Henrico Rege, anno regni illius III. * Abbas Angelrannus subscripsit; Rollandus Monachus subscripsit; Gualterus subscripsit; Algisus subscripsit; Ingelrannus Comes et Hugo filius ejus subscripserunt; Godefridus Vicecomes subscripsit; Oylardus subscripsit; Robertus subscripsit. Hi etiam sunt testes omnium D Episcoporum excommunicationis, præcipuè Hezelini Parisiacensis. Qui deinceps infregerit ista, cum Dathan et Abiron fiat ei anathema maranatha (d), Amen.

(a) Melodunum, inquit Julius Cæsar, est opidum Senonum in insula Sequanæ positum, quod nunc in pago Wastinensi (le Gâtinois) collocat. Jam inde à Merovingicis Regibus notum erat Castrum Milidunense, quod Gesta Francorum etiam Malidunense ac Michito, vel Michitanum Castrum, et Nithardus Michido dixerunt. Locum hunc, tametsi regium ad fiscum pertinebat, ante Philippi Regis tempora Palatium, sedemve regiam nullibi dictum reperio, ait Mabillonius. Ibi Robertum Regem ferunt delicias thesaurisque suos collocasse, quibus occupato Castro, Constantia Regina adversus Henricum filium natu majorem aliquamdiu potita est. Diplomata tunc temporis Miliduni concessa, ubique Miliduni, vel Meloduni Castri, nomen, Palatii nuspam exhibent. Mabill. de re Diplom. Lib. II, n. 94.

(b) Curia dicebantur solemnes illi Regum Conventus, quos in præcipuis anni festivitibus celebrabant, advocatis omnibus regni Magnatibus et Prælatibus: iisque Curiarum nomen inditum, quod ut plurimum majoris momenti negotia in ipsis disceptarentur, et lites ac controversiæ Magnatum dirimerantur. Eæ porro Curia, solemnes modò appellantur, sive Curia Generales, Augustales, Publicæ. Illic Curia Epiphaniæ vocatur; quia in festo Epiphaniæ habita est. Curia

istæ indicebantur, et banno seu edicto publico Magnates, Prælati, urbiumque ac civitatum nuncii totius regni ad eas submonebantur. Illic Curia indicta. Iisdem majoribus festivitibus, alios etiam Principes Curiam suam habuisse et Diplomata condidisse probat Mabillonius (de re Diplom. Lib. 3, Cap. 1, n. 8) exemplo Balduini Flandriæ Comitis. Actum est hoc Bergis in solempni Curia Pentecostes anno Dominicæ Incarnat. MLXVII. Curia coronatæ nonnumquam dicebantur, quòd Regum capitibus corona imponebatur inter sacræ Liturgiæ solennia ab Archiepiscopis vel Episcopis; et sic coronati Reges ac Principes in hisce occasionibus procedebant, sacris Liturgiis et conviviis publicis intererant in tribus solempnitatibus. Interdum ob angustias civitatum seligebantur ad ejusmodi solennes Curias amplæ planities, in quibus et tentoria, et aedes, et Palatia ex lignis tumultuario opere erigebantur. Vide Cang. ad has voces.

(c) Vide quid de Hucberto illo dicitur in Chronico Centulensi supra pag. 129 ibi Diplomatis hujusce occasionem reperies.

(d) Maran-atba, voces Syriacæ, quæ Dominus venit significant. Imprecationis genus quod in Chartarum infraactores intentari solitum erat.

Privilegia confirmat sanctæ Genovefæ Parisiensis.

Apud Gerard. Dubois, Tom. I, Hist. Ecclesiæ Paris. pag. 654.

AN. 1035.

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, ego Henricus Dei gratiâ Francorum Rex. Regalis excellentiæ altitudinem et amplitudinem decet virtutum cultu multimodè insudare, et earum copiâ affatim exuberare, per quarum adminiculum regni solium sublimare valeat, et Reipublicæ statum firmando stabiliat; inter quarum conventiculum liberalis munificentia debet **B** tenere præcipuum locum, quæ in commune omnium congruas petitiones suscipiat, et eorum necessitatibus benignissimè condescendat; cujus fructus et effectus, ubi fuerit impensus, et temporalia multipliciter coacervat, et æterna centuplicata repræsentat. Noverit ergo sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium et nostrorum præsentia, et futurorum posteritas, quòd venerabilis congregatio beatorum Apostolorum Petri et Pauli et sanctæ Genovefæ Virginis ibidem quiescentis, quæ olim à quodam antecessore nostro Francorum Rege Clodoveo hortatu et persuasione beati Remigii Remorum Archiepiscop. est fundata, et prædiorum multitudine ditata, canonicæ religioni est mancipata, nostræ serenitatis adierit præsentiam, rogans et enixè postulans, quatenus sibi et posteris suis liceret sub dominatione et patrociniò Regum, vel Principis Parisiacensem urbem tenentis degere, ut cum tranquilla prosperitate posset perpetualiter divinæ majestati deservire. Hujus autem petitionis causa et occasio eam ad hoc postulandum incitaverat, quòd quorundam locorum et Cœnobiorum multimoda desolatio hinc orta fuerat, quia à potestate et patrociniò Regum, vel propter paganorum metum, vel aliarum necessitatum vel cupiditatum incursionem distracta, in malorum hominum possessionem, vel potiùs infestationem transierant, assiduis afficiebantur injuriis. (a) Cujus postulationem satis rationabilem advertentes, et illius metum, quem non immeritò habebant, remove cupientes, statuimus et regali auctoritate præcipimus, insuper et sigilli nostri impressione firmanus, ut nullus succedentium Regum et Principum Parisiensem urbem tenentium prædictam congregationem unquam alicui jure beneficii tradat, vel aliquo conventionis genere à suo patrociniò vel procuratione alienet; sed de regali defensione habeat cum utilitate honestatem, et de Principis possessione, si **D** quando hoc contigerit, præsentem et indelicentem tuitionem obeat, simul et sollemnem. Hujus autem nostræ auctoritatis scriptum, ut inviolabilem perpetualiter obtineret vigorem, Pontifici Apostolicæ sedis deliberamus dirigendum, ut cum regali sacerdotalis auctoritas assensum et corroborationem præbeat, nullo ampliùs concutiatur turbine, vel qualibet vacillet occasione, sed quemadmodum à primo fundatore est constituta, atque canonica simul et regali auctoritate munita, per infinitam temporum connexionem maneat inconcussa.

Actum Parisiis publicè (b) anno Incarnati Verbi MXXXV, et regni Henrici Regis IV.

(a) Canonici sanctæ Genovefæ obtinent ab Henrico Rege privilegium, quo Rex prohibet, ne cuiquam aliquando bona et facultates Ecclesiæ S. Genovefæ tradantur in beneficium, illiusque Ecclesiæ res, et ipsam Ecclesiam sub suo mundeburdio suaque defensione recipit.

(b) Ejus vocis origo inde nata est, quòd olim acta quævis authentica coram magistratu et judi-

cibus publicè conderentur, aut certè relegerentur antè conscripta. Sæpè usurpatur in clausula vox publicè, quam aliqui recentiorum temporum esse putant. Et quidem usitatior fuit sub tertia stirpe Francica: sed tamen aliquando recepta sub Carolingis, ut multis exemplis probat Mabill. de re Diplom. Lib. 2, Cap. 27, pag. 209.

Licentiam dat erigendi Abbatiam in honorem S. Symphoriani
in suburbio Bellovacensi.

Apud Louvetium , Tom. I. Historiæ Agri Bellovacensis, pag. 552.

An. 1035.

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Patris et Filii et Spiritûs sancti,
amen; Ego Henricus Dei gratiâ Francorum Rex. Regalis excellentiæ
amplitudinem decet virtutum fructu affatim exuberare, quarum cultus et
emolumentum valeat reipublicæ statum erigendo sublimare, et sublimando
erigere. Nam impræsentiarum felici et prospero successu hujus dignitatis so-
lium firmat, et in æterna remuneratione perpetuitatis portum suis cultoribus
præparat. Et, licet in commune honestatis officiis sit talibus incumbendum,
præcipuè tamen illi liberalitati et magnificentiæ est insudandum, quæ erga B
Sanctorum loca exhibetur, et religiosè Deo servientium necessariis usibus
devotè impenditur. Noverit ergo solertia præsentium et posteritas futurorum
S. Matris Ecclesiæ, quendam Belvacensem Episcopum divinæ religioni ad-
modùm mancipatum, Drogonem nomine, nostræ tranquillæ serenitatis præ-
sentiam humiliter et fideliter convenisse (a), obnixè atque ex animo postu-
lantem, ut sibi de rebus Ecclesiæ, vel de aliis quas circum quacunque
acquirere jure forensi posset, liceret Abbatiam quamdam in honore sancti
Symphoriani Martyris in suburbio urbis prædictæ construere, et Monastico
ordini deputare per nostræ jussionis præceptum et nostræ autoritatis invio-
labile edictum. Cujus petitioni cum pro sua devotione, tum pro nostræ salute
animæ acquiescendum judicavimus; et quod pietatis studio posebamur,
gratiâ supernæ retributionis benignè concessimus. Quo circa nostræ celsitudi- C
nis reverendâ inhibemus censurâ, ne quis succedentium Episcoporum,
aut alius quispiam à loco memorato, ubi jam idem Episcopus Monasticæ
conversationis fundamina jecit, Abbatemque sacravit, Monachos aliquando
exterminare, neque ullo modo audeat usurpare. Unde et præsentis stilo vo-
luimus mandari, quod fratrum inibi degentium usibus suprâ designatus do-
naverit Episcopus, ut hæc inquietare perversorum temeritas tantò sollicitiùs
pertimescat, quantò diligentius fuerit describendo commendata. In monte,
ubi hoc Monasterium situm est, arabilem terram, quantum uni carrucæ
per totum annum sufficere possit, sylvamque modicam circa ipsum montem,
Hospites XXIV, terramque censilem, partim vineis consitam, partim
arabilem, atque pratis vestitam, singulis annis tres libras denariorum solven-
tem. Omnes etiam terculas quas Episcopus indomincatas possidet in illa D
Tharæ* fluminis ripa, quæ est Monasterio contigua; necnon et piscatio-
nem à vico, qui dicitur Viciniacus*, usque ad S. Lucianum, et altera
parte usque ad Gohincurtem*. His addit pratium Radulfi, præterea Eccle-
siam villæ, cui Lyhus* vocabulum est, et alteram quæ appellatur S. Ger-
mani; sub eodem Monasterio unum molendinum, et alterius medietatem
in villa Marisco*; universam quoque decimam Hospitali Belvacensis Ec-
clesiæ attributam; in Buriaco* unum mansum cum collibertis ibidem ma-
nentibus; in præfato suburbio Cambam* et Hospitem. In his possessionibus
non Comiti, non Vicario, non cuicumque secularium exactorum ulla con-
suetudo relinquatur. Sed hæc omnia integra et absoluta Monachorum dis-
positioni subjiciuntur. Quod ut vehementius roboretur, nostri sigilli im-
pressionem et nominis monogrammate præcepimus insigniri, et fidelium nos-
trorum antestatione confirmari.

E

Actum Lauduni anno Incarnati Verbi MXXXV, regni Henrici Regis IV.
Sic signatum HENRICUS.

Ego Balduinus (b) Cancellarius relegendo subscripsi.

(a) Lauduni erat anno 1035 Rex Henricus, cum ad eum accessit Drogo Belvacensis Episcopus, obnixè rogans, ut sibi de rebus Ecclesiæ suæ, vel de aliis, quas jure forensi acquirere posset, liceret Abbatiam quamdam in honorem S. Symphoriani Martyris in suburbio prædictæ urbis construere, et Monastico ordini deputare.

Flagitanti annuit Rex hocce Diplomate. Primus ejus loci Abbas notatur Vitalis. Nuper hoc Monasterium, non obstante Regis et Episcopi cautione, Seminario Belvacensi unitum est. *Mabill. Annal. Benedict. Lib. 57, n. 53.*

(b) Idem qui sub Roberto Rege Apocrisiarius fuit seu signator, Archicapellanus dictus. In

* Terin ou
Therrain

* Voisin-lieu

* Guincourt

* f. Lilius, Lis

* Marest-sur-

^s
* Buri

* Brassiato-
rum officina,
vulgò Brasse-
ria

A

IX.

Foundationem confirmat Bellovacensis Ecclesiæ S. Bartholomæi.

Apud Louvetium, Tom. I. Historiæ Agri Bellovacensis, pag. 684.

IN Christi nomine, Henricus Dei miseratione Francorum Rex. Sicut regiæ An. 1037
Idignitati congruit pravis actionibus potenter resistere; sic eam decet modestis petitionibus benigniter acquiescere, præsertim si illud, quod petitur, ad augmentum Ecclesiæ proficere videatur. Nam et inde nostra respublica melioratur et crescit, et nostrorum salvatio ad æternitatis infinitatem se extendit. Qua consideratione Drogoni (a) Episcopo Belvacensi pro utilitate famulorum Dei Serenitati nostræ supplicanti voluntarium præbuimus assensum, et quod postulabat, ad desideratum perduximus effectum. Est enim res hujusmodi: Miles quidam, Hillo nomine, intra muros Bellovacæ urbis Ecclesiam memoriæ S. Bartholomæi Apostoli Domini fundavit atque ditavit; offerens eidem Ecclesiæ, jam dicto Episcopo annuente, ad victum Canoniorum ibidem servientium, possessiones quasdam et redditus, quorum descriptio subnotatur: scilicet Ecclesiam villæ quæ dicitur Villare*, cum hospitali, decimâ eidem Ecclesiæ attributâ; Molendinum, quod dicitur Tolsac, juxta Frotmericurtem*, quod solvit frumenti modios duodecim; necnon tria altaria, unum in villa Hantuelis* nominata, alterum in Halduficurte*, tertium in Ansacco*; in villa Farodo hospites quatuor, et quinque in Frotmericurte; hospitem unum cum vineæ arpenno prope Bellovacum suburbium, tantum censilis vineti unde solvuntur octo solidi et quatuor denarii; præterea Canonicalem præbendam in B. Petri Ecclesia Belvac. His Canoniorum stipendio deputatis, memorato suggerente Episcopo, Ecclesiam illam S. Bartholomæi, cum omnibus sibi subjectis, hujusmodi præcepti nostri sufficientam autoritate, stabilem et quietam in perpetuum fore decernimus: et ne quis eam destruere, aut Canonicos inde expellere, sive eorum res diripere præsumat, edicimus. Illud propter insolentiam multorum addendum videtur, ut Canonicis ibi degentibus nemo præficiatur, licet Abbas, licet Dominus, nisi ejusdem urbis Episcopus ipse locum disponat, atque donet præbendas, solusque super eos principatum habeat. Si quis hoc statutum temerare non timuerit, ærario nostro centum auri libras inferre coactus, et incepto suo frustratus, sentiat et experiatur, quàm non expediat nostræ jussionis violare decreta. Quod ut omnem calumniam repellat facilius, et nomine et sigillo nostro signantes roboravimus, atque sub anathemate firmari consensimus.

Actum in palatio (b) Compendiensi, anno Incarnati Verbi MXXXVII, regniq[ue] Henrici VI.

Balduinus Cancellarius subscripsit.

Diplomate Roberti pro restitutione Monasterii Latiniacensis an. 1018, *Balduinus Subcancellarius Fiee Arnulfi Archiepiscopi primi Cancellarii recognovit atque firmavit.* Idem ille Balduinus primus Roberti Cancellarius evasit, atque unicus per totum Henrici regnum. Balduinus Viromandus erat, et in Viromanduis opulentus avitis fundis, de quibus dedit *alodium quemdam, quem habebat in pago Laudunensi, in villa quæ dicitur Senercei super Isaram fluvium, ad locum S. Præjecti, qui locus situs est in pago Viromandensi, in suburbio S. Quintini...* in præsentia Domini Regis Henrici. Item alia addit dona, quæ erant *de proprio allodio suo*, et sicut *de Domino Heriberto Viromandensi Comite in feodum tenebat.* Cujus Charta sic incipit: *Ego Balduinus in Palatio Henrici Regis Francorum Cancellarius.... Actum prope Monasterium S. Quintini IV Nonas Decemb. an. Incarn. Dom. 1047, Indict. 14, Epact. 11. S. Henrici Regis, Heriberti Comitis, Widonis Archiepiscopi, Rhemens. Balduini Noviom. Episcopi, Fulconis Ambian. Drogonis Belvac. Frollardi Sylvanect. Balduini (donatoris) Archicapellani, qui hoc scriptum fieri jussit, etc.* Ex Augusta Viromanduorum illustrata, auctore Claudio Hemeræo, pag. 120. Per hoc constat Reges solitos fuisse Dominorum pri-

vatorum Chartas et *præsentia* et *signo* approbare. Heribertus, seu Herbertus V erat hujus nominis Viromanduorum Comes. Coronationi Philippi I interfuit an. 1039. Vivebat adhuc an. 1076, ut probatur ex Augusta Viromand. pag. 18.

(a) Compendium (*Compiègne*) accedit Drogo Bellovac. Episcop. ad Henricum Regem, confirmandam rogaturus Ecclesiam S. Bartholomæi, quam intra muros Bellovacæ urbis fundaverat miles Bellovacensis Hillo, atque in ea Canonicos instituerat.

(b) Nulla fuit uspiam Francorum Principum regia sedes, quæ tam multis, tam insignibus ac Compendiense Palatium, decoribus aucta sit. Ejus origo videtur esse Romanorum opus; nam à primis Regibus excultum quidem, at conditum non legitur. Ibi Childebertus Chlodovei Magni filius Marculfum Nantensem Abbatem immunitate donavit: istic Chlotarius Childeberti frater supremum obiit diem. Nullum denique reperias Francorum Regem, qui non Compendii sive publica regni comitia habuerit, sive Legatos exceperit, seu Diplomata condiderit, aut Synodicis interfuerit Episcoporum Conventibus. *Mabill. de re Dipl. Lib. 4. n. 38*

* Villers

* Framicourt,
ou Frocourt
* Hantoiles
* Haucourt
* Ansac.

* *Inter Schedas Mabillonii*, et Tom. IV, *Annal. Ben.* p. 733. sed cum latinis.
An. 1042.

Monasterio S. Salvii apud Monsteriolum (a) dona facta confirmat.

Ex Chartario hujus Monasterii.

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, ego Henricus gratiâ Dei Francorum Rex. Cùm primitivæ virtutis scilicet charitatis fructus inter reliquas virtutes emineant, et pro sua dignitate superexcellant, toto nisu omnibus in commune est elaborandum, et summopere decertandum, quatenus quod auctori nostro Jesu Christo, quem Redemptorem habemus et Judicem, magis placere comperimus, studiosiùs diligamus, et diligendo nostrorum bonorum erogatione strenuè impleamus. Liberalitas namque, quæ charitatis officio deservit, regiam dignitatem magis ornat et excolit, dum in ea majorem effectum ostendit. Unde notum sit omnibus sanctæ Matris Ecclesiæ fidelibus et nostris, tam præsentibus quàm futuris, quòd nos morem antecessorum nostrorum Regum videlicet et Imperatorum sequentes, liberalitatem nostram locis sanctorum et congregationibus fidelium impendere deliberavimus, quatenus eorum intercessionibus freti præsentia bona cum facilitate, et æterna mereamur obtinere cum felicitate. Unde loco S. Wingualoei Monsteroli sito à pluribus collata præcepto nostræ auctoritatis firmamus, et sigilli nostri impressione signare præcepimus, imprimis ea quæ à nostra liberalitate vel patris mei Roberti, vel avi mei Hugonis prædicto loco concessa sunt: scilicet molendinos duos cervisiæ * usibus deservientes, à me alterum cum quinque accolis, et alterum ab avo meo prædicto Hugone, cum decimo pontis denario et duabus Ecclesiis in memoriam S. Judoci sacratas: quarum una est infra munitorem, alia super fluvium sita est, cum piscatoria aquæ ab Atiniaco usque Brivermacum. Addimus præterea firmando ea quæ pater meus contulit, tres Ecclesias, unam scilicet in honore S. Petri, aliam in honore S. Wingualoei, tertiam in commemoratione S. Salvii sacratas; et transitum Novæ-villæ; pro quo solvuntur unoquoque anno quinquaginta carratæ ligni, et duo modia vini, cum quinque solidis et decima levaturæ cervisiarum. Inculcamus præterea corroborando ea quæ à primis fundatoribus loci sunt collata; scilicet à Hilgodo (b) Comite, qui prædictum sanctum nuper à partibus Britannia propter metum piratarum deportatum hospitio cum liberalitate et munificentia tempore Ludovici Imperatoris filii Caroli Calvi suscipiens, dedit illi; imprimis atrium publicum, sepulturam scilicet advenarum et peregrinorum; deinde novem mansos subtus Firmitatem, cum prato eisdem mansis contiguo. Addidit quoque iis villam Cauzoniacum absque alicujus consuetudinis exactione et redibitione, cum Ecclesiis duabus et molendinis totidem. His addimus nostra auctoritate corroborando ea, quæ contulerunt Herlewinus Comes, Raynerus, Hato, Sybaldus, Wernerannus, Clarboldus, Aldo Vicecomes, Anscerus, Saleco, Arnulfus Comes, Balduinus Comes, Gonfridus, Benzelinus, Alfridus, Hagano, Othegerus

* *de la Cervoise ou de la Biere*

(a) Monasteriolum Ambianorum, vulgò Monsteriolum seu Monsterolium ad mare (*Montreuil-sur-mer*) sic dictum est à Monasterio primùm exiguo, quod in honorem B. Mariæ ac B. Petri Apostolorum Principis, regnante Theodorico extruxerat S. Salvius in pago Pontivo, rexeratque antequam ad Episcopatum Ambianensem promoveretur. Post mortem ibidem sepultus, S. Salvii de Monasteriolo nomen Monasterio dedit. Locum hunc primùm Bragum, deinde à S. Salvii Monasterio Monasteriolum dictum Hadrianus Valensius colligit ex testamento Ansegisi Abbatis Fontanellensis. *Mabill. Annal. Bened. Lib. 19. n. 20.*

(b) Hilgodus iste non alius est sine dubio quàm Heligaudus Comes et Abbas Centulensis, seu S. Richarii, ab Hariulfo (in *Chron. Centul. Lib. 3, Cap. 10*) laudatus, uti et filius ejus et in Comitatu successor Herluinus, qui in hoc Diplomate Herlewinus Comes vocatur. Ex his duo colligimus: unum, S. Vingaloei, seu Guenga-

loci (*S. Guinolé*) Corpus cum aliis è Britannia, Monasterio scilicet Landvenecensi, Monsterolium translatum fuisse principatu Ludovici-Baldi, qui in illo Diplomate Imperatoris nomine donatur, tametsi nunquam reverà Imperator fuerit: alterum, Hilgodum Comitem, qui tunc temporis, id est anno 878 vivebat, *fundatorem* saltem secundarium fuisse S. Salvii Monasterii, cujus patronus cum S. Salvio exinde habitus est S. Vingaloeus. Inter ejus loci benefactores recensentur præter Hilgodum, Herlewinus ejus filius, Aldorus, Arnulfus, Balduinus et Ingelrannus, omnes Comites Pontivenses; necnon Balduinus Marchisus, scilicet Flandriæ Comes. Sed præ his omnibus eminent Reges Hugo, Robertus, Henricus. Per id tempus S. Salvii Monasterio præfuit Gualternus cognomento Grimutio, ex Centulensi Monasterio assumtus. *Id. Annal. Ben. Lib. 58, n. 47.*

- A** Clericus, Balduinus Marchisus, Ingerannus Comes, Rodolfus, Landricus-Largus, Hato, Framericus, Hugo, Walterus, Herleboldus. Quorum primus Herlewinus comes dedit in villa Squira Ecclesiam unam in honore S. Vedasti, et villam quæ Longum-pratum dicitur, cum silva et arabili terra et pratis : dedit denique villam Silviniacum, et in villa Indei mansi mansum unum. Denique regali astipulatione similiter ratum esse statuimus, quod Walo Vicecomes Deo devotus homo delegavit prædicto S. Wingualeoi loco, videlicet tres mansos in Brisciaco, et duos in villa quæ dicitur Squira, et Ecclesiam unam in villa quæ dicitur Farnerias, et ad molendinum ædificandum aream unam in aqua quæ appellatur Blenencia, cum tribus mansionariis * accolis et terra arabili, et infra munitionem castrî Monsteroli * duos accolas; quibus adjungimus Raineri munificentiam, scilicet mansionarias areas duas et dimidium in villa quæ dicitur Diletas; necnon et Hatonis similiter mansionariam unam in Vicomuso; ac similiter Seibaldi dono assensum præbemus, et ratum esse jubemus, scilicet in Montenuiso tres areas mansionarias, et in Cathriaco Ecclesiam unam cum duobus mansis, et in villa quæ dicitur Campanis, campum qui aureus vocatur. Inculcamus insuper Weneranni dono tres scilicet areas mansionarias, cum duobus viridariis infra munitionem castrî sitis; adjunctis insuper his quæ Clarbaldus dedit, Belmeriacum scilicet omnino cum duobus molendinis farinariis et Ecclesiâ. Aldonis denique donum Vicecomitis stipulando firmamus, qui dedit medietatem alodi in villa Squira, et S. Albini Ecclesiam in eadem villa. Et deinceps Ansceri dono identidem faventes assentimus, qui dedit in villa Curtæ XIII mansos cum molendino, silva, pratis et terra arabili; quibus adjecimus Walberti curtem à Salecone concessam : et sicut Arnulfi comitis donum firmando approbamus,
- C** per quod ea quæ in Freneqvilla habebat, suprâ memorato loco contulit; ita dono filii ejus favemus, quo Comitatum ejusdem villæ prædictæ S. Wingualeoi dedit Ecclesiæ. Alfridus denique dedit mansos duos in villa Cormonte, cum tribus areis mansionariis à Benzelino in Montiniaco villa collatis. Haganonis dono denique non minùs favemus, qui in Albiniano tres mansos cum una Ecclesia, et molendino, et silva, et arabili terra, et Othgerus Clericus dedit carnilen lanistrarum locos tres, cum duabus mansionibus, necnon mansum unum à Balduino-Marchione datum, in villa Cauzoniano situm. Rodulfi denique, qui legis doctor vocabatur, dono favemus, qui dedit partem suam unius villæ, Concti nomine, tam de Ecclesia quàm de cæteris rebus ad eam respicientibus, et tertiam partem alterius Ecclesiæ, villæ scilicet quæ Adriacus dicitur, cum tribus mansis, terra et silva et terra arabili; et tertiam
- D** partem quindecim salinarum in villa quæ Rua vocatur, simul cum terra arabili; et tertiam partem scilicet unius Ecclesiæ in villa quæ dicitur Ariona, cum tribus mansis et arabili terra. Et in eadem villa Gonfridi dono assensum præbens, qui tantumdem dedit, silvam insuper; addidi quoque quæ in villa Vertoino dedit prædictus Rodolphus, mansum scilicet unum firmando corroboramus cum tribus salinariis officinis, cum tertia parte Ecclesiæ S. Albini et ejusdem villæ. Ingerannus denique piissimus comes hoc quod contulit, ratum sit; decem scilicet et octo mansos terræ in prædicta scilicet Squira, cum arabili terra et silva, adjunctis insuper his quæ Landricus-Largus dedit, scilicet quartam partem villæ Ethemontis, tam de Ecclesia quàm de rebus ad eam respicientibus, et quartam partem alterius villæ quæ Buyras dicitur, et quartam partem similiter de villa quæ nuncupatur Crassum-mansum. Quibus addimus ea quæ nuper prædicto loco concessa sunt à Hatone, Ecclesiam villæ Hainnessendæ cum tribus mansis in eadem villa, et à Framericus in Galamni manso tertiam partem tam de villa quàm de molendino, silva et arabili terra, et Ecclesiam. Hermenfridus quoque ejus filius in sancta Maria villa dedit duos mansos cum silva et arabili terra; item duos mansos in villa Tilizæ, unum à Hugone, alterum à Waltero datum; et in villa, quæ vocatur Ascia, mansum unum. Ad ultimum autem dedit Rainerus miles tres mansos in Staplis, et unum in Botino. Dedit denique Herenoldus medietatem unius molendini in villa Lodie * et terra arabili, quantum sufficit culturæ unius carrusæ. Rogerus itaque suam partem dedit in villa quæ Dominiensis dicitur, cum molendino et terra arabili et pratis; et ad Frasnias

* areis

* duas areas

* cum

similiter suam partem dedit. Item in villa, quæ Tonil vocatur, dederunt ^A Hildiardus et filia ejus Hilensendis et Melina tres mansos, et similiter dederunt suam partem in villa quæ Alehonay dicitur, eum molendino et terra arabili. Hæc omnia, quæ hactenus sunt prædicto loco concessa, vel in posterum conferenda, per hoc nostræ auctoritatis præceptum rata et legaliter astipulata esse jubemus, et sigilli nostri impressione signare præcipimus.

Actum Monsteroli publicè anno Incarnati Verbi MXLII, et regni Henrici Regis XI.

Ego Balduinus Cancellarius Regis relegendo subscripsi.

XI.

B

*In Biblioth.
Regia.*

Catalaunensem S. Petri Abbatiam confirmat.

Ex Schedis D. de Gagnieres.

An. 1043.

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Henricus misericordiâ Dei Francorum Rex. Quidquid locis divino cultui mancipatis pro Dei amore sanctorumque ejus reverentia largiendo conferimus, atque collata confirmamus, profuturum nobis ad instantis vitæ eurrieula transigenda fælicius, atque ad regnum nobis, Christo miserante, à quo illud credimus nobis fore collatum, tutius liberiusque ad honorem suæ sanctæ Ecclesiæ, nostramque ac nostrorum fidelium salutem moderandum ac disponendum, neenon ad perpetua permanentis præmia facilius obtinenda, ineunctanter confidimus. ^C Noverit igitur sanctæ Matris Ecclesiæ, filiorum, neenon fidelium nostrorum, tam præsentium quàm futurorum industria, Rotgerum (a) venerabilem sanctæ Cathalaunensium Ecclesiæ Pontificem, nobis et Reipublicæ nostri regni admodum fidelem, nostræ serenitatis sublimitatem adisse, et obnixè postulasse, quatenus nostræ auctoritatis præcepto firmaremus Abbatiam quandam in honore sancti Petri Apostolorum principis, à primitiva ejusdem urbis Ecclesia fundatam, et à beato Memmio viro Apostolico tunc temporis sacram, quæ exigente necessitate rebus suis jampridem expoliata, nunc ab eodem Episcopo pro posse reparatur, et rebus, quas olim amiserat, jure forensi redemptis, renovando iterum ditatur. Cujus supplicationibus tam religiosis et devotis assensum præbentes, statuimus et statutum esse volumus, ut habeant ipsi fratres perpetim sine inquietudine quidquid ad præsens videntur ^D habere, seu de cætero additum fuerit fidelium largitione: in eodem videlicet loco, ubi præfata fundata est Ecclesia, Burgum cum appenditiis suis ab omni, sicut hactenus fuerat, banno (b) Palatinæ potestatis liberrimum, etiam eum foragio (c); Ecclesiam sancti Joannis cum dote sua; Ecclesiam sancti Alpini positam intra mœnia jam dictæ urbis, cum adjacentibus mansuris, fornace etiam, theloneoque in atric ejusdem Ecclesiæ venundatæ mercis, et reliqua dote; Ecclesiam sancti Germani in eadem urbe positam cum dote sua; molendina tria infra civitatem, sinistrâ ab ortu urbe egredientibus in valle sanctæ Mariæ partem non modicam suburbii versus eandem Ecclesiam porrecti; altare sancti Martini non longè à mœnibus urbis

(a) Catalaunensem Ecclesiam ab anno 1011 regere cepit Rotgerius I Episcopus, qui suburbanam Abbatiam seu Ecclesiam S. Petri rebus suis expoliatam, in Monasterium convertit, ut legitur in Diplomate Roberti Regis, qui Episcopi Concilium approbavit anno 1028. Diploma Roberti extat in Tom. X, pag. 619. Ad id operis usus est Rotgerius *industria et labore Richardi* Abbatis Virdunensis, qui *fratres cum libris et oruamentis* ex suo Monasterio istuc deduxit, et, quoad vixit, per se S. Petri Monasterium rexit, cujus dedicatio anno 1034 facta legitur in Chronico S. Petri Catalaunensis, in quo ad annum 1042 habetur: *Dormitio Rotgeri Episcopi fundatoris hujus loci: Cui Rotgerus II successit.* Apud Labb. *Biblioth. nov. Mss. Tom. I, pag. 296* Ad Rotgerii II supplicationem hoc Diplomate Henricus

jam approbata à patre suo confirmat, neenon et quædam alia Abbatie post Robertum addita. *Vid. quid de Rogerio dicatur sup. pag. 11.*

(b) Bannum trino potissimum significato apud scriptores accipitur, et in veteribus tabulis: 1, Pro edicto publico; 2, pro mulcta judiciaria; 3, pro districtu ac jurisdictione. Hoc ultimo sensu, videtur hic Henricus Rex Burgum illum *banno Palatinæ potestatis liberrimum* pronuntiare: ita ut Comites Campaniæ Palatini non potestatem habeant amplius mulctam et proscriptionem bonorum hujus Abbatie indicendi, vel bannum in ipsam promulgandi.

(c) Foragium est jus Domino feudi competens pro pretio imposito vino quod à Tabernariis et Cauponibus distrahitur.

positum;

A positum ; capturam piscium à Bertriti-corte ad Matosgam usque ; trans Maternæ flumen Bertriti-cortem cum terris , exitibus , aquis , pratis ; villam , quæ dicitur vetus sancti Martini , cum Ecclesia , terris , appenditiis , pratis , exitibus , capturis piscium tum Maternæ , tum Blesæ ; altare de villa Reccia ; altare de Sommo viduta ; altare de Lombran , altare de Sclaron , altare de Solengis , altare de Mairic ; Giserdi-corte mansum unum cum familia et molendini parte dimidiâ ; Ausorum corte mansum unum ; Wavoreio villæ medietatem ex integro ; Copa terras decem (*a*) ; Criciaco mansos sex et dimidium ; Saturiaco mansum unum ; Scureiaco mansos duos ; apud Mansionile juxta sanctum Memmium dimidium mansum ; Fassineriis mansum unum ; apud villam Vitriacum mansum unum ; apud Pontionem mansum unum ; Arseio mansum unum cum vineis ; apud villam quæ vocatur Eurod , mansum unum , necnon et fundum in viculo Visneel nomine situm . Præterea alia multa , quæ quomodocumque nominari possunt , ad ipsum locum pertinentia per hanc nostram regalem paginam eidem Ecclesiæ firmamus et corroboramus : et ut hæc nostræ ingenuitatis auctoritas recta et stabilis omni posthæc permaneat tempore , hoc regale præceptum inde conscriptum manu propria confirmantes , sigilli nostri impressione jussimus insigniri .

Actum Lauduni publicè anno Incarnati Verbi MXLIII , et regni Henrici Regis XII .

Ego Balduinus Cancellarius relegendo subscripsi .

XII .

C Monasterium Fossatense (*b*) ab exactionibus liberat .

Ex Chartulario hujus Monast.

Apud Gerard. Dubois, Tom. I. Hist. Ecclesiæ Paris. pag. 658.

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis Patris et Filii et Spiritûs sancti , Henricus Dei ordinante providentiâ Francorum Rex . Prædecessores nostri priscais temporibus litteris commendare , et posterorum solertiæ decreverunt notificare quidquid à fidelibus in sancta et catholica Ecclesia exhibitum , ne refrigescente caritate , et abundante nequitia , ut Scriptura testatur , raptores ac iniqui pervasores occasionem invadendi et subripiendi possint invenire ea , quæ eadem mater Ecclesia jam dudum sibi tradita cœpit possidere . Ideò ergo hæc dicimus , quòd notum fieri volumus cunctis Christum credentibus ,
D venerabilem Gunterium Fossatensis Ecclesiæ Abbatem ad nos accessisse , et de quodam nostro milite , nomine Nivardo , graviter conquestum esse . Dicebat enim Abbas se in pago Parisiensi quandam habere et possidere villam , nomine Equatam , in finibus silvæ Aquilinæ sitam , quam olim suo in tempore Carolus Fossatensi Ecclesiæ tradiderat , ac perpetualiter possidendam cum omnibus , quæ ad prædictam villam pertinent , silva scilicet , prato , aqua et terra arabili , hospitibus , et Ecclesia in honore beati Petri Apostoli consecrata , placida mente , pioque corde contulerat , quam utique villam præfatus miles sub velamine tuitionis , velut iniquissimus prædo atterebat , creberrimè illi moram faciendo , et venatum iens et rediens , colonis pauperibus ibidem commorantibus multa et gravia mala inferebat . Nos verò ab eodem Abbate talia audientes , simulque rectum Ecclesiæ considerantes , diem
E rectitudinis ei statuimus , præfatumque militem , ut in die nominata ante nos verbis Abbatis astaret Parisius paratus respondere , monuimus : cùmque die statuta ante nos venissent , jam dictus Abbas clamorem inferendo , et suæ Ecclesiæ rectum ostendendo , coram Optimatibus nostris narravit , et illatas sibi à Nivardo injurias viva voce et aperta ratione cunctis astantibus mani

An. 1043.

(*a*) In præcepto Roberti Tom. X, pag. 619 . *Copa terras denarios in censu persolventes XL.* Apud Carolum Rapine , qui idem Præceptum Henrici edidit in Annalibus Ecel. Diocesis Catalaun. p. 219 *Copa terras et denarios in censu persolventes solidos decem.*

(*b*) Gunterius Abbas apud Henricum Regem conqueritur quòd Nivardus quidam , sub specie

advocationis et tuitionis , homines Villæ Æquatæ in silva Aquilana (*Aveline*) sitæ , quam Carolus Rex Fossatensi Ecclesiæ contulerat , iniquis exactionibus divexaret . Citatus ad Regis præsentiam Nivardus , modico avenæ stipendio contentus esse jubetur . *Mabill. Annal. Bened. Lib. 58, n. 55.*

festavit ; qui verbis non valens Abbatis resistere , omnium judicio proce- A
rum confusus reticuit , reumque se proclamans pro rebus Ecclesiæ à se malè
tractatis , nostro regali judicio rectum in manu Abbatis posuit. Abbas igitur
manibus duorum clientum coram omnibus sacramento probavit , quòd tutor
villæ jam dictæ in eajure non debet capere , nisi unum avenæ sextarium de
arpennis , in quibus hospites hospitantur. Ceteri verò arpenni à domibus
remoti , nihil aliud reddunt tutori nisi minam avenæ. Si autem cultor ar-
penni defuerit , et arpennus in feodum beati Petri redierit , tutor in eo nihil
capiet , usquequò cultor redeat , et arpennum à ministro Abbatis recipiat :
nullam igitur aliam consuetudinem , excepta venatione , in omni terra B
sancti Petri tutor debet ritè habere. Si verò aliquis hospitem ibi morantium
contra Abbatem vel ejus ministrum rebellis fuerit , tutor ille ad justitiam et
rectitudinem injuriosum illum ad curiam Abbatis aut ejus ministri debet ad-
ducere , et pro foris-facto ille quartam partem justitiæ debet recipere. Hoc
itaque sic in curia nostra probatum et definitum est coram multitudine pro-
cerum ac militum atque clientum , qui unanimiter nos precati sunt super id
nostros apices fieri , eorumque nomina ad perpetuum emorialem subscribi.
Ut autem hæc definitio seu probatio perpetuum per cuncta ævi tempora
obtineat vigorem , manu nostra firmavimus , ac sigilli nostri impressione in-
signiri jussimus.

Signum Henrici Francorum Regis. Signum Mainardi Senonensis Archie-
piscopi. Signum Imberti Episcopi Parisiensis. Signum Frollandi Episcopi
Silvanectensis. Signum Rodolfi Comitis. Signum Guilelmi Corboilensis Co-
mitis. Signum Yvonis Comitis Bellomontis. Signum Nanterii Vicecomitis.
Signum Guilelmi Comitis de Goms. Signum Balduini Conestabilis. Signum C
Ingenulfi Buticularii.

Actum Parisius civitate in aula Regis , anno Incarnationis Dominicæ
MXLIII. Indict. XI. sub XIII. Calend. Junii , anno verò Henrici Regis
gloriosi XII.

Bauduinus Cancellarius relegit et subscripsit.

XII.

Circa an.
1045.

Imberto Parisiensi Episcopo, et Canonicis ejusdem Ecclesiæ

plures Ecclesias in suburbio Parisiensi sitas concedit.

Apud Brolium in Antiquitatibus Parisiacis, p. 221.

Reperitur
apud Gerar-
dum Dubois
Hist. Eccles.
Paris. Tom. I,
pag. 644.

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis , amen. Ego Henricus Francorum
Rex , cùm in exhibitione temporalium rerum quas humana religio divino
cultui famulando , locis sanctorum et congregationibus fidelium ex devo-
tione animi largitur , tam præsentis quàm perpetuæ vitæ , ut jam pridem
multis expertum est indiciis , solatium acquiratur , saluberrimus valde et om-
nibus imitabilis , est fructus primitivæ virtutis , scilicet per quam et mundi
prosperatur tranquillitas , et foelici remuneratione æterna succedit foelicitas.
Noverit ergo posteritas omnium sanctæ Matris Ecclesiæ fidelium et nostrorum ,
quòd quidam * Imbertus Parisiensis Ecclesiæ Episcopus , nostræ serenitatis
aderit præsentiam , rogans et obnixè postulans , ut quasdam Ecclesias in E
suburbio Parisiacensi nostræ potestatist eantecessorum nostrorum antiquitùs
mancipatas , sancti Stephani scilicet , Juliani Martyris , Severini Solitarii ,
necnon et sancti Bacchii , quarum quædam olim Abbatiarum dignitate subli-
matae erant , et ideò receptaculum et stationem congregationi Canoniorum
præbentes sanctæ Mariæ ; sed propter regni perturbationem rebus concessis
spoliatae , solitudini vacantes , parvum aut nullum antiquæ possessionis reti-
nerunt statum , prædictæ congregationi concederemus. Sed quia apud nos
pro suis meritis prædictus Episcopus erat magnus , ejus voluntati nolentes
aliquid derogare , concessimus ejus petitioni prædicta loca regali præcepto
et liberalitate , eo pacto et conditione , ut quandiu Giraldus Clericus earum
possessor vixerit , sine inquietudine assensum Canoniorum totius congrega-

* f. quidem

A tionis teneat, et post excessum usibus Canonicorum sine reclamazione mancipentur: et ibi pro remedio animæ meæ vel parentum meorum Canonici aggregentur, qui pro statu et incolumitate regni nostri exorantes ad utrumque sufficiant, scilicet et ad stationem more solito reddendam Ecclesiæ et ad serviendum canonicè valeant communiter degere (a).

XIV.

Ecclesiæ B. Mariæ Stampensis * Castri concessa confirmat.

* Estampes

*Ex Antiquitatibus Civitat. et Ducatûs Stamp. Autore
Basilio Fleureau, pag. 292.*

An. 1046.

B

C IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Ego Henricus Francorum Rex. Cùm in exhibitione temporalium rerum, quæ humana religio, divino cultui famulando, locis sanctis et congregationibus fidelium, ex devotione animi largitur, tam præsentis, quàm perpetuæ vitæ, ut jam pridem multis expertum est indiciis, solatium acquiratur: saluberrimus valde, et omnibus immutabilis est hic fructus primitivæ virtutis, scilicet charitatis, per quam, et per mundi spatia tranquillitas, et foelici remuneratione æterna succedit foelicitas. Noverit ergo omnium sanctæ Matris Ecclesiæ fidelium, et nostrorum solers curiositas, quòd devotè accessit ad nostræ serenitatis præsentiam communis assensus sanctæ Mariæ Stampensis Castri, postulans, et obnixè obsecrans nostræ auctoritatis præcepto firmari ea quæ Herchembaldus Præpositus et plures alii, annuente, vel potius favente bonæ memoriæ genitore nostro Roberto, prædicto loco concesserant. Sunt autem quæ annotari petierunt hæc, vicus qui dicitur Canisculus cum omnibus dependentiis sine ulla redhibitione, precariam unam in terra sanctæ Crucis cum omnibus consuetudinibus, sub censu quinque solidorum; sepultura Stampensis Castri, et totius suburbii, cum Ecclesia sancti Basilii à molendino Senauni usque ad vetus ædificium (b) Brunichildis, et usque ad ripam * Juinæ; molendinum unum cum hospitibus, cum omni consuetudine ad nos pertinentibus in suburbio; oblationes altaris sanctæ Mariæ per totum annum, exceptâ Assumptione sanctæ Mariæ, Alodum quod dicitur Magnervallo et Frotmunvillario cum omnibus consuetudinibus, et unum alodum dicitur Ausunvillario, ex beneficio Teudonis militis, cum omni consuetudine, et unum alodum in terra, quæ dicitur Alba terra * cum duobus hospitibus, et cum omni consuetudine et precariam unam in villa quæ dicitur Nuarevieris, cum omnibus consuetudinibus sub censu duodecim denariorum; et alodum in villa quæ dicitur Mauriniacus, et duos molendinos in Biervilla sub censu decem solidorum, qui census de fisco

* Juine ou Juine

* Aubterre

(a) Hæc Charta caret calculo, qui annum annotet; non tamen ideò rejicienda est, eâ præsertim ratione, quòd memoret nonnullas Ecclesias, quæ Abbatiarum olim gaudebant nomine, quæque, dum Normanni sævirent, spoliatæ possessionibus, et à Monachis desertæ jacebant. Meminit inprimis Basilicæ S. Stephani, quæ suburbana erat tempore Henrici Regis, quæque fuit Basilica S. Stephani de gressibus, ubi modò collegium est Canonicorum. In ea Charta habetur quoque memoria Ecclesiæ S. Juliani martyris, quæ suburbana etiam fuit. Memoratur et Ecclesia S. Severini: porrò constat duos olim inprimis Severinos Parisiis notos fuisse, alterum, qui Chlodoveum ægrum curavit, atque adeò, qui sub ejus vixit principatu, quique apud Castrum Nantonis è vitâ decessit; hujus memoria recolitur in Basilica S. Severini: alterum, qui tempore Childeberti reclusus in suburbanis Lutetiæ vixit, quique S. Chlodoaldum sanctis instituit documentis, cujus sanctum Corpus in Ecclesia S. Mariæ inter sanctas reliquias habetur, huncque coli in Basilica S. Severini Valesius existimavit: quia legebat apud Usuardum in Martyrologio, Nono Calend. Decemb. Parisiis de-

positio S. Severini Monachi et Solitarii: legebat quoque in literis Henrici Regis esse Basilicam S. Severini Solitarii. Forsan labentibus temporibus inconsultò alter pro altero habitus est in honore. In Chartulario Ecclesiæ Parisiensis Presbyter S. Stephani, et Presbyter S. Juliani, Presbyteri Cardinales dicuntur: Presbyter verò S. Severini Archipresbyter et hodie dicitur. De Basilica verò S. Bacchii nihil habeo quod dicam, ait Gerardus à Boseo, seu memoria illius Basilicæ intereidit, seu immutatum nomen est Basilicæ. Si quis hic conjecturæ locus sit, crederem libenter de Basilica S. Benedicti hic agi. Gerardus Dubois Hist. Eccl. Paris. Tom. I, pag. 645.

(b) Sub extrema Arenularum Planitiæ (la Plaine des Sablons) parte videntur adhuc rudera veteris ædificii et Turris Brunehildis vulgò dictæ, à percelebri Reginâ filiâ Athanagildi Visigoth. Regis, atque uxore Sigiberti I Metarum seu Austras. Regis. Fert populorum traditio à Brunehilde locum hunc fuisse occupatum. Utrum ab ipsa constructum, ignoratur. Monumenta nonnulla, Romanorum opus innuunt. Fleureau Antiquit. Stamp. Cap. 9, pag. 16.

regali Stampensi, donante Roberto Rege, ad opus Ecclesiæ persolvitur; **A**
 in sareleis dimidium molendinum in vadimonio trium unciarum auri et 40
 solidorum, et de culturis Regis, quæ supra Stampas (a) vetulas sunt, decimas;
 et juxta molendinum nostrum in suburbio vineam unam, cum duobus hos-
 pitibus, censu quinque solidorum; subtùs Castrum Stampense vineæ arpen-
 tum et dimidium quod solvit XIV denarios, et unum alodum apud man-
 sum Bavonis quod dedit Adeladis filia Benzolini propter sepulturam ejus,
 et aliud alodum quod dedit suprascripta Adelardis, post excessum ejus, et
 domum sitam in villa, quæ dicitur Roureia: et ne * propositus Stamparum,
 vel aliqua alia persona audeat aliquid invadere, vel accipere in domibus
 Canonicorum, et ne hospitantur Canonici ullo modo. Si autem in posterum
 alicui personæ locus concederetur ad custodiendum; ne ejus Prælatio Cano-
 nicis obesse posset, omnia ministeria Ecclesiæ Canonicorum potestati, et vo- **B**
 luntati concedimus: et ne discutiatur causa Canonicorum iudicio alienius
 personæ sæcularis, nisi tantum Regis iudicio, aut præcentoris, cùm com-
 mittetur ille locus ad custodiendum. Hæc suprâ annotata, et exarata, quæ
 hactenùs sunt concessa, et quæ modò, Domino donante, concedenda regali
 præcepto concedimus, et nostra auctoritate adstipulando corroboramus, eo
 pacto, ut si quis legem dissimulando, vel negligendo, hæc violare tenta-
 verit, conatus illius omninò frustretur, et fisco regali centum libræ auri
 persolvantur.

Actum Compendii, MXLVI anno Incarnati Verbi, regniq̄ue Henrici
 Regis XVI.

Ego Baldovinus Cancellarius relegendo subscripsi.

X V.

C

Ex Chartario
 S. Medardi.

Placitum habet pro Cœnobio S. Medardi adversùs Rothbertum
 Codiciacensem.

Apud Mabill. de re Diplom. pag. 584.

An. 1047.

Eo usque inolitum humanitatis vitium videmus profusum, ut principale
 quod est naturæ suis quodammodo nebulis obfuscet, et abjectâ pietate
 simplicitatis, girum laboris delectabiliter sub jugo cui se sponte supposuit,
 portet. Unde necessariò testimoniis eget simplicitas rara fulciri, quoniam
 nequit aliter humanæ malitiæ multiplicata versutia vinci. Hac de causa
 Raynoldi (b) Abbatis sancti Medardi et Rothberti (c) de Codiciaco altercatio **D**

(a) Pars urbis versus Aurelian. respiciens, in qua constructa S. Martini Ecclesia, quæque ideò Burgus S. Martini vocatur, Stampæ vetulæ seu veteres dicitur ab annis 600, et distinguitur à novis Stampis, quæ Castrum Stampense. Ejus distinctionis ratio inde peti debet, quòd veteribus Stampis, ubi S. Martini Abbatia, olim Canonialis, nunc Prioratus Mauriniaco subjectus, à priscis temporibus ad hoc usque tempus consistit, novæ subindè ædes accesserint, quæ à vetere opido muris disparatæ, quasi novum opidum constituerunt, in quo Ecclesia collegiata et parochialis B. Mariæ cum Regis palatio sita est. Præter Gregorium Turon. et Fredegarium, Stampensem pagum Capitularia sæpè notant: at ejus loci Palatium seu Castrum nemo ante Helgaldum nominat: quo auctore discimus Constantiam, Roberti Regis uxorem, Stampis Palatium nobile construxisse, ubi Robertus Monasterium S. Mariæ in Stampensi Castro, atque Ecclesiam in Palatio ædificavit. In Stampensi Palatio degebat Robertus anno 1030, quo tempore regium præceptum Adraldo Abbati Monasterii S. Vincentii et S. Germani in suburbio Parisiacæ urbis siti concessit. A Regia manu transit ad Comites et Vicecomites Stampense dominium. Fleureau ibid Cap. 2, pag. 3, 23 et 24. Mabill. de re Diplom. Lib. 4, n. 136. Juxta Fleureau p. 290, non ita constat Robertum Regem Ecclesiæ

B. Mariæ fundatorem: at saltem benefactorem fuisse præcipuum colligitur ex hoc Henrici Diplomate.

(b) Reinoldus, seu Rainaldus S. Medardi Suescionensis Abbas, de quo agitur, pag. 367 buj. vol. In Synodo Remensi, an. 1049, simoniæ insimulatus Rainaldus, ipse sibi conscius, è Synodo se subduxit, ob idque excommunicationi suppositus. Postea sui purgandi causâ Romam absque Regis permissu profectus, Abbatiam privatam Abbas deinceps restitutus an. 1063, à Petro-Damiani, Legato in Gallias, iterum excommunicatus. Hinc Monachi alii ad Romanum Pontificem scribunt, alii ipsum adeunt. Petri sententiam probavit Alexander II; sed nihilominus Rainaldus, potentium quorundam fultus favore, in Abbatia perstitit usque ad annum circiter 1076, quo ferè tempore decessit. Mabill. Annal. Ben. Lib. 59, n. 67.

(c) Præpotentissimus miles Robertus injustas consuetudines à Villis S. Medardi Abbatiae Suescionensi subjectis extorquebat. Quod gravatè ferens Rainoldus Abbas, eum pertraxit in iudicium Henrici Regis, qui tunc apud Caucaicum ad Axonam (l'Aisne) fluvium residebat. Illic in audientia Regis constitutus Robertus coram Episcopis et Abbatibus ac nobilibus multis, iniquis illis consuetudinibus cedere compellitur. *Id.*

A longa in præsentiam usque Henrici invictissimi Regis Francorum perducta, ejus est justo judicio et regali auctoritate finita. De pluribus quæ tyrannicâ vi facere injustè valebat in Abbacia, Regeque jubente res eadem ratio finitæ altercationis his conclusa et firmata est litteris ad testimonium veritatis, ne ultra prædictus miles vel ejus posteritas in aliquo submurmuret: quemadmodum sæpissimè super Ecclesias insatiabilis cupido mortalium facere solet. Notum sit ergo omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ filiis et fidelibus, tam futuris quàm præsentibus, quoniam Rainaldus gratiâ Dei constitutus Abbas cœnobii, quod præter mœnia Suessionicæ urbis fundatum est in honore sancti Medardi, magnâ necessitate compulsus, Henricum Regem adiit in Abbacia sancti Stephani in loco qui dicitur (a) Codiciaeus, coram Episcopis et Abbatibus ac nobilibus multis qui infra notati sunt, adstipulandæ causâ B veritatis; et supra Rotbertum pro custumis quamplurimis, contra jus et fas in eadem Abbacia scilicet ab ipso levatis, querimonias intulit auribus piissimi Regis. Affuit ille regiâ coactus præceptione, et quæ injustè præsumperat et levaverat, licet diù frustrâ nitens defendere, tandem tam jussu potentissimi Principis, quàm præsentium ratione firmissima nobilium victus, id solum quod infra subscripsimus, in Abbacia sibi deberi, de præteritis poenitens compulsus annuit. Si Abbati aut ministris ejus de hominibus forensibus, sicuti de ledis aut aliis tortitudinibus, quispiam potentum aut vicinorum aliquid fecerit injustum, et Abbas aut ministri ejus per se poterunt habere et recipere rectum, in hoc non Rotbertus neque posteri ejus nihil clamandum habebunt. Si autem Abbati aut ministris ejus ad obtinendam justitiam defecerit virtus, et ob hoc ipse Rotbertus aut posteri ejus ab Abbate aut ministris ipsius moniti fuerint et invitati ad faciendam defensionem; si C per eos justitiam receperint, tunc ex justitia, quam vulgò vocant legem, tertiam tantùm habebunt partem. Quia igitur de justis et injustis custumis ad hanc solam multorum testimoniis recognoscens est adductus; idoneorum testium nomina, quibus præsentibus id actum est et firmatum, hîc inferiùs signavimus, ne (quod posthac nunquam fieri credimus) ad amplius requirendum vel ipse respirare audeat, vel suorum aliquis posterorum. Et ne ulterius fieret, jussu Regis in præsentiarum omnes Episcopi qui subscripti sunt, anathematizaverunt, quod Rex propria manu firmavit atque sigillo regiæ auctoritatis consignari fecit.

Signum Widonis Remorum Archiepiscopi. Signum Beraldi Suessorum Episcopi. Signum Walteri Meldensium Episcopi. Signum Gibuini Laudunensis Episcopi. Signum Dragonis * Belvacensium Episcopi. Signum Rogeri D Catalaunensis Episcopi. Signum Frolandi * Silvanectensis Episcopi. Signum Rainaldi Comitis. Signum Guidonis filii ejus. Signum Drogonis. Signum

* al. Drogonis
* al. Frolandi

(a) Codiciaeus seu Cauciacum, vulgò *Choisy*, in Noviomensi quidem pago, sed diœcesi Suessionicâ positum, Cotiam (*Cuisse*) inter silvam et Lisgam (*Lesgue ou Laigle*) cui adhæret, Axonâ interfluente, non procul ab ejus in Isaram confluentibus, supra Compendium, Villa fuit regia, Monasterio quoque insignis, Stephano protomartyri dicata fuit ab initio ejus loci Basilica. Hinc Cauciacensium Toparcharum seu Castellatorum origo quorum postea, atque in primis Roberti de Codiciaco Castellani, pervicaciam ut frangeret Raynoldus S. Medardi apud Suessiones Abbas, anno 1047 Henricum Regem addit in Abbacia S. Stephani, in loco qui dicitur Codiciacus commorantem, et cum multis regni Primoribus publicam Synodum agentem, in qua repressæ Rothberti infestationes. Synodicæ hujus sententiæ quam, hîc publicamus, meminit Chronographus S. Medardi apud Acherium Spicil. T. II, pag 786; cujus verba referuntur pag. 367 hujus vol. Ubi tamen prædictum Rotbertum non *Codiciacensem*, uti superiores litteræ, sed de *Cociaco*, vel *Couciaco* nominat, ratus forsân hunc Robertum Codiciacensis in pago Laudunensi dominum extitisse. Nec levis sane difficultas, quæ tamen in Cauciacensis gratiam videtur solvenda, quòd in Abbacia Cauciacensi, res, uti proprio in loco, definita sit. Verùm ex sequentibus rei cardo peti debet; quippe similis in *Albricum*

Cociacensem Roberti filium vel heredem, à Balduino Marchione Flandrensi, Philippi Regis tutore, lata sententia est, quam ipse Philippus anno 1066 dato Diplomate firmavit, in quo hæc verba: *Albricus de Cociaco... qui advocatoriâ et consuetudine iniquâ... à Cœnobio S. Medardi et Vico-Castro media via de suo Castello rusticos et incolas ad suam justitiam venire compellebat... ea conditionis conventionione, ut... nisi infra quindecim dies quod commisit emendari... procuraverit, Silvanectis in captionem se conferat, etc.* Quæ verba, aliaque uberiùs suo loco referenda, non nisi in Castellatorum Cauciacensem, Monasterii Advocatum, cadere possunt: cùm *Vico-Castrum* (nunc *Vico super Axonam, Vic-sur-Aisne*) dictus, medium iter ac rectum inter Medardensem Abbatiam et Cauciacum dirimat, quod Codiciaco minimè convenit: et Cauciacensis locus, uti et Compendiensis, Silvanectensi subjeat jurisdictioni, non autem Codiciacensis, qui Laudunensi seu Viromandensi Prætorio nusquam non paruit. Hinc ergo conficitur, *Codiciaci, Cociaci*, itemque *Cuciaci* aut *Cusiaci, Cocci* seu *Cochei, Choisiaci* nomine non hîc Codiciacum aut Couciacum Castrum *Coucy*, Regiam aliam villam pagi Laudunensis, sed Cauciacum, *Choisy*, in pago Noviomensi. Mabill. de re Diplom. Lib. 4, n. 34. et. n. 37.

Godefridi sancti Quintini militis. Signum Balduini. Signum Walteri Albani. A
 Signum Willermi fratris ejus. Signum Widonis Vicecomitis. Signum Gui-
 donis de Cerchia. Signum Wazelini de Chadneyo. Signum Widonis Mares-
 calci. Signum Drogonis Præpositi. Signum Odardi. Signum Odelini Came-
 rarii. Signum Gunzelini. Signum Fulconis. Signum Evrardi filii Hesselini.
 Signum Gerardi. Signum Vivieni. Signum Aeilberti. Signum Henrici Regis
 Francorum invictissimi.

Descripta vice Rainodi Cancellarii jubente Rainaldo Abbate, anno Incar-
 nati Verbi millesimo quadragesimo septimo. Indictione quinta-decima, regni
 verò Henrici Regis nono-decimo (a).

XVI.

B

*Inter Schedas
 Mabillonii.*

Cœnobio S. Medardi ab Hugone quodam reddita confirmat.

Ex Chartario hujus Monasterii (b).

An. 1047.

ORDO rationis exposcit, ut quod per prolixiora tempora perdurare
 volumus, ad posteritatis memoriam litteris et scriptis commendemus.
 Idcirco noverit omnium tam præsentium quàm et futurorum industria, quòd
 quidam vir illustris, Hugo nomine, nullâ pecuniæ cupiditate ductus, vel
 necessitatibus adductus; sed magis pro remedio animæ suæ et patris sui,
 nomine Rainoldi, necnon et fratris sui, nomine Alberti, omne beneficium
 Abbatæ SS. Medardi et Sebastiani atque Gregorii Papæ, quod sibi here-
 ditario jure pertinebat ac prædecessoribus suis, divinâ præventus gratiâ red-
 didit cum omni integritate, scilicet cum villis nomine dictis, Villana, Vil- C
 lereisium, et quidquid in Villa-curtis et Rochis possidere videbatur,
 totum et ad integrum Deo et præfatis sanctis reddidit per manus Do-
 mini Rainoldi Abbatis, in præsentia Domini Widonis Remorum Archie-
 piscopi, et Domini Beroldi Suessionum Episcopi, et quorundam Optima-
 tum palatii Regis, videlicet Rainoldi Comitis Hugonis cognomento Bar-
 dulphi, Ansoldi quoque et Milonis fratris ejus, et Rotgeri Teste-
 viridis, et Rascelini, Odonis quoque et Maineri; in quorum præsentiam totum
 beneficium suum, sicut dictum est, in Monasterio puellarum S. Mariæ red-
 didit Deo et præfatis sanctis ejus, cum appendentiis*, scilicet cum manci-
 piis et servis utriusque sexûs, cum terris cultis et incultis, molendinis,
 pratis, silvis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, cum mobilibus et im-
 mobilibus, et omnibus adjacentiis sibi pertinentibus. Sed quum malitia et D
 nequitia* sæculi hodie magis in multis prævalet, magnâ providentiæ in-
 dustriâ quidam rationis conventus talis factus est, ut præfatus Abbas Rai-
 noldus præfato Hugoni pretium XL librarum concederet, ne beneficii red-
 diti pœniteret vel propter perfidiam vel insolentiam quorundam insurgen-
 tium*: à parte autem Hugonis tale decretum constitutum est propter utili-
 tatem Monasterii, ut si præfatus Abbas Rainoldus, vel aliquis successorum
 ejus præfatum beneficium cuiuscumque reddere voluerit, vel aliquo malo in-
 genio stipendiis Monachorum subtraxerit, ipse prædictus Hugo vel successo-
 res sui in suum jus et dominationem* sæpeditum beneficium sine ulla con-
 tradictione, et sine ulla retributione supradieti precii, videlicet XL libra-
 rum, cum omni integritate repetant.

Actum in Monasterio (c) SS. Medardi et Sebastiani atque Gregorii E

(a) In Chartario scriptum erat, anno Incar-
 nati Verbi millesimo quadragesimo nono: at reponen-
 dum, septimo, si Indictio hęc rectè scripta est,
 ducto calculo ab ejus coronatione anno MXXVII
 facta. Mabillonius. Verùm si calculus ducatur à
 coronatione Henrici, in annum 1047. incidit
 annus vicesimus vel vicesimus primus ejus regni.
 Attamen in Placito sequenti annus quoque dec-
 cinus nonus componitur cum anno 1047. Fortè
 pro XVIII in utroque Placito legendum est
 XVII, qui annus XVII regni Henrici reipsa con-
 currit cum anno Christi 1047 et Indictione XV.

(b) Typis mandatam reperies inter instru-
 menta Novæ Gall. Christ. Tom. X. Col. 96.

(c) Totum illud Suessionicæ vallis spatium,
 quod extra portam urbis orientalem ab Axona
 circumfluente ad montes Croviaco vico proximi-
 mus continetur, intra septa Croiciacensis regii
 fisci fuit olim circumscriptum. Suum ibi Franci-
 cos Reges habuisse Palatium constat apud om-
 nes: immò non unicum, sed plura insimul ex-
 titisse, præter antiquam tabulam, docet Chro-
 nicon vetus de Normannorum gestis, ubi ad an.
 886 hæc leguntur: *Post hæc Sigefridus famosissimam
 Ecclesiam S. Medardi igne cremavit, et PALATIA
 REGIA.* Docent antiqua Abbatæ S. Medardi mo-
 numenta in loco illo amplissimo tumulum ædes-
 que sacras Medardo Noviomensi Episcopo à

A Papæ, et Lauduno (a) Clavato die Dominicæ Nativitatis propriis manibus et sigillo gloriosi Regis Henrici roboratum, et omnium Episcoporum ibi convenientium manibus sub anathemate confirmatum, et optimatum palatii astipulatione subnixum.

Signum Henrici gloriosissimi Regis, anno Domini MXLVII. Indict. XV. regni verò Henrici Regis XVIII.

S. Widonis Archiepiscopi.	S. Balduini Comitis.	
S. Beroldi Episcopi.	S. S. Eustasii Comitis.	
S. Gibuini Episcopi.	S. Lantherti Comitis.	
S. Fulconis Episcopi.	S. Ingelramni Comitis.	
S. Drogonis Episcopi.	S. Drogonis Militis *.	* <i>ibid.</i> Comitis
S. Frotlandi Episcopi.	S. Lestoldi Militis.	
B S. Hetzelini Episcopi.	S. Guarneri Militis.	
S. Balduini Episcopi.	S. Evrardi Militis.	
S. Widonis Archidiaconi.	S. Walteri Militis.	
S. Fulconis Archidiaconi.	S. Nivelonis Militis.	
S. Harduini Archidiaconi.	S. Evrardi Militis.	
S. Yvonis Clerici de Perona.	S. Guidonis * Vicecomitis.	* <i>ibid.</i> Widonis
S. Balduini Clerici.	S. Hugonis Militis.	
S. Hermanni Clerici.	S. Gotfridi Militis.	
S. Burchardi Clerici.	S. Drogonis Militis.	
S. Fulhradi Clerici.	S. Odardi.	
S. Hugonis qui hanc cartam fieri jussit.	S. Odolini *.	* <i>ibid.</i> Odolini

XVII.

Ecclesiæ Carnotensi fiscum Unigradum immunem concedit.

Ex Schedis D. d'Herouval.

Apud Acherium Tom. XIII. Spicilegii, pag. 285.

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Patris videlicet et Filii et Spiritûs sancti, ego Henricus Francorum Rex Dei gratiâ. Si erga cultum Sanctorum et utilitatem Ecclesiarum, antiquorum institutio nos voluit esse devotos, quantò magis erga singularem memoriam nostræ salvationis, videlicet Dei Genitricis, quam post Deum credimus et confidimus non solum nostræ salutis amminiculum, sed et plenum effectum; unde pro acquisitione æternæ felicitatis admodum sollicitus circumspexi si circa me aliquid haberem, quod ejus famulatu et promerendæ gratiæ impendere possem: et hoc mihi aliquantisper cogitanti ad memoriam rediit Canonicorum Carnotensi Ecclesiæ, quam sæpius inculcaverant, petitio, per quam à diversis exhibitionibus et actione * illa quæ vulgari nomine *Vicaria* (b) vocatur, illum fiscum, cui *Unigradus* * vocabulum est, liberum et quietum deinceps esse concederem. Ego verò petitionis ipsorum exaggerando cumulum, universa concedo quæcumque quælibet terra præfati fisci mihi meisque hætenus persolvere consueverat, quatenus in eo habitantes tutiùs vivere, et idcirco

An. 1048.

* *al.* exactio-
ne
* *al.* Un-
greium

Rege Francorum Chlotario posita. His in Palatiis varii Regum atque Pontificum habiti sunt Conventus atque Concilia. Mabill. *de re Diplom. Lib. 4, n. 92.*

(a) Lugdunum Clavatum civitas in extremis Remorum finibus edito in monte locata, sua B. Remigio Remorum Antistiti accepta refert decora atque incrementa, qui Pontificalem ibi sedem instituit. Nihil de Laudunensi Regum Palatio scriptum invenit Mabillon. (*ibid.* pag. 291) ante Caroli Simplicis Principatum: quo ex tempore civitas illa (ut Guibertus Novigentus Abbas tradit) *Regni caput, Regiæ ambitionis thalamus, et unicum hac ætate propugnaculum* habita est Lauduni plurima cum ab ipso Carolo, tum ab ejus posteris condita sunt instrumenta.

(b) Vicarii dicebantur, qui Comitis vice, aut alterius judicis partes exequabantur in pagis, vel minoribus oppidis: Gallis *Viguers*. Vicario-

rum jurisdictio erat tantum in levioribus, non verò in majoris momenti, aut criminalibus causis: neque tamen omnium Vicariorum eadem fuit conditio; de causis quippe cum civilibus, tum criminalibus, atque de iis quæ ad superiorem justitiam spectant, maxime Vicarii Regii, aliquando cognoverunt et judicaverunt. Vicarias sæculo XI ineunte jam sub clientelari professione concessas, eâ etiam conditione, ut feminae eas possiderent, probat D. *Brussel* Tom. II de usu feudor. pag. 748. ex Charta Roberti Regis Franc. an. 1027, quam vide-sis pag. 612. Tom. nostri X. Vicarii distinguuntur aliquando à Vicecomitibus; nonnunquam verò cum ipsis confunduntur. Vicaria est districtus Vicarii, jurisdictio, justitia, seu jus cognoscendi et judicandi; Vicaria etiam dicitur exactio, quam Vicarius faciebat intra Vicariæ suæ limites; quo ultimo sensu Vicaria accipitur in hoc Diplomate.

quæcumque ab eis usibus Canonicorum debentur, plenius valeant reddere, A exceptis quatuor sextariis vini de unoquoque arpenno, quos mihi advocacionis gratiâ retinui, quatinus si in posterum quis ei fisco injuriam inferre temptaverit, Rege auxiliante superno me advocatum (a) sibi sentiat esse infestum. Et ut nostræ liberalitatis munificentia omnibus sanctæ Matris Ecclesiæ fidelibus et nostris esset nota, summo studio et diligentia præcipimus exarari et sigilli nostri impressione signari: quatinus quod manu propria signo crucis impresso statuimus esse ratum, per curricula succedentium temporum maneat inconvulsum. Et si quis hujus conventionis esse temptaverit violator, quod absit, iram Dei incurrat, atque nostra nostrorumque auctoritate convictus abscedat, et pro illicita præsumptione auri libras centum regali fisco persolvat.

Actum publicè Parisius anno Verbi Incarnati MXLVIII. Indictione I. B B regnante Henrico Rege XVIII (b) anno, XV. Kal. Maii.

XVIII.

Theobaldi Comitis donationes factas Monasterio Cellensi, approbat et confirmat.

Ex Autographo.

Apud Camuzatum in Antiquit. Tricassinis. fol. 22 verso.

An. 1048.

IN nomine S. et individuae Trinitatis, ego Henricus gratiâ Dei Francorum Rex. Cùm in exhibitione temporalium rerum, quas humana religio divino cultui famulando locis sanctis et congregationibus fidelium devotione animi largitur, tam præsentis quàm perpetuæ vitæ, ut jam pridem multis expertum est indicium solatium acquiratur, saluberrimus valdè et omnibus imitabilis est hic fructus primitivæ virtutis, videlicet charitatis, per quem et mundi prosperatur tranquillitas, et felici remuneratione æterna succedit felicitas. Noverint ergo et præsentis status et posteritas sanctæ Matris Ecclesiæ filiorum, nostrorumque Primatum et omnium sub nostro regimine degentium, quòd quidam * summæ nobilitatis Comes, Theobaldus nomine, nostræ serenitatis

* leg. quondam

(a) Quod in Ecclesia Romana et Orientali præstitere defensores, id ut in Monasteriis agerent instituti advocati sunt. Id muneris primò quidem suppleverunt Reges plerique, qui loca Deo sacra in suam (ut vocabant) *Mundeburden*, seu tutelam ac defensionem suscipiebant. Postea verò quàm multiplicatis Monasteriis, regia cura singulis defendendis sufficere visa non est, subrogati sunt homines præpotentes, Duces ac Comites, qui auctoritatis suæ præsidium Cœnobitis accommodarent.

Medio circiter septimo sæculo expeti et institui à Regibus cœperunt Monasteriorum *Advocati* seu defensores, ut eorum auctoritate, quorumvis hominum Monasticis rebus inhiantium cupiditas reprimeretur. Quippè Chlotarius III, Chlodovei secundi filius, « *inlustrem virum Gengulfum Ben suensibus Monachis advocatum concessit ante de-»* eimo regni sui: *nempe ut omnes causas ipsius Monasterii prosequeretur, et ablata restitueret* ». Perseverat hæc advocatorum institutio, eosque Carolus Magnus confirmavit in Capitulis Ecclesiasticis anni octingensimi primite, statuens « *ut ipsi boni et recti essent, et rectè ac justè* » causas prosequerentur ». Hanc Provinciam suscipere plerique Monasteriorum conditores, ipsorumque posterii, si quidem satis virium et potestatis haberent: sin minus, optimates à Monachis electi, et approbati à Rege. Monasterium S. Galli, propterea quòd non ex regalibus donariis, sed ex privatorum largitionibus accreverat, cùm neminem sui defensorem vel advocatum reperire potuisset, Ludovicus Augustus tuendum ac defendendum suscepit. Ne verò advocati Monasteriis operam ac tutelam suam gratuitò præstare viderentur, stipendium eis assignatum est ac merces annua ex redditibus Mo-

nasteriorum constituta, modò ut non tantum lites omnes prosequerentur, sed etiam duella in dubiis causis, ubi necesse esset, susciperent, juramenta præstarent, et ad castra pergerent cum militibus et subditis Monasteriorum, quæ regi militiam debebant. Stipendium illud erat vel certum prædium advocatis assignatum, vel annuus census. Officium istud dignitas evasit, quæ una cum stipendio transibat ad heredes. Advocatis adjuncti etiam subadvocati, quibus sua itidem merces constabat. Eorum officium erat res Monasteriorum curare vice advocatorum. Plures ejusmodi subadvocatos aliquando creabant singuli advocati in magnum gravamen Monasteriorum. Hinc Otto Magnus in litteris, quibus Lambertum Comitem Lovaniensem creat advocatum Cœnobii Gemmelacensis (*Gemblou*), præcipit ut Comes unicum habeat subadvocatum, qui nihil juris habeat, nisi per singulos annos de unaquaque domo percipiendi denarium unum, gallinam unam, unum avenæ sextarium. Tempore procedente, qui Monasteriorum defensores esse debuerant, eorum deprædatores ac direptores facti sunt, nec sine gravi damno ac labore id genus officii pretio redemptum est à Monachis, penitusque extinctum. Quod sæculo quarto-decimo accidit. *Vid. Mabil. Præf. in 3 sæc. Ben. n. 112. p. 165. et L. XIII Annal. Ben. n. 29.*

(b) Legendum esse XVII inde patet, quòd initium regni Henrici à morte patris repetendum sit à 20 Julii anni 1031; quod non satis attendisse videntur Scriptores Chartarum hujus Regis; instrumentis enim ante 20 Julii datis, ut in sequentibus magis patebit, non semel apponunt annum, qui solùm convenit instrumentis scriptis post hunc diem. Hæc confusio notanda est, ne sit causa erroris.

adierit

A adierit præsentiam, rogans et obnixè postulans, ut sibi quandam Ecclesiam, S. videlicet Aigulphi (a), sub Pruviniensi oppido sitam, quam de nobis beneficiosè tenebat, liceret Monachos de Monasterio domni Petri Trecasini (b), Cellensis cognominati primitivè, ponere, et ad Dei servitium perpetualiter et continuè, quod inibi priùs negligenter agebatur, administrandum destinare. Eâ tamen ratione, ut quidquid Archiepiscopus Senonensis in eadem Ecclesia possidebat, videlicet altare, ab eo impetraret, et simili adstipulatione Monachis præmissis in futurum habendum per nostræ auctoritatis præceptum perpetualiter firmaret. Cæterùm regiâ censurâ decernimus, ut quod præsens habet dicta Ecclesia, semper habeat, et quod à fidelibus populis illi dandum est, æterno tempore possideat; Monachi qui nunc ponuntur, et qui de memorato loco per successionem ibi transfundantur*, ibi serviant, rerum loci administratione necessaria impleant. Modis omnibus tandem inhibemus, ne quilibet subpositi veniant, qui adulatorio susurro dicti Comitis aures demulceant, vel pecuniâ animam ejus vel successorum ejus dignitatis corrumpant, ne alii seminant, et alii colligant; ne alii frigus, famem, labores patiantur, et alii per nefas bonis paratis injustè abutantur; sed qui dignis et prioribus studiis nascentis religionis insudabunt, in sancta postmodum otia resolvantur. Jam verò et Comitis petitionibus benignè annuimus, et donationes ejus et Archiepiscopales traditiones liberè fieri concedimus. Ut autem evidens esset nostræ voluntatis assensus, sigilli nostri impressione hanc cartam adsignari præcepimus.

* leg. transfundentur

Actum publicè in Senonico Palatio (c) anno Incarnati Verbi MXLVIII, et regni Henrici Regis XVII (d), Gilduinus Archiepiscopus (e), Imbertus Parisiensis Episcopus, Isambardus Aurelianensis Episcopus, Mainardus Trecacensis Episcopus, Hugo Nivernensis Episcopus, Herbertus Antissiodorensis Episcopus, Walterius Meldensis Episcopus (f), Robertus (g) Dux Burgundiæ, Teobaudus Comes. Arnaudus Comes, Rodulphus Comes, Wilermus Comes.

Ego Balduinus Cancellarius relegendo subscripsi.

XIX.

D De Præpositura Ecclesiæ S. Cornelii Compendiensi jubet ut Clerici Canonicali auctoritate disponant.

Ex Archivis hujus Ecclesiæ.

An. 1048.

I^N nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Compendiensem locum à Domino Karolo Imperatore egregio fore* constitutum, ac ab eodem necnon et à succedentibus Regibus possessum, universis notum fieri volo ego Rex Henricus tam præsentibus quàm et futuris: quem ipse et ipsius successores tanto dilexerunt amore, ut quamplurimis suarum proprietatum donis ditaverint honorificè. Hæc ergo dona non solum sanctæ Dei Ecclesiæ pervasores, sed ejusdem loci Præpositi, qui res Ecclesiasticas regere debuissent, à communitate fratrum eas subtrahentes, malè tractando usque ad nostrum tempus usurpaverunt. Contigit autem nostro tempore quemdam ejusdem loci Præpositum, nomine Theobaldum, mortis obedisse imperio; de quo ad piissimi Regis Roberti patris mei, necnon et post illius excessum ad nostras

* id est, esse

(a) Vide suprâ pag. 517, n. (b).

(b) Cella-Bobini seu Bovonis ab instauratore suo Episcopo dictum fuit Trecense Monasterium S. Petri de Cella; cui hactenus subest Ecclesia S. Aigulfi Pruviniensis. Fallunt vulgati indices, qui Guarinum hoc tempore Abbatem collocant; Bernardus enim jam suffectus erat Guarino, et quidem paulò post obitum Odonis Comitis, prædicti Theobaldi parentis, quem anno 1037 interiisse constat.

(c) In Carolinorum Regum Diplomatum non semel lego (ait Mabill. *Lib. 4 de re Diplom. n. 130. pag. 324.*) Actum Senonensis, vel Actum Senonis civitate; Palatii nomen ante Capetianorum

tempora nusquam invenio: quo fit ut ab illis putem duntaxat erectum Senonis Palatium, quod Henricus anno 1048, regni 17 nominat primus in Diplomate Pruviniensi S. Aigulfi Monasterio concessit.

(d) Annus XVII regni Henrici cum anno 1048 currabat solummodò à 20 Julii, quo die post patrem regnare cœpit.

(e) Anno sequenti à Leone IX in Concilio Remensi exauctoratus, Mainardo Episcopo locum fecit.

(f) Episcopi illi omnes erant Archiepiscopi Senonensis suffraganei.

(g) Regis Henrici germanus frater.

aures multimodus clamor Canonicorum suprà dicti loci sæpissimè pervenit, A non solum de præpositura vastata, verum et communitate fratrum dissipata. Cujus clamoris tædium cupientes omnino depellere, et mala quæ ille cæteri- que Præpositi Canonicis intulerant evacuare, quemdam Clericum, vocabulo *Albertum*, ut ejus frueretur officio elegimus, atque eidem loco aptavimus. Hunc verò summæ reverentiæ virum putabamus, quod, ut rei postea patefecit veritas, minimè fore unusquisque credat proculdubio. Nam malum, quod sui Antecessores Canonicis impenderant, non expavescens, clamoresque in nostris Palatiis quos ipsemet audierat contemnens, non solum eorum vestigia sequi, verum etiam pejora agere studuit. Quod Canonici haud sufferentes, pristino clamore pulsare cœperunt nostras aures, nec minùs et Archiepiscopi cæterorumque Præsulum clementiam reclamando implorare, quatenus eos dignarentur exaudire. Hujus autem mali scelus in tantum est B adauctum, et ab illo nunquam minoratum, donec Dimo Decanus cæterique fratres eundem præfatum Albertum excommunicaverunt. Quadam verò die nostrorum usi consilio fidelium, Dimoni cum cæteris fratribus, similiter et Alberto, super hac re eorum velle nos interesse placito mandavimus: in quo victus Albertus iudicio Episcoporum ab officio extitit privatus. Et ne unquam ulteriùs fiat, nec duret talis persecutio, placuit nobis hoc ministerium præposituræ eidem Ecclesiæ prædictisque Clericis donare, ut invicem omni tempore habeant, teneant, possideant, atque canonicali auctoritate dispo- nant. Si verò aliquis hæc statuta violare præsumperit; sicut sanctæ Romanæ sedis Papa Johannes (a) in privilegio consensit, et ea violare temptaturos excommunicavit, cum Juda traditore Domini portionem habeat, et ana- thema maranatha sit, et exclusus à consortio fidelium in pœnis infernalibus C perpetualiter existat concremandus. Ut autem hæc donatio nostræ auctorita- tis jussu nostro litteris adnotata, plenior perpetualiter vigorem obtineat, atque stabilis et inconvulsa omni tempore permaneat; ob salutem nostræ animæ manu propria firmavimus, ac sigillo nostro subtus signari impe- ravimus.

XX.

Circa an.
1050.
* S. Thierrî

Ab advocacione aliisque exactionibus Monasterium sancti Theoderici * prope Remos liberat.

Apud Martenium Tom. I Ampliss. Collect. col. 422.

D

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Ego Hainricus gratiâ Dei Fran- corum Rex, successoribus meis Regibus pacem et salutem. Omnis qui- cumque alicui in aliquo dignitatis genere succedit, ejus imitator esse debet in omni honestatis proposito, cujus officio se mancipavit libenter succe- dendo. Neque enim locum officii, vel sedem celsitudinis usurpando appetere debet, qui ejus effectum vindicare non audet. Unde nos liberalitatem et munificentiam Regum et Imperatorum, quibus cum officio tum dignitate, Dei gratiâ præveniente, successimus, pro posse exequentes, erga loca Sanctorum et Congregationes fidelium divinæ Majestati famulantium, ita liberales et devoti cultores esse cupimus, ut ab eorum excellentia et largi- tate desides et degeneres esse non videamur. Et licet hoc in commune E omnibus Ecclesiis debuerimus *, ut eis amminiculari (b) et subvenire dignum judicemus, illorum tamen necessitudini *, propensius debemus debito et ratione condescendere, quos in servitio nostro insudasse, et in fidelitate nostra contigit vehementius laborasse. Notum siquidem est omnibus pene regni Gallorum incolis, quantum laborem impenderit in captione (c)

* al. debea-
mus
* al. necessi-
tati

(a) Octavus; Ecclesiæ præfuit ab anno 872 ad an. 882; Carolus Calvus Romæ coronavit anno 875; dedicationi Compendiensi Ecclesiæ per Legatos affuit 5 Maii 877; postulante Imperatore, per eosdem Legatos percelebre concessit Compendiensibus Canonicis privilegium, quod quidem approbatum et confirmatum fuit ab omnibus Episcopis ad solemnitatem con-

vocatis.

(b) Mabill. *Annal. Bened. Lib. 57, n. 55.* præcipuam hujus Diplomatis partem refert, sed cum aliqua in verbis differentia. Hic apud ipsum leges, *amminiculari et subvenire judicemus.*

(c) Regebat S. Theoderici (S. Thierrî) prope Remos Cœnobium Albertus Abbas, Domini successor, qui Dominicus istius loci Eccle-

A castrum quod Novum vocatur. Ad quam strenuè et viriliter peragendam magnum solamen nobis præbuit locus (a) S. Bartholomei, Alberto ejus loci tunc temporis Abbate, diligenter et constanter ad eò insistente, ut etiam à meis sæpe monitus essem, ut ei bonam vicem redderem, et dignam remunerationem pro merito conferrem. Qua persuasionis inductione meorum provocatus, deliberavi quærere quid prædicto loco et Abbati possem exhibere pro sui beneficii et laboris remuneratione. Sed cum comperissem ab Abbate et habitatoribus loci advocationem * Abbatiae, quam quidem * castellani tenuerant, sibi et suis fuisse infestam, eò quòd multas injurias publicè et privatim per eam perpessi fuerant, consilio et adstipulatione meorum, jam dictam advocationem * cum beneficio ad eam pertinente, prædicto omninò concessimus loco. Deinde nostræ serenitati suggererunt, quòd

B ab Archidiacono, qui procurator et provisor ejusdem loci ad utilitatem esse debuerat, multa sub obtentu canonice institutionis patiebantur adversa. Pro quibus sæpiùs * apud Archiepiscopum proclamantes (b), sæcularibus negotiis Archiepiscopo sæpiùs intento, pacem secundum quod voluerant, et sibi necesse fuerat, non obtinuerunt. Hac necessitate coacti, nobis intimaverunt quid patiebantur adversi. Huic * compatiens conquestioni, amicabiliter aggressus sum Archiepiscopum cum Ecclesie * ministerialibus, petens ut quod contra Canonum statuta * et Apostolicæ sedis decreta perspicuè injuriosum erat, omnino prætermitterent, et quidquid (c) malorum exigi poterat sub specie boni, causa nostri amoris et petitionis omnino frustrarent. Et hujus petitionis conditionem postquam ab illis non voluntariè obtinui, sub impressione nostri sigilli scriptam, et manibus fidelium nostrorum corroboratam, prædictæ Ecclesie publicè contulimus, et per assensum cunctorum qui affuerunt contradidimus. Petimus ergo successores nostros, ut quidquid pro salute animarum suarum statuerint, et velint esse in perpetuum, ita hoc nostrum statutum per curricula temporum, per eos contra Episcoporum alumnos servetur inconvulsum. Hoc autem nostræ auctoritatis præceptum, ne alicujus temeritas contra fas et jura violare præsumeret, in consensu Episcoporum nostrorum firmavimus, et per eorum excommunicationem corroboravimus, et præsentia Papæ (d) ad hoc idem faciendum præsentari jussimus. Conventionem denique quam Archiepiscopus et Archidiaconus nobiscum firmaverunt et pacti sunt, scripto nostri præcepti inserere placuit, ne quis in posterum emergeret, qui inde aliquid addere vel minuere seu commutare aliquando posset.

C

* al. advocatiam
* al. pridem

* al. advocatiam

* al. sæpe

* al. hinc

* al. suæ

* al. instituta

siam à fundamentis instauravit. Tempore Alberti ejus successoris Henricus Rex Novum-Castrum (*Neufchastel*), ad Axonam situm, obsidione eiecit, et expugnavit. In illa expeditione Albertus multum subsidii regis copias impendit: ejus rei causâ Rex Monasterium ab advocatione, aliisque exactionibus liberat. Eodem tempore et ob eandem causam Rex obtinuit ab Archiepiscopo Widone, ut villam Francovillare (*Villiers-franqueux*) dictam, ex integro redderet, quam complures Archiepiscopi per vim occupaverant. Mabill. *Annal. Ben. Lib. 57, n. 55.* hæc refert sub anno 1035.

(a) Locus S. Bartholomæi est Monasterium S. Theoderici prope Remos, cujus ille Apostolus

primarius Patronus haecenus agnoscitur. *Marten.*

(b) Verba hæc, *sæcularibus negotiis Archiepiscopo sæpiùs intento*, desunt apud Mabill.

(c) Apud Mabill. sic legitur, *et quidquid exigi poterat ab eis. Hoc ubi obtinui, nostri sigilli impressione, et manibus fidelium nostrorum corroboratum prædictæ Ecclesie contulimus, et in consensu Episcoporum firmavimus, et per eorum excommunicationem corroboravimus, et præsentia Papæ ad hoc idem faciendum præsentari jussimus, etc.*

(d) Haud dubium Leonis Papæ IX, quando Remos accessit, et in Ecclesia S. Remigii, quam consecraverat, Concilium celebravit an. 1049. *Marten.*

Inter Schedas
D. Estiennot.
N. 539.
An. 1051.

Ecclesiam Casæ-Dei (a) apud Arvernos in Abbatiam erigit.

Ex Autographo.

Editum à Ba-
luzio in Ap-
pendice ad
Lupi Servati
Epistolas p.
524. contu-
linus cum
ipso.

* Baluz. man-
suetudinem
* Id. Rotber-
tus
* Id. Domino
* Id. Heremo
* Id. ab eo

* deest ap. Ba-
luz veniat
* Id. libram

* Id. additur
Comæ, et
deest conse-
cratam

* Id. Domi-
nini

* Id. Bocensi

* Id. Sociacus

* Id. quam-
plura

* Id. calum-
niam
* Id. atque

IN nomine Domini Dei æterni et Salvatoris nostri Jesu-Christi, Henricus gratiâ Dei Francorum Rex. Si regia sollicitudo ea procurat, quæ ad instaurationem sanctæ Ecclesiæ Catholicæ pertinere noscuntur, proculdubio magnum regii culminis statum præparare probatur, et non solum in præsentī stabilitatem regni corroborat, sed etiam in futuro præmium æternæ retributionis conciliat. Quâ de re notum esse volumus omnium fidelium Dei atque nostrorum, præsentium scilicet atque futurorum, industriæ, quod nostram adiens celsitudinem * venerabilis vir et Deo dignus Robertus * Brivatensis Canonicus et Thesaurarius, à Domno * Rencone dilectissimo et familiarissimo nostro Arvernorum Episcopo missus, et per litteras commendatus, innotuit se quandam Ecclesiam in pago Arvernensi in * eremo sitam, et à Deo * honoribus ampliata, Casam-Dei nominatam, ad culmen et honorem Abbatiae promovere velle nostræ liberalitatis jussu et potestate, et Episcopi sui permissione. Agentes itaque commune consilium cum proceribus et primoribus Palatii nostri, decrevimus ejus annuere precibus, et tam pro nostra, quàm pro patrum nostrorum indulgentia, per præceptum nostræ firmitatis auctorisavimus, et Abbatiam fieri jussimus et permisimus, Ecclesiæque Arvernensi subdidimus, tali tenore ut Arvernensis Episcopi jussu et voluntate, et Monachorum loci illius petitione et electione Abbas loco illi provideatur, et Deo dignus procurator absque omni venalitate et munere instituatur. Insuper etiam in Assumptione Beatæ Dei Genitricis et Virginis Mariæ, Abbas loci illius ad sedem Arvernensis matris Ecclesiæ cum tribus aut quatuor Monachis veniat *, atque cum Canonicis festivæ diei solemnitatem peragat, librasque * incensi in censum persolvat. Dona etiam pro Dei amore et timore Ecclesiæ prædictæ concessa, autoritate nostræ potestatis assignavimus, et sigillo regio confirmavimus: scilicet in eadem villa Ecclesiam quandam in honore SS. Martyrum Agricolæ et Vitalis consecratam; in territorio Brivatensi Ecclesiam unam in honore S. Andreae * consecratam, cum omnibus ad eam pertinentibus; in vico Triniaco Ecclesiam S. Germani Martyris, cum ipso vico et omnibus ad eum pertinentibus; in territorio Fornolensi Ecclesiam cum ipsa villa et omnibus ad eam pertinentibus; Ecclesiam de Bello-Pomerio cum ipsa villa et omnibus ad eam pertinentibus; Capellam de Castello Bullione; in vico Lucidiaco tres Ecclesias cum ipso vico et omnibus ad eum pertinentibus; in villa S. Dommini * duas Ecclesias et medietatem ipsius villæ; in castro de Monte Vasconum (b) Capellam; in villa S. Victoris duas Ecclesias; in territorio Roiensi * Ecclesiam S. Desiderii Episcopi et Martyris; in territorio Lugdunensi, in villa quæ dicitur Floriacus *, Ecclesiam S. Mariæ cum ipsa villa, et omnibus ad eam pertinentibus: et etiam perplura * prædia villarum, terrarum cultarum et incultarum, silvarum, vinearum, aquarum et pascuorum. Quicumque autem aliquam controversiam vel calumpniam * huic donationi inferre præsumpserit, aut * aliquid de prædictis rebus ei Ecclesiæ traditis vel tradendis demere temptaverit, petitio illius irrita nostro præcepto fiat, et Episcopi compatriotæ plenam vindictam fratribus Ecclesiæ illi deservientibus faciant. Habeat

(a) Casæ-Dei Monasterium, quod sanè inter præcipua Galliæ Cœnobîa locum habere meretur, Beato Roberto Ecclesiæ Collegiæ S. Juliani Brivatensis Canonico, suam debet originem. Quo verò anno ædificari incœperit, ex veteribus monumentis sic erui potest: Robertus anno 1043 eremum petiit, ubi transactis aliquot annis, cum multi ad eum confluerent, anno circiter 1046 Monasterii ædificia incœpit. Quo tandem absoluto, anno 1052 (1051), novem sci-

licet post primum secessum annis, ab Henrico primo Francorum Rege obtinuit ut in Abbatiam erigeretur. Mabill. *Act. SS. Ord. S. B. sæc. 6. part. 11, pag. 186.*

(b) Mons-Gasconis, aliis Gauzonis aut Guasconis, vulgò *Mont-Gacon*, leucis circiter sex à Claromonte dissitus, ad ripam occidentalem Elaveris (*l'Allier*) fluvii, ut Bollandiani observant, situs est. *Id. ibid. pag. 196.*

A autem prædicta Ecclesia licentiam adaugendi et aderescendi jussu nostræ majestatis. Et quidquid * rectores ejus in quascumque partes * regni nostri, salvo jure Ecclesiastico, adquisierint*, tam in villis, quàm in prædiis aut aliquibus bonis, firmitate nostræ majestatis signavimus, et tam futura et acquirenda, quàm præterita et adquisita bona tradidimus et autorisavimus (a) *. Præcipimus quoque ne aliquis Laicus aliquam consuetudinem capiendi aliquid in illo loco habeat; neque aliquam molestiam Abbati illi inferre præsumat; sed Abbati omnia disponenda permittat, et sic à nobis jussum esse non discredat. Laudamus * etiam ut, si quis aliquam calumpniam huic traditioni inferre præsumperit, rectores loci illius ad regale suffragium concurrant, salva Ecclesiastica autoritate *, et plenam vindictam recepisse se gaudeant. Hoc autem præceptum ut validiori astipulatione nitatur; annulo * B nostro (b) subterfirmavimus, et Arvernensi Episcopo, et cæteris nostri regni auctorisatione * Episcopis mandavimus. Actum Vitriaco (c) Palatio publicè obtentu domni ac venerabilis Hugonis Nivernensis Episcopi mense Septembri, Luna undecima, Indictione secunda *, ab Incarnatione Domini anno millesimo quinquagesimo (d) secundo, regni Domni et invictissimi Henrici Regis vicesimo primo.

* Id. quicquid
* Id. quacunque parte
* Id. adquisierint
* Id. auctorisavimus

* Id. mandamus
* Id. auctoritate
* Id. annulo

* Id. auctorisare

* leg. quinta, ut est in originali

- | | |
|--|--------------------------------------|
| S. Renconis Arvernensis Episcopi. | S. Erberti Antisiodorensis Episcopi. |
| S. Hugonis Remensis Archiepiscopi. | S. Widonis Cabilonensis Episcopi. |
| S. Mainardi Senonensis Archiepiscopi. | S. Odonis fratris Regis (e). |
| S. Arnulphi Turonensis Archiepiscopi. | S. Willelmi Aquitanensis Ducis. |
| S. Elmunii Augustodunensis Episcopi. | S. Willelmi Normanorum Ducis. |
| S. Aymonis Bituricensis Archiepiscopi. | S. Willelmi Comititis. |
| C S. Roberti Burgundionensis Ducis. | S. Rodulphi Comititis. |
| S. Isembardi Aurelianensis Episcopi. | S. Thebaldi Comititis. |
| S. Hescelini Parisiensis Episcopi. | S. Rainaldi Camerarii (f). |
| S. Adeverti Carnotensis Episcopi. | |

Seguinus Sciolus scripsit ad vicem Balduini regii Cancellarii duodecimo Kalendas Octobris.

(a) In vita S. Roberti à Marbodo Rhedonensi Episcopo, æquali, dicitur Rex Henriens non solum de collatis vel conferendis eidem Monasterio concessionem firmasse, sed et domum Dei, virumque sanctum regis honorasse muneribus.

(b) Anuli vox adhuc adhibita ad designandam sigilli impressionem.

(c) De hoc loco consule suprâ pag. 488, A, et not. a. Vide etiam Mabill. de re Diplom. pag. 340.

(d) Juxta nostrum computandi morem anno MLI; huic enim anno conveniunt omnes notæ Chronologicæ, ut et annus Henrici vicesimus primus. Auctor seu Scriptor hujus præcepti annum incipiebat à vicesima quinta Martii, novem menses et septem dies ante annum nostrum Julianum: Indictionem, cum nonnullis aliis apud Francos, à mense Septembri sumebat. V. l'Art de vérifier les dates, pag. XIX de la dissertation sur les dates des Chartes et des Chroniques.

(e) De Odone vide Tomum nostrum X, pag. 212, 223, 247, 262, 275, 277, 280, 283, et 315.

(f) Addit Stephanotius, qui Diploma illud exscripsit, non eodem modo enumerantur in copiis variis, quo lego. Mabillonius autem: Varius est ordo subscriptionum in variis exemplis, quæ ad manus meas pervenerunt. Apud Baluzium sic enumerantur: S. Aymonis Bituricensis Archiepiscopi. S. Arnulphi Turonensis Archiepiscopi. S. Agoberti Carno-

tensis Episcopi. S. Odonis fratris Regis. S. Renconis Arvernensis Episcopi. S. Roberti Burgundie Ducis. S. Erberti Antisiodorensis Episcopi. S. Willelmi Aquitanensis Ducis. S. Guidonis Remensis Archiepiscopi. S. Isambardi Aurelianensis Episcopi. S. Elmunii Augustodunensis Episcopi. S. Willelmi Normanorum Ducis. S. Mainardi Senonensis Archiepiscopi. S. Hescelini Parisiensis Episcopi. S. Widonis Cabilonensis Episcopi. S. Radulphi Comititis. S. Theobaldi Comititis. S. Rainaldi Camerarii. Seguinus, etc. Tam diversæ enumerationis rationem hanc affert Mabillonius (Annal. Ben. Lib. LX, N. xxxv.) Non dubitem, inquit, nonnullos aliquanto post confectum Diploma subscriptos fuisse. Certè Renco Arvernensis Episcopus, qui Rotberto litteras commendatitias ad Henricum Regem dederat, rei gestæ non videtur interfuisse. Qui hic subscriptus est Hescelinus Parisiensis Episcopus, idem aliis litteris, pro Majori-Monasterio Henrici Regis anno XXI pariter datus, subscriptus occurrit. Idem est Isembertus, qui alio nomine Hescelinus dictus erat, in Gallia Christiana menulosè Humbertus appellatus. Hugo Nivernensis Episcopus senior, cujus obtentu hoc præceptum datum est, optimè affectus erga Monachos, apud quos humari voluit, scilicet in Monasterio S. Mariæ et S. Stephani Nivernensi. Victoriae Palatium, ubi datum Diploma, videtur esse illud, quod in silva Aurelianensi positum erat.

XXII.

Ex Apographo membranaceo.

An. 1052.

Salico cuidam libertatem concedit.

Inter Schedas Joh. Mabillonii.

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Ego Hainricus gratiâ Dei Rex Francorum, notum fieri volo omnibus meis fidelibus tam præsentibus quàm et futuris, quoniam Gausbertus atque Guillelmus et Hugolinus, filii Gaufredi de sancta Maura, adierunt præsentiam meæ majestatis, rogantes ut concederem, per consensum matris eorum Eremburgis et sororis eorum Jaquelinæ, cuidam eorum homini, nomine Salico, donum libertatis. Quod ita et feci more regio, excusso scilicet de palma (a) denario; eo itaque tenore, ut pateant ei ut libero viæ quadrati orbis. Et si quis contra hanc libertatem adsurgere temptaverit, Regi coactus centum auri libras exsolvat; suaque reclamatio irrita in perpetuum maneat. Et ut firma et stabilis permaneat, meo sigillo insignire feci. B

Actum est Aurelianis XVIII Kal. Septembris, anno Incarnati Verbi MLII, regnante Hainrico Rege XXII. Testes Gaufredus Comes Andegavensis, Gricia uxor sua. Gaufredus de Prulliaco, Bartholomæus Archiepiscopus Turonensis, Marchoardus condam Monachus, sed eadem tempore miles, Isenbardus Aurelianensis Episcopus, Gaufredus S. Martini Turonensis Ecclesiæ Decanus, Galerardus miles, Gaufredus filius Roscelini de Baia, Gaufredus C filius Constantini, Johannes, Gausbertus et fratres ejus, materque eorum, Mauricius filius Gerardi cognomine Arimeri, Tetbaudus filius Goscelini de Chinonio, Petrus filius Roscelini, Guscelinus, Haincus Regis Capellanus.

Ego Bauduinus Cancellarius relegendo subscripsi,

XXIII.

Donum à Nivernensi Comite Guillelmo, aliisque Primoribus Ecclesiæ S. Victoris Nivern. factum, confirmat.

Ex Archivis S. Victoris Massil.

An. 1053.

Apud Martenium, Tom. I. Ampl. Collect. col. 434.

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Henricus gratiâ Dei Francorum Rex. Sciant omnes posteri, quæ ad instaurationem S. Ecclesiæ Catholicæ pertinere noscuntur, sine dubio regii culminis statum magnum præparare comprobatur, et non solum statum regni in præsentem corroborat, sed etiam in futuro æternæ retributionis præmium sibi conciliat. Quapropter notificamus omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ filiis præsentibus quàm futuris, quòd majestatis nostræ præsentiam quidam Clericus nomine Belinus adiit, rogans ut privilegio nostræ auctoritatis confirmarem quoddam donum sibi à Nivernensi Comite Willelmo, et quibusdam aliis Nivernensibus Primoribus factum, scilicet in suburbio Nivernensi quamdam Ecclesiam in honore S. Victoris consecratam, antiquissimam videlicet, et ex primis suprascriptæ urbis E Abbatiam primis temporibus locupletem, pluribus dotatam, augmentatam et ditatam, postmodum verò, mundo jam in maligno posito, partim pastoralis incuria desolativè destitutam, partim pessimorum Christianorum barbarie dirutam, et ut veriùs fatear, usquequaque sub impiorum manibus incurvatam

(a) Id genus Diplomatis præceptum denariæ, scilicet ob denarium in manumissione excussum, vocat Marculfus in Lib. 1, formulâ 22. In præcepto Odonis Regis anni 888, eadem manumissionis formula adhibetur: *Servum juris nostri, ait Rex, nomine Albertum,.... manu propria à manu ejus excutientes denarium, secundum Legem Salicam, libertum fecimus, atque ab omni servitutis vinculo absolvimus.* Quod Odo secundum Legem Salicam IX

sæculo, hoc more Regio egit Henricus sæc. XI. Notandum libertatem singulari modo in hoc Henrici Diplomate exprimi his verbis: *ut pateant ei ut libero viæ quadrati orbis.* Formam excutiendi denarium in manumissione propriam Legis Salicæ fuisse legitur in veteribus Chartis. Vide form. vet. Bignonii Cap. 46. Tali modo manumissus, *Denariatus* et *Denarialis* appellabatur.

A et humiliatam. Hanc ex regali dominio, ut multa alia, emancipatam (a), et Comiti Nivernensi beneficiario jure à prædecessoribus nostris regibus traditam, quidam Frotmundus post Comitem habebat, militibus dispertiverat, majus dederat, minus sibi retinuerat. Sic itaque Ecclesia desolata et ad nihilum redacta, pene destruc esse Ecclesiam, nimirum à fundamentis eversa. Deus autem omnipotens Martyris honorem et Ecclesiæ nomen non minui volens, quemdam clericum præelegit, qui ab ipsis cunabulis in Ecclesiæ illius amorem exarsit, ibi in pueritia, ibi in adolescentia, et usque ad perfectam ætatem Deo sub clericali professione militavit, captivatam Ecclesiam quam unicè post Deum diligebat, quoad potuit, adjuvit et auxit, atque ut eam oriens ex alto visitare dignaretur, interminativè oravit et exoravit. Hic assensu Hugonis * Episcopi et Willelmi Comitis supra taxatum B Frotmundum adiit, et ut captivatam Ecclesiam à captivis captivata à captivitate redimeret oravit, et liberalitatem liberè derogatam restauraret ammonuit, ammonendo desudavit; de Dei misericordiâ quod quæsierat impetravit. Igitur, jam dictus Frotmundus amore caritatis intrinsecus tactus, utpote viri venerabilis verbis accensus, Comitem adiit, et ei quod ab ipso habere videbatur, scilicet sancti Victoris Ecclesiam, dereliquit. Comes verò ardorem viri venerabilis adimplendum adjudicavit, hunc advocavit, atque Ecclesiam pro Dei amore et timore, et prædecessorum nostrorum Regum animarum requie dono dedit, nihil pro excambio accepit. Non multò post supradictus Comes auctoritatis nostræ magnitudinem cum jam dicto Sacerdote adiit, et auribus nostris factum istud intimavit, rogans ac multa prece cum Sacerdote exposcens, ut pro animæ meæ requie parentumque nostrorum C donum istud auctorisaremus . . . majestatis confirmaremus. Quorum petitioni libenter acquievimus, et donum, sicut erat, adstipulavimus; statuimus quoque ut ad pristinum statum Ecclesia illa revertatur, et Abbatia restituatur, res atque Ecclesiæ dispertitæ et à pluribus subtractæ supradictæ Ecclesiæ uantur * nostra auctoritate, et nulli sit fas ex ipsius bonis aliquid ulterius diripere vel auferre. Sancientes sancimus, ut quisquis Ecclesiam illam ex nostro beneficio augmentare voluerit, aut aliquid ex antiquitus ereptis bonis restituere, disponente Deo, seu ex propriis . . . liberam habeat in omnibus potestatem per nostræ auctoritatis gratiam. Placuit etiam ut nullus Archiepiscopus, nullus Episcopus, nullus in sancta Ecclesia Præpositus, nullus Dux (b), nullus Comes aut Vicecomes (c), nullæ sæculares personæ potentes vel impotentes, aliquid sæculare in Ecclesia illius Abbas igitur ab omni venalitate Deo D dignus ibi instituat, nullius potentis gratiâ aut voluntate, sed fratrum Deo inibi deservientium electione, non sæculari stemmate generosus inquiratur, non qui sæcularibus sæculariter obligetur, quia * ait, qui invitatus renuit, quæsitus refugit, sacris est altaribus promovendus; sic qui ultrò se importunè ingesserit, et sibi Abbatiam quæsierit, nullo modo ad hoc honoris

* secundi

* f. restituantur

* sicut B. Gregorius

(a) Francorum Reges secundæ stirpis, sæcularibus militibus in Provinciis eorum imperio commissis sitas Regales Abbantias solebant jure beneficiario concedere, ita ut Regem semper Dominum haberent supremum, atque eâ de re in exercitiis sub signis regiis militarent. Majores Domini, Duces nempe et Comites, militibus aliis easdem Ecclesias dabant jure subbeneficiario, eâ scilicet lege, ut in bello secum arma gestarent. *Brussel de usu generali feud. Lib. 1, Cap. 2.*

(b) Provinciarum Præfecti, Duces vel Comites dicti sunt, ratione habitâ amplitudinis: majoribus Provinciis Duces præficiantur; Comites, minores regerant. Rector Provinciæ jus exercebat in milites et exercitus, civilem disciplinam omnemque justitiam administrabat, invigilabat fisco, unde et beneficia Regis nomine conferebat. Comites in civitate et circumposito pago jus dicebant; in tota Provincia Duces. Comitatus dicti sunt, antequàm in hereditariam successionem devenirent; quod accidit maximè Carolo Simplice regnante; tametsi ante eum filii in Comitatus, quos eorum patres administraverant, non rarò succedebant, sed ex regia concessionem, non ex hereditario jure. *Ducis et Comitatus tituli promiscuè sumebantur X et XI*

sæculis; ita ut *Duces* sæpissimè *Comites* seipsos nominent in Chartis, et ab aliis appellentur. *Vide Mezeray Hist. de Fr. Tom. II, pag. 7. Brussel de usu feud. Lib. 2, Cap. 2 et Cap. 7. Mabill. de re Dipl. pag. 634.*

(c) Qui vices Comitis exsequerentur, *Viccomites*. Ut Comites non civitati duntaxat, sed et toti pago civitati adjacenti Præfecti erant, ita et Vicecomitum munus et jurisdictionis in totum pagum porrigebatur. Ab ipsis Comitibus delecti, in ipsorum absentia, judiciis publicis præerant. *Viccomites Provinciarum, apud Anglos, sunt Regis officiales ad Comitatus gubernationem quotannis constituti. Interdum judicis loco funguntur, ad causas scilicet minores, quæ illorum jurisdictioni subsunt; interdum etiam ministrorum et mandatoriorum Regis officium exequuntur. Ita Cowellus. Viccomites in Normannia nostra appellantur judices, qui in minoribus oppidis jus dicunt, Order. Vital. Lib. 8. Eorum jurisdictionis *media justitia* dicitur practicis nostris. Appellatur *Viccomitatus*; cùm *Viaria* et *Advocatione* sæpissimè confunditur. Vicecomitum quidam erant infeudati, id est, Vicecomitatus jure feudali obtinebant. *Vide Brussel de usu feud. Lib. 3, Cap. 1.**

* dignus est digni * sunt. Ecclesia illa ab omni sæculari jugo libera permaneat, nullum . . . A pastorem inibi instituere præsumat, nullus recipiatur nisi quem elegerit fraternitas de Dei misericordiâ unanimis et provida. Habeat itaque jam dicta Abbatia (a) liberam acquirendi vel commutandi facultatem habet aut habuerit, quicquid salvo Ecclesiastico jure adquisierit, salva nostra et Ecclesiæ matris condigna reverentia, inconvulsum, firmum et stabile permaneat. Si quis verò ingerens se Abbas loci illius ad regal plenam vindictam recepturum se non discredat; versipellis autem nihil super hoc proficiat, sed fisco regio centum libras auri persolvat munificentiae auctoritatis semper in Dei nomine obtineat firmitatis vigorem, manu propria subter eam firmanus, et anuli nostri impressione roboramus.

Ego Balduinus Cancellarius relegendo subscripsi. B

* l. IX

Actum est Carisiaco (b) Palatio astante exercitu, anno XXII regni Henrici Regis, Calendas Maias, Luna X *, Indictione VI.

XXIV.

Libertatem dat cuidam Ainardo.

Ex Archivis
S. Martini Tu-
ron.

Apud Martenium, Tom. I. Anecd. col. 183.

An. 1057.

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Ego Henricus Dei gratiâ Francorum Rex. Notum fieri volo omnibus meis fidelibus, quòd Gausbertus Clericus de sancta Maura per absolutionem Gauffridi Comitis, annuentibus C Arenburge matre sua, Hugone fratre suo, Jachelina sorore sua, postulavit, ut concederem pro remedio animæ Willelmi fratris sui nuper defuncti, cuidam suo homini nomine *Ainardo* donum libertatis, quod ita et feci more regio, excusso scilicet de palmo denario (c): eo itaque tenore, ut pateant ei ut libero viæ quadrati orbis. Et si quis contra hanc libertatem assurgere temptaverit, Regi coactus centum libras auri exsolvat; suaque reclamatio irrita in perpetuum maneat. Et ut firma et stabilis permaneat, eam meo sigillo insignire feci.

Actum Turonis XIII. Kal. Februarii, anno Incarnati Verbi millesimo quinquagesimo sexto (d), regni Henrici Regis vigesimo sexto. D

Ego Balduinus Cancellarius relegendo subscripsi.

(a) Hanc Nivernensem S. Victoris Ecclesiam Willelmus Nivernensium Comes an. 1085 subjecit Monasterio Beate Mariæ de Caritate ad Ligerim, subscribente Hugone III Nivernensi Episcopo, ac nepote Hugonis secundi.

(b) Carisiacum, villa Regia clarissima et percelebris per annos ampliùs ducentos, nempe à seculo VII ad noni finem. Iste frequens Regum primæ ac secundæ stirpis curia, complures Episcoporum conventus habuit, aliaque insignia facta celebrata. Fuit olim lis inter eruditos de situ Carisiaci; alii ad Isaram seu Iseram fluvium, in vico qui hactenus *Kiersy* vocabulum retinet; alii ad amnem Saram Seranve statuerunt, eundemque cum Creciaco *Creçy* opidulo esse putabant. Priorem sententiam in primis defenderunt Hadrianus Valesius (*Rerum Francicarum Lib. 25, et in Notitia Galliarum pag. 127*) et D. Mabillonius (*de re Diplom. Lib. 4, pag. 258 et seqq.*) Posterior sententia defensores habet Sirmoudum et Labbeum in Geographica tabula Conciliorum.

Carisiacum Villam Regiam, seu Palatium, locum esse *Kiersi* dictum, eruditus viris demonstratum credimus post Mabillonii dissertationem. Locus ille in aliis atque aliis litteris modò *Cherisiacum*, tum *Chirisiavum*, *Cherisi*, aliquando *Quiersi*, corruptè *Thiersi* dictus est. Carisiacense Palatium ad Isaram supra Noviomagum, in pago Suessionico situm, incendio, vel aliis modis corruptum, et Castellum factum, Radbodus Noviomensium Episcopus obtinuit à Philippo primo; sicque Castellum hujus dominium è manu regia ad Noviomagenses Episcopos fuit translatum.

(c) Eandem formulam manumissionis, et observationes vide suprâ in Diplomate libertatis ab eodem Henrico concessæ anno 1052.

(d) Juxta numerandi morem veterum, qui annum nonnunquam auspicabantur à 25 Martii vel à Paschate; juxta hodiernum verò, anno 1057, ut liquet ex anno regni 26; hic enim annus respondebat anno Christi 1057 ad 20 Julii, quæ dies prima fuit regni Henrici à morte patris.

A

XXV.

Monasterii S. Nicolai Andegavensis foundationem approbat.

Ex Chartulario hujus Monast.

Ex Epitome foundationis S. Nicolai Andeg. Autore Laurentio le Peletier Monacho ejusd. Monast. pag. 9, et apud Labbeum in Miscell. Cur. pag. 574.

B **I**N nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Henricus gratiâ Dei Francorum Rex. Notum fieri cupimus fidelibus nostris præsentibus et futuris, quòd cum ob regni utilitates ordinandas Andegavam* usque urbem descendissemus, fidelis noster atque consanguinitate propinquus Gauffredus* ejusdem civitatis strenuus Comes ad nostræ serenitatis accessit præsentiam, suppliciter deprecans, ut foundationis Monasterii (a) B. Confessoris Christi Nicolai à venerabili patre suo Fulcone inclyto Comite olim inchoati*, sed à se postmodum aliquibus crementis* suppleti*, regiæ auctoritatis nostræ stabilitatem concederemus. Cujus petitioni ob divini cultus venerationem libenter assensum præbuimus, et præcepti nostri scriptum fieri inde præcepimus, per quod foundationem prædicti Monasterii in honorem S. Nicolai consecrati, et universas donationes rerum atque emptiones à fidelibus hominibus factas, sive in futurum justo et rationabili ordine faciendas confirmamus et corroboramus. Atque ut factum istud nostrum in posterum fidelius memoretur, et firmitus conservetur, hanc præceptionis nostræ paginam manu nostra subter firmamus, et sigilli nostri impressione insigniri jussimus.

An. 1057.

* *Labb. Andecavim*
* *Labb. Gauffredus*

* *Labb. inchoatæ*
* *Labb. ornamentis*
* *Labb. suppletæ*

S. Henrici Francorum Regis.

Ego Balduinus Cancellarius relegendo subscripsi.

Actum est hoc apud Andegavam* civitatem publicè anno ab Incarnatione Verbi divini MLVII, Indictione X, Kalendis Martiis in Monasterio sancti Albini, anno quoque regni Domini Henrici Regis XXVI (b).

* *Labb. Andecavam*

XXVI.

Suessionensi S. Mariæ Cœnobio Concessa altaria Confirmat.

D

In Probat. ad Histor. hujus Abbatiae, pag. 436.

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, ego Henricus gratiâ Dei Francorum Rex. Notum fieri volo omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ curam gerentibus, atque omnibus meis fidelibus tam futuris quàm præsentibus, quòd Heddo Suessionensis Episcopus ante præsentiam meam venit, et per deprecationem Ermengardis Abbatissæ sanctæ Mariæ Suessionicæ Ecclesiæ Cœnobii puellarum VI altaria perpetualiter dederit, scilicet altare de villa quæ vocatur Carcerisia*, altare villæ Corciaci, altare villæ Colomellæ, altare Colisiaci villæ, altare verò de villa Bruelii, atque altare de villa Nantoilo, eo tenore ut cunctis diebus prædicta personis attribuantur altaria, tali ratione constanter observata, ut si quælibet persona supradictorum altarium

An. 1057.

* *Chacrise, Corcy, Courmelles, Colloisy, Breuil, Nanteuil-la-Fosse.*

(a) S. Nicolai Cœnobium situm est ad prospectum urbis occidentalem, super ripam amnis Brionelli, in colle à dextris Meduanæ. Hujus loci primum oratorium ab Hucherto Episcopo in honorem S. Nicolai anno 1020 consecratum est. Ejus autor Fulco Andecavorum Comes, cognomento Nerra. Fulcone mortuo anno 1040, Gauffredus Comes cum Agnete uxore, admonitione et consilio Hildegardis matris suæ, pro venia et remissione peccatorum genitoris sui bonæ memoriæ *Fulconis recens defuncti*, Cœnobio S. Nicolai apud Andecavos ab eo fundato, donationes ab eodem factas confirmavit. Anno 1057 Henricus Rex hujus Abbatiae foundationem, rogante Gauffredo, approbavit et corroboravit.

Loci hujus tunc Abbas erat Aderaldus seu Araldus, cujus tempore Gauffredus Comes eidem Monasterio portionem de S. Nicolai Episcopi reliquiss, quas *Hainricus Alamannicæ Imperator ob præclaram strenuitatis ejus famam, et servitia multa ab eo sibi honestè impensa, inter alia munera ipsi dederat, concessit*. Mabill. Annal. Bened. Lib. 58, n. 22. et Lib. 61, n. 5.

(b) Indictio X et annus Henrici XXVI conveniunt anno Christi MLVII hic annotato juxta nostrum computandi morem; unde manifestum est, veteres Francos anni initium aliquando duxisse à Calendis Januarii, aut saltem Martii, non autem semper à 25 hujus mensis aut à Paschate Vide notam in Chartam superiorem.

pro aliquo crimine fuerit damnata, vel cum vitæ officio migraverit defuncta, alia in loco ejus præsentetur, cui Episcopus personaticum ipsorum altarium sine aliqua pecunia tribuat, et sic succedentibus personis ad prædictum locum sanctæ Mariæ Suessionensis puellarum Ecclesiæ jugiter permaneant. Omnem autem justitiam, scilicet in facturam, Vicariam et omnia ad justitiam pertinentia, prædictus locus sanctæ Mariæ Suessionensis puellarum Ecclesiæ sine banno habeat. Si verò fortè ibi in supradictis locis bannus aliquantulo acciderit, Episcopus Ecclesias sine dilatione reconciliet, et numquam pro aliquo foris facto ministerium Dei in ipsis Ecclesiis remaneat; sed cunctis diebus et omni tempore ibi celebretur, et ab eo qui bannum fecerit ab Episcopo requiratur. In supradictis autem Ecclesiis nihil aliud Episcopus requirat vel clamet, nisi tantummodò Synodum et circadam. Ut autem hoc firmum et stabile permaneat præceptum, ego illud meo sigillo insignire feci.

Signum Domini † Henrici Regis Francorum, qui hoc præceptum firmavit in Ecclesia sancti Michaëlis, Dominicâ quintâ post Pascha.

Actum quinto Nonas Maii Suessionis (a), anno humanati Verbi millesimo quinquagesimo septimo, regnante Henrico Rege anno vicesimo septimo (b), Episcopatus autem Domini Heddonis anno quinto. Mortuis eodem anno Rainoldo Comite et ejus filio Widone, et obsessa turre Suession. ab Henrico Rege. Signum Domini Heddonis Suessionensis Episcopi †, qui jussu et precibus Domini Henrici Regis Francorum hoc præceptum firmavit; cui pro elemosina et benivolentia hujus benefacti coram Rege et præsentia Coepiscoporum suorum, Balduini scilicet Noviomensis, et Elinandi Laudunensis Episcopi, atque Gerardi Abbatis S. Medardi, et multorum Clericorum, Monachorum, Laicorum, Nobilium, et omni conventu Sanctimonialium sub eo Deo et sanctæ Mariæ famulantium, Abbatissa in capite et omnes Sanctimoniales promiserunt et in conventionem habuerunt, omnibus diebus vitæ suæ pro eo orare, et omnibus benefactis communibus totius congregationis, tam orationum quàm elemosinarum, memoriam sui, sicut dignum est, fideliter facere, et post ipsius obitum quotannis perpetuò memoriter ac celebriter ejus facere anniversarium, necnon et prædecessorum suorum Episcoporum Suessionensium. Sig. Domni Balduini Noviomensis Episcopi. S. Domni Elinandi Laudunensis Episcopi. S. Domni Gerardi Abbatis sancti Medardi. S. Hattonis Monachi. S. Haganonis Noviomensis Clerici. S. Odonis Monachi de Parisiaco. S. Radulphi Presbyteri Noviomensis. S. Guiberti Monachi. S. Alardi Monachi. S. Raimberti Presbyteri. S. Roini Diaconi. S. Goffidis Diaconi. S. Varneri de Calniaco*, alio nomine dicti Vascellini. S. Roberti filii Comitis Ingelranni. S. Hugonis Pincernæ Regum. S. Balduini fratris ejusdem. S. Hermeri filii Burehardi de Monte. S. Gosfridi Comitis de Britannia. S. Lancellini de Belvagiis in Aurumtu. S. Villermi de Gommet. S. Hugonis* de Castelle-Ham. S. Valterii Pincernæ Regis. S. Odonis Noviomensis. S. Launonis filii Bosonis. S. Villermi Vicecomitis de Couciaco. S. Amalrici nepotis Gerardi. S. Fulconis Archidiaconi Suession. S. Rodulphi Archidiaconi. S. Rocellini Capellani. S. Roberti Diaconi. S. Adæ Sacerdotis. S. Berneri Sacerdotis. S. Hagani Decani S. Petri. S. Goffridi Sacerdotis. S. Theobaldi cognomento dicti boni. S. Bernardi Præpositi. S. Deodati Cantoris.

* de Clamiacoco

* sive Yvonis

(a) Suessionicam urbem tunc temporis obsidebat Henricus Rex Francorum, seditiosos debellaturus, præcipuè verò Comites Rainoldum et filium ejus Guidonem, qui multas vexationes Ecclesiis et incolis inferebant. Comites illi Suession. è stirpe erant Comitum Viromandensium. Beatæ Mariæ Parthenoni præsidebat Ermengardis de Mortuo-mari, filia Gaufredi de Acejo. Multa continet hæc Charta notatu maxi-

mè digna; duos præsertim nota *Pincernas*: Hugonem nempe *Pincernam Regum*, et Valterium *Pincernam Regis*. Cætera consideranda versantur circa Ecclesiasticam disciplinam, interdictum et reconciliationem altarium, Episcoporum jura in Parochiales Ecclesias.

(b) Lege *sexto*, si accuratè numerare volueris. Annus enim regni Henrici 27 solùm à 20 Julii incipiebat.

A

XXVII.

Abrogat injustam consuetudinem in civitate Aurelianensi.

Ex Chartulario Aurelian.

Apud Acherium, Tom. VIII. Spicil. pag. 156.

An. 1057.

IN Christi nomine ego Hainricus gratiâ Dei Francorum Rex. Notum volo fieri cunctis fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, tam præsentibus quàm futuris, qualiter Isembardus Aurelianensis Episcopus, cum Clero et populo sibi commisso, nostram serenitatem adiit, conquestionem faciens super quadam injusta consuetudine quæ videbatur esse in ea urbe, videlicet de custodia portarum, quæ custodiebantur, et claudebantur civibus tempore vindemiæ et de impia exactione vini quam faciebant ibi ministri nostri; obnixè et humiliter deprecans, ut illam impiam et injustam consuetudinem sanctæ Dei Ecclesiæ, et illi, Clero et Populo, pro amore Dei et pro remedio animæ nostræ et parentum nostrorum in perpetuum perdonarem. Cujus petitioni benignè annuens, perdonavi Deo, sibi et Clero et populo supradictam consuetudinem et exactionem perpetualiter: ita ut nulli ampliùs ibi custodes habeantur, nec portæ, sicut solitum erat illo tempore toto claudantur, nec vinum cuilibet tollatur, nec exigatur; sed omnibus sit liber ingressus et egressus, et unicuique res sua jure civili et æquitate servetur. Hæc autem perdonatio ut firma et stabilis in perpetuum permaneret, hoc testamentum nostræ auctoritatis inde fieri volumus, subterque sigillo (a) et annulo nostro firmavimus.

Signum Isembardi Aurelianensis Episcopi: Sign. Henrici Regis: S. Gervasii Remensis Archiepiscopi: S. Hugonis Bardulfi: S. Hugonis Buticularii: S. Henrici de Ferrariis: S. Malberti (b) Præpositi: S. Hervei (c) Viarii: S. Herberti (d) Subviarii: S. Gisleberti Pincernæ: S. Jordanis Cellarii.

Balduinus Cancellarius subscripsit.

Datum Aureliæ publicè VI Nonas Octobris, anno ab Incarnatione Domini millesimo quinquagesimo septimo, Henrici verò Regis vigesimo septimo (e).

(a) Attendendum hic sigillum simul cum annulo adhiberi ab Henrico ad Diplomatis confirmationem.

(b) Præpositus, judex pedaneus, minor judex in pagis, qui Ballivo subest, et cujus appellationes ad eundem Ballivum devolvuntur, vulgò *Prévost*. Præpositi iidem qui *Advocati* et *Vicedomini* Ecclesiarum Cathedralium et Monasteriorum, in Concilio Mogunt. Cap. 50 et Remensi II, Cap. 24. Varia fuit pro variis locis Præpositorum judicium conditio. Interdum à Scabinis ad eos appellationes deferuntur: alibi cum Scabinis judicant: juratorum causas cognoscunt. Consulendus hanc in rem D. *Brussel* Tract. de usu feud. Lib. 2, Cap. 33.

(c) Viarium vulgò dictum plerique eum putant cujus jurisdictio potissimum sit in viis te-

nementorum suorum; idque eruunt ex aliquot consuetudinibus municipalibus, præcipuè ex Ambianensi art. 184. At præcipua Viariorum justitia non in viis tenementorum suorum, sed in aliis quamplurimis juribus consistebat; Viarios enim de minoribus causis cognovisse recensent variae passim consuetudines, ubi de inferiori justitia agunt. Unde patet Viarios (*les Foiers*) eadem quæ Vicarios (*les Viguiers*) jura exercuisse. Ex Regesto Joannis *Sarraza*, apud D. *Brussel* Lib. 3, Cap. 4. cognosces quæ fuerint jura Viarii Parisiensis.

(d) Vicarius scilicet erat *Herbertus Viarii Hervei*.

(e) Annus Henrici vigesimus septimus à 20 Julii anni 1057 incœptus erat.

*Ex Chartario
Fossatensi.*

Corboilensium Comitum jura in Fossatense Monasterium,
adhibitâ modificatione, confirmat (a).

Inter Schedas Joh. Mabillonii.

Impr. apud
Gerard. Du-
bois, Hist.
Eccles. Paris.
Tom. I, pag.
659.
An. 1058.

IN nomine Dei æterni et Salvatoris nostri Jesu-Christi, Henricus Dei cle-
mentiâ Francorum Rex. Constat nosse universorum Christicolarum sol-
lertiam, quòd ea quæ in sancta Dei geruntur Ecclesia, scripturarum testi-
moniis confirmari debent, ne iniqui pervasores occasionem inveniant in-
vadendi quod sponsam Christi oportet absque cujusdam contradictione
possidere. Hoc ergo ideò dicimus, quia notum fieri volumus cunctis per
quatuor climata mundi degentibus, quòd quidam noster miles, Guillelmus
nomine, Castri Corboli * suggestit nobis, ac deprecatus est nostram ele-
mentiam, ut ei concedere dignaremur ea quæ quondam bonæ memoriæ
Comes, Burchardus nomine, in Cœnobio sanctæ Mariæ, sanctique Petri
Apostoli Fossatensis Ecclesiæ temporibus avi nostri Hugonis Francorum
Regis habere videbatur. Nos verò licet invicti agamus, hujus tamen nostri
præcepti auctoritate manifestamus, quomodo vel qualiter ei concedimus. Ut
enim à nostris majoribus comperimus, jam dictus Comes Burchardus nihil
aliud ab avo nostro jamdicto Hugone de ipso loco habuit, neque tenuit,
nisi ut providentiam atque defensionem adversus hostes et inimicos sanctæ
Dei Ecclesiæ atque pervasores prædiorum ipsius loci haberet; et ut ipsum
locum sublimare atque ditare terrarum suarum beneficiis atque possessioni-
bus liceret. Eadem ergo ratione præscripta Guillelmo concedimus, ut
numquam deteriora vel inutiliora * aut pejora, sed similia, aut certè me-
liora ipsi Deo dilecto * loco facere liceat. Prohibemus quoque hac nostra
auctoritate, cunctisque sciendum manifestamus, ut nullomodo aliud ei
ibidem agere liceat, nec quicquam invadere amplius præsumat, nisi quod
hîc descriptum habetur, non Abbatem mittere aut ordinare, neque à nobis
missum projicere *, nec donum Abbatiae cuiquam dare; quia hoc Apostolica
auctoritate omninò excommunicatum atque damnatum novimus, ne * um-
quam quisquam * Rex Francorum ipsam Abbatiam venundare aut dare, aut
in beneficio tribuere valeat alicui, neque ullus requirere, nec recipere
audeat, sed usque in ævum Apostolicalis atque regalis Abbatia existat. Sta-
tuimus etiam per hos nostros regales apices, ne terras Sanctuarii * Dei ipsi
loco pertinentes tyrannica fisis dominatione sibimet invadere præsumat,
nec accolas terrarum crudeliter opprimat, nec illa * quæ eorum sunt eis
auferat, nec ornamenta ipsius Ecclesiæ in sua potestate redigat, nec au-
rum, nec argentum, nec equos, nec quicquam quæ illorum sunt, ab ipso
loco per violentiam aut aliquam machinationem vel malum ingenium aufe-
rat, nec requirat; nec ulla molestias ibidem adveniens, nec ullus suorum
servis Dei inferre præsumat, nec convivia sibi * præparare jubeat: sed, sicut
ego facio, illuc accedens sanctorum patrocina deprecaturus, humiliter ac-
cedat. Si verò caritatis gratiâ aliquid ei à fratribus oblatum fuerit, humili
mente cum gratiarum actione suscipiat: sin * aliter, nihil requirere præsumat.
Quòd si aliter agere superbus diabolo sibi suadente præsumperit, et hanc
nostram auctoritatem superbiâ inflatus infringere aut evertere tentaverit, no-
verit absque dubio hanc ipsam dominationem sibi * à nobis concessam ab eo
auferri, et nostro dominio, ut ante fuit, restitui. Si autem postmodum eum-
dem locum ausus fuerit inquietare, excommunicetur perpetua damnatione
ab Abbate et à cunctis Monachis ipsius loci, et ab universis Archiepiscopis

* al. viliora
* al. dicto

* al. proponere
* al. nec
* al. additur
prosequatur

* al. servorum

* al. ea

* al. deest
sibi

* al. seu

* al. sic

(a) Landrico Fossatensi Abbate, Guillelmus Comes Corboilensis petierat ab Henrico Rege, ut eam haberet potestatem in Monasterium Fossat. quam olim habuerat Burchardus Comes: ægrè Rex illius rogationi subscripsit, sed adhibitis quibusdam conditionibus, quibus illa Comitum Corboilensium potestas coercetur; in suis

enim litteris Rex exponit disertis verbis, quæ fuerint Burchardi jura in hoc Monasterium, ea scilicet spectasse defensionem, neque illum alia sibi vindicasse, quæ ad regimen Monasterii, aut bonorum possessionumque administrationem, nedum invasionem pertinerent.

A atque * Præsulibus totius Galliæ : et insuper , si non resipuerit , ab Apostolico * sanctæ Romanæ Ecclesiæ , quo usque ad satisfactionem et emendationem ante altare et Sanctorum patrocinia * Monachorumque ibi degentium placitum * veniat. Si verò post nostri corporis dissolutionem hæc transgressus fuerit , obsecramus nostros heredes , cunctosque nostri regni successores , ut ipsi sancto loco fratribusque Monasterii adjuutores et defensores existant ad hæc perpetualiter observanda , quæ hic inserta continentur. Ob hoc denique Abbati Landrico fratribusque ipsius loci hoc nostrum præceptum fieri iussimus , ut per eum omnem occasionem aliquid injustè invadendi à jam dicto viro expelleremus , et ut pro nobis * successoribusque nostris , qui eis adiutorium et defensionem in hac re præbuerint , multò devotiùs atque attentius exorare delectet. Et ut hæc nostra auctoritas à nobis nostrisque successoribus perpetuò incorrupta conservetur , manu propria firmavimus , et anuli nostri impressione signari iussimus.

Signum Henrici gloriosi Francorum Regis.

Balduinus Cancellarius recognovit.

Actum Parisius civitate anno Incarnati Verbi MLVIII , Indictione XI , in Dei nomine feliciter , amen , die tertio Kalendas Julii.

XXIX.

Monasterio S. Germani à Pratis (a) confirmat altaria ipsi ab Imberto Paris. Episc. concessa.

Ex Chartulario.

C

Apud Bulliardum in Probat. ad Hist. Abb. S. Germani, p. 28.

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Ego Henricus gratiâ Dei Francorum Rex. Cùm in * exhibitione rerum temporalium quas humana religio divino cultui famulando locis sanctorum et congregationibus fidelium ex devotione animi largitur tam præsentis quàm perpetuæ vitæ solatium , ut jam pridem multis expertum est inditiis , adquiratur , saluberrimus valde et omnibus imitabilis est hic fructus primitivæ virtutis , scilicet karitatis , per quem et mundi adquiritur tranquillitas et felici remuneratione æterna succedit felicitas. Innotescimus ergo industriæ præsentium et solertiæ futurorum sanctæ Matris Ecclesiæ fidelium et nostrorum , quòd accesserit ad serenitatem nostri animi Adraldus Abbas Monasterii sancti Vincentii et sancti Germani in suburbio Parisiacæ urbis siti , suppliciter rogans et obnixè postulans , quatinus altaria trium villarum , scilicet Villæ-novæ * , et Cumbis (b) , et Antoniæ * , quæ sibi Imbertus Parisiacensis Episcopus perpetualiter concesserat , nostra auctoritate firmaremus. Nam licèt ei Clericorum suorum et insuper synodali astipulatione quantum poterat corroboraverit , parva tamen sibi videbatur Episcopalis et synodalis auctoritas , nisi nostra regali auctoritate et munificentia esset favendo subnixâ. Jubendo ergo præcipimus et præcipiendo jubemus , ut quod Ecclesiæ Synodali donatione est impensum , nostra liberalitate et præcepto fiat inconvulsum. Nostri enim patris ac prædecessorum * nostrorum auctoritas erga prædictum locum tanta condescensione , in quibuscumque necesse fuit , annuit , ut nihil * pene foret quod à nostra magnificentia et munificentia impetrare non posset. Nam Monasticus ordo in eo loco constitutus divino cultui in tantum est mancipatus , ut potius debeat bonorum

An. 1038.

* in Cartul. deest in

* Villeneuve S. George * Antoni

* in Cartul. prædecessorum

* in Cart. nihil

(a) In Monasterio S. Germani à Pratis Wilhelmo Abbati Adraldus jam successerat anno 1030, quo anno Robertus Rex , interpellante Adraldo seu Adraudo Abbate, injustas consuetudines, quas Drogo Comes advocacionis specie in Villis Abbatæ S. Vincentii et S. Germani extorquebat, omninò abrogavit, præterquam in quatuor villis, scilicet Neelfita, Firmerii-curte, Lovaniolis et Domerii-monte, quas Rex ei beneficii jure concessit. Idem Rex anno sequenti, id est anno 1031, ejusdem Adraldi Abbatis rogatu, Pratensi Monasterio attribuit Viariam Antoniacam, quam Warinus miles occupaverat. Ad

hæc idem Abbas cum fratribus suis, ad supplementum victus Monachorum, ab Imberto Parisiensi Episcopo impetravit altare S. Georgii Martyris in Villa-nova præter Synodum et Circadam, annuentibus Archidiaconis. Mabill. Annal. Bened. Lib. 56. n. 94. Hæc omnia auctoritate regia confirmat Henricus hocce Diplomate.

(b) Coulaville in Bria, altare illud primo S. Victoris Abbati Gilduino concessum ab Episcopo Paris. Stephano, regnante Ludovico VI. Incertum est quantum temporis penès Abbatiam San-German. permanserit.

* *ibid.* judi-
tium

incrementis augeri, quàm aliquo detrimento mutilari. Et ut hujus conventionis scriptum nostræ voluntatis et præcepti habeat evidens indicium *, manu propria firmavimus, et sigilli nostri impressione signare præcepimus. Et si quis huic astipulationi occurrendo obviare præsumpserit, auri libras centum fisco nostro componat, insuper et sua calumpnia irrita imperpetuum maneat.

* *ibid.* Parisius

Actum Parisiis * civitate publicè, anno Incarnati Verbi millesimo quinquagesimo octavo, regni verò Henrici gloriosissimi Regis XXVIII.

Balduinus Cancellarius scripsit et subscripsit.

XXX.

Ex Chartulario.

Monasterio S. Germani à Pratis Ecclesiam Drocarum concedit.

Ibid. pag. 29.

An. 1058.

CUM in omnibus diffinitionibus idonea sint adhibenda testimonia, necesse est tamen, ut unaquæque justa et rationabiliter diffinita ratio ita roboretur scripturarum testamentis, ne deinceps calumpniari possit ullius falsitatis figmentis. Unde ego Henricus Dei gratiâ regia dignitate sublimatus, omnibus cognitum esse volo Dei et sanctæ Ecclesiæ fidelibus, præsentibus scilicet ac futuris, præcipuè autem successoribus meis, ante cujus conspectum hujus nostri decreti contigerit devenire statutum; quoniam cum in obsidione cu-

* *al.* Tillerias, *Tilliers*

jusdam (a) Castri, *Timerias* * nuncupati, moraremur, adierunt præsentiam nostri conspectûs duo fratres ex Monasterio sancti Vincentii nec non sancti

* *al.* missu, *ut in Cart.*

* *al.* Adraldi *in Cart.* Albaldi

Germani jussu * Abbatis Alradi * et omnium fratrum sub ejus regimine degentium humiliter obsecrantes, quatinus quamdam Ecclesiam perpetualiter possidendam concederemus ad supplementum victûs Monachorum in eodem Monasterio Christo servientium. Est namque præfata Ecclesia in Castro, Drocas nuncupato, sacrata in honore sancti Martini. Quod pietatis opus

* Drocarum

negare non bonum duximus. Concessimus autem Ecclesiam prædicti * Castri cum omnibus consuetudinibus et justitiis illius terræ, quæ sub nostro dominio habebantur, Deo et sancto Martyri Vincentio, beato quoque præsuli Germano ad supplementum victûs servorum suorum, videlicet Monachorum, perpetualiter possidendam; et jussimus tale scriptum regiæ auctoritatis fieri, quatinus Monachi sancti Vincentii et sancti Germani prædictam Ecclesiam cum omnibus consuetudinibus et justitiis illius terræ, quæ sub

* *al.* Falbaldi

nostro dominio habebantur, teneant et possideant amodò et in perpetuum, annuente Alberto filio Falbaldi *, atque Isualdo de Maurivillare, nec non etiam Morino de Trembleia, in quorum dominio supradictæ res nostra datione *, hætenus manserunt, gratia societatis et beneficii Cœnobii prædictorum * sanctorum quod acceperunt ab Abbate Araldo et Monachis *

* *al.* donatione

* *in Cart.* supradictorum

* *in Cart.* Monacho

* *al.* quatenus

* *al.* supradicto

ejusdem loci. Eo autem tempore concessit jam dictus Morinus, quatinus * omni anno exinde persolvant sibi V solidos. Quòd si eidem Morino divina propitiante elementia, contemptis sæcularibus curis habitum Monachilem sumere libuerit, aut alicui suo heredi, indulto pretio suprascripto *, in Cœnobio supradictorum sanctorum sociabitur Deo servientibus. Concedimus etiam quoddam pratium, quod vulgari appellatione pratium Archiepiscopi vocitatur. Ut autem hujus nostræ donationis privilegium firnum sit,

* *in Cart.* infringere

* *al.* damnatur

et in perpetuum stabile permaneat, manu nostra subterfirmavimus, et amicis nostris firmandum tradidimus. Si quis autem contra hoc surgens refringere * conatus fuerit, cum Juda traditore æterna dampnetur * ultione.

* Tillerias

Actum publicè in obsidione Castri quod vocatur *Timerias* *, regnante

(a) Ad annum 1058 perseverabat bellum inter Henricum Francorum Regem, et Willelmum Ducem Normannorum, cujus Castrum *Tillerias* (*Tilliers*), hoc ipso anno Rex obsedit; quod Castrum situm est ad Arvam (*l'Aure*) fluvium, in Franciæ Normanniæque confinio, Comitivæ titulo insigne, quod jam ante Henricus sibi dedi, ac everti jusserat, sed Willelmus denuò restauraverat. In ea obsidione constitutum Re-

gem jussu Adraldi Abbatis adiere duo Pratenses Monachi, rogaturi ut sibi Drocarum (*Dreux*) Ecclesia, S. Martino sacra, ad supplementum victûs concederetur. Castrum *Drocæ* est in finibus Carnutenis. Petentibus annuit Rex, conceditque Ecclesiam prædicti Castri cum omnibus consuetudinibus et justitiis illius terræ, quæ regii juris erant. *Mabill. Annal. Bened. Lib. 61, n. 21.*

A Henrico anno (a) XXVIII regni ejus. Signum Henrici Regis. Sig. Imberti Præsulis (b). Sig. Mainardi Præsulis. Sig. Fulconis Præsulis. Sig. Theobaudi Comitis (c). Sig. Radulfi Comitis. Sig. Rotroldi Comitis. Sig. Gastonis Militis. Sig. Isnardi * Militis (d). Sig. Simonis de Monteforti (e). Sig. Goffredi Militis de Neella (f), etc. Nomina Monachorum, Radulfus, Robertus, Norbertus Ansculfus. Testes eorum, Fromundus Parisiacus, Drogo Cornutus, Henricus de Monte, Genselinus, Constantinus servientes.

Ego Balduinus Cancellarius manu propria subscripsi, agente anno Dominicæ Incarnationis millesimo quinquagesimo octavo.

XXXI.

B Dat Villas quasdam Cœnobio Hasnoniensi, multaue ipsi donata confirmat.

Ex Abbatia
Hasnoniensi.

Ex Hist. Camerac. Autore Joanne le Carpentier, inter Probat. p. 7.

C IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Ego Henricus Dei gratiâ Rex Francorum, sedulâ cogitatione recolens Christi sponsam pio obsequio venerari in terris, notum fieri volo omnibus tam præsentibus quàm futuris, quòd Cœnobio (g) Hasnoniensi in honorem Petri Apostolorum Principis fundato, do regali munificentia Villas Hertinium, Rulmegeias, et fiscum de Petrifonte, et confirmo eidem Cœnobio Villam Axinium super fluvium Scaldim, Villam Waverchinium in pago Ostrebanto, Mansos plures in Scaldinio in eodem pago, Villam etiam Auchiacum super Vellulam in Comitatu Tardanensi, etc. à primogenitoribus meis Franciæ Regibus concessas. Actum Cameraci feliciter in S. Mariæ Templo, V Aousti An. D. J. MLVIII. An. regni H. XXV (h), in præsentia Præsulum et Militum multorum. S. Henrici Regis. S. Philippi Regis pueri. S. A. Reginae. S. Mainardi Archiepiscopi Senonensis. S. Liotberti Cameracensis, Guidonis Ambianensis, Balduini Noviom. Guillelmi Engolismensis, Helinandi Laudunens. Eusebii Andegavensis Episcoporum. Signum Rodulphi Comitis, Reinaldi Camerarii, Albrici Connestabularii, Willelmi Seneschalei, Hugonis Buticularii, Roberti Coci. Signum Balduini Comitis Flandr. Thiotebaldi de Montmorenci, Guidonis Comitis Ponthivensis, Ursionis Mellidunensis Vicecomitis, Enguerrani Comitis, Roberti Atrebatum Advocati, Amolrici de Montfort, Gozelini de Heillis, Frolandi de Meulent, Cadelonis de Bielmont; Thiobaldi de Monchis, Burcardi de Montecorneto, Odonis des Anglures, Ivonis de Coucy, Mingoldi de Monteacuto, Theodorici de Roia, Herifridi de Haughesi, Bernerii de Liberimonte, Gileberti de Dova, Wasconis de Torota, Reginaldi de Nigella, Anselmi de Savodio (de Saveuse), Assonis de Rambores, Huardi de Bellovallo (Beauval), Balduini de Crispiaco, Alelmi de Crepicordio, Balduini de Wallincorte, Roberti de Bellomanso, Teduini de Bethunia, Setdaldi de Renty, Hubaldi de Croisillis, Mardi de Cameraco, Heluini de Calvimonte, Imberti de Kreki, Willermi de Colreto, Alielmi de Bellovisu (Beauvevoir), Itheri de Marka, Isembardi de Calceaja, Rogeri de Divions, Ubaldi de Montigniaco, Widonis de S. Auberto, Reginaldi de Boheng, Walteri de Guisia, Ursionis de Humieres, Walteri de Cimajo, Wedrici de Maillis, Gossuini fratris Comitis de Peronâ, Militum, et aliorum multorum fidelium publicè astantium.

An. 1038.

(a) Legendum anno XXVIII. Putat Labbeus in Chronologia Historica fortè pro XXIX legendum XXXI, nimirum ab Henrici coronatione.

(b) Apud Gerard. Dubois Hist. Paris. Eccles. Tom. I, pag. 657. idem Diploma referentem post signum Imberti, legitur, signum Ademiti Præsulis. In Cart. vero S. Adenti Psul.

(c) Ibid. post Theobaud. Comit. sign. Ingenulfi Pincernæ. Sign. Alberti filii Rebaldi.

(d) Ibid. Sign. Fulconis Præpositi. Sign. Ruperti Rufi.

(e) Ibid. Sign. Hugonis Bardulfi. Sign. Guillelmi militis de Gometh.

(f) Ibid. Sign. Raïmberti militis; post quem in Cartul. adduntur nomina Monachorum.

(g) De hoc Cœnobio quid dictum sit consule hujus Volum. pag. 108 et seq.

(h) Notæ Chronologicæ minimè sibi constant in edito hoc Diplomate: annus enim 1038, et mensis Augustus, non 23 Henrici, sed 28 indicant. Philippus Rex dicitur, secundùm usum temporis, ubi Regum filii, dicebantur Reges: nam si Rex coronatus intelligatur, annus Incarn. 1039 et regni Henrici 29 essent suffiendi. Attendendum Annæ Reginae signum; et maxime considerandus est frequens cognominum usus.

*Ex Schedis
Mabillonii.*

Monasterio Fossatensi quasdam perdonat consuetudines (a).

Circa an.
1058.

Ex Fossatensi Chartario.

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Patris et Filii et Spiritûs sancti. Ego Henricus Francorum Dei gratiâ Rex, notum esse volo præsentibus ac futuris, quia meam adierunt præsentiam Monachi Fossatenses, meque petierunt, quatenus eis perdonarem consuetudines de bobus, de carne, quas mei ministri in Mosyniaco et in Curciolis injustè, et per vim rapiabant. B Quod et feci; ita ut amodò nemo meorum servientum in his duabus villis aliquid accipiat, neque rapiat ullam omnino rem, neque intus per violentiam intrent. Quòd si fecerint, aut emendent, aut corripiantur. Quòd si mei cocci carnem accipere voluerint in campis, si invenerint, accipiant et emant: in villis verò nequaquam intrent. Istam concessionem pro remedio animæ meæ feci, annuente mea conjuge (b) Anna, et prole Philippo, Roberto ac Hugone. Quam si quis infringere voluerit, viginti auri libras componat.

Actum Meleduno, IV Idus Julii

Pro Trenorciensi Monasterio antecessorum suorum præcepta confirmat.

*Apud Chiffletium in Probat. ad Hist. Abb. Trenorciensis, pag. 312.
et inter Probationes Novæ Historiæ Trenorciensis, pag. 126.*

An. 1059.

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Henricus divina præordinante clementia Rex Francorum. Si cultis et Deo dicatis locis, ob remedium et salutem animarum nostrarum, conferre cupimus, non solum temporalem credimus nobis augmentari dignitatem, verum etiam recepturos nos in cœlis haud dubitamus mansionem. Quapropter noverit omnium sanctæ Dei D Ecclesiæ fidelium tam præsentium quàm futurorum sollertia, quoniam adiit nostræ celsitudinis clementiam Guillelmus (c) humilis Abbas, humiliter supplicando efflagitans, quatinus præcepta, quæ antecessores nostri, Francorum scilicet Reges, sanctæ et intemeratæ Virgini Mariæ sanctoque fecerant Philiberto Confessori præcellentissimo, jam prænotato Abbati omnibusque Monachis ejus nutu subditis præcepto nostræ auctoritatis corroborarem, pro Dei sanctorumque omnium amore, atque pro salute animæ meæ, conjugisque meæ Annæ, filiique nostri Philippi Regis, necnon et perpetua prosperitate nostra, ac statu regni nostri. Quorum petitionibus annuentes, concedimus jam prælibato Abbati Abbatiam sancti Valeriani Martyris, quæ est sita in pago Cabillonense, super fluvium Sagonnam, qua ipse corpore quiescit; Castrum quoque Trenorchium, quod est ex jam dicta Abbatia, nec E non et omnes res, quæ olim à fidelibus Christianis prædicto Martyri collatæ fuerunt; Tornucium quoque villam, cum omnibus ad se pertinentibus vicis et villis, scilicet Lambras, Balenatam *, Morineas, Plotas, Costaldas, Villanova *, Manciacum, Pistriacum *, Briana, Lovincum * cum adjacentiis suis, quæ sita est in confinio Episcopatum trium, scilicet Vesoncionensis, Lugdunensis et Cabillonensis; et Bisiacum villam, et Bodellam,

* *Bellené*
* *Villemoz*
* *Presti*
* *Loüan*

(a) Cui Rex consuetudines de carnibus bovinis, quas ejus Coqui in quibusdam Fossatensium villis exigebant, remitti jubet, annuente ejus conjuge Anna, ac filiis Philippo, Roberto et Hugone.

(b) Observa consensum Annæ Reginae, nec non

filiorum Regis, adhiberi in ista concessione.

(c) Interfuit Coronationi Regis Philippi Remis, Guillelmus de Jaliniaco Abbas Trenorciensis; ibique à Rege Henrico privilegium Abbatiae suæ impetravit amplissimum, datum die ipsa celebritatis, et à Regibus signatum.

A et Caprosium , sanctumque Benignum , in Episcopatu positas Lugdunensi , cum aliis Ecclesiis his pertinentibus in eodem Episcopatu ; et in Episcopatu Maticensis Ecclesiæ Ecclesias cum villis , Ulchisiacum * , Atziacum * , Campanias , Lennam , cellam sancti Romani cum quinque Ecclesiis : et in ipso Episcopatu Ecclesiam sanctæ Mariæ , Belnadum * vocatam , et aliam nomine Li * ; et in Comitatu Arvernensi , Monasterium Tresal , cum una parochiali Ecclesia : et cellam sancti Porciani , cum decem Ecclesiis , et omnibus sibi pertinentibus exeniis * ; et in pago Vellavensi Monasterium Godit * , cum Ecclesiis sibi pertinentibus , sanctique Mauricii locum Vallis * Ambli-
 B villis et Ecclesiis septem. In Episcopatu Andegavensi , Ecclesiam sanctæ Mariæ , vocabulo Conaldum * , cum Ecclesiis et villis sibi pertinentibus , Tasiacum , Madernas , Fabricas , Bernezacum , Ponciacum , Loriam , Taren-
 C esse ; et ut prædictus locus caput sit omnium suprascriptarum rerum , et super omnia quæ aut à nobis aut à fidelibus nostris amodò collata fuerint. Igitur memorato loco omnes res suprascriptæ deserviant , et sint in usibus Monachorum et necessitatibus pauperum. Præterea licentiam damus eidem Congregationi , de se semper eligendi Abbatem secundum S. Benedicti regulam , sicut et alii Reges nostri antecessores fecerunt. Annale quoque mercatum per dies quatuor , tribus temporibus anni concedimus ; in festivitate sanctorum Petri et Pauli Apostolorum , et in Nativitate sanctæ Dei Genitricis Mariæ , et in festivitate S. Martini Episcopi et Confessoris ; et teloneum ipsius mercati. Volumus quoque ut à nulla impediatur judiciaria potestate.
 D Concedimus quoque eis immunitatem sexcentorum solidorum , quam Karolus Imperator et cæteri Reges post ipsum concesserunt : cujus immunitatis infractor sexcentorum solidorum fore culpabilis judicetur. Erogamus itaque luminaribus ipsius Ecclesiæ totum quicquid exinde sperare potuerat jus fisci nostri. Jubemus itaque ut nullus nostrorum vel successorum , Dux , Comes , seu Vicecomes , aut Vicarius , aut Missus discurrens , in prædicta immunitate , aut Monasterio à nobis et antecessoribus nostris collata exquirere , aut mansionaticum , aut parafredum * , aut eulogias præsumat : neque horum quippiam ab eorum servis , colonis , seu Francis super eorum terram commanentibus exigere in publicis mercatis , sive de fratrum negotiis , sive de suis , teloneum aut ullam exactionem : neque in mari , sive in Ligeri fluvio , aut Rhodano , seu Sagonna , aut Dou , vel cæteris fluminibus navigantibus , aut littoribus commorantibus exigere audeat aut præsumat , aut navaticum , aut sospitaticum , aut salutaticum * , aut portaticum , neque in terra rotati-
 E cum , neque in tabernis ullam exhibitionem. Præcipimus quoque nostra regia auctoritate , ut nemo Antistitum , vel Comes , aut aliqua Laicalis potestas , in præfato loco placitum constituere aut tenere audeat. Unde hoc nostræ altitudinis præceptum fieri prædicto Abbati Guilhelmo jussimus ; per quod ipse sique successores memoratas res quas modò concedimus , et de præterito concessimus , ritu perpetuo teneant atque possideant. Sciatque se , infractor hujus concessionis , reum à Deo in gehenna dampnari , nostraque se sciat omninò gratia privari quamdiu non cessaverit calumpniari. Et ut hoc nostræ auctoritatis præceptum inviolabile permaneat , sigillo nostro insigniri jussimus.

* Huchisi
 * Azé
 * Bonay
 * Lis

* donis , seu oblatioai-
 bus
 * le Prieuré du Goudet
 * la Voute
 * Donzere
 * Nermouétier
 * Loudun

* Cunaud

* Dée ou Grandlieu

* Busseuil

* Talger

* Monetarios

* equum ag-
 minalem

* jus exigen-
 di salutem et
 sospitatem

Signum HEYNRICI Regis.

Signum PHILIPPI Regis.

Actum Remis civitate, in Pentecosten festivitate, et in Maio mense. Scriptum manu Guilhelmi ad vicem Balduini regii Cancellarii regnante Domino gloriosissimo Henrico, anno XXVIII (a), et I. C. N. T. O. I. Domini 8 LVIII. Coronato eodem die Philippo Heynrici Regis filio.

XXXIV.

An. 1059.

Confirmat donationem Alberti viri nobilis factam Monasterio S. Petri Carnotensis.

Inter Fragmenta D. Estiennot, pag. 314. Ms. Sangerman. n. 574, et in Tom. II, Antiq. Gall. Chr. pag. 487.

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Ego Henricus gratiâ Dei Francorum Rex. Cùm regalis solium dignitatis multiplex virtutum cultus exornet, liberalitas tamen et munificentia inter has præcipuum locum tenet, quarum effectus multorum necessitatibus condescendat et justorum petitionibus satisfaciât. Notum sit ergo omnibus sanctæ Matris Ecclesiæ fidelibus, et nostris tam præsentibus quàm et futuris, quòd quidam meus fidelis Albertus nomine, filius scilicet Ribaldi nobilissimi viri, nostræ serenitatis adiit præsentiam, rogans et obnixè postulans, ut regali pietate nostræ munificentiae assentando suis precibus aurem inclinare dignaremur, quatenus, quod Deo inspirante maturabat implere, nostræ liberalitatis assensu ad effectum ducere quivisset; videlicet ut quamdam Ecclesiam (b), quam pater ejus fidelis noster Ribaldus in honore Beati Germani Altisiodorensis Episcopi Cœmentariorum opere in Bruerolensi vico pro salute animæ suæ construxerat, regiâ quidem voluntate, liceret ei dare beato Petro Apostolorum Principi et Monachis sibi famulantibus in Cœnobio quod situm est non longè à mœnibus Carnotinae urbis, atque ex rebus quas nostro beneficio possidere videbatur, præfatam Ecclesiam tam ipse quàm ejus fideles pro Dei amore nostrâ favorabili clementiâ locupletare liberaliter quivissent: cujus justam ac Deo acceptam petitionem judicantes cum Episcopo Agoberto, in cujus Diœcesi Ecclesia eadem est, nec non et optimatibus nostris qui nobiscum præsentibus aderant, dignum duximus pro nostra salute et integritate regni nostri assensum præbere intentioni suæ. Damus itaque ei licentiam, ut et memoratam Ecclesiam ex nostro beneficio, quod possidet, amplificet, et quicquid ei conferre et annuere voluerit, ita sit liberum atque ab omni judiciaria potestate solutum, ut idem fidelis noster Albertus hactenus à nobis tenuit liberum atque solutum, quatenus Monachi ibidem Deo famulantes sine ulla inquietudine cujuslibet sæcularis hominis, noctes diesque orationibus insistentes, aliisque bonis operibus vacantes quietam agant vitam. Placuit ergo serenitati nostræ autoritate regiâ interdicere, ne quis umquam per succedentia tempora huic nostræ munificentiae operi, quod cudimus, aliqua temeritate præsumat contraire, neque de rebus, quas jam dedit vel daturus est præfatæ Ecclesiæ fidelis noster Albertus sive alii homines, nec in magno nec in parvo, minuere audeat, neque hujus Ecclesiæ homines corvedis premat neque banno, neque teloneo, neque vicaria, neque exactione qualibet gravet aut sollicitet, sed liberi ab omni consuetudine sæcularium

(a) Legendum XXVIII; annus enim XXVIII regni Henrici currere non cœpit ante xx diem Julii. Literæ additæ significant, et *Incarnationis Domini MLVIII*, qui scribi debebat *MLVIII*. attendendum notam ∞, quâ millenarius numerus hic signatur, malè hoc modo 8 exprimi in Historia Trenorchensi; sed ita scribendum ∞ LVIII.

Post donationem Tetbaldi Comitis Turon. factam Majori-Monasterio, legitur in Chartulario ejusdem Monast. fol. 45. *Hæc omnia, ut firmius roborentur, suo postea authoramento Francorum Rex Henricus firmavit, eo videlicet anno, quo filium suum Regem fecit ordinari Philippum, paucis ante illam ordinationem diebus; tunc scilicet quando*

obsidebat Castrum Theodemerense nuncupatum in pago Carnoteno, noviter à quodam Guazone constructum. Theodemerense Castrum Thimer nostris vocatum, nomen dedit pago cuidam exiguo, cujus caput nunc est Castrum Novum in Theodemerensi, Château-Neuf en Timerais. Valesius Notit. Gall. pag. 531.

(b) Annunte Agoberto Episcopo, qui anno 1059 Carnutensem regebat Ecclesiam, Albertus quidam filius Ribaldi nobilissimi viri, Ecclesiam vici Brueroliensis, in honorem S. Germani Autisiodorensis Episcopi constructam, Abbatiae S. Petri Carnutensi largitus est. Hanc donationem confirmat hocce Diplomate Henricus Rex, à quo Ribaldus Alberti pater eam acceperat.

A hominum, securi ac liberi inhabitent, et Monachis præfatæ Ecclesiæ serviant et sua debita persolvant. Quòd si quis præsumptor aut insanus contra hanc auctoritatem nostram temerè quidquam agere præsumpserit, quinquaginta libras persolvat auri, et ejus inefficax remaneat conatus. Placuit etiam nostræ pietati huic operi addere atque cartam subscribere factam jussione fidelis nostri Alberti de rebus, quas ipse jam dedit præfatæ Ecclesiæ, et quas post mortem corporis relinquere decrevit, nec non cætera dona quæ suo assensu fideles ejus largiti sunt, ut in calce ipsius nostro nomine nominibusque Primatum nostrorum atque regiæ dignitatis sigillo corroborata rata et inviolata in æternum permaneant.

Ad occasum cuncta ruitura sæcularia, et è contrario cœlestia æternaliter mansura divinorum voluminum testatur Scriptura; præcepit ergo fidelibus

B Christi eruore redemptis, ut dando viliora adipiscantur nobiliora: unde ego Albertus nobilissimi Ribaldi filius, cupiens cœlestium nancisci consortium, favente mea carissima conjuge Adelaisa nomine, pro animabus nostris parentumque nostrorum, liberam ab omni calumnia universorum hominum Ecclesiam de Bruerolensi vico, quam pater meus in honore S. Germani Episcopi construxit, cum atrio et sepultura ac decima ipsius Ecclesiæ, quæ in manu mea esse videtur, S. Petro Cœnobii Carnotensis concedo, ut Monachi ipsius Cœnobii ab hac die in antea eandem Ecclesiam habeant, teneant et in æternum possideant; altare quoque ejusdem Ecclesiæ, quod ab Episcopo Carnotensi semper in fevo tenueram, huic largitioni meæ Dominus meus Agobertus Episcopus unà cum assensu Canonicorum qui cum ipso erant Drocis in curiâ Regis addidit petitione Landrici Abbatis et nostra

C flexus. Item censum ipsius vici cum decimâ mercati concedo et quicquid ex omni genere olerum seu pomorum potest accipi jure mercati; nec non et pugillum salis qui colligitur ab unoquoque Salinario; item duas partes furni in ipso vico, præter quem alter minimè sit in totâ villâ. Item post capitium ipsius Ecclesiæ duos agripennos terræ et pratos quos sub ipso vico habuisse videor, concedo, terramque Walterii Costati, quam tenuit, dum præpositus fuit, concedo et lucum qui adjacet; terram quoque quæ mihi colitur cum luco adjacenti, cum hunc * iniquum sæculum vivus relinquero, aut mortuus

* hoc

D corpore dimisero, habendo possideant et possidendo colant Monachi supradicti Cœnobii commorantes ibi, et pro nobis omnibus in præfata Ecclesia deprecantes. In bosco denique qui dicitur sancti Remigii, singulis annis annuo Monachis pasnadium suorum porcorum, unumque agripennarium, ubi subulei Monachorum cum porcis suis dormituri reditum habeant domesticum. De cætero omnibus meis tribuo licentiam, ut ex rebus quas ex meo beneficio videntur habere, pro animabus suis præfatam Ecclesiam ditent atque exornent, sicut jam fecit Voalterius prænomine Palardus, qui medietatem terræ Bulfiniaci pro anima sua in stipendiis Monachorum concessit, post mortem verò alteram partem terræ quam vivus * retinet alteri parti eodem modo adjecit, sicut alio in loco habetur scriptum. Item Rodbertus de Fossatis terram unius aratri in Fontanis concessit. Item Hersindis quædam vidua S. Petro et S. Germano, in loco qui dicitur Jurisuena, terram quam ex nostro beneficio tenebat, cum medietate Ecclesiæ Cruciaci villæ et casatis omnibus quos ex me habebat, pro remedio animæ suæ tribuit, addens se præbendæ Monachorum: emptiones quoque et commutationes vel com-

* vivens

E mercia, quæ Monachi fecerunt vel facturi sunt, annuo. Similiter Monachis S. Petri concedo liberum transitum per totam meam terram, ut nulla unquam consuetudo ab eis requiratur de piscibus, de quovis, seu de omnibus rebus, quæ Monachorum esse ostendentur. Possem et alia addere, quæ mei fideles loco prædicto contulerunt; sed quia aliàs scriptum est, et finem verbis facere, et corroborare hanc cartam sigillo Domini mei Regis, cum nominibus Optimatum suorum festino; hoc solùm in fine hujus operis omnibus notum fieri volo, quòd sicut ego à Domino meo Rege liberè tenui hactenus, ità à Monachis liberè teneantur ea quæ pro salute animæ meæ ac animarum parentum meorum dedi, et quæ alii contulerunt simili modo pro animabus suis, ut à Monachis neque ab hominibus terræ eorum aliqua consuetudo à nullo homine requiratur, non vicaria, non bannum, non

circada, non expeditio, sed, sicut superius dictum est, Monachi orationi A
insistant, et homines eorum Monachis solis sua debita solvant. Si quis au-
tem hæredum meorum aut aliorum hominum huic operi contradicere vo-
luerit, cum Anna et Caïpha, Anania et Saphira et Juda traditore, nisi resi-
puerit, et ad satisfactionis remedium confugerit, in æterno inferno trusus
pœnas luat perpetuas. S. Radulphi Comitis. S. Walterii Comitis filii Gra-
dulphi *. S. Hugonis Comitis. S. Alberti qui hanc largitionem fecit. S. Theu-
donis fratris Alberti. S. Guarini fratris ejusdem. S. Frederici. S. Balduini.
S. Simonis. S. Agoberti Episcopi. S. Hugonis Decani. S. Guillelmi Præ-
positi. S. Sigonis. S. Ascelini. S. Gencelini Decani.

* Radulphi

* 1062.

Post mortem autem Henrici Regis, secundo anno * regni sui Philippus B
Rex cum Regina matre sua, Droicis in sua camera, hanc Cartam, Domno
Alberto exorante manu propria firmavit, manibusque suorum corroboran-
dam tradidit. *Balduinus Flandrensium Comes. Simon Radulphi Comitis filius. Ted-
aldus de Monte Morentiæ. Hugo Butillarius *. Adelarius Cubicularius. Ingerran-
nus Pædagogus Regis. Hugo Dublellus. Rodbertus Rufus.*

* seu Buticu-
larius

XXXV.

Ex Chartario
Columbensi.
* CoulonAssentit traditioni Ecclesiolæ Villa-mille dictæ, Monasterio
Columbensi * ad restaurandum.*Apud Martenium, Tom. I. Ampl. Collect. col. 448.*

An. 1059.

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Ego Henricus gratiâ Dei Fran- C
corum Rex. Notum fieri volumus omnibus sanctæ Matris Ecclesiæ fide-
libus et nostris, tam præsentibus quàm futuris, quòd quidam meus miles,
Hugo nomine, nostræ serenitatis adierit præsentiam, rogans et obnixè pos-
tulans, ut sibi liceret Ecclesiolam, quæ vocatur *Villa-mille*, ab antiquis
malè neglectam tradere in perpetuum Columbensibus (a) Monachis ad res-
taurandum. Cujus petitionibus, quia justæ et rationabiles videbantur, beni-
gnum assensum præbentes, concedimus et præcepto nostræ auctoritatis
ratum esse jubemus, ut quod ille hætenus de suo beneficio vel prædio con-
tulit, vel amodo collaturus est, sine aliqua molestia teneant, et sine per-
turbatione possideant. Sunt autem ea quæ inserere nostræ jussionis scripto
petiit, hæc videlicet: Ecclesiam B. Mariæ quæ vocatur *Ville-mille*, cum D
terra sibi adjacente, et ejusdem loci dimidium forum, atque unius carrucæ
terram in eadem Villa, unum quoque agripennum vineæ, et ad omnes ne-
cessitates quantumcumque silvæ proximæ sibi placuerit, aquam præterfluen-
tem piscationi opportunam: quin etiam apud Otmari-Villam terram sex
bobus sufficientem, deinde pratorum sex agripennos, et dimidium totius
suæ terræ, quam apud villam, Sutorios nomine, tenere videtur, et apud Mine-
rias terram quinque carrucis ad excolendum sufficientem. Itaque scripto
nostræ auctoritatis exarata manu propria firmavimus, et manibus
uxoris et filiorum nostrorum, necnon et fidelium corroborandam tradidimus,
et insuper sigilli nostri impressione signare præcipimus.

Actum Vitriaci publicè anno Incarnati Verbi MLIX, et regni Henrici
Regis XXIX. S. Henrici Regis. S. Annæ Reginae uxoris ejus. S. Philippi E
filii Regis. S. Hugonis Bardulfi (b).

Ego Balduinus Cancellarius relegendo subscripsi.

(a) Columbenſe Monasterium est Ordinis S. Benedicti in Diocesi Carnotensi. Vide Diploma Roberti, Tom. X, pag. 617.

(b) Hugo Bardulfus consanguineus erat Simonis de Monteforti, uti ex Carta alia constat,

quæ sic incipit: *Ego Simon de Monteforti ne esse reum coram omnibus fateor, qui quod antecessores mei fratribus Columbensibus dederant, Hugo videlicet Bardulfus, atque ejus filii, Ecclesiam de Villemendis illis injustè abstuli.*

A

XXXVI.

Monasterio S. Martini de Campis multa concedit.

Apud Marrerium in Historia hujus Monasterii, pag. 4.

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Gloriosæ Matris Ecclesiæ filii no-
verint unde gaudeant, et ubi plaudentes piæ devotionis favorem impen-
dere satagant. Orthodoxis siquidem omnibus luce clariùs liquet, sanctam
Ecclesiam Catholicam, fide solidatam, utriusque Testamenti multimodis et
probabilibus argumentis æterni Regis esse sponsam. Unde legitur, *erunt duo*
B *in carne una*, summo scilicet mentis intuitu Christus et Ecclesia. Et Propheta
Psalmographus canens; *tanquam sponsus Dominus procedens de thalamo suo*;
apertè ostendit, quia Dominus sanctam Ecclesiam, utpote sponsus, sibi so-
ciavit in virginali thalamo. Sed et ipse Dominus hoc idem asseruit, cùm de
seipso Apostolis loqueretur. *Non possunt*, inquit, *filiï sponsi lugere, quandiu*
cum illis est sponsus. Quod etiam Apostolus Ephesiis scribens, *Viri, diligite*
uxores vestras, sicut et Christus Ecclesiam, manifestissimè testatur. Quando verò
tam evidenti autoritate sancta Ecclesia comprobatur esse sponsa Christi,
necesse est qui tam pretioso sponso placere studeat in cœlis, ejus sponsam
pio obsequio venerari in terris. Igitur hæc et hujusmodi ego Henricus Dei
gratiâ Rex Francorum sedula cogitatione recolens, qualiter *decorem domûs*
Domini et locum habitationis ejus dilexi, omnibus tam præsentibus quàm futu-
C ris notum fieri volui. Porrò ante Parisiæ urbis portam in honore Confesso-
ris Christi Martini Abbatia fuisse dignoscebatur, quam tyrannica rabie (quasi
non fuerit) omninò deletam, ab integro ampliorem restitui Ecclesiam (a),
quæ diu sterilis amissâ prole sleverat, quærens reddere fœcundam cœlesti
sponso. Religiosorum consilio virorum, Canonicos regulari conversatione
ibidem Deo famulantes attitulavi, et ut sine sollicitudine magis divinis quàm
seculi curis vacantes valeant vivere, de facultatibus dotem faciens Ec-
clesiæ, ob remedium patris mei matrisque meæ animarum, atque pro mei,
necnon conjugis meæ et prolis salute et pace, hæc illis largior possidenda
perpetuo jure. Altare inprimis ejusdem basilicæ omni clarificatum libertate,
et terras quas circa eandem Ecclesiam priùs habebam, et quas ibidem An-
soldus cum nepotibus suis, Milone scilicet et Warino, mihi dedit, con-
D cedente Hugone Comite, propter præfati Milonis reconciliationem, qui
tunc reus magni criminis erat adversum me. Sed precibus Ymberti Præsulis,
acceptâ terræ culturâ à supradictis militibus, commissum illud, unde centum
libras justo judicio exolveret, dimisi. Has ergo terras circa muros Ecclesiæ
sitas, eidem Ecclesiæ concedo; ea videlicet libertate, ut nullus in eis ali-
quam redibitionem exigere præsumat. Apud Parisios verò molendinum unum;
in villa, quæ dicitur Alberti-Villare, terram quam ibi habebam: Noisiacum
verò super Maternam situm, cum omnibus redditibus et redibitionibus
terræ, silvæ, vinearum atque pratorum. In territorio autem Meldensi, Villam,
nomine Anethum, cum omnibus redditibus atque redibitionibus terræ,
silvæ, vinearum, atque pratorum: de redditibus quidem pastionis, vieriæ,
silvæ, atque leigii omnem decimam. Item in pago Parisiensi Bungeias,
E cum omnibus reditibus et redibitionibus liberè sibi adjacentibus. Sed et in
pago Laudunensi Disiaci (excepto altari) dimidium, cum præfatis possessio-
nibus habeant, teneant, regant atque possideant. Illud ergo prætermitti
nullatenus volo, quia præfatam Ecclesiam ea firmitate munio, quatenus in
perpetuum regio jure ab omnibus fore concedatur libera, tam videlicet
intra ambitum munitiois ejus, quàm extra in procinctu illius; in theloneis,

(a) Hæc Basilica olim posita in campis, à quibus cognomen accepit, longè ante hæc tempora steterat, ut constat inprimis ex placito Childeberti Regis eo nomine tertii de mercato S. Dionysii, quod ob clades illius temporis ad Civitatem Parisiæ, inter S. Martini et S. Laurentii Basilicas translatum fuisse legitur. Eandem

illius basilicæ antiquitatem probat hoc Henrici Diploma, quo ipsam ex integro ampliorem restituit, et *Canonicis regulari conversatione ibidem Deo famulaturis* concedit; quibus Ingelardum Abbatem præfecit. Canonici illi regulares non dicuntur fuisse regulæ S. Augustini addicti. Mabil. *Annal. Bened. Lib. LXI, n. 55.*

in fredis, in justitiis, in omnibus quæcumque jus nostri exigit fisci, nemo A unquam illam inquietare audeat. Canonici etiam hanc potestatem habeant, ut Abbate obeunte, assensu fratrum, boni testimonii virum, nemine perturbante, restituant. Verumetiam ut ea fixa firmamento teneantur stabili, hanc cartam, in qua me præcipiente hæc omnia scripta sunt, sigillo meo subterfirmavi. Ego ipse Rex Henricus, et Regina pariter, et Philippus filius meus cum fratribus suis manufirmatam corroboravimus. Quam quidem Mainardus Senonum Archiepiscopus cum Ymberto Parisiorum Præsule, aliique quamplurimi tam Pontifices quam laici Principes confirmarunt et corroborarunt, omnibus suprâ memoratis faventes. Si quis autem posthac privilegium hoc violare præsumpserit, primùm sacrilegii, sive tantæ auctoritatis negligentiae reus, duro anathemate feriat; deinde nefandæ præsumptionis irritus, gravi censûs detrimento damnetur. Anno regni supradicti B Regis * XXVII (a).

* lege
XXVIII
* lege XIII

Actum anno ab Incarnatione Domini MLX. Indictione XV * Parisius publicè.

Signum Henrici Regis.

- | | |
|---------------------------------------|---------------------------------------|
| S. Philippi Regis. | S. Yvonis sub-Camerarii. |
| S. Annæ Reginae. | S. Walteri, filii Berneri. |
| S. Archiepiscopi Mainardi Senon. | S. Amalrici Rufi. |
| S. Gervasii Remensis Archiepiscopi. | S. Willelmi, fratris Baldrici. |
| S. Ymberti Episcopi Parisiensis. | S. Widonis Ambianensis Episcopi. |
| S. Odolrici Archidiaconi Parisiensis. | S. Walteri Meldensis Episcopi. |
| S. Balduini Cancellarii. | S. Elinandi Laudunensis Episcopi. |
| S. Voizelini Capellani. | S. Frollandi Silvanectensis Episcopi. |
| S. Richardi Capellani. | S. Trecensis Episcopi. |
| S. Radulfi Comitis. | S. Roberti filii Comitis Balduini. |
| S. Thetbaldi de Montemorenci. | S. Widonis Ponthivensis Comitis. |
| S. Rainaldi Camerarii. | S. Baldrici. |
| S. Albrici Conestabularii. | S. Engenulfi. |
| S. Willelmi Seniscalci. | S. Amalrici de Monteforti. |
| S. Hugonis Buticularii. | S. Stephani Præpositi. |
| S. Roberti Coci. | S. Framericus Coci. |
| S. Radulfi Belvacensis. | |

(a) Vitosæ sunt in editis illius Diplomatis et in exemplari Cluniacensi Chronicæ notæ. Corrigen- dus est annus regni Henrici vigesimus septimus;

anno enim MLX, Henricus annum regni sui vi- cesimum-nonum agebat; corrigenda item indi- ctio, quæ tertia - decima illo anno erat.

A

MONITUM

IN DIPLOMATA ROBERTI I BURGUNDIÆ DUCIS.

Ex variis Diplomatis Roberti Burgundiæ Ducis, quædam leguntur cum formula initiali, In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Alia incipiunt his verbis, In nomine Dei æterni et Salvatoris Jesu-Christi. In quibusdam verò, invocatione postposita, præ-

Bfationem adhibuit Robertus ante nomen suum. Hanc formulam superioribus Francorum Regibus incognitam, Henricus multis in Diplomatis inscripsit; quem morem in Burgundicis Chartis invenit Robertus frater ejus.

Idem dicendum de pronomine Ego quod nusquam in regionum Diplomatum exordiis ante tempus Roberti Regis legi solitum, reperitur in Chartis Roberti nostri. Duces et Comites, verbo tenus stilum et formulas regionum Diplomatum ferè similes in suis Chartis exprimebant. At peculiaris est Roberto formula quæ legitur in præ-

Ccepto anni 1043, quod sic incipit: In nomine Dei æterni ac Salvatoris nostri Jesu-Christi, Robertus gratiâ ejusdem omnipotentis Regis Dux et Rector inferioris Burgundiæ.

Observandum quoque quòd Proceres instrumentis suis subscribere Monarchas rogabant; illud minimè indignum Regiâ Majestate censuerunt Henricus I et Philippus filius ejus ac successor. Nonnumquam majoris auctoritatis gratiâ, sigillum et Monogramma regum instrumentis Ducum, Comitum, et etiam privatorum aponebantur, testibus plurimis quorum nomina inscribebantur.

D

CHARTÆ ROBERTI I BURGUNDIÆ DUCIS,

FILII ROBERTI FRANCORUM REGIS, FRATRIS REGIS HENRICI.

I.

Placitum de Juliaco Abbatîæ Cluniacensi restituendo.

Inter Fragmenta D. Estiennot. pag. 95. Ms. Sangerm. 565.

Ex Chartulario Cluniacen. Tom. II.

E

EGO Robertus Regis Roberti filius et Regis Henrici filii ejus germanus Dei miseratione Burgundiæ Dux, volo universis perspicuum fore, quòd Manasses Arelatensis Archiepiscopus ex hæreditate sua dederat Cluniaco * Juliaco, quod à dicto Monasterio per vim sæcularis potestatis contigit separari; sed tandem reformata est sua recitudo Monachis per Ottonem Comitem cognomento Willelmum, neenon et per Raynaldum Comitem ipsius filium, jussu tamen et autoritate Roberti Regis patris mei cum consensu Hugonis Cabilonensis Comitum et virorum nobilium utriusque militiæ. Hoc autem ego roboro et confirmo. Paulo pòst in eodem Chartulario. Otto Comes qui cognominatur Willelmus, reddidit Monachis in famosissimo Cœnobio Cluniensi Deo servientibus potestatem quæ dicitur Juliaco, longo tempore

Circa an. 1030.

* Cluni

transacto surrexerunt Aymo et Otbertus filii Aldonis proclamantes, eam A potestatem, suam hæreditatem esse. Sed hæc calumnia cessavit in præsentia Raynaldi Comitis filii supradicti Willelmi qui pro hac calumnia dedit præfatis Aymoni et Otberto aliam quandam potestatem, quam susceperunt, et querelam deposuerunt.

S. Raynaldi Comitis.

S. Adheleys uxoris ejus.

S. Azelmi Abbatis de Monte S. Joannis.

Acta sunt hæc apud Castrum Divionense anno MXXII (a), Indict. VI Rotberto Rege Francorum.

II.

B

Ex Chartul.
Mon. S. Ger-
mani à Pratis

Qua remittit Aderoldo Abbati et Monachis S. Germani à Pratis quasdam consuetudines, videlicet *Ducis hospitalem susceptionem*, canum suorum hospitalitatem et pabulum, caballorum suorum custodumque eorum receptionem, et *vini captionem*, in terra Gilliaci.

Apud Bulliardum in *Probat. Hist. Abbat. S. Germani à Pratis*,
N. XXXI, pag. XXV.

An. 1040.

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Patris videlicet, et Filii, et Spiritus sancti. Ego Robertus Burgundiæ Dux, notum esse volo tam præsentibus quàm futuris, qualiter primum suscipiens ducaminis gubernacula Burgundiæ, cœperim perquirere consuetudines ejusdem regni, quas ante me strenuè regnantes exsegerunt mei prædecessores. Sed dum per meos quos fideliores mihi et veriores esse credebam cognovissem quas et in quibus terris accepturus eram, inter cetera in villa quæ dicitur Gilliacus sancti Germani Parisiacensis plures accepi consuetudines sicut ab eis didiceram, lege consuetudinaria. Post verò reclamantibus Abbate et Monachis prædicti sancti Germani quòd inconsuetè atque injustissimè, si dici fas esset contra me, hoc facerem, amore Dei et sancti Germani necnon Abbatis Aderoldi omniumque sibi commissorum Monachorum has omnes consuetudines guerpivi, scilicet, mei hospitalem susceptionem, et canum meorum hospitalitatem, et pabulum, necnon caballorum meorum custodumque eorum receptum, atque vini captionem; insuper omnes quas sibi dominatio potentum acquirit consuetudines. Ex hac siquidem prædonatione hanc fieri cartulam jussi. Quam meo jussu factam, ut firma et inconcussa permaneat, signavi horumque subscriptorum manibus signandam tradidi.

* Dijon

Acta est hæc cartula publicè apud Castrum Divionem * die festivitatis sancti Mauricii sociorumque ejus, regnante et strenuè in sceptris agente Henrico Francorum Rege, anno X, Hugone autem Lingonensium præsule Episcopali Cathedra præsidente anno V.

Signum Roberti Burgundiæ Ducis. Sig. Heliæ conjugis ejus. Sig. Ennuini Æduorum Episcopi. Sig. Abbatis Azelini, et Joannis fratris ejus. Sig. Theobaldi. Sig. Cadelonis. Sig. Sedaldi. Sig. Theoderici. Sig. Humberti. Sig. Hugonis Lingonensium Præsulis. Postea ego Robertus hanc Cartam

(a) Tametsi notæ istæ Chronologicæ falsitatis vitio laborant, videtur tamen ex ipsius Cartæ exordio Robertum fuisse Ducem Burgundiæ paulo ante patris sui Roberti Regis obitum. Huic opinioni consentit Chronicum Virdunense, p. 144 ubi Hugo Flaviniacensis insinuat Robertum constitutum fuisse Burgundiæ Ducem statim post mortem Hugonis fratris sui primogeniti; Nam Hugo, ait Chronographus, qui adhuc decennis coronatus est, immaturâ morte præventus est. Tertium Robertum cum voluisset mater facere Regem, nec potuisset, DUCEM CONSTITUIT BURGUNDIÆ; Hoc

apertè probat præsens Carta, si sana est, data Roberto Rege Francorum, Henrico filio ejus, germano ejusdem Ducis, in Regem uncto: Hinc præceptum istud nec antecedit annum 1027 quo Henricus Remis vivente patre, coronatus est, nec etiam prætergreditur diem 20 Julii an. 1031 extremum Roberti Regis. Igitur perperam adnotat Glaber. Lib. 3, Cap. IX, pag. 40 Tomi nostri X, Henricum Regem paternis rebus potitum, (id est post mortem patris) germanum suum Robertum eonstituisse Burgundiæ Ducem.

A Henrico Regi firmandam reddidi et Parisius guerpivi. Signum Henrici Regis Francorum. Hujus rei testes sunt hii, Imbertus Parisiorum Episcopus. Wido Silvanectensis Episcopus. Buchardus. Maingoldus.

III.

(a) Concedit Monachis Abbatiae S. Germani à Pratis *Villare-Bichet* * terram in pago Belnensi * sitam,

B *Apud Bulliardum in Probat. Histor. Abb. S. Germani à Pratis, N. XXXIII, pag. XXVII.*

* *Villers-Bichot*
* *Pays de Beaune*
Ex Chartul. Mon. S. Germani à Pratis.
An. 1042.

MUNERIS esse divini fidelium nullus quis ambigit, quòd sancta Mater Ecclesia et priscis Deo favente temporibus, et honorum Principum instar radiorum solis clara emicuit amplificata donationibus, et nunc similiter Deo cooperante servatur præfulgida recentis temporibus. Etenim cum in omnibus diffinitionibus idonea sint adhibenda testimonia, necesse est, ut unaquæque justè et rationabiliter diffinita ratio ita roboretur scripturarum Testamentis, ne deinceps calumpniari possit ullius falsitatis figmentis. Quapropter ego Robertus Dux Burgundiæ cum uxore mea Helia nomine omnibus cognitum esse volumus Dei et sanctæ Ecclesiæ præsentibus scilicet ac futuris fidelibus, præcipuè autem successoribus nostris ante quorum conspectum hujus nostri decreti contigerit devenire statutum, quoniam nos reminiscentes molæ nostrorum sarcina peccaminum, et trementes æquissimi examinatoris juditium, Christo inspirante pertingere gliscimus ad futuræ remunerationis bravium per elemosinæ largitatis auxilium. Etenim Monachi Monasterii sancti Vincentii almiq̄ue Germani Parisiorum Præsulis ad nos venientes, competierunt nobis quandam nostram terram, quæ vocatur Villare-Bichet, et est in pago Belnensi sita, ad eorum victus cotidianos augendos sibi concedi; quod et fecimus æquo animo cum consensu et voluntate filiorum nostrorum Hugonis et Henrici, pro redemptione animæ nostræ nostrique genitoris Roberti Regis, scilicet, ipsam terram supra nominatam cum terris cultis et incultis, pratis, et silvis, vineisque, cum omnibus quæ ad eam pertinere videntur. Eo autem pacto et ratione, ut præfati Monasterii Monachi sint semper nostri memores in orationibus suis et terram ipsam sine ulla consuetudine et servitio cum nostra et nostrorum fidelium voluntate omni tempore absque molestia securè teneant et possideant. Ut autem hoc præceptum inviolabile per longa tempora majorem semper vigorem obtineat, eum propria manu subterfirmavimus, et hæredibus nostris et fidelibus firmandum tradidimus, præcipuè verò domni fratris nostri Henrici Francorum Regis, ut firmior habeatur cum regali auctoritate nomine et subscriptione corroboravimus. Precamur (b) ergo Dominum, ut si qua persona præpotens aut ex nostra hæreditate aut ex adverso veniens contra hoc scriptum surgens infringere temptaverit quod nos fecimus pro elemosina, illi vertatur in poena, et in vulcano traditus luat semper perpetua poena dampnatus.

E Actum publicè regnante Henrico Rege, anno XII, et Roberto Duce Burgundiorum.

Signum domni Roberti Ducis. Sig. domnæ Helix suæ uxoris. Sig. Hugonis filii ejus. Sig. Henrici fratris ejus. Sig. Willini Comitis Nivernensis. Sig. Humberti Verziacensis. Sig. Bosonis militis. Sig. Theobaldi Vicecomitis. Sig. Hairardi militis Castellone. Sig. Balduini militis. Sig. Rainaldi militis, Sig. Ingelerii militis. Sig. Rainerii præpositi Belnensis. Sig. Widonis Vicecomitis Divionis.

(a) Eadem Chartam mutilam edidit Chesnius in Probationibus *Historiæ de Vergeio*. p. 70, 71.

(b) Apud Chesnium hæc comminatoria formula sequitur subscriptiones.

IV.

A

*Ex Archivis
Abbat. S. Be-
nigni Divio-
nensis.*

Concedit Rectoribus (Abbatibus) et fratribus Monasterii S. Benigni Divionensis *salvamenta*, id est Tutelam, seu commendationem trium villarum Anguliaci, Cromai et Sullei, in parochia sancti Apollinaris.

*Ex Probation. Nov. Histor. Burgund. Tom. I, num. 35,
pag. XXVII, col. 1.*

B

An. 1043.

IN nomine Dei æterni et Salvatoris nostri Jesu-Christi. Robertus gratiâ ejusdem omnipotentis Regis Dux et Rector inferioris Burgundiæ. Cùm divina vox piè consulendo precipiat hujus seculi divitibus, dicendo: Facite vobis amicos de mammonâ iniquitatis, ut eùm defeceritis, recipiant vos in eterna tabernacula: et Marie bonum opus in Christo factum eterna memoria predicandum asseratur: necnon pro aque calice frigide largienti perhenne commercium restituende promittatur, precipue quoque largitas elemosine causa solius Dei date, factorem suum in die judicii à morte et penis inferni liberari asseratur; excitanda sunt omnium corda fidelium compassibili pietate, quatinus quam possunt facere ex modo fortune, semper sui pro commodo insistant operi ipsius elemosine. Potissimum verò principalis est jus dignitatis ut quanto sublimi dominatione preest reipublice, tanto prom- C
ptiùs honestiùsve Christi Redemptoris nostri ministrando honori devotè titulos sancte sublimet Ecclesiæ. Tunc etenim unusquisque Principum nobili nobiliter instat regimini, dum sub dispositione stabilis et justì edicti Ecclesiarum contulit utilitati, muniens aree sue dominationis firmis et legalibus privilegiis. Hoc igitur considerans justum esse et salubre mundana detentis sollicitudine, notum volo fieri cunctis dominationi nostre subjectis potentibus et jussioni militantibus tam presentis quàm futuri temporis hominibus, omnibus etiam Ecclesiasticæ religionis ordinibus, quod ego prædictus Rotbertus equivoei Rotberti Regis Francorum filius, Dei inspiratione tactus, consilio quoque conjugis proprie atque optimatum meorum animatus, salvamenta trium villarum scilicet Anguliaci, Cromai (a) atque Sullei, que pertinent ad parochiam sancti Appollinaris, Beato Benigno Divionensis Monasterii patro- D
no in integrum offero, dono, trado, ac de meo jure prefati sancti loci Rectoribus fratribusque inibi Deo servientibus proprietaria lege transfundo perpetuò, cum laudatione et voto (b) Helie uxoris mee hujus facti consiliatricis et auctricis, seu filiorum nostrorum Hugonis videlicet atque Henrici una nobiscum laudatorum et per se ipsos datorum. Illustris quoque miles nomine Wido cum filio suo Vicecomite Walterio et compare suâ, ceteraque prole licet non parva illectus immo compulsus pecuniæ quantitate, quantum in se erat, huic donationi consensit, et dominationem quam eatenus in his tribus salvamentis exercebat perpetualiter (c) . . . heredesque suos alienavit. Ego autem hoc donum gloriosis Jesu-Christi Martyribus Benigno et Appollinari eisque servientibus eo tenore concessi, quatinus Deo famulantibus accrescat temporale presidium, et animabus videlicet parentum meorum jam defun- E
ctorum, mee quoque ac prenominate jugalis H. filiorumve nostrorum inde eterne salutis procedat remedium. Quapropter etiam statuo ut pro istius elemosine nostre largitate, benigna recompensatione duo fratres supra solite quantitatis numerum pro nostra atque prolis nostre salute in Divionensi congregatione semper deinceps pascantur prebenda alimonie. Si qua verò potens persona heredum proheredumve meorum id infringere nisus fuerit, pro nefario ausu ice Dei pondere (d) pressus, Camere Regis centum et Monasterio cui molestiam intulerit auri optimi libras cogatur componere (e) censum.

(a) Hanc Chartam edidit Perardus, pag. 188 et 189. pro *Cromai* legit *Cromaii*.
(b) Perardus *volo*.

(c) Perardus supplet *guerpivit*.
(d) Hoc verbum desideratur apud Perardum.
(e) Perardus *centum*.

A Ne illis (a) in animarum fiat condemnationem quod Deo pro eorum (b) obtuli quiete non solum contradico, sed etiam per tremendum Christi Dei contestor iudicium, ut nullus Rex, Dux, Episcopus; Comes, vel etiam sancti Benigni jam dicti Cœnobii Abbas vel in proprios presumendo usus ullo modo vel militaribus, beneficii gratiâ, tradendo manibus seu qualicumque impia pervasione quod divinâ inspiratione largitus sum molliatur auferre. Et ut nostre traditionis donatio stabilis et inconvulsa perduret, hanc oblationis Cartam quam ego ipse legali concessione (c) per cultellum. Per uvantonem, per uvasonem super sanctum altare posui manu propriâ subterfirmavi, sicque pluribus tradidi corroboranda testibus.

Signum ipsius domni Roberti Ducis qui hanc donationem fecit. Signum Helie conjugis ejus. Signum duorum filiorum eorum Hugonis et Henrici.

B Signum Fulconis Comitis. S. Milonis Comitis. S. Widonis militis Divionensis. S. Walterii Vicecomitis filii predicti Widonis. S. Wilenci fratris Walterii. S. Hugonis Lingonici presulis. S. Theoderici. S. Humberti fratris ejus. S. Warnerii Clerici. S. Lamberti Clerici. S. Balduini. S. Johannis.

Actum publice apud Castrum Divionense Monasterio sancti Benigni ante cornu altaris ipsius coram multis testibus anno ab Incarnatione Domini 1043, Indictione XI, Epacta VII, secunda ebdomada quadragesime, feria tertia, prima die mensis Martii, regnante Henrico Francorum Rege predicti Ducis fratre, anno tertio decimo ipsius Regis Monarchiæ. Ego (d) Giguinus indignus Sacerdos et Monachus rogatus scripsi et superscripsi.

C V.

Tribuit Halinardo Abbati Cœnobioque Divionensi immunitatem in Burgo seu Claustro S. Benigni.

*Ex Archivis
Abbat. S. Benigni
Divion.*

Ex Probat. Histor. Burgund. Tom. I. pag. XXVII.

ROBERTUS gratiâ Dei Burgundionum Dux: notum esse volo omnibus An. 1045.
tam presentibus et futuris, quia adierunt presentiam meam Halinardus Abbas Cœnobii Divionensis, cum quibusdam ejusdem loci fratribus, humiliter postulantes, quatinus cessare facerem homines nostros à quibusdam D torturis, quibus eum familiamque suam gravabant, que ante nos ab illo sancto exacte non erant: quorum petitionibus, quia justè vise sunt, libenter favens, hoc scriptum ad posterorum memoriam eis fieri jussi, per quod Deo, sanctoque Martyri ejus Benigno promitto deinceps intra ambitum fossati, qui Burgus vulgò Claustum vocatur, neque me infracturam aut rapinam facturum, neque meis hominibus, aut alii cuiquam hoc consensurum. Quod ut firmiùs habeatur, manu propria firmavi, conjugique mee et filiis, fidelibus quoque nostris roborandum tradidi.

(a) Perardus autem.

(b) Perardus illarum.

(c) Perardus legali concessione per festucam per uvansonem super sanctum, etc.

(d) Hæc ultima verba omisit Perardus, restituit verò post Autographum D. Plancherius in nova Burgundiæ Historia.

*Ex Schedis R.
P. D. Eusta-
chii Davesne.*

Ratam habet Manassis Archiepiscopi Arelatensis donationem de Juliaco, factam Monasterio Cluniacensi.

Inter Instrumenta Novæ Galliæ Christ. Tom. I, pag. 94.

Ante an.
1050.

EGO Robertus Domini gratiâ Dux Burgundiorum, filius piæ recordationis Roberti Regis Francorum, volo ut sciant nostri fideles, qui nunc sunt, et qui post nos futuri sunt hujus regni Duces et Præsules, Principes et Proceres, et omnes utriusque ordinis nominis Christi custodes, quia venit ante præsentiam nostram, et duorum Hugonum Antissiodorensis et Lingonensis venerabilium Episcoporum, et multorum nostrorum fidelium, nostræ salutis et honoris fidelis et devotus amicus Odilo, videlicet Cluniensis Monasterii Presbyter et Monachus, cum quibusdam ejusdem Monasterii bonæ opinionis fratribus, in quorum obsequio et solatio adfuit etiam domnus Alinardus, Monasterii benignissimi Martyris Benigni Abbas venerandus, deprecantes ut audirem, quo ordine antecessores illorum adquisierunt locum Juliacum in Comitatu Cabilonensi situm, cum Ecclesia in honore beati Mauricii consecrata, et ceteris terris cultis et incultis ad ipsum locum pertinentibus, ex qua occasione negligentia Principum et violenti: quorundam hominum inimicorum, Aldonis videlicet et heredum illius perdiderunt, et quo studio et quorum auxilio et benevolentia recuperaverunt. Ordo acquirendi in primis fuit donatio et oblatio etiam liberalis, quando Manasses Archiepiscopus Arelatensis, postea Mediolanensis, obtulit et dedit supradictum Juliacum Deo et SS. Apostolis Petro et Paulo, Cluniaco Monasterio et fratribus, inibi per cuncta succedentia tempora Deo servientibus. Fuit enim idem Manasses ex majoribus et nobilioribus Proceribus Burgundiæ natus, patre Warnerio, matre verò Teutberga, ex quorum hæreditario jure locus supradictus ei successit in hæreditatem. Audistis ordinem acquirendi, audite occasionem perdendi. Fuerunt quidam pervasores, qui calumniam et violentiam intulerunt supradicti Monasterii fratribus, qui veniente Duce Magno Hugone Francorum in regno Burgundiæ, timentes quod supradicti Monachi deberent reclamationem facere, prævenientes eos fraude, suaserunt Duci quod ex beneficio illius deberent possidere prædictum locum Juliacum. Sed Dux audita nobili et festiva Manasse donatione, et justissima Monachorum reclamatione, non curavit de suasionibus satellitum, sed pro sua clementia restituit supradictum Deo et Principibus Apostolorum, ad sustentationem Cluniensis Cænobii Monachorum: quo decedente, supradicti pervasores et eorum hæredes insurrexerunt, et calumniam et violentiam iterum supradictis Monachis intulerunt, usque dum Otto cognomento Willelmus, S. Petro restituit et reddidit: et quia cognovit se ex parte Ducis Henrici Juliacum locum injustè acquisisse beneficium, rogavit ipse domnum Regem Robertum ut in sua redditione et donatione assensum præberet, et ex sua parte Deo et sanctis Apostolis donaret et redderet: quod factum est, et pii Regis benigna clementia, et boni Principis pia benevolentia; et ut injusta violentia diu illata supradictis Monachis omninò cessaret, et perpetuo irrita fieret, calumniatoribus supradictarum rerum, idem Comes Willelmus pro eo quod injustè tenebant, aliud eis dedit beneficium, videlicet pro terris terras et insuper à Monachis non parvas acceperunt pecunias. Postea verò Willelmo et Raynaldo filio ejus præcipientibus, iidem ipsi calumniatores, iterum aliud receperunt beneficium, et apud Clunonense castrum omnem suam calumniam deposuerunt, et ut ita dicam, solemnem et publicam werpitionem fecerunt, coram omnibus Principibus et senioribus qui aderant, spontè et voluntariè. His ita gestis audiens supranominatus Dux Robertus jam dictum locum Juliacum à possessore suo Manasse Archiepiscopo SS. Apostolis Petro et Paulo, fratribus Cluniensibus destinatum et legali testamento confirmatum, et auctoritate legali corroboratum, et calumniam supradictorum

A hominum totiens annullatam et evacuatam, et ad nihilum redactam, præcipiendo præcepit in concilio fidelium suorum, ut deinceps supradicti fratres jam dictum locum Juliacum, cum omni securitate teneant et possideant, et ut eis placuerit ordinent. Si quis eis, quod absit, calumniam inferre tentaverit, nisi cito resipuerit, et congrua satisfactione emendaverit, sciet se et mundanis legibus obnoxium, et cœlesti propitiatione indignum. Et ut hæc notitia firmum tenorem obtineat, dominus Dux Robertus manu propria firmavit ac corroboravit, et ut alii firmarent jussit et rogavit.

S. Hugonis Episcopi Autissiodorensis. Signum Hugonis Lingonensis Episcopi. Signum Hugonis Ducis filii, bonæ indolis pueri. S. Matris ejus. S. Odalrici Decani. S. Ansculfi Clerici. S. Arbei Clerici. S. fratris ejus Milonis. S. Widonis. S. Umberti. S. Theodorici. S. Rainaldi. S. Bernardi. S. Adilgerii.
B S. Willelmi. S. Araldi.

VII.

Remittit Monachis S. Germani à Pratis novas consuetudines quas
Ministri ejus ab istis exigebant.

Ex Chartulario Abb. S. Germani à Pratis.

Apud Chesnium in Probat. Historiæ Domûs de Vergeio, pag. 73.

OMNES sanctæ Ecclesiæ filii, qui verbum Christi audiendo retinent, se-
dulò corroborantur voce sancta dicentis : *Estote ergo misericordes sicut et*
C *Pater vester misericors est.* Et alibi Salvator discipulis loquens ait : *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Cujus adipisci pietatis portionem quisquis desiderat, operibus et ipse pietatis quantum valet insistit. Quod licet secundum Apostolum quibuscumque impertiri conveniat, maxime tamen domesticis fidei exhibendum constat. Unde ergo Robertus superni arbitri (a) cuncta regente ac disponente potentia, post obitum patris mei Roberti Regis Francorum Burgundiæ regnum, ejus destinatione, Ducis auctoritate adeptus, jam supradictis Christi verbis fulgidis animatus, à domno Adroldo beati Vincentii preciosissimi Levitæ et Martyris, et piissimi Confessoris Christi atque Pontificis Germani Parisiorum inexpugnabilis Clippei Abbate, necnon et à quibusdam ipsius loci Monachis obnixè rogatus sum, ut malas consuetudines et immissiones pessimas, quæ meo in tempore sunt impositæ potestati prædictorum sanctorum, id est in Gilliaco et
D appendiciis suis, propter amorem Dei, et salutem animæ meæ finem imponerem. Ut ergo in sorte et funiculo hæreditatis eorum partem habere valeamus ego Robertus Dux, et duo filii mei Hugo et Henricus adquevimus eorum precibus, et pro remissione nostrorum peccaminum remittimus eis omnes malas consuetudines, quas in supradicta potestate injustè et malo ordine videbamur accipere, videlicet captionem et emptionem vini, necnon insuper et calumpniam silvarum et sepium, quas vulgò dicunt hayas, quam nobis ministri nostri inferre eis umquam suggesserant ob captionem agrestium animalium: eo conditionis pacto, ut ita ab hodierna die et deinceps liberè liceat eis frui, scilicet usque ad viam salinariam, et omnibus supradictis, sicut in tempore Ducis Burgundiæ Henrici avunculi mei
E fecerunt. Cunctis itaque et præsentibus et futuris notum sit quod ob amorem piissimi Conditoris omnes malas et pessimas consuetudines et injustas calumnias sine-tenùs remittimus eis, atque hujus remissionis notitiam apicum* memoriæ mandamus, et manu nostra firmamus, et Procerum nostrorum laude corroborari decrevimus. Quicumque has supradictas calumpnias seu injustas consuetudines à nobis remissas repetere præsumpserit, apponentur plagæ et maledicta æternis cruciatibus semper fumiganda.

An. 1053.

Luc. 6. v. 33.

Mat. 5. v. 7.

*Chartul. apicunculis

(a) Notanda hæc formula, *Ego Robertus superni arbitri cuncta regente ac disponente potentia.* Quæ sequuntur, probarent Robertum nostrum duntaxat post obitum Roberti Regis Ducatum Burgundiæ adeptum fuisse, nisi obstaret præceptum

ejusdem de Juliaco, si sanum est. Quidquid sit de istis instrumentis, pro certo manet Robertum, vivente adhuc patre, ejusque destinatione, Ducis Burgundiæ auctoritatem accepisse

Acta est Cartula publicè apud castrum Divionem die Purificationis sanctæ Mariæ, regnante et strenuè agente in sceptris Henrico Francorum Rege anno XXIII, Harduino autem Lingonensium Præsule * anno (a) III.

* Chartul.
Episcopali
Cathedra p[re]sidente

* Id. Narziaco
* Id. Saleini
* Id. Walterii

Signum Roberti Burgundiæ Ducis. Signum Hugonis filii ejus. Signum Henrici filii ejus. Signum Johannis de Marziaco * militis. Signum Fulconis Bellimontis Comitis. Signum Widonis Comitis Calcinimontis *. Signum Widonis divitis. Signum Waldrici * filii ejus Vicecomitis. Signum Widonis fratris ejus. S. Arnulfi militis. S. Rainaldi Venatoris. S. Ulrici militis de Bello-monte. S. Sivini * militis de Verzeio. S. Ottonis militis de Bessiaco. S. Hugonis filii Walonis Comitis. S. Humberti militis filii Hildebranni. S. Balduini Præpositi. S. Rodulphi Præpositi de Arzilliaco. S. Odonis Præpositi. S. Ingelerii Pincernæ. S. Anselmi Venatoris. S. Warini ministri ejus.

* Id. Suijui

Ego Walo Cancellarius jussu Roberti Ducis hanc cartam scripsi et suscripsi.

VIII.

Ex Archivis
Abb. S. Benigni Divionensis.

Concedit Monachis S. Benigni Divionensis tabernam ut vendant vinum etiam tempore Banni Ducis.

Ex Probationibus Histor. Burgund. pag. XXVIII, Tom. I.

An. 1054.

IN nomine sancte et individue Trinitatis, Rotbertus gratiâ ejusdem Domini nostri inferioris Burgundie Dux. Si competentibus servorum Dei petitionibus nostra principalis annuit clementia, non tantummodo predecessorum nostrorum liberalia imitamur facta, verum etiam indilicentia vite eterne nobis lucratur premia. Quapropter tam presentibus quam futuris notum volo esse, quia Monachi Divionensis Monasterii nostram adeuntes mansuetudinem rogaverunt obnixè concedi sibi unam venalem tabernam secundum antiquam ipsius loci consuetudinem, de cujus lucri acquisitione possent quoquomodo suam sustentare paupertatem. Quorum deprecationem ut multorum testimonio justam per omnia esse didici et hoc ipsum sancto Benigno à patre meo Rege Roberto et ab antecessoribus ejus Francorum Regibus concessum comperi. Et ego concessi tale scilicet super hoc statuens decretum, ut iidem Monachi quancumque voluerint et quot vasa eis placuerit in quacumque taberna claustris sui vendant vinum, proprium videlicet non alienum, aut ego vendam aut non vendam vinum meum. Si autem ipsi à venditione cessaverint et ante triduum (b) compererint banni mei edictum, obediant banno meo per tres anni terminos, quindecim dierum spatio; quatuor scilicet septimanas pro Ducatu et quindecim dies pro Divionensi Comitatu, quod tunc tenebam in mea manu. Si autem vendentibus eis proprium vinum banni mei exierit edictum, quamvis alii homines à venditione vini cessent, ipsi tamen propter hoc interdictum vendere non cessabunt. Hujusmodi ergo concessionis testamentum sancto Benigno precepi fieri in Castro Divionensi et in domo mea propria stipatus multitudine populi militaris pariter et plebii, adstantibus quoque Monachis ipsius Cœnobii, statuens per hoc et confirmans ut nullus deinceps successorum meorum neque Dux, neque Comes, neque Episcopus, neque Prepositus hanc largitionem à me factam tollere presumat. Si verò aliquis contra hoc statutum quicquam fraudis machinari voluerit, non valeat evindicare quod iniquè conatus fuerit: sed insuper eterna maledictione damnatur. Camere nostre talentum auri persolvat et sancto Benigno centum librarum solutione satisfaciatur. Ut verò ista auctorizabilis largitione * mea firma et stabilis maneat per succedentia sibi tempora, Cartam hujus decreti propria manu firmavi et corroboravi et laudandam et confirmandam manibus (c) omnium adstantium tradidi.

* Largitio

(a) Anno Domini 1053: nam Harduinus Lingonensium Episcopus Hugoni deposito successus est an. 1050, et Lingonis presente Leone IX ordinatus ab Halinardo Lugdunensi Archiepiscopo.

(b) Apud Perardum, qui hoc præceptum pri-

mus edidit, compererit.

(c) Res sic se habebat: Magnates, qui assidebant in Palatio aut Curia Principis, erectâ quisque sinistrâ dextrâ manu in signum confirmationis, chartam seu instrumenta in eodem cœtu scripta, ratihabebant.

A S. Rothberti Ducis auctoris hujus largitionis. S. . . . S. Widonis. S. Walterrii Vicecomitis filii ejus. S. Erotmundi (a) Wisseiensis. S. Balduni. S. Odonis prepositi (b). S. Warini. S. Warnerrii (c) Canonicorum prepositi. Signum Cuschilmi (d). Fuerunt autem et Monachi (e) ibidem sic nominati. Aduinus, Albericus, Gibuinus, Theodoricus, Aynardus. Servi verò sancti Benigni Arembertus, Oddo major, Durrantius (f), Girardus. Item Girardus, Humbertus Cocquus, Arnaldus filius ejus, Hugo.

Actum (g) publice Castro Divione XVII Kall. Febr. Dominica die festi-
vitate sancti Marcelli Pape, anno MLIV Dominice Incarnationis, regnante
Henrico Francorum Rege predicti Ducis fratre.

B (a) Apud Perardum. *Frontmundi Jusseiensis.* etiam in Placitis.
(b) Perardus addit, *ibidem.* (f) Perardus, *Durannus.*
(c) Idem, *Warnerii.* (g) Indubitatum sanè Præceptum istud cui
(d) Idem, *Turschilini.* Principis effigies apposita fuit, licet sigilli men-
(e) Observandum in Chartis sive Ecclesiarum tionem non fecerit Notarius. Hujus autem sigilli
sive Monasteriorum, admissam fuisse Clerico- iconismum vide-sis *apud Perardum* et in novo
rum et Monachorum testificationem in propria Tractatu Artis Diplomaticæ, Tom. IV, pag. 232.
causa, in lictris donationum, pactorum, ac

APPENDIX.

C ADDITAMENTA ET EMENDATIONES.

I.

Addenda ad vitam Chunradi Salici,

An. 1024.

Autore Wippone, Impr. pag. 1 hujus Volum. (a)

P A G. 1, *lin. 1*, Henricus II, *adde*, bene compositis Imperii rebus, cum jam post longum laborem maturum fructum pacis metere cœpisset, Imperio incolumi, mente sanâ, corporis correptus est infirmitate: qua invalescente.

Apud Pistorium p. 423.

D *Lin. 2*, vitam excessit, *adde*, Cujus corpus de Saxonia ad sepeliendum ducitur ad locum qui dicitur Pabenberg, ubi ipse bono zelo ac studio fundavit Episcopatum omni Ecclesiastico apparatu insignem. Ad cujus dedicationem Dominum Apostolicum, nomine Benedictum ascivit, cujus autoritate ad tutandum locum privilegia publicâ stipulatione confirmavit. Cum Imperator sine filiis obiisset, quilibet potentissimus secularium Principum, vi magis, quàm ingenio nitelatur, aut fieri primus, aut quâcunque pactione à primo secundus; ex quâ re discordia penè totum regnum invasit: adeò ut in plerisque locis, cædes, incendia, rapinæ fierent, si non is impetus illustrium virorum sufflamine impediretur. Imperatrix verò Chunigunda, quam maritali vigore destituta foret, tamen consilio, etc.

Lin. 4, Reip. succurrebat, *adde*, Et ad restaurandum Imperium aciem ingenii mentisque sollicitâ consideratione direxit.

E *Lin. 7*, Reges eligere, *adde*, Eo tempore Archiepiscopatum Moguntiensem rexit Aribo natione Noricus nobilis et sapiens, aptus regalibus consiliis: Coloniensem verò Archiepiscopatum Pelegrinus tenuit, consanguineus Aribonis, providus, et ad id officium idoneus:

Lin. 8, pius et humilis, *adde*, qui eodem tempore filium fratris sui Ducem Ernestum cum Ducatu Alemanico sub tutela habuit.

Pag. 2, lin. 3, officiis studiosus, *adde*, Wurecburgensi Ecclesiæ insedit (Macelinus) Marcelinus sapiens, et in Ecclesiasticis dignitatibus fidelis:

(a) Cùm opus illud Wipponis primâ hac vice inter Francicos Scriptores locum habeat; fusiùs, quàm ad caput hujus voluminis extractum est, edendum duximus: quia maxime, plura ad Historiam regni Burgundici spectantia, ex uno ferè

Wippone discimus. Hujus Tomi XI jam paginæ 424 typis erant expressæ, quando arduum nobis dirigendi operis negotium demandatum est. Inde hæc, et alia nonnulla addita, ad voluminis calcem rejecimus.

Pabenbergensem Episcopatum Eberhardus rexit primus Episcopus illius Ecclesiae, vir ingenio et moribus Reipublicae valde necessarius: Constantiensis Ecclesiae Præsul erat Heimo, vir sapiens in Deo, modestus, et providus ad seculum: Augustam Vindelicam regebat Episcopus Bruno frater Henrici Imperatoris, utilis et clarus ingenio, si fraterno odio quo Imperatori oberat, non obscuraretur: Juvavensem Ecclesiam, quam vulgari sermone *Salzburg* dicunt, rexit bonæ memoriæ Guntherus Archiepiscopus, frater Eberhardi (aliàs Eccardi) et Hermanni Comitum, mitis et bonus, apud Deum et homines: Radesbonensis Ecclesiae Episcopo * erat Burekardus (al. Kebehardus) benevolentiae gratiâ conspicuus: Frisingensem Ecclesiam regebat Albertus (Agilbertus) Episcopus, providus gubernator Cleri et populi sui.

Apud Pist.
pag. 424.

* Episcopus

Lin. 4, hi fuerant, *adde*, Benno Dux Saxoniae: Adelbero Dux Histriae: B Hetzilo Dux Bajoariae: Ernestus Dux Alemanniae.

Lin. 5, Dux Francorum, *adde*, Udalricus Dux Boemiae.

Lin. 11, cum magnificentia, *adde*.....

Loco lin. 12 et 13, *lege*: Inter Moguntiae confinia et WORMATIAE locus est amplitudine planiciei caussa, multitudinis maximæ receptibilis..... Ibi dum convenissent cuncti Primates, et, ut ita dicam, vires et viscera regni, cis et circa Rhenum castra locabant: qui dum Galliam à Germania dirimat, ex parte Germaniae Saxones cum sibi adjacentibus Sclavis: Franci Orientales, Norici, Alemanni convenere.

Apud Pist.
pag. 425.

Lin. 27, et Adelberti, *adde*, qui semper cum Regibus et Ducibus confligentes ad extremum, causâ propinqui sui Conradi Regis vix acquiescebant.

Lin. 29, Colla supponebant, *adde*, In his duobus, id est in majore Chuno et juniore (minore) diu pendebat reliqua nobilitas: et quanquam majorem Chunonem secretiori consilio et avido desiderio, propter virtutem et probitatem illius, pene omnes eligerent; tamen propter junioris potentiam, ne pro honoris ambitione dissiderent, animum suum ingeniosè quisque dissimulabat. Ad extremum verò divinâ providentiâ contigit ut ipsi inter se convenirent quodam pacto in tam dubiâ re satis convenienti, ut si quem illorum major pars populi laudaret, alter eidem sine mora cederet. Æstimo quod dignum sit dicere, qua ratione major Chuno suum prodidit ingenium, non quod ipse desperaret Rex fieri, unde jam nutum DEI Principum cordibus inspirari * percepit, sed ut cognati animum, quominus in novis rebus perturbaretur, confirmaret.... Majores nostri (ait) gloriam suam factis, quàm dictis prodere maluerunt, communi vita contentos esse decebit quoslibet inter æquales. Quicquid autem, id est, quod ad aliquid habiliores reliquis putamur, inde grates auctori Deo reddamus. Nobis ergo cogitandum est, ne, qui alienâ consentione digni tanto honore æstimati sumus, proprio et familiari dissidio indigni hâc gratiâ videamur. Stultum est enim aliena potestate pro sua nimium abuti. In omni electione nemini licet de seipso judicare: licet autem de alio.

* inspiratum

Quod si alicui de se liceret, quot regulos, ne Reges dicam, videremus! Non erat nostræ potestatis hanc potestatem ex multis inter binos coarctare. Vota, studia, consensus Francorum, Lotharingorum, Saxonum, Noricorum, Alemannorum, qui optimam voluntatem habebant, ad nos conferebant, tanquam ad unius stirpis propaginem; veluti ad unam domum; sicut ad indissolubilem familiaritatem, quos ex tam multis causis connexos dissolvi posse inimicitis nemo suspicabitur.... Si animum populi cognovero, te velle, te desiderare in Dominum et Regem, nullo pravo ingenio hanc benevolentiam à te revocabo; quin potius te eligam tantò avidius cæteris, quantò me sperabo tibi gratiorem illis. Si autem Deus ad me respexerit, debitam vicem mihi à te rependi non dubito. Ad hæc minor Chuno respondit totam hanc sententiam sibi acceptam fore, seque illi sicuti cognato charissimo, si eum res summa vocaret, omnem regiam fidelitatem facturum certissimè promisit.... Archiepiscopus Moguntin. cujus sententia ante alios accipienda fuit, rogatus à populo quid sibi videretur, abundanti corde, hilari voce laudavit et elegit majoris ætatis Chunonem suum in Dominum et Regem, atque Rectorem et defensorem Patriæ. Hanc sententiam cæteri

Apud Pist.
pag. 426.

Archiepiscopi

A Archiepiscopi et reliqui sacrorum ordinum viri indubitanter sequebantur. Junior Chuno paululum cum Lotharingis placitans, statim reversus, maximo favore illum ad Dominum et Regem elegit: quem Rex manu apprehendens, fecit illum consedere sibi. Tunc singuli de singulis regnis eadem verba electionis sæpissimè repetebant: fit clamor populi: omnes unanimiter in Regis electione Principibus consentiebant: omnes majorem Chunonem desiderabant: in illo persistebant: ipsum cunctis dominantibus nihil hæsitando præposuerunt; eundemque regali potentiâ dignissimum judicabant; et ut nulla mora illius consecrationis fieret, postulabant. Supradicta Imperatrix Chunegunda regalia insignia, quæ sibi Imperator Henricus reliquerat (non gravatè) grantanter obtulit, et ad regnandum, quantum hujus sexûs autoritatis est, illum corroboravit...

B *Lin. 31*, ut fama fuit, *adde*: imò hoste pacis Diabolo instigante, impacati discederent: qui tamen citò reversi ad gratiam Regis, propter eos quos communis conditio mortis præoccupavit, quicquid ipse præceperat, grantanter accipere, et Archiepiscopus Pilegrinus, quasi pro emendatione prioris culpæ impetrabat à Rege, ut sibi liceret in Ecclesia Coloniensi Reginam consecrare; de qua in sequentibus dicturus, nunc ad Regem revertar..... Erat enim vir magnæ humilitatis, providus consilio, verax in dictis, strenuus in factis, minimùm avarus, omnium Regum in dando liberalissimus..... Peractâ electione Regem sequi Moguntiam *, ut sibi

Apud Pist.
pag. 427.

* Moguntiam

C Regis primo accessu. Rex pervenit Moguntiam. Ibi honore debito receptus, consecrationem suam omnibus desiderabilem devotus præstolabatur. Ad quem benedicendum in die Nativitatis S. Mariæ, cùm Archiepiscopus Moguntinensis, et omnis Clerus solenniter se præpararent, inter sacra officia regie unctionis, Archiepiscopus hoc ad Regem usus est sermone: *Omnis potestas fluitantis seculi de uno fonte purissimè derivatur, etc...*

De fidelitate facta Regi, minùs necessarium dicere puto, frequenti usu teste, quòd omnes Episcopi, Duces et reliqui Principes, Milites primi, Milites gregarii, quin ingenui omnes, si alicujus momenti sint, Regibus fidem faciant. Huic tamen sincerius et libentius jurando omnes subjiciebantur. Similiter in dispositione curiali, quem Rex Majorem Domus statueret, quos Cubiculariorum Magistros, quos Infertores et Pincernas et reliquos officarios ordinaret, diù non est supersedendum, cùm illud breviter dicere possim, quòd nullius antecessoris sui ministeria aptius et honorificentius provisum memini vel legi. Ad quam rem plurimùm valuit ingenium Augustensis Episcopi Brunonis et Wernheri Argentinensis Episcopi consilium. Sic etiam Werniharii militis, quem Rex longè ante cautum consiliis, audacem bellis, frequenter secum experiebatur. Superbos * omnes dilecta Regis, etc.

Apud Pist.
pag. 428.

* Corr. super
hos

Inter lin. 35 et 36, ante versum: De Carolo, etc. adde primum versum:

Quando post decimam numeratur linea quarta,

Post versus illos, *ante lin. 36, adde*: Cùm tantæ nobilitatis esset et formæ decentissimæ, minimæ extollentiæ fuit: in Dei servitio timorata; in orationibus et eleemosynis assidua, et hoc ut secretius potuit: attendens illud Evangelicum: *Ne justitiam suam faceret coram hominibus*. Erat enim liberalis ingenii, illustris solertiæ, avida gloriæ non laudis, pudoris amans, fœminei laboris patiens, incassum minimè profusa, in rebus honestis et utilibus abundè larga, dives in prædiis, summos honores bene tractare perita. Hæc quorundam hominum invidiâ, quæ sæpe ab inferioribus fumigat ad superiores, per aliquot dies à consecratione sua impediabatur. Ceterum si illud odium justè an injustè pertulerit, adhuc in quæstione moratur: tamen virilis probitas in fœmina vicit, et ex consensu et petitione Principum consecrata, necessaria Comes Regem sequebatur...

..... Collecto regali comitatu Rex Chonradus primum per regionem Ribuariorum, usque ad locum qui dicitur Aquisgrani Palatium pervenit, ubi

Apud Pist.
pag. 429.

publicus thronus regalis ab antiquis Regibus, et à Carolo præcipuè locatus, ^A
 totius regni archisolum habetur Quanquam literas ignoraret, tamen
 omnem Clerum, cum amabiliter et liberaliter palam, tum convenienti dis-
 ciplina secretò prudenter instituit; militum verò animos in hoc multum at-
 traxit quòd antiqua beneficia parentum nemini posterorum auferri susti-
 nuit

Apud Pist.
 pag. 431.
 An. 1025.

Pag. 3, lin. 14. ante verba : Fridericus Dux, *adde :* Eodem tempore, hoste
 pacis Diabolo suadente, Ernestus Dux Alemanniæ, Chuno Dux Franciæ, Fri-
 dericus Dux Lotharingorum, cum aliis plerisque, contra Regem Chuonradum
 consenserunt, et multa molientes, multas munitiones incassum præparantes,
 nihil nisi calamitatem futuram assecuti sunt : quos omnes Rex Chuonradus parvi-
 pendens, iter suum in Italiam cum copiis destinavit; sed Dux Ernestus hu-
 militer iter ejus prosequutus usque Augustam Vindelicam, interventu matris ^B
 suæ Reginæ, et fratris sui Heinrici adhuc parvuli, aliorumque Principum,
 multum renuente Rege, vix in gratiam ejus receptus est.

An. 1026.
 Apud Pist.
 pag. 432.

Anno Incarnationis Christi MXXVI Chunradus Rex, consilio et peti-
 tione Principum regni, filium suum Heinricum puerum Regem post se de-
 signavit, illumque Brunoni Augustensis Ecclesiæ Episcopo in tutelam com-
 mendavit; et supradictis hostibus suis insidias per filium et cæteros fideles
 suos diligenter opponens, ipse cum exercitu copioso Italiam petere cœpit,
 in qua expeditione, supradictus Ernestus Dux Alemanniæ, aliquantulum
 Regi militans, Campidonensem Abbatiam, licet contrà fas et jus esset libe-
 ram rem nisi liberaliter servire, in beneficium accepit à Rege, et ad tutan-
 dam patriam honorificè remissus est

Ibid. p. 433.

Eodem tempore maximus calor Italiam vexabat, ita ut animalia multa et ^C
 hominum multitudo inde periclitarentur. Rex verò Chuonradus nemini ce-
 dens, nisi soli Deo et caloribus æstivis, ultra Atim fluvium, propter opaca
 loca et aëris temperiem in montana secessit, ibique ab Archiepiscopo Me-
 diolanensi per duos menses et amplius regalem victum sumptuosè habuit.
 Hinc decedens tempore Autumnali, Italiam planam iterum peragrans, ha-
 bitis consiliis et regalibus colloquiis in oportunis locis, atque rebelles in vin-
 cula mittens, regnum pacificavit, et sic pertransiens usque ad confinium
 Italiæ et Burgundiæ pervenit.

Lin. 19, gratanter accepit, adde, et remissis Legatis cum muneribus,
 ipse Padum transiens, ad Romam tendere cœpit

Lin. 22, à Papa Joanne, adde, et universis Romanis regio honore mirificè ^D
 receptus est; et in die sancto Paschæ, qui eo anno VII Cal. Apriles termi-
 nabatur, à Romanis ad Imperatorem electus, imperialem benedictionem à
 Papa suscepit.

Cæsar et Augustus Romano nomine dictus.

Quin etiam Regina, etc.

Apud Pist.
 pag. 434.

Pag. 3, lin. 31, Interea, adde, morante in Italia Imperatore, apud Teu-
 tonicis, magna invidia, multa consilia, multæ factiones adversus Impera-
 torem incassum eruperant Fridericus, etc.

Lin. 33, Imperatoris Chuonradi, adde, nuper ab eo beneficiis et mune-
 ribus sublimatus, discedens iterum, instigante Diabolo, rebellionem mo-
 liebatur; et consilio, etc.

Lin. 41, Patriæ intulit, adde, sic posthabitâ lege et justitiâ, usque ad ^E
 Imperatoris reditum iniquis conatibus insistebat.

Ibid. p. 435.

Lin. 49, in Franciam venit, adde, ibique Dux Chuono patruelis ejus,
 prius rebellis, se reddidit: quem Imperator in liberis custodiis aliquantu-
 lum castigavit, destructisque munitionibus suis, quas optimas habuit, in
 gratiam illum recepit, totumque in honorem suum sibi restituit. Paulò post
 Adelbero Dux Histrianorum sive Carintanorum, reus majestatis, victus ab
 Imperatore, cum filiis suis exulatus est, et Ducatum ejus iste Chuono ab
 Imperatore suscepit, quem Ducatum pater ejusdem Chuononis dudum ha-
 buisse perhibetur. Ita Dux Chuno fidus et bene militans Imperatori et filio
 suo Henrico Regi, quousque vixerat, permansit.

Lin. 56, Oratorum accidit, adde, Inde reversus per Bajoariam, cum

A omni comitatu suo pergens , Italiam intravit : et multum circa fines Veronam moratus , tandem cum maximo labore per Venetiam mare Adriaticum ingressus , navigio calamitoso Constantinopolim pervenit : cumque ab Imperatore Græcorum honorificè susceptus esset , secumque satis familiariter conversaretur , desiderare , etc.

Ibid. p. 436.

Ante lin. 1 , pag. 4 , lege : Anno Dom. MXXVIII. Indictione XI Imperator Chuonradus filium suum Heinricum magni ingenii et bonæ indolis puerum , ætate XI annorum , Principibus regni cum tota multitudine populi id probantibus , à Peligrino Archiepiscopo Coloniensi in regalem apicem apud Aquisgrani Palatium sublimari fecerat. Tunc in principali Dominica Paschæ consecratus et coronatus , Paschalem lætitiã triplicavit

An. 1028.

Anno sequenti Imperator in Bajoaria Ratisponæ Pascha celebravit : ibi Bruno Episcopus Augustensis defunctus est ; cujus corpus Imperatrix prosequuta , cum filio Heinrico Rege ad Augustam sedem suam honorificè sepeliri fecerunt. Nobilis valde fuit ipse Episcopus Bruno ; nam dum esset frater Heinrici Imperatoris , filius erat materteræ Giselæ Imperatricis : soror verò ejusdem Episcopi nupta Stephano Regi Ungarorum , causa fuit Christianitatis primùm in gente Pannonicâ. Episcopatum verò Augustensem Eberhardus suscepit.

An. 1029.

Anno Dom. MXXX. Imperator Chuonradus apud Ingelnheim Pascha celebravit. Ibi Ernestus supramemoratus Dux Alemanniæ , à custodia solutus , Ducatum recepit , eo tenore , ut Wehelonem militem suum , qui multis factionibus regnum turbaverat , quasi hostem Reipublicæ , cum omnibus suis persequeretur , idque se facturum cum sacramento confirmaret.

An. 1030.

C Quod cum Rex * facere nollet , hostis publicus Imperatoris dijudicatus est et penitus Ducatu amisso , cum paucis inde recessit. Imperator verò Ducatum Alemanniæ Hermanno juniori , fratri ejusdem Ernesti dedit , eumque Warmanno Constantiensi Episcopo commendavit. Imperator verò communi consilio omnium Principum regni eundem Ernestum et cunctos justitiæ et paci reluctantes à Episcopis excommunicari fecit , eorumque res publicari jussit. Ipsa Imperatrix Gisela , (quod dictu est mirabile) sed actu laudabile , filium inconsultum sapienti marito postponens , publicam fidem dedit omnibus , quicquid illi accidisset , nullam ultionem , neque malum animum pro hac re reddituram fore

* leg. Dux

Interea dum hæc agerentur , præfatus Ernestus Ducatus dignitate privatus , multa cogitans , multa moliens , qualiter Imperatori resisteret , magnos labores in vanum consumpsit : qui assumpto , etc. ut ad pag. 4 , lin. 1.

Apud Pist. pag. 437.

Pag. 4 , lin. 46 , Anno Domini MXXXIV , addit : Imperator in Bajoaria Ratisponæ sanctum Pascha celebravit. Hujus anni ætate , etc.

Ibid. lin. 48 , Imperator Cunradus , adde : expeditis Teutonicis et Italis.

Lin. 49 , Archiepiscopus Mediolanensis , adde : Heribertus , etc.

Ibid. p. 439.

Pag. 5 , lin. 27 , deducentes , adde , hymnis et canticis Deum laudabant , populo clamante et dicente , quòd pax pacem generaret , si Rex cum Cæsare regnaret. Reversus Imperator per Basileam descendens , Franciam orientalem et Saxoniam atque Frisiam ,

Ibid. p. 442.

Pacem firmando , legem faciendo revisit.

Anno Dominicæ Incarnationis MXXXIX , dum Imperator Cunradus jam in filio suo Rege Heinrico regni rem , Imperii autem spem bene locatam confideret ; cumque penè omnia per regnum ad libitum suum inclinata videret , ipso anno diem sanctum Pentecostes apud Trajectum civitatem Frisiæ celebravit : ubi cum sacratissimam solemnitatem venerando , magnificè cum filio et Imperatrice coronatus procederet ad mensam , medioeri dolore correptus est , tamen ne tantæ diei lætitiã perturbaret , dolorem dissimulavit. Sequenti die cum morbus letalis vehementer insistaret , Imperatricem cum filio Rege ad prandium exire jubet de cubiculo. Interea Imperator finem sibi imminere sentiens , sicut in vita sanus , in actu semper constans et strenuus fuit , ita in extremis nihil signioris fidei permansit : et vocatis Episcopis , corpus et sanguinem Domini , et crucem sanctam cum reliquiis Sanctorum apportari fecerat : et erigens se cum lacrimis valdè affectuosis , in confes-

An. 1039.

sione pura et oratione intenta, Sanctorum communionem ad peccatorum A
remissionem devotissimè accipiens, Imperatrici et filio Regi Henrico per
fida monita valedicens, ex hac vita migravit II seu pridie Nonas Junii, Feria II,
Indictione VII. Viscera Imperatoris apud Trajectum condita sunt, et Rex
locum sepulturæ donis et prædiis ampliavit. Reliquum corpus ab Imperatrice
et filio Rege, ut optimè excogitari poterat, involutum et reconditum,
usque Agrippinam Coloniam vectum, per cuncta Cœnobîa illius civitatis,
atque Moguntiaë seu Wormatiaë, sive illorum, quæ in medio fuerant, omni
* *al. multis* populo sequente et orante deportatum, incredibili oratione et magnis * ele-
mosynis pro redemptione animæ factis, tricesimâ octavâ, quâ obdormivit,
die, in Spira civitate, quam ipse Imperator, sicut et postea filius, multum
sublimavit, honorificè sepultum est sicut percepimus, referente Epis-
copo Henrico Lausanensi, cum cæteris Burgundionibus, qui illum de obitu B
usque sepulturam prosecuti sunt. Filius Cæsaris Heinricus Rex ad omnes in-
troitus Ecclesiarum, et ad extremum ad sepulturam humeros suos corpori
patris, ultra-modum humili devotione, supposuit; et non solum quod
filius patri in charitate perfecta, sed quod servus Domino in timore sancto
debet, hoc totum Rex patri defuncto studiosissimè exhibuit . . . etc.

Ad Willelmi Calculi Gemeticensis Monachi Historiam Norman-
norum Emendationes ex Mss. Victorino et Sangermanensi
decerptæ, C

*Quarum ope castigantur et elucidantur Fragmenta in variis hujusce
Collectionis Voluminibus Edita Tom. VIII, pag. 254-269,
Tom. X. pag. 184-192, Tom. XI. pag. 34-58.*

MONITUM.

JAMJAM demonstratum fuit, constansque manet inter eruditos
WILLELMUM CALCULUM (*Guillaume Caillou*, al. *la Pierre*) D
Historiam Normannorum scripsisse tempore scilicet quo, *bellorum
ac seditionum tempestate parumper conquiescente, jam totius An-
gliaë Monarchiæ et habenas potentiùs temperabat et gloria prospere
potiebatur* Conquestor Magnificus, *Lib. 7, Cap. 42. At*
didicimus ex Orderico Vitali *Lib. VI. Guillelmum nostrum nar-
rationem suam consummasse Senlaceio certamini: Guillelmus
quoque Calculus Gemeticensis Monachus, Dudonis materiam sub-
tiliter replicavit, facetè ABBREVIAVIT, et successorum actus
usque ad subjectionem Anglorum adjecit, post certamen SENLA-
CEIUM NARRATIONEM CONSUMMAVIT.* Guillelmoque Regi E
subtilissimo suæ gentis obtulit. Senlaceium Certamen (*Bataille
de Senlac*) ad annum 1066 referunt Normanniæ Angliæque
Scriptores.

Genuinum opus Willelmi constat ex sex Libris. Primus Anony-
mum Auctorem habet. Octavum velut adulterinam Gemeticensis
Monachi et alterius progeniem rejicimus post Ordericum Vita-
lem, qui in Prologo suo sic loquitur: *Quem [Dudonem] Guil-
lelmus cognomento Calculus secutus eleganter abbreviavit, et de
quatuor Ducibus qui successerunt, breviter et disertè res propalavit.*

A Tres illi quorum actus enarravit Dudo fuere Rollo, Willelmus I et Richardus I. Qui verò successerunt Duces quatuor, Richardus II, Richardus III, Robertus et Willelmus II : horum *res propagavit Calculus*. Igitur qui de Henrico Willelmi Regis filio et successore agit Liber octavus sub nomine Willelmi Gemeticensis vulgatus, alium habet Auctorem.

Quasdam interpolationes in Capitibus seu Articulis discussit D. Rivet in suâ *Franciæ Historiâ literariâ*, Tom. VIII, pag. 170, 171 : quæ Manuscriptorum Codicum Bibliothecarum San-Victorinæ n. 419, et Sangermanensis n. 1085, ope clariùs patebunt.

B Isti verò Codices 11 vel saltem ineunte 12 sæculo exarati videntur. Emendandum ergò quod legitur, Tom. VIII, præf. n. XXXI, pag. XXIV.

EPISTOLA

AD WILLELMUM ORTHODOXUM ANGLORUM REGEM,

DE NORMANNORUM DUCUM GESTIS.

C P¹io, victorioso, atque orthodoxo summi Regis nutu Anglorum Regi Willelmo, Gemeticensis Cœnobita omnium Cœnobitarum (a) indignissimus Willelmus, ad conterendos hostes Samsonis fortitudinem, et ad discernendum judicium Salomonis abyssum.

Opus hoc, prudentissime Rex, et Serenissime, in NORMANNORUM DUCUM gestis, de diversis excerptum Codicibus, juxta meæ exiguitatem industriæ contexui; vestræque dicans idem Celsitudini ob recolenda priscorum patrum inter præcipuas Laicarum dignitatum administrationes piissimorum actuum exempla Chronicorum Bibliothecæ delegandum decrevi. Quod non Rhetorum venusta exornatum gravitate, non politi sermonis venali lepore, seu nitore; sed inelimato (b) stilo, tenui oratione per plana deductum cuilibet Lectori ad liquidum elaboravi. Vestræ quidem Majestatis latera ambiunt præclari viri, literarum peritiâ admodum eruditi, qui strictis gladiis civitatem circumeuntes, eliminatis pravorum insidiis, lectum (c) Salomonis divinæ legis pervigili munimine satagunt tueri. Subtilissimi quoque ingenii vigorem cœlici dispensatoris prærogativa vobis collati, qualiter in armorum regimine, sic in cunctis, quibus intendere, quæ perpendere proponitis, mira valere efficacia, multi multimodè probaverunt. Munusculum igitur tantilli nostri laboris placida manu sumite, nobilissima gesta celebri memoriæ dignissima, vestra et antiqua per has paginas recolite. Principium namque narrationis usque ad Richardum II, è DUDONIS periti viri Historia collegi, qui quod posteris propagandum Chartæ commendavit, à Rodulpho (d) Comite, primi Richardi fratre diligenter exquisivit. Reliqua verò, quæ

D partim relatu plurimorum ad corroborandum fidem æquè idoneum annis et rerum experimentis partim CERTISSIMO JUDICE PROPRIO VISU IUDICI, privatim mea dono. (e) Sane genealogiam ROLLONIS à paganis majoribus nati, et, multa ætate sua in paganismo acta, tandem ad sanctam infantiam saluberri-
 E mo fonte renati, necnon somnium ejus cum pluribus id generis ab historica serie deservi, animadvertens ea penitus adulatoria, nec speciem honesti vel utilis præ-
 tendere. Verum, qui sacris mancipatum scholis forte præsumptionis, aut alia

(a) In altero Ms. Cod. Sangermanensi, num. 1087, omittuntur hæ duæ voces, Ms. ille Codex Chartaceus sæculo XV exaratus videtur.

(b) In eodem Ms. delimitato.

(c) In editis tectum.

(d) Ita Mss. Victor. et Sangerman. Editi verò Rudolpho. Ms. Reg. num. 6046, Radulfo.

(e) Additionem hanc à Mss. Victor. et Regio mutuat sumus. Tametsi testatur Calculus se principium narrationis usque ad Richardum II, è Dudonis periti viri Historia collegisse, fabulas quæ in hoc Scriptore de Normannis leguntur, respuit ac operi suo non intexuit.

qualibet culpa tali pro studio notaverit, hanc hujus opuseuli noverit causam **A** quam non supervacaneam arbitror; ut virtutes optimorum virorum tum in sæcularibus, tum in divinis excellentissimæ, quæ feliciter in oculis Dei vivunt, utiliter et in hominum notitia vivant. Non enim populari aura leni, sed pernicioso arrisu blandiente, atque illecebra mundo implicari condecet, quem angustiarum maceriarum, pro supernæ Hierusalem amplitudine devotissimo corde amplectendæ, includunt; quem tam habitus reverentia, quàm vitæ professio à mundo secludunt. En habetis vestram, sapientissime regnorum dormitor, et pacem, et bella simul, piissimi genitoris vestri gloriosissimi Ducis ROBERTI, superiorumque parentum; qui terrenæ militiæ nominatissimi Principes, sincerissima tamen fide, alacerrima spe, ferventissima caritate ad cœlestia tendentes, Christi maximè strenui milites ac studiosissimi cultores extiterunt. Imperator æterno præsidens imperio, in **B** quo confidens plurima sævissimorum obstacula admirandis proventibus ovan- tissimè triumphando protrivistis: ipse potentissimus tutor in cunctis gerendis vos tutetur; prudentiæ vestræ, quam contulit, gubernando patrocinetur: quoadusque felicissimo cursu sub mundano diademate consummato, in aulam veræ summæque beatitudinis patriam assumamini, perennis gloriæ annulo ac stolâ adornatus, pie Rex, victoriose, atque orthodoxe.

HISTORIÆ NORMANNORUM

LIBER PRIMUS.

Quomodo Hastings oppressit Neustriam ante adventum Rollonis.

CAPUT I.

Quomodo fortitudo Francorum, quæ diù vigerat, imminuta sit, unde et ipsi feritati Paganorum minùs resistere valuerunt.

EX QUO Francorum gens resumptis viribus Romanæ feritatis jugum à cervicæ propria * repulit, ferinaque colla sub Regum dominio flexit, **D** Christi Ecclesia vehementer adulta odoriferos fructus ferens, ad usque occidentuos limites floruit. * Qua denique tempestate ipsi Reges rebus bellicis strenui, ac Christianæ fidei vigore fulti, circumquaque de inimicis validissimos semper reportabant triumphos. Sub quorum moderamine Christi vinea crescens * innumeros fidelium protulit ramos. Ex hac quippe plurima Monachorum proruperunt ovilia, quæ velut apes ex suis alveariis multimodis, ex diversis mundi violis in cœlestibus sedibus intulerunt favos. De his etenim perennis Hierusalem fabricata * erecta est, coram Regis æterni obtutibus ut stellæ lucidæ fulgent in perpetuas æternitates. Quæ videlicet Ecclesia multis Francorum temporibus sub diversis Regibus valida virtute pol- lens viguit, donec à pace quatuor Ludovici Imperatoris filiis dissidentibus ex magna gloria regnum Francorum quati cœpit: in tantum ut collectis **E** undequaque viribus, in territorio Autissiodorensi apud Fontaneticum vicum duo adversus duos diabolo instigante confligentes, cruentissima Christianorum inter se cæde infelicissimo satisfacerent odio. Qui patriam penè omnimimine militum frequentiam præliorum destituentes, invalidam, et barbarorum, seu cujuslibet hostis invasioni oportunam eam reliquerunt. Quo tempore Pagani cum Lothroci Regis filio, nomine Bier, costæ quidem ferreæ, procurante ejus expeditionem Hastingo omnium Paganorum nequissimo à Noricis seu Danicis finibus eructuantes, maritima littora incolentes continuis cladibus vexaverunt, civitates diruentes, atque Abbatias concremantes. Quis verò iste Lothrocus, vel ex cujus stirpe oriundus extiterit, libet * posteris subscribere.

* Ms. Sangerman.

* Mss. Victor. Sangerman.

* Mss. Cod.

* Ms. Sangerman.

* Edit. infra dicemus.

A

CAP. II*. (a)

* in Editis III

De origine Gothorum , et ubi primùm habitaverunt.

TRES etenim Noë filios habuisse , sacræ ad liquidum testant. Quorum junior nomine Japhed filium genuit, quem proprio vocabulo Magog nominavit. Cujus Gothica soboles de similitudine ultimæ syllabæ paterni nominis vocabulum trahens adeò pullulavit , ut per diversa terrarum interstitia multimodè se dilataret et quandam insulam nomine Scanzam intra maris fretum sibi vindicaret. In qua per succedentia temporum curricula admodùm multiplicata, duos ex se in armis robustissimos produxit Gothorum populos. Ex quibus unus cum Rege suo Thanause de vagina sua egressus , ulteriorem Scythiam invasit sibi que usurpavit ; multùm post adversum Vesosem Ægyptiorum Regem contra se bella attentantem , diutissimè se armis et præliis extendens. Quorum uxores postmodùm vocatæ Amazones diurnam eorum moram molestè ferentes, repudiata virorum copula arma capessunt : duas Reginas Lampeto scilicet , atque Marpessam ceteris audaciores principatui subrogantes. Quæ dextris mamillis ob telorum jactus adustus , totam Asiam aggressæ , per centum ferè annorum volumina gravissimæ dominationis jugo eam domuerunt. Sed de his huc usque. Qui verò scire cuncta desiderat , Gothorum gesta percurrat, et noster stilus vertatur ad proposita (b).

C

CAP. III*.

* Edit. IV

Quòd Dani de Gothorum progeniè descendant, et de illorum incursionibus.

IGITUR alter Gothorum cuneus ex Scanza insula , quæ erat quasi officina gentium , aut velut vagina nationum , cum Rege suo nomine Berig egressus, mox ut è navibus exeuntes terras attigerunt, nomen loco dederunt, Scanzamque ob illius memoriam , de quo eruperant, illum vocaverunt. Inde denique proxiùs tendentes intra Germanicos sinus , Meotidas occupaverunt paludes , plurimas regiones diffusè metantes. Quam in secunda sede Dacia , quæ et Danamarcha , sistens , Reges habuit multos , miræ Philosophiæ eruditione vehementer imbutos , Zeutan scilicet , atque Dicineum , necnon Zalmoxem ex sua stirpe processisse , Antenoremque ab urbis exterminio , cum duobus millibus militum , et quingentis viris ob prodicionem illius ab eo perpetratam evasisse ; ac per multimodos ponti anfractus Germaniam appulisse , atque postmodum in Dacia regnasse , eamque à quodam Danao suæ stirpis Rege Danamarchiam nuncupasse (c). Sed sive hoc , sive illud extiterit ; originem tamen à Gothis noscuntur ducere Dani. Qui tantis post hoc adoleverunt incrementis , ut dum repletæ essent hominibus insulæ , quamplures sancita à Regibus lege cogentur de propriis sedibus migrare. Quæ gens ideirò sic multiplicabatur , quoniam nimio dedita luxui mulieribus jungebatur multis. Nam pater adultos filios cunctos à se pellebat , præter unum , quem heredem sui juris relinquebat (d). Quæ denique lex per multorum tempora Regum inconversa mansit , quoadusque Lothrocus Rex , de quo suprà prælibavimus , patri in regno successit. Is etiam Rex patrum legibus excitus , cum ingenti juvenum agmine forte cogente filium , nomine Bier Costæ ferreæ , à suo abdicat regno , cum ejus pædagogo Hastingo per omnia fraudulentissimo ; ut peregrina regna petens , exteras sibi armis acquireret sedes. Qui ideò Costa ferrea vocabatur , quia nisi (e) clypeus

(a) In utroque Ms. Codice Victorino scilicet ac Sangermanensi non exstat Caput II. Legitur verò apud Dudonem in ipso Libri primi initio, si Augustini contextum excipias. Hinc patet aliena manu interpolatum esse Caput istud.

(b) Hic legitur in Ms. Codice Sangermanensi. *Explicit Prologus. Incipit Liber I^{us}.*

(c) Quod de Danorum Normannorumque etymologia disserit , his verbis : *Hæc igitur de*

causâ Daci nuncupantur à suis Danaï vel Dani. Northmanni autem dicuntur, quia lingua eorum Boreas NORTH vocatur, homo verò MAN; inde Northmanni, id est homines boreales, per denominationem nuncupantur: abest à Mss. Codic. Vict. et Sangerman.

(d) Hic incipit Caput V in Editis.

(e) Ita Ms. Sangerm. in Ed. autem quia non ei clypeus objiceretur, sed inermis , etc.

objiceretur, inermis in acie stans, armorum vim quancunque sperneret A illæsus; vehementissimis matris ejus venenis infectus. Hastings verò à patria cum suo adolescente exul proscriptus, missa legatione milites de finitimis Provinciis animo leves, bellicque cupidos ad hanc expeditionem invitans, innumerabilem pugnantium tyronum congregavit exercitum. Quid plura? fabricantur naves, innovantur scuta, resarciuntur thoraces, poliuntur loriceæ et galeæ, acuuntur enses et lanceæ, omnique telorum apparatu accuratè munitur exercitus. Inde verò statuto die pelago impelluntur naves, ad eas properè festinant milites, elevantur vexilla, libant ventis carbasa, vehuntur lupi pernices ad lacerandas Dominicas oves, Deo suo Thur humanum sanguinem libantes*. Cujus cruore libaminis unanimiter potati, vento flante secundo Vermandensem et (a) Atrebatensem (b) [anno ab Incarnatione Domini 851.] exilientesque è navibus, totum illicò vulcano tradunt Comitatum. Sancti quoque Quintini Monasterium ferali rabie comburunt, de Christiano populo nefarium exercentes ludibrium, Noviomensis quoque Emmo Episcopus cum suis Diaconibus eorum gladio obtruncatur; fitque cædes in plebe proprio orbata pastore. Dehinc Sequanica ora aggrediuntur, et apud Gemmeticum classica statione obsidionem componunt. Qui locus jure Gemeticus vocatur, quia pro suis offensis illuc gemit, qui in flammis ultricibus gemituri non erunt. Quidam verò à gemma illum vocatum arbitrantur, quia ut gemma in annulo rutilat (c), ita locus ille situ et ubertate fructuum. Hic nempe Clodovei Francorum Regis tempore, à B. Philiberto, opitulante Regina Baltilde constructus, in tanto incremento adolevit, ut in nongentorum Monachorum numero ejus quantitas suppleretur. In quo quamplurima multitudo Episcoporum, seu Clericorum, vel nobilium C Laicorum, spretis secularibus pompis, collecta, Christo Regi militatura, propria colla saluberrimo jugo subegit. Cujus loci Monachi, sive incolæ, Paganorum adventum comperientes, fugà lapsi quædam suarum rerum sub terra occultantes, quædam secum asportantes, Deo juvante evaserunt. Paganum locum vacuum reperientes, Monasterium S. Mariæ et S. Petri, cunctaque ædificia igne injecto adurunt, in solitudinem omnia redigentes. Hac itaque patrata everione, locus, qui tanto honoris splendore diù viguerat, exturbatis omnibus ac subversis domibus, cœpit esse cubile ferarum et volucrum: maceris in sua soliditate in sublime porrectis, arbustisque densissimis, et arborum virgultis per triginta fermè annorum curricula ubique è terra productis (d).

* *ad. VII.*

CAP. IV*.

De excidio Neustriæ et Aquitanix.

ABHINC denique Sequanæ sulcantes alveum, Rotomagum adeunt, igneque comburunt; horrendum de Christiano populo exercentes ludibrium. Enimverò Franciæ interiora petentes, prolixius omnem ferè Neustriam (e) quæ à Genabensi urbe per transversum Lutetiam usque Parisiorum pertingit* oppidum, Normannica feritate invadunt. Irruptionibus namque creberrimis cuncta vastando circumeuntes, primò quidem pedites, eò quòd equitandi peritia deesset: deinde equis vecti more nostratum per omnia vagantur. Intereà stationem navium suarum, ac si asyllum omnium periculorum, in insula quadam Cœnobio S. Florentii supposita componentes, magalia E instar exædificavere burgi, quo captivorum greges catenis astrictos asservarent, ipsique pro tempore corpora à labore reficerent expeditioni illicò servitura. Ex qua inopinatos discursus agitantes, modò navibus, modò equis delati, totam circumcirca delevere Provinciam. Et primo quidem adventu urbem Nanneticam incendio cremavère. Dein Andegavensem percurrentes regionem, ipsam quidem civitatem concremant.

An. 853.

(a) Addimus *Atrebatensem* auctoritate Ms. Sangerman.

(b) Ansulis inclusa non leguntur in eodem Ms.

(c) Sic legimus cum Ms. Sangerman.

(d) Hic incipit Cap. VII in Editione Chesnii.

(e) Caput VII, in Editis, exceptis quatuor

prioribus lineis, æquè ac VIII^{um} mutuatus est author iste ab Adrevaldo Floriacensi Monacho Lib. de Miraculis S. Benedicti num. 33, cujus opera vulgavit Mabillonius Sæc. II, Bened. pag. 369-394.

- A Pictavorum verò castella atque vicos, omnemque patriam à mari usque ad eandem Pictavensem urbem populantur, vastant, cædihus replentes omnia. Sequenti namque tempore, navigio Turonum adeunt civitatem, eamque de more stragibus opplentes, ad postremum ignibus tradunt, populata omni circumquaque regione. Haud longo post, superiora Ligeris annis navibus expetentes, Aurelianis perveniunt, captamque urbem auro distrahunt: sicque ad tempus recedentes, secundo adventu eandem combustionem dissipant. Quid denique solius Neustriæ clades memorando, stilum protraham? (a) Quinque suprâ memoratæ urbes excidii damna sensere. Quid Lutetia Parisiorum nobile caput, resplendens quondam gloriâ, abundans opibus, fertilitate soli, incolarum, quietissima pace, quam non immeritò emporium dixerò populorum? Nonne magis ambustos cineres, quàm urbem nobilem potuisses (b) cernere? Porrò, quid Belvagus*, quid Noviomagum, et ipsæ quondam Galliarum præstantissimæ urbes? Num et ipsæ eorumdem barbarorum irruptionibus atque hostili gladio concidère? Piget referre nobilissimorum Cœnobiorum, tam virorum quàm feminarum Deo devotè servientium excidia, stragesque non ignobilium plebium, captivitates matronarum, virginum ludibria, ac cuncta, quæ victis victores inferre valent, infanda tormentorum genera. Quid Aquitanicæ gentis ingentem referam afflictionem, quæ olim bellorum nutrix, nunc frigidam bello præferbat dextram? Etenim ipsa optimos quosque genitalis soli in sese elidens, tunc patuit præda gentibus alienis. Ab ipso quippe, ut ita loquar, Oceani littore versus Orientem usque Arvernum clarissimam veteri tempore Aquitanicæ urbem, nullam libertatem retinere valuit regio, non opidum aut vicus, non denique civitas, quæ non strage ferali conciderit horum Paganorum. Testatur id Pictavis fæcundissima urbs Aquitanicæ, hoc Sanctonum, hoc Engolisma, hoc Petragoricum, hoc Lemovicas, hoc certè Arvernum, ipsumque Avaricum caput regni Aquitanici.

* al. *Bellovacus*

CAP. V*.

* al. IX

Hastings Italiam permeat.

- HIS atque hujuscemodi calamitatum malis, ut prælibavimus, Galliis non absque piaculo quorumlibet per XXX ferè annorum spatium lugubrè detritis, Hastings dominium suum ad altiora cupiens provehere, de Imperiali diademate cum agmine complicum cœpit attentius tractare. Postremò, inito consilio velivolum permeantes mare, Romam deliberant clandestina irruptione obtinere. Sed nimia exorta tempestate, ad urbem (c) Lunis devolvuntur, vento impellente, quæ pro sui decore hoc vocabatur nomine. Porrò cives tanta attoniti classe, civitatis repagula portis inducunt, propugnacula et jaculis muniunt, atque semetipsos hortantur ad resistendum. Quorum audaciam Hastings ut comperit, ratus hanc Romam fore, omni conatu cœpit attentare, quo pacto possit eam dolo invadere. Denique Episcopo et Comiti suæ perfidiæ ministros dirigit, mandans non sua sponte illuc appulisse, sed suam repetere patriam voluisse: pacificos se esse pacem deinceps quærere, et se letali pressum languore, ab eis Christianum fieri supplicii prece deposcere. His Episcopus et Comes auditis, gaudio exhilarati, pacem cum nefandissimo pacis inimico firmant, fitque communis utriusque populo urbis ingressus (d). Tandem scelestus ad Ecclesiam fertur Hastings, sacro baptismo mergitur homo versutus, et exit rapacissimus lupus. Quem ad sui perniciem à fonte excipiunt Episcopus et Comes, hincque bajulorum manibus refertur ad navim, crismate delibutus. Post hoc, intempesto noctis medio, loricated locatur in feretro: innuens ceteris, ut suas induerent loricas sub tunicis. Proinde fit intolerabilis luctus per exercitum, Hastings obiisse neophitum. Resonat maris litrus tanti Ducis excessu. Dehinc navi effertur, ad Ecclesiam bajulatur. Sacra vestitur Antistes indumenta, sacro-

(a) Ita Ms. Vict. Editi verò et Ms. Sangerm. addunt, *aut solæ quinque*, etc.(b) Sic legitur in Ms. Sangerm. aliàs *potis es*.

(c) Luna, urbs Etruriæ ad ostia Macræ fluvii.

(d) Hic incipit Caput X in Editis, in quo, sicut in aliis, abbreviatam reddit narrationem Dudonis sancti Quintini.

sanctam pro defuncto mactaturus hostiam. Fit commendatio animæ, ut corpus scelerum et perditionis in barathro jam sepultum tradatur sepulturæ. Sed ecce prosilit de feretro, Episcopumque et Comitem obruncat gladio. Dehinc lupina rabie cum suis grassatur in plebe. His à funesto perpetratis, theatrum efficitur Dei Domus, jugulantur juvenes, trucidantur senes, depopulatur civitas, diruuntur a fundamentis mœnia. (a) Hujus itaque peracta urbis subversione, comperientes Pagani se Romam nullatenus cepisse, veriti ne ulterius quicquam proficerent, (quippe cùm Romanas aures famâ volante eorum profana opera jam occupassent) inuito consilio de regressu disponunt: Nam Bier totius excidii signifer, exercituumque Rex, dum nativum solum repeteret, naufragium passus, vix apud Anglos portum obtinuit, quampluribus de suis navibus submersis. Indeque Frisiam repetens, ibidem obiit mortem. Hastings verò Karolum Francorum Regem adiens, B pacem petiit, quam adipiscens, urbem Carnotensem stipendii munere ab ipso accepit. Et sic Francia à tumultuum fragoribus aliquandiù respiravit: sententia ultionis ob enormitatem scelerum debitæ suspensa, propiciata piissimi Christi clementiâ, cum Patre, et Spiritu sancto mundum ineffabiliter regentis per secula.

* Ms. Victor.

*Explicit * de Origine Danorum et eorum pressuris*

LIBER PRIMUS.

* ex cod. cod.

*Incipit * opus Cœnobitæ Willelmi (b) præclarissimos Normanniæ Duces Cronico stylo representantis.*

Incipit de Rollone Daco

LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

POST emensis plurimorum annorum interstitiis, Francia ab his tumultuum fragoribus paulisper sopita, iterum Danamarchia flammivomos exterminii jure titiones spargens plurimos tirones à se juvenili flore vernantes, priscorum patrum lege secernit (c). Qui profecto cum sex navibus armato milite plenis, maria petentes Scanzam insulam applicant: indèque anchoris sublatis spirantibus salubriter auris Angliam aggrediuntur Britannicam. Cum quibus Angli confestim obvii congressione facta confligentes, multis suorum amissis, cum dedecore refugerunt. His Elphstarnus regni illius Rex compertis, missa legatione protinus pacem petit et adipiscitur, firmatisque fœderibus amicitia indissolubili ad invicem connectuntur. A quo se expeditionis postulantes auxilium magnam armatorum intercapedine parva temporis sui manum contraxerunt. Mox ergò velis in sublime pansis fluctivaga sulcantes æquora circio * hac illacque rotante undas cum magno vitæ periculo devolvuntur ad Waclais *. Quibus mortem evadentibus et de maris dispendio respirantibus Rainerius longi colli Hainonensis sive Habaniensis cum multitudine gravi bellum inferens et eos à terra exturbare cupiens, extinctis suorum quampluribus, ipse victus capitur, et compedibus

* Hic deficiunt
Mss.
* Ed. Wal-
gros

(a) His verbis incipit Caput XI in vulgatis.
(b) Istis adde quæ leguntur in eodem Codice ad calcem Libri octavi, nempe: *Explicit opus Cœnobitæ Willelmi præclarissimos Normanniæ Duces Cronico stylo representantis*. Unde non leviter conjicitur Libri primi et Libri octavi Auctorem non esse Willelmum, ac illius opus ab aliis fuisse auctum. Genuinos etiam Willelmi Libros, maxime V et VII interpolatos esse satis indicant Manuscripti Codices Victorinus et Sangermanensis. Advertendum imprimis in Ms. Victorino Librum secundum prout Willelmi genuinum opus est,

primò constare dumtaxat ex quatuor lineis Capituli primi pag. 221 Chesnianæ editionis; quæ verò sequuntur usque ad finem Capituli VIII, eadem prorsus apud Dudonem leguntur ab initio paginæ 70, ad medium pag. 73. Porrò ea ipsa sunt quæ Ms. Victorini Auctor à se omissa monet in præfatione, ut suprâ observavimus.

(c) Hic sequimur Codices Sangerman. et Regium, de quo suprâ, utinam mutilus non esset: quamvis enim XIV sæculi characterem præ se ferat, in omnibus cum suprâ citatis Codicibus convenit.

A mancipatur. In navibus capti detruduntur. In illa verò pugna à Rainerii militibus duodecim Danorum bellatores capiuntur, quos uxori ejus repræsentantes decreverunt pro eis Dominum suum recipere. Qua denique spe ex toto frustrati non sunt: nam uxor ejus Legatos ad Danos mittens, et ipsa suum virum, dato pro eis magno auri pondere recipit; et Dani qui ab ipsâ tenebantur, liberi dimittuntur.

Addenda ad Tomum VIII.

PAG. 255, *ad calcem capitis IX in Editis; in Mss. verò II, adde quæ sequuntur lin. 4 ex Mss. Victor. et Sangerman.* Unum ex semetipsis nomine Rollonem fortè eligentes, quem sibi Dominum militiæque suæ Principem pacta **B** ei fidelitate perficiunt.

Pag. 256, cap. 12, lin. 6, in margine Sebar, adde seu Scibardus.

Ibid. lin. 8. Talibus itaque territæ plurimæ gentes Franciæ, tributa solvebant Rolloni, plurimæ verò resistebant ei. Hæc verba desunt in Mss. Codic. Victor. et Sangerman.

Ibid. in capite 13, lin. 18. statim Comites exercitûs et cetera usque ad inimicos suos devastare, desunt in Mss. supra nominatis.

Ibid. in cap. 14, lin. 26, his verbis, Expletis autem tribus mensibus illicò; adde post Mss. Codices Victor. et Sangerm. Rollo solita rabie Franciam usque ad Stampas, missis hac illacque exercitibus, demolitur. Reliqua hujus capitis desunt in Ms. Sangerman.

PAG. 257, *in cap. 17, lin. 24. Flandrensem verò Provinciani, etc. quæ in C editis leguntur usque ad Quibus nobiliter expletis, absunt à Mss. Victor. et Sangerman.*

Ibid. in cap. 18, lin. 42. Rollo autem postquam baptisatus est. et quæ sequuntur usque ad hæc verba capitis 19, lin. 53, Videntes autem Pagani, non leguntur in Mss. Cod. Victorino: exstant autem in Mss. Sangermanensi, in quo quædam alia omittuntur.

Pag. 258, lin. 2, securitatem omnibus gentibus et reliqua hujusce capitis usque ad 20 desunt in Ms. Sangermanensi.

Ibid. in cap. 20, lin. 23. Dicuntur etiam alia multa digna relatu, etc. quæ sequuntur inclusivè usque ad in hodiernum diem Rollonis Mara vocatur, desunt in Mss. Victor. et Sangermanensi.

D *Ibid. cap. 21, lin. 34. Hoc caput sic incipit in Ms. Sangerman. Per id tempus Rodbertus Dux Rollonis patrinus contra Regem Karolum rebellavit, et regnum Franciæ invadens in Regem III Kal. Julii unctus est. Karolus verò antequam annus compleretur, etc. ut in editis lin. 42.*

Pag. 260, lib. 3, cap. 3, lin. 5, festina, lege festiva. cum Mss. Vict. et Sang.

Cap. 4, lin. 12. post Karoli Regis filium, adde cum Ms. qui Laudunensis præsulis Ascelini decipulis captus, in custodia diem obierat.

Lin. 13. post pro suo amore ignosceret, addit Ms. Confugerat enim Ludovicus puer cum matre Ogiva, cum Francorum dolis pater ejus caperetur.

Cap. 5, lin. 33, post vocem, prudentissimus, adde, Mediator.

Cap. 6, lin. 40, congratulanter, corrige, congratulanti.

PAG. 262, *lin. 5, cap. 11. Intereà Arnulfus Flandrensis dirum perfido, etc. Ms. Sangermanensis addit verbo, Intereà VIII regni Lodovici Francorum Regis E anno.*

Pag. 264, Lib. IV, cap. 4, lin. 53, 54. Nepotem, meliùs in Ms. Victor. pronepotem. Erat enim Bernardus Willelmi patris Richardi avunculus.

Pag. 265, cap. 7, lin. 19. Haigroldo, Ms. Victor. habet hîc et passim Heroldo.

Lin. 50, obventu, corrige cum Ms. obtentu.

Pag. 266, cap. 10, lin. 37. Quod patri suo Henrico Regi et alia quæ sequuntur usque ad illa contra Robertum prosperè gestum, non leguntur in Ms. Cod. Sangermanensi.

Pag. 267, cap. 13, lin. 34, ditioni, meliùs cum Ms. tuitioni.

Lin. 40, illis quidem honorificè vale dixit, corrige cum Ms. illos quidem digna mercede remuneravit. Et omissis duobus lineis, lege Deinde suum celerrimè, etc.

Pag. 269, cap. 18, *Extrema hujus capituli verba recidit D. Bouquet; hinc verò A restituimus quia observatione digna nobis visa sunt. De qua [Ecclesia Beccensi] orietur sermo in posteris. Ita Ms. Victor. at Codex Sangermanensis terminat caput istud per hæc verba: Tertia quidem Mathildis Odoni Comiti, de qua sermo in posteris orietur. Reliqua omittit.*

Emendationes ad Tom. X.

PAG. 185. *Ex eodem Libro IV, cap. 20, lin. 9, morbo crudescente, addunt Mss. Victor. et Sangerman. Compellor à vobis separari. Proinde, si mei aliquin (fortè aliquantò) amatores mei fuistis, oro vos ut hunc meum filium loco mei vobis præferatis, eique fideles sitis sicut mihi semper fuistis. Jam enim me ingredientem viam, etc. ut in editis.* B

Pag. 186, Lib. V, cap. 4, lin. 10. Ducis, *dde*, Richardi.

Lin. 31, ad tres, *corrige*, ad naves.

Lin. 34, Ducem, *adde*, Richardum.

Pag. 187, cap. 7, lin. 26, incolatûs, *corrige cum Ms. exulatûs.*

Cap. 10, lin. 32, auferens, *lege*, accipiens.

Pag. 188, cap. 11, lin. 18, cautos, *lege*, incautos. *Ita Ms. Sangerm.*

Pag. 189, cap. 15, lin. 33, hæredem. Burgundiones cum fastu supercilii suscipere refutaverunt; sed, *corrige cum Ms. Victor. hæredem, quem suscipere Burgundiones cum fastu supercilii refutantes, Landricum.*

Pag. 190, cap. 16, lin. 11, *in margine*; al. Milbiandum, *adde cum Ms. Cod. Victor. Milmandum, seu cum Uticensi, Mirmandum.*

Lin. 15. Inde, *adde cum Ms. Victor. retorquentes gressum.*

Pag. 190, Lib. VI, cap. 2, lin. ult. *ab invicem secesserunt: Adde et corrige cum Ms. Victor. Porrò Dux post hæc, dimisso exercitu, Rotomagum regressus, millesimo vicesimo octavo anno ab incarnatione Domini, suorum nonnullis, ut retulerunt plurimi, veneno mortem obiit, fratrem suum Robertum hæredem relinquens sui Ducatûs. Quæ sequuntur in editis ab hæc voce Parvulus, ad finem capituli non sunt in Ms. Victorino. Istæ interpolatio notatur, pag. 191, not. b. Ultima verba Ms. Codicis insinuant Nicolaum quem Chronographi quidam filium Richardi faciunt, nothum fuisse. Id expressis verbis probat autor Chronici Francici Normannicæ cuius partem vulgamus in hoc Tomo, pag. 320-343. Sic autem loquitur; [le tiers Richart] ne regna que deux ans, et n'ot nuls enfans qui après lui peussent succeder en la Duchié.* C

Pag. 191, cap. 4, lin. 47, strangulatus est. Iterum Willelmus ad tantam D controversiam, *lege cum Ms. Victor. strangulatus est; sed non multò post furiâ invecus discidii, ad tantam controversiam.*

Pag. 192, cap. 5, lin. 10. Ibrilicum, *Ms. Victor habet Ibroicum.*

Emendationes et additamenta ad hunc Tomum XI.

PAG. 34, cap. 7, lin. 15. Tunc Robertus, etc. *usque ad finem capituli hujus desunt in Ms. Victorino.*

Pag. 35, cap. 9, lin. 10. *Non legitur in eodem Ms. caput istud IX; non in Uticensi, ut observatur ibidem not. a. nec etiam in Codice Sangermanensi.*

Pag. 36, cap. 10, lin. 40. Gersus, *in Mss. Victor. et Sanger. legitur Gersui. Ibid. domum, corrige, demum.*

Pag. 37, cap. 12, lin. 3, pace rata, *lege*, mansura. *Ibid. not. a, adde, et in Victorino.* E

Ibid. Lib. 7, cap. 2. Deinde Tuoldus teneri Ducis, etc. quæ sequuntur usque ad hæc verba capituli 4, pag. 38, lin. penultima, Henricum igitur Francorum Regem adeunt, etc. non exstant in Ms. Cod. Victorino.

Pag. 39, cap. 5, lin. 19. Comitatum adivit, *Ms. Victor legit, Comitatum aggressus.*

Ibid. cap. 6, lin. 37, extorris aufugit. Hic desinit in Ms. Victor. caput 2, quod est 6 in editis.

Pag. 40, cap. 7, lin. 13. Denique, etc. *et tres sequentes lineæ desunt in Ms. Cod. Victor.*

- A *Ibid. cap. 8, lin. 19, cum Duce, adde cum eodem Ms. Wilhelmo.*
Caput istud 8^{um} in editis, 4^{um} in Ms. Victorino, licet non legatur in Uticensi Codice, sicut pars sequentis, tamen stilum, formam totius operis redolet.
Ibid. cap. 9, lin. 41, reliquit heredem; adde, sed de hiis huc usque.
 Nunc stilus figatur in præfixa narrationis serie. Quæ verba claudunt caput hoc V. Ms. Victorini, IX verò in editis. Sequentia capita 10, 11, 12, 13, 14, 15 et 16 non leguntur in isto Codice. V^{um} verò caput, in editis 17, ab his verbis incipit: Igitur Dux jam flore vernans gratissimæ juventutis, et reliqua *ibid. p. 43, lin. 7.*
Pag. 43, cap. 17, lin. 10. Circa hæc tempora Hugo. Hæc verba usque ad quinquaginta annis in Episcopatu vixit, absunt à Ms. Victorino.
Ibid. lin. 19, castrum Brioci, legendum Brionæ probat designatus infra situs
- B *juxta flumen Risle.*
Ibid. lin. 37-44 Briocum, corrige, Brionam.
Pag. 44, cap. 18, lin. 13. Nec mora, sicut jusserat, hæc verba inclusive usque ad pelliciarum exstiterant, non leguntur in Ms. Victorino.
Ibid. cap. 19, lin. 29. Moritolii, aliàs, Moritonii, ut infra legitur lin. 49; attamen apud Ordericum Vitalem passim Moritolii.
*Pag. 45, cap. 21, lin. 21, mœnibus intulit: adde ex Ms. Victor. de quâ succedentibus annorum temporibus filios filiasque genuit, ex quibus postmodum in Ducatu genitori Robertus successit functus honore paterno, et utinam tempore longo. De quo, si vita comes fuerit, plenius à nobis suis dictabitur in locis. In eodem Ms. non leguntur cap. 22, et 23. Idem observatur de Codice Ms. Uticensi, *ibid. not. b. Maxima pars capitis 22 desideratur in Ms. Sangermanensi.**
- C *Pag. 46, cap. 24, lin. 40. Tunc Normannos discordia turbavit, eosque vicinorum, qui bella paci proponebant, cruores effundere compulit. Quæ verba desunt in Ms. Cod. Ms.*
Pag. 47, not. a. confirmatur Lectio Ms. Cod. Utic. per Ms. Victorinum: uterque concordat.
Pag. 48, cap. 28, lin. 41, non apposuit: adde cum Ms. Victor. Qui diutiùs post hoc vivens demum naturæ debita solvit. Philippum et Hugonem, unamque filiam genuit. Qui postquam Regnum, etc. ut in lin. 46.
Pag. 50, cap. 34, lin. 49. Considerans itaque Princeps regio diademate jure coronandus Heroldum quotidie, etc. ita legit Ms. Victor.
Pag. 51, lin. 6. Penvesellum, corrige cum Ms. Victor. Pevenescellum.
- D *Ibid. lin. 8, aliud firmavit, corrigi Ms. Victor. et addit, Quem Heroldus incautum accelerans præoccupare, tota nocte equitans in campo belli apparuit mane. Ubi vide Ms. Vict. partem capitis 34 et caput 35 totum abscindere.*
Pag. 52, cap. 38, lin. 31, Comitum Rodulphi filius. Reliquam istius capitis deest in Ms. Cod. Sangermanensi.
Pag. 53, lin. 27, cap. 40, ita restituendum est.
 Rex verò Wilhelmus, jam ad votum dispositis omnibus, pro quibus venerat, Roberto filio suo juvenili fervore vernanti Normannici Ducatus dominium tradidit. Ipse verò in regnum remeans Anglicum, iteratò plurimos ejusdem gentis reperit, quorum levia corda ab ejus fidelitate prævaricatrix conspiratio averterat. Conjuraverant enim latrunculi per totam patriam, quatinus milites quos ad tuendum regnum reliquerat in capite jejunii nudis
- E *vestigiiis, quo solet unusquisque penitens Christiana religione ad Ecclesiam festinare, incautos ubique perimerent: et sic ipsum à Normannia regredientem levius è regno proturbarent. Verùm detectis Deo contrariis eorum perfidiæ machinis, repentinum magni debellatoris formidantes adventum, furtim, ut festinum magni terroris consilium suasit, fugâ lapsi in quandam partem Cumberlandæ Comitatus, aquis pariter et silvis inaccessibilem, se contulerunt: et firmissimo vallo castrum crexerunt, quod propriâ linguâ Dunelmum nuncuparunt. Inde diversos excursus crebrò agitantes, aliquandiù inibi delituerunt, Sueni Danorum Regis præstolantes adventum, quem vedariis ad sui convocarant auxilium. Inde verò Legatos mittentes, ad exrenda suæ nequitiae infausta commenta, sibi asciverunt Eboracenses. Quibus juncti, armorum simul et stipendiorum copiâ urbem munierunt, et semetipsos*

ad resistendum corroboraverunt; sibi que puerum quemdam nomine Eadgarum ex Eduardi Regis nobilitate genus ducentem, Regem præfecerunt. Quorum temerarios actus vel conatus Willelmus Rex ut agnovit, Normannorum catervas produxit, et quantociùs ad confutandum contumaciam eorum perrexit. Seditiosi autem audaciâ et viribus fisi, ex civitate prosilnerunt, et contra regalem exercitum ilicò aciem direxerunt. A quo protinùs ita profligati sunt, ut quamplurimi perimerentur, et reliqui intra mœnia oppidi refugere compellerentur. Normanni verò è vestigio eos consecuti sunt, et muri ambitum, quò confugerant, cum ipsis irruperunt, atque tam ferro quàm igne à puero usque ad senem totam penè urbem deleverunt. Incentores autem totius doli per Humbre fluvium navibus dispendium mortis effugerunt.

Cap. 41.

Porrò duo filii Heraldi Regis ab eorum contubernio se subdlexerunt, et cum multis vernaculis patris Dirmetum Hiberniæ Regem pro obtinendo juvamine aggressi sunt. De cujus regno, eodem suffragante, parva temporis intercapedine non minimam manum militum sibi contraxerunt. Deindè, cum sexaginta sex navibus, qua in regione maximè opportunum æstimaverunt, ociùs Anglos repetierunt; et more sævissimorum pyratarum, rapinis et incendiis terræ populum exterminare conati sunt. Briennus autem, Eudonis Ducis Britanniæ minoris filius, eis armatus cum suis occurrit, et mox cum eis sub die una duobus præliis manum conseruit. Cæsis verò mille et septingentis bellatorum, cum nonnullis regni Proceribus, reliqui è certamine fugientes, navium præsidio necis excidium utcumque evaserunt, et ex charorum amissione permaximum Hibernensibus luctum reportaverunt. Qui profectò, nisi nox prælium diremisset, omnes mortis novaculâ abradi fuissent.

Cap. 42.

Suarii denique intra Dunelmum latitantes, compertis tot in perniciosis conspirationibus eâdem vesaniâ coadunatorum infortuniis, cum adhuc in suas ærumnas armis atque fuga auderent, regiam expeditionem super se metuentes, deliberatâ sententiâ tam inconsultæ temeritati congrua, in maritimum præsidiorum remotiora sese receperunt, inhonestas opes pyraticeo latrocinio sibi contrahentes. Rex autem monitus quidem prudentia, qua consulere in cunctis Regi novit, immunita regni providissima dispositione perlustravit, ac ad arcendos hostium excursus tutissima castella per opportuna loca stabilivit: quæ militum electissimo robore, et uberrima stipendiorum copia munivit. Tandem bellorum ac seditionum tempestate parumper conquiescente, jam totius Angliæ Monarchiæ et habenas potentiùs temperat, et gloria prosperiùs potitur.

Hactenùs (a) illustrissimos ac celeberrima Annalium pagina dignissimos Willelmi Regis actus, quos in ordine narrationis expeditum est in Ducatu plurimos, multos jam in regno meritæ ultionis gladio justitiæ adversarios debellando gessit, per veritatis tramitem directo sermone prosecutus, bonis quibusdam adhortando faventibus, juxta nostri temeritatem ingenii conscriptos venturæ ætati in longum victuros trado. Quæ verò ejus nobilissima gesta probissimaque merita lætifica spe jam tenemus latera, illius ambientibus sapientia et eloquentia præminentibus viris honestam materiam honestis edendam fastis relinquo. Ipsum autem pium atque orthodoxum Regem sub Anglorum tutela Anglis feliciter dominari, Anglos fortiter perdomare, justè gubernare è Christo. Sed quia Normannorum Ducum pacem atque bella Cronico digerere stilo decrevimus ad Robertum ejusdem Regis filium, quo impræsentiarum Duce et Advocato gaudemus, calami via dirigatur. Cum enim pulcherrimo tam decentissimi corporis quàm gratissimæ ætatis flore vernans in juventutem enitescat; ex ingenuâ ejus virtute qua velut in homine magnos repræsentavit avos, præclarissima opera plurimorum notitiæ scripto propaganda speramus, annuente Imperatore Virginis filio qui cum Patre, sanctoque *Pneumate* in verâ æternitate idem ineffabili potentia omni præsidet potestati universaque immobilibus movet ac moderatur legibus. Amen.

(a) Caput ultimum et conclusionem deprimimus ex Mss. Codicibus Victorino et Sangermanensi. Hinc videre est, sepositis intercalationibus quas manus aliena genuino operi Willelmi Gemeticensis inseruit, totum opus auctoris

nostri tantum constare sex libris. Si consulimus Ms. Victor. Liber VII habet capita seu articulos 19. Alias divisiones continet Codex Sangermanensis: in hoc numeramus 47 articulos, quorum breviores alii, quidam ampliores

A *Explicit opus (a) Cœnobitæ Willelmi præclarissimos Normanniæ Duces Cronico stilo representantis.*

(a) Hæc leguntur in Ms. Victorino. Sangermanensis Codex nullibi nominat Willelmum Germanicensem: in multis, et ferè in omnibus consentit Victorino. Illic Codex quingentorum ferè annorum ætatem habet, iudice viro clar. D. des

Thuilleries Dissertat. impressâ *Mercure de France* 1723, décembre, p. 1311. Manuscriptum verò Sangermanense caracterem proprium sæculi duodecimi ex omni parte redolet.

Addenda Fragmento cui Titulus est,

B *Ex Gestis Pontificum Cenomanensium, pag. 135 hujus Tomi.*

MONITUM.

EXCERPTA ex Cap. 31. Gestorum agunt de Gervasio primùm Episcopo Cenomanensi, deinde Remorum Archipræsule quem laudat Fulcoius Meldensis, pag. 443 hujus Tomi. Vide notam e. Natus fuit Gervasius, Apud Curiam-Aimonis (Coaimon) prope Castrum Ledi in pago Cenomanensi IV Nonas Februarias, ex Chron. Remensi, Tom. X, pag. 271.

C II. De Herberto Comite, cognomine Bacco, avunculo Herberti qui fuit temporibus Avesgaudi Episcopi, juvat hanc observationem præmittere.

III. Herbertus iste frater Hugonis I Comit. Cenoman. filii Davidis qui comitatum hunc à Lothario Rege suscepit an. 957. Davidis hujus, Comitum Cenomanensium Capitis prosapia, et si pro tenebris horum temporum ignota, non idcirco minus illustris censenda est, cum hanc ex communi existimatione ad Carolum magnum referat Ordericus Vital. Lib. 4, pag. 244 hujus Tomi. David primus Comes Cenomanorum obiit an. 970, cui successit Hugo filius ejus, nomine primus; iste tres filios habuit Herbertum, ejus successorem, qui natu-minimus videtur; Hugonem et Fulconem qui juvenes obierunt.

D De Hugone I vide Will. Gemet. Lib. 5, Cap. 10, pag. 187, Tom. X. Ad Herbertum quod attinet, vulgò cognominatum evigilans canem, anno circiter 1015 fratris successorem; memoratur ille in Gestis Consul. Andeg. in nostro Tom. X, pag. 257. In prælio Pontileviens Comites Andegav. et Cenoman. partâ victoriâ Odonem Campaniensem fugaverunt. Redux ab istâ expeditione Herbertus pro gratiarum actionibus Deo persolvendis plurima dona contulit Canonicis sancti Petri de Curiâ Cenomanensi; hæc colligimus ex Chartulario ipsius Ecclesiæ. « Redientes ergo à prælio quod cum Odone Campaniensi » ego Herbertus evigilans canem cognomine et Goffridus Martellus: Fulco verò pater ejus de prælio fugerat: viriliter vicimus; » Odone Comite devicto in terrâ sua et capto, dedimus nostris » Ecclesiis pro honore victoriæ quam Deus nobis contulerat plura » donaria, etc. » Interfuit Comes Herbertus foundationi Ecclesiæ S. Leonardi Bellismensis per Guillelmum ejusdem loci Comitem circa annum 1026: in eâdem Chartâ memorantur Rex Robertus, Richardus Normanniæ Comes, Rodulfus Rothomagensis Archiepiscopus, Ricardus Sagiensis Episc. Arnulfus Turonens. Archiep. Odo Comes,

Fulco Andegav. Comes; Hubertus Andegav. Episc. neenon Avesgau- A
alus Cenomanensis præsul; quæ videre sis apud Bry Histoire du Perche,
pag. 46. Gravia etiam bella expertus est Herbertus adversus Guillel-
lum Comitem Bellismensem et Alencion. et Robertum filium ejus,
fortassis propter pagum Sagonicum (le Sonnois, quod verbum malè
dicitur Sennois in margine pag. 57 hujus Tomi, in finibus Ceno-
manorum, cujus idem Guillelmus Dominus erat, ex Will. Gemet. Lib. 8, Cap. 35, eâdem paginâ, et Bry *ibid. pag. 50. De*
his Order. Vital. Lib. 3, pag. 224 hujus Tomi, † Geroius filius
Ernaldi grossi de Corte Sedaldi, Abonii Britonis filii, etc. mirâ
probitate et audaciâ temporibus Hugonis magni et Roberti Fran- B
corum Regum nobiliter viguit. . . . [Hic] inter reliqua fortia
opera quæ fecit, cum Willelmo Belesmensi contra Herbertum
Comitem Cenomanensem Comitem pugnavit. Victoꝝ autem Wil-
lelmo et fugiente cum suis, Geroius stetit, bellumque, donec
Herbertum cum suis in fugam cogeret viriliter sustinuit; victo-
riamque nactus usque hodie ab his qui norunt, laudari pro-
meruit.

Quæ secuta sunt, scribit Will. Gemet. Lib. 6, Cap. 7, pag. 34
hujus Tomi, ubi de expeditione contra Robertum Guillelmi Belis-
mensis successorem, et ejus captivitate apud Balaum (Balon) castrum C
duobus annis in carcere. Herbertus Comes obiit an. 1036, XV
Kal. Mart. vel Idibus Aprilis, ut in Necrologio S. Petri de cul-
tura notatur: unicum filium, necdum majorem, reliquit, nomine
Hugonem; et tres filias 1. Gersendis quæ 1°. Theobaldo Campaniæ
Comiti, tum repudio interveniente, Azoni Liguriæ Marchisio, ex
quibus nati sunt Fulco et Hugo, postea Cenomanensis Comes, et filia
nomine Sybilla quam Helix de Flexiâ nupsisse dicit Will. Gemet.
Lib. 8, Cap. 5, pag. 55 hujus Tomi.

2. *Biota uxor Galterii Medanti, Pontesii et Calvimontis Co-*
mitis ex Will. Pictav. in Gestis Guillelmi Ducis Norman. ibid. p. D
85, et Order. Vital. Lib. 3, pag. 231, Sed quia Walterius Pon-
tesensium Comes, filius Drogonis Comitis, qui cum Rodberto
seniore Normannorum Duce in Hierusalem ierat, et in illo itinere
peregrinus obierat, Biotam Hugonis Cenomanensium Comitis
filiam (lege sororem,) quæ amita [Herberti] juvenis erat, in
conjugium habebat, totum comitatum Cenomanensem calum-
niabatur.

3. *Uxor Lancelini de Balgenciaco; namque, ut scribit Ordericus*
Lib. 8, pag. 684 inter Script. Norman. ed. Chesnii, Helias filius
Johannis de Flechia, emens Comitatum Cenomanensem ab Hugone, E
filio Azonis Marchionis Liguriæ, dicit Hugoni Azonis †: Cognatus
tuus sum... Nam filia Herberti Comitis Lancelino de Balgenceio
nupsit, eique Lancelinum Radulfi patrem, et Johannem meum
genitorem peperit. Ex his quoque extitit filia quæ fuit prima uxor
Fulconis Rechin Comitis Andegavensis, ut habetur in Gestis Consul.
Andeg. num. 12, pag. 262. Spicil. in-fol. Tom. 3.

IV. *Cùm obiisset Herbertus I dictus evigilans canem circa initium*
anni 1036, relicto filio et herede Hugone II puero, Herbertum
dictum

A dictum Bacconem tutorio tantum nomine Comitatu Cenomanensi positum, et jus ipsum probat, et notitia contemporanea quâ Ecclesia S. Sabinæ Canonicis S. Petri de Curiâ vindicatur: in hâc Cartâ post Herbertum I statuitur Hugo puer, omisso Baccone, quem tamen proprio sibi nomine Comitatum vindicare statuisse forsân probaverint ejus pugna adversus Gervasium Episcopum qui Hugoni filio impensè favebat. Bacconem verò fratrem fuisse Hugonis I, non autem filium, præter acta Pontificum Cenomanensium, suadent duæ Cartæ ejusdem Hugonis I pro Prioratu S. Victurii, in quibus testis refertur Herbertus frater Hugonis, nec usquam Herbertus Herberti frater reperitur.

B V. De Herberto Evigilans-canem, non de Baccone intelligendum videtur quod habet Willel. Pictav. in Gestis Guillel. Ducis Norman. pag. 85 hujus Tomi: Comitum Andegavensium dominatio Cenomanorum Comitibus pridem gravis ac penè intolerabilis extiterat. Ut enim alia plura omittam, novissimè nostrâ memoriâ Fulco Andegavensis Herbertum Cenomanicum majorem Santonas illexit sponsione urbis ipsius. Ibi vinctum in medio colloquio ad pactiones quas avarè concupierat, carcere ac tormentis coegit. Tempore verò Hugonis Gaufridus Martellus urbem Cenomanicam sæpe injecto igne cremavit, etc. Hoc ante annum 1028

C accidisse constat ex Fragmento Hist. Aquitan. apud Chesn. Tom. IV, pag. 81. Tunc Comes Fulco dolo accersitum secum adduxit Santonas Arbertum (seu Herbertum) nobilissimum Comitem Cenomannis, et prima Quadragesimæ Dominica post Cœnam nocte intempestâ eum traditione cepit, et in vinculis secum duxit, tenuitque eum in carcere biennio. Unde eripere eum Dominus dignatus est. Sequenti anno propter ipsum scelus combusta est ipsa civitas cum sede Episcopali, et dein mansit deserta Basilica. Nunc audiamus Willielmum Malmesbur. Lib. 3, pag. 180 hujus Tomi, de eventibus anni 1060. Fulco antiquior pluribus annis usque ad senium illum, etc. . . . Herbertum Comitem Cinnomansensem Sanctonas sponsione urbis illectum, in medio colloquio ab apparitoribus arctari et, quibus placuit conditionibus, irretiri fecit. Cæterùm sanctus et integer, extremis ferè annis filio sæpedicto Gaufrido principatu vivens cessit.

VI. Bacconem istum exheredaverunt Cives Cenomanici, Gervasio Episcopo institore, forasque civitatem projecerunt, et rectum heredem Herberti filium, instituerunt, ut legitur in Gestis.

Hugo II Comitatum iniit et sponsam Bertam accepit, Odonis Campaniensis Comitis Blesarum et Turonum, necnon Ermengardis filiam quæ 1^o duxerat Alano III Duci Britannorum. Mortuo Alano an. 1040, Eudo frater ejus, ut Conani nepotis tutor, totam ad se dominationem attraxerat, quod locum Berthæ dedit secundas nuptias amplectendi. Obiit Hugo circa annum 1051. Order. Vit. Lib. 4, pag. 244 hujus Tomi, non rectè ordinat hujusce Comitis liberos. Dicit uxorem Azonis filiam fuisse Hugonis nostri: at soror fuit istius. Concinit autor sub nomine Willelm. Gemet. Lib. 8. Cap. 5, pag. 55, dum ait: Cenomanenses consilium dedisse Heliæ de Fleca ut filiam Comitis Langobardiæ, neptem videlicet Hereberti

quondam Cenomanensis Comitis ex primogenitâ filiâ , in matrimonium ducat. Certius tribuit Ordericus Hugoni II filiam nomine Margaritam quæ Roberto filio Guillelmi Ducis Neustriæ desponsata est. At non probabile est tertiam quam Paulam nominat idem Historiographus , nupsisse Joanni de Flecchia ex quo tres liberos Goisbertum , Heliam et Enoch peperit : 1°. enim consobrini essent Paula filia Hugonis et Joannes filius sororis ejusdem Hugonis , quæ Lancelino de Balgenciaco nupserat. Ista connubia in usu non erant : 2°. Helias filius Joannis de Flecchia , dum Comitatum emit ab Hugone filio Azoni , dicit Hugoni ut jam diximus : Cognatus tuus sum , etc. Quidni verò diceret ; Consobrinus tuus sum : nam mater tua et mater mea sorores fuere ? Quod sane verum id non esse demonstrat. Igitur Hugo II filium habuit Herbertum nomine , et Margaritam uxorem Roberti filii Guillelmi Ducis : è vita decessit circa an. 1051. Post eum , Gaufridus Martellus tenuit per decem annos Comitatum Cenomanensem ; quo mortuo Herbertus filius Hugonis paternam possedit hæreditatem.

Herbertum per duorum tantundem annorum Circulum Comitem Cenomanix extitisse certius manet juxta Chronicon Kemperleg. pag. 372 hujus Tomi , ubi sic legere est ; Herbertus Cenomanorum Comes moritur uterinus frater Conani Ducis.

VII. Post decessum Herberti juvenis Walterius Pontesiensium , Medantæ et Calvimontis Comes et Biota uxor ejus , Herberti I Cenomanorum Comitis filia , faventibus Goffrido de Meduanâ , Herberto de sancta Susanna , aliisque regionis proceribus Comitatum Cenomanensem sibi vindicare curaverunt ; et saltem ex parte possederunt , ut patet ex Orderico Vitali supra pag. 231. Successionem Comitum Cenomanorum lucidiùs quisquam videre poterit ex Notitiâ Cartularii Ecclesiæ Collegiatæ S. Petri de Curiâ , in quâ sic recenset amanuensis : Hugo puer. Herbertus filius ejus. Goffridus Comes Andegavensis. Gauterius de Pontesio. Rex Anglorum , DONEC URBEM CENOMANICAM AMISIT. Hugo Azonis filius. Talis erat status Cenomanicæ regionis temporibus Henrici et Philippi Francorum Regum.

VIII. Videns verò Præsul [Gervasius] suum [Cenomanensem] Episcopatum nec per Regem , nec per se ipsum à Baccone posse defendi ; petivit quiddam à Rege Henrico , quod utinam non petisset : scilicet ut daret Episcopatum Gaufrido Andegavorum Comiti , solummodò dum viveret , ut liberiùs à Comite Cenomannico illum defenderet ; illo etenim mortuo , in regiam manum rediret. Quod factum versum est in malum , etc.

Sanè quidem Andegavenses Comites tutelam et protectionem , seu commendationem Episcopatum semper habuerunt. Etenim usque ad tempus Philippi Augusti ullum onus aut gravamen imponebatur Episcopis et Ecclesiis. Ex quo Cenomanensis Præsul Gervasius se et res suas posuit in Commendationem potentioris Comitis Gaufridi , ut esset qui se et sua tueretur et protegeret contra inimicum Bacconem , conjicere est Comites hujus successores Regalibus Ec-

^A *clesiæ Cenomanensis potitos fuisse : quod jus quidem servaverunt per fas et nefas.*

IX. Gaufridus [*Comes*] . . . mandavit in dolo Gervasium Episcopum . . . quem traditum misit in carcerem ac tenuit in vinculis.

Hinc Præsules in Concilio Remensi an. 1049 congregati voterunt et Gozfridum Andegavensem usque ad synodum futuram Moguntiaë, ibi excommunicandum, nisi relaxaret quem captum tenebat domnum Gervasium, qui tunc erat Præsul sedis Cenomanicæ. Lab. Conc. Tom. IX. col. 1042. Uterque tandem Pontifex et Comes ad pacem venerunt, quam tractatu publico ad modum hujus
^B *temporis ediderunt sub formâ quæ sequitur.*

Notitia initæ pacis inter Gaufridum Comitem Andegavensem,
 et Gervasium Episcopum Cenomanensem.

*Ex Chartario
 Vindocinensi.*

Apud Marteniũ Tom. I Thes. Anecd. col. 159.

^C QUANDO pacem fecit G. Comes cum Gervasio Episcopo, post invalidit-
 dinem illam quâ ex fractura coxæ apud Vindocinum decubuerat, coac-
 tus est donare illi aliqua suorum hominum casamenta : hoc est Salomonis de
 Lavarzino, et aliorum quorundam, non autem voluntaria donatione, sed
 coactitia ; eò quòd idem G. rebus Comitum multis impedimentis obstaret,
 videns illum occupatum ex dissensione paterna. Cùm ergo cuperet Episco-
 pus inter alia etiam de terra Nihardi donum sibi fieri, præsciens idipsum
 Nihardus, accessit secretò ad Comitem, et suggessit ne illud donum omninò
 Episcopo faceret cùm postulatur : nam sese nullomodo, ut id fieret assensu-
 rum. Comes, qui invitus dona illa faciebat, putans pro sua fidelitate Ni-
 hardum id dicere, gratam habuit petitionem, et se nihil inde facturum sta-
 tuit præter consensum illius ; sed G. versuto Nihardo ipse versutior, non
 ignarus morum hominis ac cupidissimæ levitatis, pauculum ei suæ terræ ad-
 ditamentum pro lucro offerens, facilè eum à constituto deflexit, et favo-
 rem donationis sui fevi occultè ab ipso exegit, mox ab Comite ignaro facti
^D beneficium Nihardi cum ceteris donis quæsivit. Esto, inquit, Comes, si
 Nihardus assenserit ; securus scilicet ex anteriore promissione sui fidelis.
 Tunc adhibitus Nihardus, et interrogatus, Faveo, ait ; et ita seductus Comes,
 donationem illam ampliùs denegare non potuit, et tristis iratusque Nihardo
 eam fecit. Iterùm post tempus per instabilitatem Episcopi resumta est inter
 eosdem inimicitia, et voluit Comes suos homines in sua fidelitate et adju-
 torio confirmare, et à Gervasio animos illorum alienare : sed Nihardus fallax
 illico conqueri damnum suum de amissione illius terræ quam sibi dedisset
 Episcopus, intelligens Comes fraudulentiam viri et suspiciosam habens per-
 fidiam, rursus compulsus est ei dare concambium pro ipsa terra : de quo
 investiendo cùm esset anxius, necessitate urgente, statuit ei dare illico de
^E exemplis quæ antea donaverat sanctæ Trinitati intra Foresten Guastinæ, pro
 quibus etiam acceperat ab uxore sua Comitissa A. tria millia solid. Fuit au-
 tem conventus illud concambium dandi ejusdem quantitatis ; cujus fuisset
 terra illa amissa Gervasii ; sed Nihardi cupiditas cùm in prima assumptione de
 ipsis exemplis multa plus invasisset

Addenda ad Historiam Andaginensis Monasterii S. Huberti,
 pag. 149.

LIN. 17, Mercatum procuravit, adde, cujus omnes justitias, telo-
 nium, bannum, comitatum, latronem, foralia vel cujuscumque placiti

questum vel querelas ex antiquo more potestativo jure obtinuit tempore A quo advixit, et sine ulla calumnia successoribus suis obtinenda, immò totam integram Abbatiam reliquit. Ejus adhuc tempore vigente publici juris justitia, in tota Abbatia nullus Advocatus alicui placito intererat, nisi tribus generalibus in anno. In his si quod vadium proveniret judicio Scabinorum, eorum quoque arbitrio determinabatur solvendum, non ad voluntatem duorum, sed ad possibilitatem personarum. De eodem questu communi Advocatus obsonium debitum accipiebat, et si minus proveniret, Ecclesia illud supplebat. Præterea si quem rebellem Advocatus ad justitiam compellebat, decernam suam accipiebat.

AD HISTORIAM MON. CROYLAND. PER INGULPHUM ABB. PAG. 153.

D. lin. 36. Corrige tres sequentes lineas.

An. 1043.

POST ejus [Hardetnuti] obitum omnium electione in Edwardum concordatur, maximè cohortante Godwino Comite; in Regemque Edwardus filius Emmæ Reginae, sed ex Ethelredo quondam patre, et Angliæ Rege, apud Londonias perficitur coronatus, anno scilicet Incarnationis Dominicæ 1043 in die sancto Paschæ, et regnavit ferè 24. Cui data est in uxorem filia Godwini Comitis puella pulcherrima, literis apprimè erudita, moribus autem et cæterâ vitâ virgo castissima, et humilitate sanctissima, nomine Egitha, in nullo patris aut fratrum barbariem sapiens, sed mitis et modesta, fidelis et honesta; et nulli unquam infesta; unde de illa dicebatur illud elegiacum.

Sicut spina rosam, genuit Godvinus Egitham.

Vidi ego illam multoties, cum patrem meum in Regis curiâ morantem adhuc puer inviserem, et sæpiùs mihi de scholis venienti de literis ac versu meo apponebat, cum occurrerem, et libentissimè de grammatica soliditate ad Logicam levitatem, qua callebat, declinans, cum argumentorum subtili ligamine me conclusisset, semper tribus aut quatuor nummis per ancillulam numeratis ad regium penam transmisit, et reffectum dimisit. Rex autem Edwardus natus in Anglia, etc.

Pag. 155, lin. 13. Normannorum nutui submiserunt. Adde: Inter quos prædicti Germani Comites Edwinus et Morearius ambo à suis per insidias trucidati; Rogerus Herfordensis Comes perpetuo carceri incatenatus; Radulphus Comes *Southfolte* de terra fugatus; Waldenus verò Comes conjugio suæ neptis astrictus; Agelwinus Episcopus Dunelmensis Abendonæ incarceratus; frater ejus et prædecessor Egelricus similiter apud Westmonasterium carceri mancipatus; cæterique omnes recalcitrantes vel prælatiis depositi et privati, vel trans mare pulsati et exiliati, vel per Monasteria carceribus deputati, tandem vel invitati novo Regi sua capita subdiderunt. Summatim namque ac carptim victoriosissimi Regis gesta narro, quia secum sequi annuatim, passimque scribere gressus suos non sufficio. Deinceps ergò Comitatus, et Baronias, etc.

Addimenta Sigeberti Gemblacensis Monachi Chronico, et accessionibus Roberti de Monte ad eundem, p. 162 et seqq.

Ex Ms. Bibliot. Regiæ Num. 4992.

AN. MXXXII. A Danis (a), qui Normanniam primi obtinere pater ejus A [Herluini Abbatis Beccensis] originem duxit: mater proximam Ducum Flandriæ consanguinitatem attigit. Ansgotus ille; ista Heliois nomen habebat. Gislebertus Brionnensis Comes primi Richardi Normannorum Ducis nepos

(a) Hæc additio quam ex Codice nostro hic suppeditamur, legitur apud Willelmum Gemeticensem in Editione Chesnii Scriptorum Normanniæ. At cum eam rejiciamus post Mss. Codices Utic. Victor. et Sangerm. hic restituere

nobis est animus, cum sit genuina Authoris XII sæculo cœvi progenies, ad illustrandum virum omni virtutum ornatu pollentem et genere Normannum.

A ex filio Consule Godefrido illum enutritum penes se inter omnes curiæ suæ Primates habuit acceptissimè. Habilis ille ad arma plurimum erat nec minori ea animositate gestabat. Omnes omnium totius Normanniæ Majorum familiæ in electis illum habebant in armis omnique rei militaris usu et cultu corporis sui attollebant. Ab inhonestis avertebat animum; honestis quæ curiæ magni faciunt, impendebat omne studium. Domi ac militiæ commilitonum suorum prestantissimus erat. Quibus de rebus non solum singularem Domini sui obtinuerat favorem; verum et apud Rothbertum totius Normanniæ Ducem et apud exterarum Dominos regionum pepererat sibi nomen plurimum, accessumque familiarem.

Pag. 166, lin. 10, adde, quod Deus perfecit ad sui nominis gloriam et multorum hominum salutem et solatium. Cui Deus ad consilium et auxilium

B adduxit juxta desiderium cordis sui Lanfrancum virum in liberalibus artibus undecumque peritissimum: deinde Anselmum virum per omnia approbatum, pollentem moribus, consilio affabilem, misericordem, castum, sobrium, in omni Clericali officio mirabiliter eruditum. Qui ambo Dei annuente consilio Archiepiscopi Cantuariæ postea consecrati sunt. Inde ad eundem locum tot et tanti viri tam Clerici quàm Laici ex nobili genere nati confluxere, ut sancto Herluino Abbati satis decenter possit dici: Ab ubertate domûs tuæ inebriasti faciem terræ; et à torrente sapientiæ eorum replesti orbem terrarum. Qui locus quantum adhuc nostris temporibus caritatis resplendet radicibus, expertis disserendum dimittimus.

Burgundionibus non desistentibus à consuetâ contra Regem suum insolentiâ, Rex Rodulfus regnum Burgundiæ Conrado Imperatori tradidit, quod C à tempore Arnulfi Imperatoris per annos plusquam CXXXIX, gentis suæ Reges tenerant, sicque Burgundia iterum redacta est in Provinciam.

Mortuo Canuto Rege Anglorum, succedit ei Araldus filius ejus qui renavit IIII annis et XVI ebdomadibus. Haraldus iste erat filius Cnut ex Alwina filia Anselmi Ducis. Fuit namque placitum magnum apud oxfordium, ubi omnes Duces ex Boreali parte cum Londoniensibus elegerunt Haraldum ut conservaret regnum fratri suo Hardecnut filio Cnut ex Emma Regina nobilissima Domina.

Ibidem, lin. 17. An. MXXXVIII. Henricus Lovaniensis Comes domo sua perimitur à captivo Germano: eique succedit filius suus Otto. Cui immatura morte preventivo successit patruus ejus Baldricus, qui et Lambertus.

Mortuo Haraldo, filio Canuti, Rege Anglorum, succedit ei frater ejus ex D patre Cnut, Hardecnut munificus; qui cum regnasset duobus annis, X diebus minus, morte præreptus est in medio flore juventutis suæ apud Lambinthe: qui claræ indolis et benignæ juventutis fuerat suis. Tantæ namque largitatis fertur fuisse, ut prandia regalia quatuor in die viribus omni curiæ suæ faceret apponi, malens à vocatis apposita fereula dimitti quàm à non vocatis apponenda fereula repositi: cum nostri temporis consuetudo sit causa vel avaritiæ vel ut ipsi dicunt fastidii, Principes semel in die tantum suis escas anteponere. Sepultus autem est Rex Hardecnut in veteri Monasterio apud Winceastre juxta Cnut patrem suum. Proceres igitur Anglorum, jam Dacorum dominio liberati, hilares pro Alvredio primogenito filio Addredi, ut regni diademate sublimaretur nuntios mittunt. Ille autem cum esset pater Anglicus, matre Normannus, aliquos ex consanguineis E matris suæ multos ex coëvis commilitantibus à Normannia secum duxit in Angliam. Godwinus verò cum esset Consul fortissimus et proditor sevissimus præcogitavit se Edwardo fratri juniori et simpliciori posse filiam suam dare in Reginam. Hunc verò Alvredum qui primogenitus erat et magnæ prohibitatis nullo modo filiam suam ducere dignaturum prævidebat. Intimavit igitur proceribus Angliæ Alvredum nimiam copiam Normannorum secum adduxisse, terras Anglorum eis promississe, gentem fortissimam et subdolan inter eos instirpare, Anglis securum non esse, hos persolvere pœnas oportere ne alii post hæc audeant pro Regis cognatione se Anglis ingerere. Capti sunt igitur et ligati Normanni qui venerant cum Alvredo; et cum ordine sederent novem semper excapitati sunt et decimus remansit apud Geldeforte. Cum autem omnes interfecti essent nisi decima pars, nimium

visum est Anglis tot superesse, feceruntque decimam decimari; et sic paucissimi evaserunt: Alvredum verò captum duxerunt in Heli, et oculos ejus eruerunt, et mortuus est. Miserunt ergo pro Edwardo juniore in Normanniam nuncios et obsides mandantes ei quod paucissimos Normannorum secum adduceret et eum in Regem fidelissimè stabilirent. Paruit Edwardus, et cum paucis venit in Angliam, et electus est in Regem ab omni populo, et sacratus est ab Eadsi Archiepiscopo apud Winceastre in die Paschæ. Eadsi verò Archiepiscopus dimisit Archiepiscopatum propter infirmitatem, et sacratus est Siwardus in loco ejus. Tunc ergò factus est Stigandus Episcopus Estangle. Obiit Hugo Bajocensis Episcopus et successit Odo.

Ad pag. 167, adde: An. MLXI. Marianus Cronographus claret qui à Scotia in Gallia veniens Coloniae factus Monachus primò apud Fuldam, postea apud Maguntiam reclusus est.

An. MLXII. Anno Episcopus Coloniensis, consilio primorum regni indignè ferentium per Agnetem matrem Imperatoris Henrici regnum non viriliter gubernari, puerum violenter et industriè captum sub tutela sua accepit, et imperii regnum à matre ejus amovit: et de hâc ratione coram cunctis reddita gratiam Domini sui Imperatoris recepit, et per ipsum filium ad gratiam matris ejus rediit. At Imperatrix necessitatem vertens in voluntatem ut obstrueret os loquentium de se iniqua, non solum honore regni, sed et onere sæculi rejecto, Romæ ad limina Apostolorum se contulit, ibique usque ad finem vitæ omnibus bonis exemplo et miraculo fuit.

An. MLXIII. Exercitus multus à Galliis in Hispanias ad debellandos Sarracenos proficiscitur; sed in omni regione à Sarracenis vastata, urgente fame inefficax revertitur.

Cùm jam Henrico Rege Francorum defuncto filius ejus Philippus regnaret, Willelmus Dux Normannorum subjugavit sibi Cenomanniam.

Pag. 169, An. MLXVI. His temporibus Belvacensi civitate suo destituta Antistite, Guido Decanus custosque Ecclesiæ S. Quintini Vermandensis et Archidiaconus Laudunensis, constituitur Belvacensium Episcopus. Qui graviter ferens carere se præsentia Quintini Martiris in ejus honore et memoria ædificavit Ecclesiam haud longè à mœnibus Belloacæ urbis.

An. MLXVII. Multi usque ad VII millia orandi voto Jerosolimam petentes ab Arabitis in Parasceve in quodam castello obsessi sunt, et tot occisi aut vulnerati, ut de VII et eò ampliùs millibus vix duo millia reversi sunt.

Cono qui et Conradus, primicerius Coloniensis, ab Imperatore Henrico ad suscipiendum Archiepiscopatum Treverorum missus, capitur à Comite Treverorum Deoderico et à satellitibus ejus in silvam ductus de rupe tertio precipitatus et adhuc illæsus gladio transverberatur, corpusque ejus foliis silvæ obtegitur, quod à rustico inventum ad villam defertur et sepelitur. Inde à Deoderico Viridunensium Episcopo transportatum ad Tolegium Monasterium, multis statim miraculis à Deo glorificatur.

An. MLXVIII. Deodericus Comes Treverorum de martyrisato Conone apud Deum et homines reus, exiliatur ab Imperatore, et suscepta peregrinatione Jerosolimam eundi quod de eo et de omnibus qui in Comitatu ejus pergebant, actum sit, adhuc nescitur.

Addenda Chronico Besuensi, pag. 203.

LIN. 28. Captos Divionem duxit, etc. *adde*, Carta de Mornaldo Omnibus itaque notum esse volumus, qualiter quamdam terram in villâ Mornado sitam, quæ jure S. Petro debebatur, tres fratres his nominibus, Wido, Odilo, Ansericus, sanxiverunt, etc. . . . ACTUM EST PUBLICE Besuâ Monasterio, die festo S. Benedicti Abbatis, videlicet XII Kal. Aprilis, anno I ordinationis D. Ulgerii Abbatis. Sig. Hugonis Comitis Belmontis, qui hanc redditionem fieri jussit. Sig. Oddonis nepotis ejus. Widonis decani. Willerii, Odonis militis. Leutpranni; Aldonis Præpositi. Et hæc nomina fratrum. Sig. Widonis, Odilonis, Anserici.

A *In Carta de Fracto-Monte , apud eundem Acherium , ibid. p. 421.*

ANNO ab Incarnatione MXXVI. Indict. VIII. Epactâ nullâ , concurrente 4, mensis Julii , regnante Rotberto Francorum Rege. Hi sunt testes. Sig. Widonis. Sig. Oddonis , et fratris ejus Rotberti. Sig. Aldonis , et filii ejus Milonis. Sig. Otberti.

In Cartâ de Besuetâ.

B IN Dei Omnipotentis nomine. Notum fore volumus quibusque scire cupientibus , qualiter pro remedio animæ Odonis optimi militis , atque elegantissimæ juventutis , videlicet Nerduini , ictu repentino interfecti , dederunt avunculus ejus , Hugo videlicet Comes Belmontensis , et ipsius Odonis uxor Gertrudis , fraterque ejusdem Hugonis servum nomine Theodericum , etc.

Nomina firmatorum qui hanc cartam firmaverunt. Sig. Hugonis Comitis. Sig. Letgardis Comitissæ. Sig. Gertrudis , uxoris Odonis militis , etc. Actum Besua PUBLICE , anno ab Incarnatione Domini MXXXIV , Indict. II , Epactâ XXVIII , regnante Henrico Rege , VIII anno Regni ejus , mense Novembris. Ego Heldemannus Monachus scripsi et subscripsi.

In Carta Militis Richardi de Fontanellis.

C ACTUM verò hoc PUBLICE in præfati sancti Cœnobio , et super ejusdem altare. REGNANTE DOMINO NOSTRO JESU-CHRISTO CUM SPIRITU SANCTO IN PATERNÆ MAJESTATIS DEXTERA , anno Incarnationis ipsius MXXXVI , Indict. IV , Epacta XX , pridie Kal. Julii , IV Feria , III Lunæ , in quâ B. Pauli passio celebris recolitur , pridie Coapostoli ejus Petri festo debito honore peracto , Rege Henrico in sceptris Francorum agente , Hugone verò in Pontificatûs honore Ecclesiam regente sanctæ sedis Lingonicæ.

In Carta de Vetus-Vineis , ibid. pag. 422.

D ACTUM verò hoc PUBLICE super altare memorati sancti Apostolorum Principis V Kalend. April. XXVI Lunæ , Rege Francorum Henrico strenuè in sceptris agente , Hugone verò Pontificali in Cathedrâ feliciter præsidente , Ecclesiamque Lingonicæ sedis piè regente , anno ab Incarnatione Domini MXXXVI , Indict. IV , Epacta XX.

In Carta de Blaniaco.

ACTUM PUBLICE Monasterio Besuensi , anno ab Incarnat. Domini MXLIV , Indict. XII , Epactâ existente XVIII , III Idus Junii , die festivitatis sancti Barnabæ Apostoli : Henrico regnum Franciæ tenente , Roberto fratre ejus Burgundiam imperante , et Hugone , qui postea repulsam meruit , in præsulatu sanctæ Lingonensis Matris Ecclesiæ , nunc verò Pastoris nomine præsidente.

E *Ibid. pag. 424.*

VENIENS ergò idem Papa ad civitatem Lingonas ordinavit ibi Dom. Arduinum Episcopum pro illo qui fuerat ejectus. Dumque ibi demoraretur , proferrenturque in medium diversæ diversarum Ecclesiarum disceptationes , ac inter se calumniæ , ut-potè ante patrem universalem et Apostolicum rectè , et canonicè terminandæ ; contigit etiam de nobis , et de Canonicis Lingonensibus rationem haberi. Ipsi namque volebant de vineâ nostrâ , quæ est sub Gibriaco decimam habere. Unde cùm rationem intellexisset Dominus Papa Leo , erupit in voce , et quid in Archivis sanctæ Romanæ Ecclesiæ inde viderat , ostendit dicens : Sanctorum Patrum , qui ante me Sanctæ

Romanæ sedi præfuerunt, autoritate sancitum est, ut nulla Ecclesia quæ A in honore B. Petri Apostolorum Principis sit fundata, alteri Ecclesiæ censum, vel decimas persolvat. Cujus rationis et autoritatis pondere repressi ipsi Canonici contieuerunt.

Addenda ad Chronicum Saxonicum, pag. 215.

Ex Autographo Sangerman.

Ante lin. 9, quæ ab his incipit verbis: Anno Dom. Incarn. MXXXVII, etc. lege Anno Dominicæ Incarn. MXXXV. Conradus Imperator Natale Do- B
mini . . . Goslariæ celebravit . . . Cnut Rex Danorum decessit in Anglia; qui tenuit regna Danorum, Anglorum ac Normannorum in ditioe sua per XXII annos. Post ejus mortem succedunt in regnum filii ejus Haroldus in Anglia, Suen in Nortmannia, Hardecund in Dania. Iste cum esset filius Emmæ Reginæ sororem habuit eam quam Rex Heinricus in conjugium accepit. Nam Suen et Haroldus à Concubina geniti erant, qui, ut mos est barbaris, equam partem hereditatis, inter liberos sortiti sunt. Gebehardus Ratisponensis Episcopus obiit, cui item Gebehardus successit. Ota sanctæ commemorationis Abbatissa de Confengun obiit XIII Kal. Octobris. Bruno Comes obiit XIII Kal. Junii. Italia civium discordiâ laborat.

Anno Dom. Incarn. MXXXVI Imperator Incarnationem Domini Argentinæ magnificè celebravit; Purificationem verò S. Mariæ Augustæ C peregrit, ubi et publicum conventum habuit, in quo Conrado patrueli suo Ducatum Carentinorum commisit: à quo priori anno Adalberonem majestatis reum dimoverat. Hisdem diebus idem Adalbero Willelhelmum Comitem interfecit: et postea in Castellum Eresberch latendi causâ confugit. Imperator Pascha Ingelenheim feriavit: deinde Triburiam tendens, generali ibidem Sinodo præsedit: in qua germanitas XV Episcoporum priora decreta redintegavit; et quædam etiam ad firmamentum Ecclesiæ necessaria confirmavit Coloniensis Ecclesiæ Metropolitanus venerandæ memoriæ Biligrinus* ad omnia in divinis et humanis perstrenuus* VIII Kal. Septembris ad Christum migravit in locum* nobilissimæ indolis juvenis ejusdem Ecclesiæ Archidiaconus, regius Capellanus, et Cisalpinus Cancellarius cum inenarrabili gaudio piorum omnium successit

* Piligrinus
* perstrenuus
* ad ipsius

Lin. 9, Anno Dom. Incarn. MXXXVII, lege Imperator Natale Do- D
mini Veronæ celebravit Deinde consentientibus tribus Episcopis Ver-
cellensi, Cremonensi, Placentino, missis clam nuntiis cum Ottone
Burgundiæ tiranno pacificantur quomodo ipse in Romanum Imperium, suo
suorumque complicum juvamine, Augusto aut fugato aut necato, introdu-
eatur. Quod ipse libenter audiens, ejusque consilium hianti cupiditate evi-
denter ad interitum festinando penitus arripiens, diem locumque determi-
nat, quo eorum omnium Legati convenirent, qui ejusdem sacrilegæ suæ
temeritatis conspirationem juramentis ad invicem confirmarent. Imperator
autem rebellantem Episcopum (Mediolanensem) è vestigio insecutus, urbem
(Mediolan.) per totum subsequentem annum cum totius periculo exercitûs
obsedit. Bruno Mindensis præsul in sancto die Pentecostes Episcopalem unctionem ab Herimanno Coloniensi Metropolitano in campo juxtâ Mediola- E
num, astantibus Imperatore et Rege cum quampluribus regni primoribus
condignè suscepit Interea supradictorum conspiratorum, Deo nequi-
tiam detegente, quædam fidelis domina socrus scilicet Herimani Suevorum
Ducis in hisdem finibus commorans, Legatorum conventum rescivit; missis-
que suis satellitibus, omnes simul comprehensos, rei que veritatem confessos,
Imperatori, ubi in publico conventu eisdem prænominatis tribus Epis-
copis præsentibus consederat, transmisit. Augustus statim . . . ex Senatûs
decreto eosdem Episcopos trans Alpes, quò sibi visum est, servandos contulit:
sicque illa conspiratio deperiit . . . Hoc anno Sigifridus Comes et Danemar-
Comes obierunt. Uto Burgundiæ, etc.

A *Lin.* 24. Anno Dom. Incarn. MXLIII, *adde*, Rex Henricus Natale Domini Treveris celebravit. . . . Gozelo Dux, etc.

Post lin. 29, maximas fecit, *lege*

Anno Dom. Incarn. MXLV Henricus Rex. . . . Agnetem Willelmi Pictaviensis Principis filiam Reginam apud Mogontiam ungi faciens, regalibus sibi nuptiis Ingelenheim copulavit. Unde infinitam multitudinem histrionum et jaculatorum sine cibo et muneribus vacuam et merentem abire permisit.

Anno Dom. Inc. MXLVI. . . . Godefridus, etc.

Post lin. 33, pacatum mansit, *lege*

B Anno Dom. Incarn. MXLVII Rex Henricus Natale Domini Romæ celebravit: et Suitgerum Bavenbergensem Episcopum Papam constituit. A quo ipse et conjunx ejus Agnes Regina eâdem die Imperiali benedictione sublimantur.

C Anno Dom. Incarnat. MXLVIII. Imperator Natale Domini Polithæ celebravit. Bruno, qui et Leo Tullensium Antistes, post Damasum Romanæ sedis Pontifex ordinatur. Hic Conradi Imperatoris consobrinus fuit oriundus de Alsatia, ex Castello quod dicitur Egenesheim. Qui * ad capes-
sendam sedem Apostolicam Romam tenderet, audivit nocte voces Angelorum in sublimi canentium. De hoc inter cætera legitur quia cùm pauperem leprosum ante fores domûs suæ offendisset, eum fotum et curatum diligenter in lecto suo collocavit, quem, referato hostio, cùm non invenisset, in paupere se Christum suscepisse obstupuit. Hic undecumque doctissimus, cantus dulci et regulari modulatione composuit de aliquibus sanctis, Gregorio scilicet Papa, Ciriaco martire, Gorgonio martire et aliis fecit, et scripsit multa alia Ecclesiæ utilia. Hic etiam in Gallia et Germania, Sinodis canonicè habitis, statum Ecclesiæ meliorabat. Quodam tempore ad invisendum regnum Teutonicum ingressus, ad filium sororis suæ Comitem Adalbertum in Sueviam venit: et illum sub comminatione tremendi judicii Dei admonuit ut Hirsaugiense Cœnobium ab eo injustè possessum relinqueret, et sacræ regulæ observatores in eodem loco restituere studeret: quod ipse Comes confestim opere complevit. Idem Papa in Cœnobio virginum, quod nominatur Andela in Alsatia, corpus sanctæ Richardis Imperatricis de tumulo honorificè elevavit, et in Ecclesia recondidit. Heinrico Imperatori filius, quartus Henricus natus est.

* *ad. cùm*

Anno Dom. Incarn. ML, etc.

D *Post lin.* 37, cum triumpho revertitur, *lege*

Anno Dom. Incarn. MLI, Imperator Natale Domini Wormatiæ celebravit. Sinodus generalis habita est apud Mogontiam, præside Domno Apostolico Leone et Imperatore Heinrico, cum Archiepiscopis Bardone Mogontino, Eberhardo Treverensi, Herimanno Coloniensi, Engelhardo Magdaburgensi, qui Hunfrido Archiepiscopo, eodem anno II Kal. Martii decedenti, de choro Wircebugensi assumptus, successerat, ceterisque Provinciarum Sacertotibus. In eo Concilio quidam Spirensis Episcopus Sibico, cui crimen adulterii impingebatur, examinatione sacrificii purgatus est. Preterea multa ibidem ad utilitatem Ecclesiæ sanctita * sunt; præ quibus simoniaca Heresis, et nefanda Sacerdotum conjugia, olographâ Sinodi manu perpetuò damnata sunt.

* *sancita*

E Anno Dom. Incarn. MLII Imperator Natale Domini Polithæ celebravit. Herimannus Contractus obiit. Henricus Imperator iterum Pannonias petit et Viactæ redit, habens in comitatu Leonem Apostolicæ sedis Præsulem. Qui Papa veniens Ratisponam, reliquias B. Dionisii martiris, de quibus diù dubitatum est an ibi haberentur, præsentibus Parisiorum Legatis, perspexit, ibique haberi probavit. Sanctum quoque Wolfaugum ejusdem urbis Episcopum de tumulo levavit. Indeque Bavenberch cum Imperatore transiens, privilegia ejusdem loci à Cancellario suo Friderico fratre Godefridi Ducis, qui sibi postea successit, perspicere, et coram Imperatore populoque pronuciari mandavit, suâque auctoritate illa confirmavit. Inde simul Apostolicus et Imperator in partes Rheno contiguas tetenderunt.

Anno Dom. Incarn. MLIII Leo Apostolicus et Henricus Imperator

Wormaciæ Natale Domini celebrabant : ubi Papa missarum sollempnia in A
sancta die, ut oportuit, celebrans ; sequenti die Liuppoldum Moguntinum
Archiepiscopum, ut pote in sua Diocesi, huic subrogavit officio. Qui
peractâ processione, et ubi ad hoc ventum est, dictâ oratione, postquam se
in sua sede locavit ; quidam ex Diaconibus suis Humbertus, sicut multi ob
illius festi venerationem solent, lectionem decantavit. Quod quidam ex Ro-
manis Papæ assistentibus vituperantes, et contra Papam quia Romano more
non ageretur objurgantes, persuaserunt ut ad eum mitteret, et decantatio-
nem interdiceret : quod cum ille juvenum more contempneret, iterum
mittendo, Papa interdixit. Qui eadem vocis sonoritate, quâ prius, cantavit
decenter lectionem, et usque ad finem perduxit. Quâ finitâ, Papa illum ad se
vocavit, et quasi pro inobedientiæ contumaciâ degradavit. Archiepiscopus
verò misit ad illum, ut suum sibi redderet ministrum. Quod ubi Apostolicus B
abnuit ; Pontifex, ut erat antiquæ disciplinæ, licet egrè, patienter tamen
interius tacendo sustinuit. Prælecto autem Evangelio, et decantato offertorio,
ubi sancti sacrificii tempus advenit, Pontifex in sua sede resedit, verè
contestans nec se, nec alium quemquam completurum illud officium, nisi
reciperet suæ processions ministrum. Quod ubi Apostolicus intellexit, Pon-
tifici cessit, reindutumque ministrum continuo remisit. Quo recepto, debito
se Præsul injunxit officio. Qua in re et Pontificis auctoritas, et Apostolici
consideranda est humilitas, dum et ille officii sui dignitatem defendere stu-
duit ; et iste, licet majoris dignitatis, Metropolitano tamen in sua Diocesi
cedendum perpendit. Post hæc Apostolicus Romam rediit, multis eum di-
versarum Provinciarum militibus Imperiali præceptione, et amicorum subven-
tione comitantibus ; et post Pascha exercitum per Apuliam contra Nortmannos C
duxit. Nortmanni verò barbarâ linguâ quasi homines septentrionales dicti sunt,
eò quòd primùm ab illa mundi parte venerint. Ii autem annos ferè CLXVI,
Duce quodam Rollone nomine à Scitiâ inferiori, quæ est sub Asia à flumine Tanai
ad Aquilonem egressi, atque per Oceanum vecti. Cum sæpenuerò tam
Germaniam, quàm Galliam more piratico per eadem Oceani littora excur-
rentes infestassent : tandem Karolo, qui Simplex dictus est, Francis impe-
rante, egressi, Galliam, quâ in parte Britanniam respicit, pervaserunt ; ci-
vitatemque in ea Rothomagum occupantes, usque in hanc diem Nortman-
niam de suo nomine vocaverunt. Ubi postquam confirmati sunt, etiam ultra
manus extendere conati sunt. Nam circà hæc tempora Richardus Comes
Nortmannorum, dimissâ Enud Regis Danorum sorore, propter metum Da-
norum exulans à patria, Jherosolimam profectus, ibique defunctus est. Reli- D
quit autem in Nortmannia filium nomine Rodbertum, cujus filius fuit Wil-
lelhelmus, quem Franci Bastardum vocabant : qui post Angliam subjugavit.
Hujus Richardi socii XL revertentes, in Apulia remansisse narrantur. Et ex
illo tempore Nortmanni possederunt Apuliam, et procedente tempore Ca-
labriam Siciliamque occupaverunt. Contra hos igitur quondam illius terræ
advenas, sed tunc Apostolicarum rerum invasores, et Romani Imperii hostes
Leo Papa pugnavit. Et infinitâ utrobique cæde peractâ XIII Kal. Julii,
Papa cum paucis fugiens, absque victoria regreditur. Relictis illic Suevorum
ac Noricorum militibus optimis, Beneventanâ in urbe consedit ; ubi tunc
Odelricus genere Noricus Episcopatum tenebat. Goslariæ Heretici per Godefri-
dum Ducem deprehensi, suspensi sunt.

Anno Dom. Incarn. MLIII. Religiosus Papa Bruno, qui et Leo, glo- E
riosè vitam finivit XIII Kal. Maii ; sepultusque Romæ in Ecclesia B. Petri,
miraculis claruit. . . . Rebellant, etc. *ut ad pag. 216, lin. 3.*

Pag. 216, post lin. 6, sibi vindicavit, lege

Anno Dom. Incarn. MLV. . . . Henricus Imperator Italiam cum exercitu
petens, omnia in pace disposuit : reversusque, neptem suam Beatricem
matrem Machtildis, quam Gozelo filius prædicti Godefridi Ducis uxorem
accepit, secum duxit, indignè eam tractans, propter quandam ejus insolentiam
quâ, mortuo viro suo Bonifacio, vivere consueverat . . . Herimannus
Coloniensis Archiepiscopus obiit : cui dominus Anno successit ; qui à funda-
mento V Congregationes fecit : duas in Colonia, unam in honore S. Mariæ,
alteram in honore S. Georgii martiris ; unam in loco qui vocatur Graschaf ;

A et unam in alio loco, qui vocatur Saleveld; et unam in monte qui Sigeberech vocatur, in quo etiam nunc corpus ejus feliciter requiescit. Arnolfo Spirensis Ecclesiæ Episcopo Conradus successit. In eodem anno fames magna fuit. Adalbertus Marchio obiit.

Anno Dom. Incarn. MLVI..... Herimannus Comes Orientalium Francorum obiit VI Kal. Februarii. Gebehardus Ratisponensis Episcopus Henrici Imperatoris patruus, hostis occultè pessimus deprehensus, convictus, et custodiae mancipatus; sed misericorditer tractatus, exilio remittitur, et sedi pristinae restituitur. Godefridus Dux ad deditionem venit. Magna cædes à barbaris, qui Liutici dicuntur, in Christianos facta est, quorum quidam gladio, quidam fugientes in aqua perierunt, etc.... Hisdem temporibus multi diversarum Provinciarum Principes perierunt. Fames multas Provincias afflixit. Egestas et penuria undique prævaluit; multaque mala tunc temporis acciderunt. His doloribus Henricus Imperator corde-tenus compunctus, infirmari cœpit, et perductus usque ad mortem, sapienti tamen usus consilio, ab omnibus quibus potuit veniam petens, quibusdam prædia quæ abstulit restituens; cunctis, qui contra eum culpas dampnabiles fecerant, relaxans: filium suum Henricum Romani Pontificis, ceterorumque Principum electione Regem constituit. Erat enim præsens Victor Romanus Pontifex, Aquileiensis Patriarcha, et patruus Imperatoris Gebehardus Ratisponensis Episcopus, et alii innumerabiles tam Laici quàm Ecclesiastici ordinis dignitates. Decessit autem in Saxoniâ, in silvâ quæ dicitur Harz, in loco Botvelde nominato, ubi Autumnali tempore exercitandi gratiâ, venationem agens, morabatur. Idem Imperator Omnipotenti Deo duas Congregationes in Goslaria regali Villâ instituit; et unam ex his ad regendum Adalberto Bremensi Archiepiscopo commisit. Igitur omnibus rebus suis, prout possibilitas vitæ admisit, benè dispositis, III Nonas Octobris presentem vitam in Domino finivit. Corpus ejus juxta patrem suum Conradum Imperatorem Spiræ sepultum est.

Post obitum Imperatoris Henrici tertii, Henricus filius ejus quartus hujus nominis, regni Monarchiam obtinuit. Per ejus insolentiam mala in terra multiplicata sunt... Cœpit autem regnare puer quinquennis, eodem anno quo Imperator obiit, LXXXI loco ab Augusto: anno, ut dictum est, ab Incarnatione Domini MLVI; ab urbe condita MDCCCVII; et regnavit annis L. Sed quia adhuc puerulus erat, donna Agnes Imperatrix mater ipsius regnum sub sua cura aliquandiu tenuit, ac sapienter et strenue rexit.

D Filiam autem ejus Rodolfus Suevus, mox post obitum Imperatoris, Romoldo Episcopo Constantiensi commendatam, utrum consilio raptam an dolo nescitur, uxorem duxit.

Anno Dom. Incarn. MLVII Rex puer Henricus Natale Domini Ratispone celebravit, presente adhuc Victore Papa. Agnes mater ejus Ducatum Bauvarie obtinuit. Gebehardus, qui et Victor, Pontifex Romanus, multis bene in Germania aliisque Romani regni partibus, Pontificum et Principum secularium consilio, dispositis, incipiente, ut dictum est, anni illius quadragessimâ, Romam cum pace rediit; eodemque anno vitam finivit. Pro quo Fridericus, qui et Stephanus, frater Godefridi Ducis, jam Monachus factus in Monte-Cassino, à Romanis Pontifex summus constituitur..... An. Dom. Incarn. MLVIII, etc. *ut ad pag. 216, lin. 8.*

E *Ibid. lin. 9, regnavit pro eo: adde*

Anno Dom. Incarn. MLXIII..... Nicolaus Papa obiit: cui Alexander Lucensis Episcopus successit. Quodam tamen Parmensi Episcopo Papatum turpiter ambiente, et usque ad sanguinis effusionem Christi Ecclesiam scandalisante: sed multò post per Annonem Coloniensem Archiepiscopum Ultramontanarum partium tunc legatione fungentem, ac universos Italiae Presules eadem est controversia dirempta; Parmensis abdicatus, Alexander, ut jus erat, est confirmatus. Seditque annis XI, menses VI, dies XXV..... Agnes Imperatrix sacrum velamen accepit.

Anno Dom. Incarn. MLXIII, Sigefredus Archiepiscopus Mogontinus, et Gunterius Babenbergensis, et Willehelmus Trajectensis, alique quamplures Presules et nobiles multo comitatu Hierosolimam tendentes, multas

infestationes à barbaris perpassi sunt; tandemque perventione fruentes op- A
tata, numero et rebus admodum attenuati, redierunt.....

Anno Dom. Incarn. MLXVI Rex Natale Domini Goslarie celebravit; Pascha Trajecti. Eberhardus Treverensis Archiepiscopus, dum in sabbato sancto Paschæ, divino peracto officio, corpus et sanguinem Domini perce-
pisset, reclinans se in gremium Archidiaconi, ita ut erat indutus veste Sa-
cerdotali, ad Christum migravit. In cujus locum sanctus Cono Coloniensis
Episcopus destinatus est; qui à Teodorico ipsius urbis Comite, eo quod sine
ejus electione constitutus est, captus et à satellitibus ejus in silvam ductus,
martirisatur. Nam de scopulosi montis cacumine ter precipitatus est; et cum
adhuc illesus esset, gladio transverberatus est. Sepultus est Doleia, ubi per
illum Dominus multa signa operatus est. Ipse Comes penitentiam agens, ac
Hierosolimam pergens, vitam finivit; et omnes ejus consentanei mala morte B
perierunt. Deinde omnium consensu Udo Archiepiscopatum suscepit.....
Cometa per totum, etc. *ad lin. 10.*

Pag. 216, lin. 23, ferè centum millia, adde: Hujus Haroldi conjunx
amita Rodberti Comitis de Flandriâ, ex cognatione beati Ethmundi Regis
fuit. Hanc postea Welfus filius Azzonis Marchionis Italarum duxit uxore-
rem; genuitque ex ea Duces Welfum juniorem et Heinricum. Hæc
Judhita dicta fuit, maximamque pecuniam et vix credibilem de Anglia
secum adduxit: quia interempto Haroldo, omnis pecunia Ethwardi Regis
et ipsius Haroldi, sicut fama est, ad eam devenit. At Rex Norwegiæ Harol-
dus, qui cum Rege Hiberniæ peremptus erat, CCC naves magnas habuit:
insuper massam auri quam de Grecia adduxerat, cujus pondus vix juvenes
XII lectâ cervice levarent; quæ omnia ad Bastardum tali fortunâ pervene- C
runt. Bastardus Victor, etc. *ad lin. 23.*

Additamenta ad Chronicum Malleacense.

PAG. 219, *lin. 9.* An. 1051. Tunc quoque Guillelmus Pictavorum Dux et
Comes duxerat uxorem nomine Ermenseldeim. *Besly, Comtes de Poitou, pag.*
332 (2).

Ibid. lin. 32. Ermensendis, *Besly legit* Erinsendis.

Ibid. lin. ult. alter Provincianus, *adde,* Qui Guillelmus apud Burdegalam
occidit circa centum milites nobiles per traditionem qui erant de exercitu D
Gosfredi Ducis. Qui traditionem ipsam non potuit diu sustinere: sed cum
omnibus optimatibus suis calumniatus est eam veniens ad Tolosam, et vastavit
eam in circuitu, et cœpit.

Pag. 220, lin. 26, cum multis Normannis, *legit Besly,* cum multis Ver-
mannis.

Pag. 449, ad notam f, adde: Et ut veriùs de eo dici potest, nulli Regum,
aut Imperatorum Wischardus secundus extitit. Solebat enim de eo dicere
Wido Dux Aquitanorum, qui fuit vir illustrissimus, et præliator fortissimus,
ita ut cum fratre suo Willelmo, qui jam obierat, Wasconiam sibi subjugarunt,
nullum hominem probum hominem debere vocari, nisi solum Wiscardum.
Qui cum generis esset ignoti, et pauperuli, majus omnibus fecisset homi-
nibus. Wido autem Dux prædictus Novi Monasterii Cœnobium Pictavi fun-
damentum erexit, an. , quod de propriis redditibus juxta munificentiam E
suam valde ditavit: Domnoque Hugoni Abbati Cluniacensi ad disponendum
tradidit. *Ex Ricardo Pictaviensi in vita Ms. Roberti Guischaridi; apud Beslyum Hist.*
Comitum Pictav. pag. 343 (2).

A

Annotations in Fragmenta Gestorum Consulum Andegavensium,

Excerptæ ex tribus Mss. Codic. Bibliothecæ Regiæ,
num. 6004, 6006, 6218.

MONITUM.

R^{EGII} Codices quorum unus desinente duodecimo sæculo, aut
saltem ineunte sequenti, scriptus est, alter decimi-tertii sæculi
B habet characterem, maximi sunt ponderis ad correctionem Gestorum
Consulum Andegavensium quæ vulgavit Acherius noster post Codicem
quadringentorum circiter annorum, insertaque fuerunt ex ista editione
variis hujusce collectionis voluminibus.

Ope Regiorum Mss. genuinam lectionem restituimus, amovemus
interpolationes. Hinc Lectorem aliquid de nostris animadversionibus
admonemus, ut inoffenso pede Annales nostros è puris fontibus
exhauriat.

Additamenta ad Tom. X.

C TOM. X, pag. 248, 249. Cùm autem voluisset Deus sublimare Rober-
tum, usque ad hæc verba: In diebus illis Huasten Danus tribus annis: ista non
reperiuntur in Ms. Codic. Bibl. Regiæ. At ferè de verbo ad verbum leguntur
in Commentario Hugonis de Cleeriis de Majoratu et Senescalcia Franciæ An-
degavorum olim Comitibus hereditaria, in quo falsarius quidam sub nomine Ful-
conis Comitis Andegavensis fabulas inseruit.

Pag. 253, lin. 22. Ipse verò mortuus sepultus est in Ecclesia B. Martini
Castrinovi. Hæc omittunt, Ms. Codices; nec immeritò, cùm Fulco Rechin qui
gesta avorum suorum à Gaufrido Martello, avunculo suo, acceperat, fateatur
loca, ubi corpora eorum (scilicet Ingelgerii, Fulconis rufi, Fulconis boni,
Gaufridi Grisagonella) jacent, sibi incognita fuisse.

D *Ibidem* linea 36. Existimabat enim Ambasium Consuli auferre, etc. *corrigere cum*
Mss. Existimabat enim Ambasium Consuli auferre, confidens in auxilio Odonis
Campaniensis qui Turonim, Blesim, Carnotum, Briam, Campaniam etiam
cum urbe Treiciarum usque Lotharingiam possidebat. Itaque per Turonim
et Lengiacum descendens Valeiam impugnabat, ut legitur pag. 254, lin. 8.

Ibidem linea 38. De nomine hujus castelli, et constructione, et quæ sequun-
tur inclusivè usque ad hæc verba lin. 8, pag. 254. Itaque Landricus per Turo-
nim, omittunt Codices Regii.

Pag. 254, lin. 24. Sepultusque jacet in Ecclesia S. Martini juxta patrem
suum. Hæc non leguntur in Mss.

Ibidem linea 47. et cæteros captos ligatos custodierunt. Mss. habent: et cum
cæteris captis ligatos custodierunt.

E *Ibidem* linea ultima. Inde Comes Ligerim transiens, et cætera quæ leguntur in
quinque primis lineis paginæ 255, sic habent Codices Regii: Inde Comes Ligerim
transiens in domum suam quam ipse firmaverat, quæ antiquitùs Caramentum
vocabatur, nunc verò Villa Moranni, hospitabatur. Deinde Semblaciacum
(Samblancai) quam etiam firmaverat sibi, et per terram hominis et amici sui
Ugonis de Aluia (Hugues d'Aluie qui dominus castri quod Castella (Châteaux
en Anjou, nunc Château-la-Valliere,) et sancti Christofori (Saint Christophe en
Touraine) erat, inque Valeiam intrans, nolentibus civibus Turonicis ad li-
bitum descendebat.

Pag. 255, nota d. Rectæ observatur hunc articulum, sicut et sequentem
depromptum fuisse ex Gestis Ambasiensium Dominorum, cùm in Manuscriptis Co-
dicibus 3, 4 et pars quinti articuli editorum non reperiantur.

Ibidem lin. 30. Quo audito Comes ad succursum suorum fingens se, festinat Landonensi castro suo ire. *Lege cum Mss. Codic.* Quo audito Comes ad succursum suorum festinat; fingensque se Landonensi castro ire.

Ibidem linea 36, alios in fugam convertunt, *Mss. verò habent:* alios in fugam conversos insequuntur.

Ibidem linea 46, qui viduam filiam Conani habebat uxorem, *in Mss. legitur:* qui Juditham filiam Conani habebat uxorem.

Ibid. lin. 49. Nunc de moribus Brittonum quid Glabellus Rodulphus, etc. usque ad hæc verba lineæ 5, pag. 256. Fulco ex uxore suo Gofridum Martellum; *desunt in Mss. Regiis, excepto tamen Codice 6218, in cujus margine Amanuensis alienus istæc addidit.*

Pag. 256, quæ leguntur à linea 6 ad hæc verba lineæ 13. Fulco siquidem: *ita restitue post Mss. Cod. absque ulla intermissione.*

Fulco ex uxore sua Gosfridum Martellum et filiam Adela nomine genuit. Vir Denm timens Fulco Romam gratia peregrinationis venit; tunc temporis Papa Sergius IV; et acceptis cum benedictione à Romano Papa litteris iter eundi Jerusalem, quam tunc Gentiles tenebant, arripuit. Qui Constantinopolim veniens Robertum Ducem Normanniæ illud itidem iter agressum ibidem reperit.

Richardus namque Dux Normannorum ex Juditha filia Conani Comitis Britanniae duos filios Richardum et Robertum habuit. Richardus primogenitus à fratre suo Roberto veneno necatus est: qui de perpetrato facinore Deo satisfaciens, anno Ducatus sui septimo nudipes hoc iter suscepit. Iste Robertus Willelmum virum probum qui Angliam acquisivit, ex concubina ante hoc factum genuerat. Quo invento Fulco et sibi sociato, litteras Papæ Imperatori tradidit. Isti ambo viris Anthiocenis, qui fortè ibi aderant adjuncti, jussu Imperatoris per terram Sarracenorum deducuntur. Robertus itinere Bithiniæ [urbe Nicea] obiit; ibidem sepultus quievit.

An. 1035.

Pag. 257, linea 5. Berengio castra fixit. *Cod. Mss. Benregio (Bourré près Montrichard).*

Ibidem lin. 15, sinistro cornu inimicos præoccupant. *Adde cum Mss.* Qui Andegavi ictus pugnantium sustinuerant, complacuit Christo.

Ibidem linea 29, in Valleiam adunat, et sapienti usus consilio, *addunt Codices Regii,* cum non pisset nec auderet pugnare, Ligerim transmeat, etc.

Ad notam f. quæ hîc omittuntur tanquam de verbo ad verbum deprompta ex Glab. Rad. lib. 3, capp. 2 et 9, desunt pariter in Mss. Codic. Bibl. Reg.

Pag. 258, linea 2, tertio autem itinere ineundo peracto; *adde quæ sequuntur;* adorata cruce Domini et sepulchro ejus, et multis etiam lacrimis effusis, dispertitâ jam multâ pecuniâ ibi et hospitali, in aliis etiam sanctis locis Deo servientibus, et multis egenis, veniensque Metensem urbem, levi tactus incommodo, diem clausit extremum, corpusque illius à medicis apertum, et intestina illius sublata, et in cimiterio Ecclesiæ condita sunt, lapis etiam superpositus; unde usque hodie sepulchrum Fulconis Andegavensis Conitis ab incolis vocatur. Corpus autem illius conditum aromatibus et honorificè usque ad Locacense castrum translatum, ad Monasterium quod ipse construxerat, delatum est atque in eodem honorificè sepultum.

An. 1040

Emendationes ad Tom. XI.

PAG. 265, lin. 26, in margine, adde, An. 1040.

Pag. 266, linea 14. Vastum Imperium et Turonia patebit; *corrigere cum Mss. Cod.* vastum imperium in Turonia patebit.

Ibidem, lin. 20, et partibus S. Quintini ante Bliretum; *lege cum Mss. Cod.* in pratis S. Quintini ante Blireium. (*Bleré.*)

Pag. 267, lin. 20. Quid Glaber Rodulphus Historiographus, etc. hæc et sequentia usque ad verba, Quindecim sacramenta juravit Theobaldus, *desunt in Codicibus Regiis.*

Ibidem linea 48. Hac prætereà tempestate, etc. hæc et sequentia usque ad siquidem eo tempore virum Cenomanicum, pag. 268, lin. 32, *desunt in Ms. 6218: leguntur verò in aliis.*

B

C

D

E

A *Ibidem*, nota g, adde, Εϕηρος vox græca quæ idem sonat ac *pubes, adolescens*. Pag. 268, linea 8 et nota b, Caramantuni, vera *Mss. Reg. lectio*.

Ibid lin. 10. Haia Blimarcii, Quæ et S. Cyrici, usque ad Blesenciacum; tali nimirum pacto ut intra illa fortem domum. *Corrige et lege cum Mss. Reg.* Haia Blimarcii, quæ et S. Cyrici, usque ad Plesenciacum Ruinei, tali pacto ut in terra illa fortem domum.

Ibidem linea 26, castrum autem novum ex nomine filii sui Castrum-Reginaldi vocari præcepit. *Hæc verba desunt in Ms. Reg. 6004: habent alii. (Château-Renaud, petite ville de Touraine).*

Ibidem lin. 33, Fulcoium de Torneio, lege cum *Mss. de Torineio*.

Ibid. lin. 35, domum munitissimam quæ usque hodie Mota-Fulcoii, *Mss. Reg. habent*, domum munitissimam quæ erat in loco qui usque hodie Mota-

B Fulcoii.

Pag. 269, nota f. Pictavenses cunctatim stellis innumerabiliores densabantur, ita *Mss. Cod. Regii*.

Pag. 270, lin. 36, 37, *Codex Regius num. 6218 aliter legit nempe Andegaviam et Santonas Barbato, Turoniam*.

Ibidem lin. 39. *Hic concluditur in Ms. Regio 6218, quod de Gaufrido Martello narratur. In aliis Codicibus ita legimus.*

Martellus morbo repentino occupatus irremediabiliter languore per dies ingravescente, ad mortem usque perurgetur, et non sine grandi dolore inter suos defungitur. *Ædificavit autem Cœnobium sanctæ Trinitatis apud Vindocinum castrum, Monachosque posuit et Abbatem constituit. Uxor verò ejus ædificavit in supercilio montis Ecclesiam S. Georgii Canonicosque posuit,* et capellam Consulis vocari præcepit. Gaufridus autem Comes perfecit Ecclesiam S. Nicolai in suburbio Andegavæ civitatis quam pater ejus Fulco inceperat, nec perfecerat, Monachos et Abbatem posuit, multisque possessionibus ditavit; *ibidemque sepultus quievit.*

C Pag. 271 in margine 1040, *corrige, 1060.*

Ibidem linea 25. Gofridus Barbatus armis strenuus, cum Cenomanensibus est fœderatus, cujus auxilio Helias de Fisca [de Fixa, *Helie de la Fleche*] Cenomanum recuperavit, quod Willelmus Rex Anglorum sibi auferebat. *Hæc ad Fulconem Rechin, non verò Barbatum, referenda sunt. Helias enim Comitatum Cenomaniæ circa an. 1090 adeptus est, ut patet ex Willel. Gemet. lib. 8, cap. 5, et Orderico Vitali lib. 8.*

Ibid. lin. 26. Quantæ cupiditatis et avaritiæ, etc. *quæ sequuntur inclusive* usque ad hæc verba pag. 273, lin. 8 et 9, et Helix, cui hereditario jure obvenerat, violenter auferebat, *desunt in Ms. Reg. 6218.*

Pag. 273, lin. 15 post, qui Comes Vindocinensis fuit, *adde cum eodem Codice 6218. Deleta penè Andegavia et Turonia, Fulco Richin Barbatum fratrem suum subdolè captum, in vinculis posuit, et utrumque Comitatum, veluti suum suscepit.*

Ibidem lin. 21, ipsum vi abstrahere nitebantur, lege cum *Ms. Reg. ipsum vi abstrahere à carcere nitebantur.*

Ibidem lin. 22. Fulco cum Stephano, hominagio sibi facto, Regem Francorum adiit. *Habent verò Codices Regii: Fulco cum Stephano, hominagio sibi facto, concordatus Regem Francorum adiit.*

Nota b, adde, *Codex Regius 6004; et filius ejus Lednius.*

E Nota c, adde, Sic legitur in *Mss. Cod. Bibl. Regiæ.*

Ibidem linea 32. Erant autem tunc Ambasiæ tres Optimates, etc. *Hæc et quæ sequuntur apud Acherium deprompta sunt ex Gestis Ambasiensium Dominorum; nec hîc reperiuntur in Mss. Cod. Regiis.*

Addenda Excerpto ex Gestis Abbatum S. Germani Autissiodor.

PAG. 377, lin. 9. Odo in Abbatem, anno Domini MXXXII, adde, vir castus, sobrius, misericors, modestus, humilis, et benignus, ejus loci à pueritia Monachus, et in divinâ lege eruditus bonisque omnibus copiosus, corroborantibus et confirmantibus hoc Hugone Autissiodorensi, Leotherico

Senonensi, aliisque vicinis Episcopis. Electus autem et ordinatus Abbas A
quàm laudabiliter domui Dei præfuerit, quàm floridè vixerit, quanto studio
domum sibi creditam sublimare voluerit, innumera bona. quæ eidem acqui-
sivit, testantur. Ejus enim tempore Heltrudis sylvam, quæ dicitur Flaci,
juxta Scerias, B. Germano, et eidem Abbati contulit. Post mortem etiam
Landrici Comitis, qui B. Germano Monasterium de Disesia contulerat, præ-
dictum donum à Rainaldo Comite ejus filio obtinuit confirmari, omnesque
exactiones à suis prædecessoribus habitas condonari. Ecclesiam etiam de Bri-
ciniaco impetravit à Maynardo Episcopo Trecassino, Ecclesias quoque de
Carisiaco, et de Lignerolis impetravit ab Arduino Episcopo Lingonensi.
Contra Galdricum Bosonis filium, qui in potestate Villarum-Vinosi multas
injurias S. Germano inferebat, tam in extorsione salvamentorum, quàm
in exactionibus aliis, causam habuit in Curiâ Theobaldi Comitis Campaniæ, B
et fuit dicta potestas per ejus judicium ab omnibus illis exactionibus absoluta.
Idem etiam Comes Theobaldus ad instantiam prædicti Abbatis dedit Deo et
S. Germano Monasterium S. Florentini in Castro cum Monasterio S. Vetuli
cum omni jure et integritate, et ea libertatis privilegio communivit. Eccle-
siam insuper Luciaci impetravit ab Helmoino Episcopo Eduensi. Donationem
quam fecerat Henricus Dux S. Germano de consuetudinibus Villarum S.
Germani per Robertum Ducem [Burgundiæ] filium Roberti Regis obtinuit
confirmari. Hujus etiam tempore Robertus Landrici Comitis filius dedit S.
Germano Ecclesiam S. Cecilie in oppido Castellionensi, et plateam, in qua
malefactores puniebantur, ut ibi dictus Abbas Oratoria in honore S. Mariæ
sanctique Joannis Baptistæ construeret, cum omnibus officinis Monachis
aptis, quod opus idem Abbas per manum Aufredi Monachi mirificè, C
summavit. Dedit etiam idem Robertus eidem loco servos et ancillas, sylvas
et prata et alias immunitates, Raynaldus quoque Comes prædicti Roberti
frater Monasterium S. Salvatoris, quod post mortem Patris S. Germano
abstulerat, eidem Odoni reddidit et per cartam confirmavit. Fuit tempore
Henrici Regis, etc.

Post Odonem rexit Monasterium Boso Prior XII annis Abbatis fungens
officio, sed non fuit Abbas, vir astutus et ingenii perspicacis: hic Monaste-
rium Saxiacense à Dominio S. Germani jam à longo tempore subtractum et à
Gaufrido filio Odonis fratris Hervei donziacensis domini malè detentum,
cum adjutorio Gaufridi Autissiodorensis Episcopi ad jus et proprietatem dicti
Monasterii revocavit. Sylvam quandam juxta Cuciacum ab Alberto Pileto,
partim per donum, partim per traditionem pecuniæ acquisivit, Ecclesiam de D
Vandensse ab Hugone Nivernensi Episcopo dari Monasterio S. Germani in
perpetuum impetrans. Fuit tempore Henrici et Philippi Regum, etc.

MONITUM

IN SEQUENS DIPLOMA.

A NTE sæculum XIII paucæ admodum inveniuntur Regum nostrorum literæ, quæ notâ quâlibet Chronologicâ careant. Ex omnibus Henrici I, quæ vidimus Diplomatis, duo vel tria hujusmodi in hoc volumine reperies edita: novum istud addimus ex Archivis Majoris-Monasterii, quod ex notitia XI. sæculi exscriptum, nobiscum perofficiosè contulit eruditus sodalis noster Turonensis et Andecavensis Historiæ Scriptor, qui plurimùm laboris et sagacitatis perficiendo huic tomo impendit. Diploma istud quo Majori-Monasterio Rex confirmat possessionem altaris seu Prioratûs Dalmariacensis, multa exhibet notatu digna: nullus ipsi apponitur characterismus; post invocationem Henrico minimè familiarem, præfationem adhibet; Henricus se dicit, divinâ ordinante providentiâ, Regem Augustum: hæc ultima vox, in Roberti Regis Diplomatis nonnumquam inscripta, nullibi legitur in vulgatis Henrici literis, nec etiam in XXXVI Diplomatlbus supra impressis.

Hujus Diplomatis epocha maximè pendet ab Episcopatu Huberti, cujus rogatu datum est; nam Albertus Majoris-Monasterii Abbas, in cujus gratiam et commodum cessit, post Henricum vitâ functus est, scilicet anno 1064. Hubertus, sive Hucbertus Andecavorum Episcopus, præsens erat anno 1009 vel 1010 donationi Solemensis Cellæ, Monachis S. Petri de Cultura factæ; primum oratorium anno 1020 Andecavis in honorem S. Nicolai cum cœmeterio consecravit, cujus erat auctor Comes Fuleo Nerra sive Niger; subscripsit anno 1040 privilegio exemptionis à Theoderico Cartunensi Episcopo Abbatîæ Vindocinensi concessio; Ecclesiæ Salmuriensis dedicationi anno 1041 adfuit; annis 1045 et 1046 testis legitur in Chartis Goffridi Comitissæ Andecavensis, quibus donationes Parthenoni B. M. de Caritate factas confirmat; mortuus est anno 1047, ut testatur breve Chronicon Andecavense, suprâ pag. 29, et apprimè notatur in Charta pro Monast. B. Mariæ de Caritate seu de Roncereio, quâ Gaufridus Comes Andecav. unâ cum Agnete uxore sua quemdam juris sui collibertum ab omni jure servitutis absolvit, ac liberum facit. Actum publicè in Ecclesia S. Albini, regnante Rege Henrico, Archiepiscopo Turonis Arnulfo, in transactâ ante quadragessimâ defuncto Huberto Pontifice Andegavensi, cùm redissent Comes et Comitissa de Apulia. Gaufridus et Agnes in Apuliam fuerant progressi, ut comitarentur Imperatorem Henricum III, qui Agnetem prædictæ Agnetis filiam conjugio sibi copulaverat. Vide Mabil. Annal. Ben. Lib. 53, num. 30. Lib. 54 num. 81, et Lib. 59, num. 17. Ex his unum illud certum habemus, præsens Henrici Diploma tardiùs anno 1047 minimè esse reponendum.

DIPLOMA HENRICI I. FRANCORUM REGIS,

Quo Majori-Monasterio factam altaris Dalmariacensis donationem confirmat.

Ante vel
circa annum
1047.

Ex Archivis Majoris-Monasterii propè Turones.

IN nomine Domini et Salvatoris nostri Jhesu Christi. Si ad Divinæ Legis testimonium plus ab eo exigendum est, cui plus constat esse commissum; **B** regalis culminis majestatem, quantò Dei munere ceteris precellit mortalibus, tantò ejus amore vigilantiorum esse oportet in sustentandis necessitatibus pauperum, eorum maximè qui, ut Dei servitio liberiùs expeditiùsque vacarent, propriis abrenunciantes facultatibus, voluntariam subiere paupertatem. Quòd si regiæ dignitatis est, propriæ quoque rei distributione, indigentium procurare subsidia; multò eam, si quandò expetitur, paratiorum esse expedit aliorum beneficia suæ auctoritatis assensu confirmanda. Quapropter ego HEINRICUS divinâ ordinante providentiâ Rex Francorum AUGUSTUS, rogatus à domno Huberto Andecavensi Episcopo, qui domni Alberti (a) Majoris-Monasterii Abbatis ceterorumque fratrum precibus invitatus, ad hoc nostram presentiam adiit; donum quod ipse suprascripto S. Martini Cenobio pro suæ animæ redemptione contulit, de altario videlicet Dalmariacensi, propriæ auctoritatis assertione firmavi, eâ scilicet ratione **C** atque tenore, ut ipsius sit Monasterii jure perpetuo: quatinùs nullus fidelium nostrorum, nec supradictus Episcopus, nec aliquis successorum suorum sive nostrorum, potestatem habeat prefatum altarium, vel aliquid ex his quæ ad illud pertinent, de usu fratrum Deo et S. Martino apud Majus-Monasterium servientium abstrahere vel memorare *; sed, sicut supra sancitum est, memorata congregatio et successores eorum, cum Abbatibus qui eis pro tempore præerunt, quicquid exinde exigì potest, licentiam habeant faciendi, ordinandi, et qualitercumque eis placuerit meliusque visum fuerit disponendi, tam presentibus quàm futuris temporibus. Hoc autem à nobis ideò decretum est immutabiliterque firmatum, ut pro communi omnium et maximè nostri regni pace, seu pro nostra nostrorumque successorum corporum atque animarum salute, Domini misericordiam eos obnixiùs implorare delectet. **D** Et ut hoc nostræ auctoritatis opus perpetuum obtineret vigorem, omnisque auferretur inquietandi Dei servos occasio, donationem hanc et manu propria dignum duximus confirmare, et nostræ dignitatis Sigillo fecimus consignare.

* f. minorare

(a) Evrardo seu Ebrardo Abbati Majoris-Monasterii successit Albertus circa annum 1034, quo Abbate Monasterium, jam quidem illustre, ad maximam dignitatem assurrexit. Innumeræ propemodùm Alberti Abbatis tempore factæ sunt Majori-Monasterio donationes; una est altare seu Prioratus Dalmariacensis, pro quo Diploma istud fuit confectum. Albertus anno 1056, sub Agoberto Episcopo, societatem iniit cum Ecclesia Carnutensi, cujus præbendam sibi

suisque obtinuit, quod et confirmatum est auctoritate Regis Francorum HENRICI MAGNI. *Mabil. Ann. Ben. Lib. 60, n. 97.*

Sub medium anni 1064 fato functus est Albertus Majoris-Monasterii Abbas, post annos regiminis circiter triginta. Ejus depositio in Necrologiis S. Germani à Pratis notatur 13 Kal. Junii: annum 1064 assignat Appendix brevis Chronici Andecavensis, *supra pag. 30.*

A

DIPLOMA HENRICI I FRANC. REGIS,

Quo constat Theudonem de firmitate quæ appellatur Urc (postea Firmitas Milonis), consuetudines malas quas injustè possidebat in villa Apostolorum Petri et Pauli ac sanctæ Genovefæ, quæ Marisiacus nominatur, Canonicis dimisisse.

Ex Cartul. S. Genov. Paris. fol. olim 34. r̄. hodie pag. 67.

Reperitur inter instrumenta Hist. Ducat. Valesii, Tom. III, p. 41; sed cum mendis nonnullis.

B

IN Dei nomine: Ego Henricus Rex, Dei gratiâ, Francorum. Omnibus nostris fidelibus tam præsentibus quàm futuris. Notum fieri volumus, qualiter Theudo de Firmitate quæ appellatur Urc (*), ante nostram præsentiam veniens, consuetudines malas quas injustè possederat in villa Apostolorum Petri et Pauli, et sanctæ Genovefæ, quæ Marisiacus nominatur, ejus loci Decano Ulrico et Canonicis astantibus dimisit; hiis retentis, quas prædecessores sui tenuerant, quasque tam Canonici quam ejusdem pagi villani, rationibus suis ratiocinati sunt et jurejorando comprobaverunt; videlicet de mansione, una mina avenæ, et ad versaturam omnes carrucas villæ una vice, et ad binaturam una vice, de carrucâ integra XII d7. de dimidia VI: et de eis qui cum bobus non laborant, de unaquaque mansione 11 d7. in herba apud civitatem Suessionensem, unum carratum in anno. Ad hoc lignarium semel ad Nativitatem Domini: et si necesse fuerit propter Werram* et non malo ingenio fiat: ad firmaturam Castelli adducant palos et virgas. Hiis exceptis, alias omnes consuetudines quas antehac injustè possederat, Ecclesiæ Apostolorum Petri et Pauli et sanctæ Genovefæ imperpetuum, sine ulla inquietatione dimisit, litteris inde ejus instinctu et assensu compositis, manuque propria firmatis, nostra necnon* nostrorumque fidelium manu corroboratis. Quod si ipse vel aliquis ex hæredibus suis, missionem hanc calumpniari vel destruere præsumpserit, auri cocti nobis libram componat, nichilque proficiat: sed quod temptaverit, irritum permaneat. Et ut hæc litteræ firmæ et stabiles imperpetuum maneant, ex meo sigillo insignire feci (a).

* La Ferté-sur-Oureq, depuis, la Ferté-Milon.

* al. Guer-ram.

* al. verò.

D

(a) Annus non indicatur, nec ulla quælibet nota Chronologica. Hoc autem Diploma alii anno 1030; alii anno 1040 tribuunt, juxta Auctorem Hist. Ducat. Valesii. Idem Auctor, Tom. I, pp. 230 et 231, cessionem hanc Ecclesiæ S. Genovefæ anno 1035 à Theudone factam fuisse desinit.

EPISTOLA LEONIS PAPÆ IX AD PRINCIPES BRITANNIÆ.

Ex Labb. Concil. Tom. IX, pag. 993. et apud Marten. Tom. III, Anecd. An. 1050. p. 869.

Sententiam pro Turonensi Ecclesia, adversus Dolensem pronunciat summus Pontifex, resistentes et simoniacos, atque ab eis ordinatos excommunicat.

E

LEO Sanctæ Sedis Apostolicæ gratiâ Dei Papa, E. (a) Britonum Principi, et Alano (b) Comiti, et cæteris Principibus Britannæ, secundum Deum vivere volentibus, vita et salus. In scriptis veterum reperimus, omnes Episcopos tuæ patriæ, Archiepiscopo Turonico subjectos esse debere: de qua re Nicolai Papæ temporibus, et Joannis, Leonisque, et cæterorum, quorum nomina inserere longum est, clamor factus est. Ex quibus Nicolaus Papa litteras Salomoni Regi Britonum direxit, in quibus præcipit, ut omnes suæ patriæ Episcopi, Turonicæ Ecclesiæ subjecti sint. Alii verò Apostolici eosdem Apostolica autoritate ob id excommunicaverunt, ad nos quoque in Remensi Concilio clamor hujusmodi delapsus est. Nos statim, ut ipse vester Archiepiscopus

(a) Lege C. scilicet Conano hujus nominis II, qui tempore Leonis Papæ Britannæ Ducatu potiebatur.

(b) Legendum videtur Alano, filio nempè Hoelli Ducis, qui etiam postea Dux evasit Britannæ, scilicet anno 1084. Marten. Ibid.

N n n n ij

cum suis subjectis Romano Concilio præsens adesset, non solum de hac causa A
 redditurus rationem, sed etiam de hoc quod simoniacus cum suis suffraganeis
 esse comprobatur et exlex, quærens quæ sunt mundi, non quæ Jesu Christi.
 Legatos etiam Turonici Archipræsulis adesse præcepimus. Legati Turonici
 adfuerunt, vestrates Pontifices cum suo capite se subtraxerunt. Nullo itaque
 modo probare potuimus illum vestrum Præsulem Archiepiscopum esse de-
 bere: præsertim cum Archiepiscopus sine sede civitatis, sine Pallio Archiepis-
 copali nequeat haberi. Excommunicamus omnes hos, de quibus sermo est,
 ex autoritate Dei Patris, et Filii et Spiritûs sancti, sanctique Petri et nostra,
 non solum propter hanc præsumptionem, qua subijci Turonicæ Ecclesiæ de-
 dignantur, sed etiam propter Simoniacam Hæresim, quâ polluti sunt, et
 ordinatos à se contaminare videntur; tali ratione, ut Divinum officium non
 peragant, neque audiant, neque benedictionem tribuant. Simili etiam sententia B
 ab eis ordinati feriantur. Tibi autem, carissime fili, mandamus, ut te ab eorum
 conventibus cum omnibus fidelibus subtrahas, deinde eos commoneas, ut
 nostris præceptis obsecudent, Simoniacam Hæresim deponant, secundum
 Deum vivant. Et hoc te autoritate hortamur Apostolica, ut per totum regnum
 tibi commissum pacem facias, justitiam diligas, subditos piè regas. Turpe est enim
 ut cum unus ex maximis Galliæ Principibus habearis, naturalibus his vitiis *
 subjugaris. Et si secundum Deum te vivere audiero, bonumque exemplum
 præbere subjectis, benedictione S. Petri et nostra donaberis: sin aliter egeris,
 et excommunicatis te adjunxeris, ut illi, nostrâ autoritate excommunicatus
 sis. Quod si vester Archiepiscopus cum suis suffraganeis, de hoc quod Turo-
 nicus Pontifex clamat, deque simoniaca hæresi excusare se rationabiliter va-
 luerint, Vercellensi Concilio, Kalendis Septembris futuro præsentis sint,
 nosque ibi, si Deus permiserit, erimus, causas eorum audituri. Vale. C

* Mart. sis
 vitiis subju-
 gatus.

NICOLAI PAPÆ II EPISTOLA AD EPISCOPOS GALLIÆ,

AQUITANIÆ, VASCONIÆ.

An. 1059. *Ex Conc. Lab. Tom. IX, pag. 1096, et in Chron. Virdun. apud Lab. Bibl. Nov. Mss. Tom. I. pag. 193.*

Decreta promulgata in Romana Synodo an. 1059 nonnulla continet.

NICOLAUS *Episcopus servus servorum Dei, omnibus Archiepiscopis, Epis-* D
copis, Abbatibus, Clericis et Laicis fidelibus tam majoribus, quàm minori-
bus, per omnes Gallias in Christo commorantibus, immò Aquitanicis et Vasconi-
bus salutem et Apostolicam benedictionem. Anno Dominicæ Incarnationis 1059,
 anno Pontificatûs nostri primo, indict. 12, Romana urbe in Basilica S. Sal-
 vatoris, quæ appellatur Constantiniana, sanctam celebrantes Synodum, à
 sanctis Patribus, videlicet 113 Episcopis, exceptis Abbatibus, et Clericis
 religiosis ac Laicis celebratam: de statu Ecclesiæ sanctæ ad communem uti-
 litatem, Deo propitio, canonicè disposuimus. Inter cætera de Nicolaitarum
 hæresi, id est de conjugatis Presbyteris, Diaconibus, et omnibus in Clero
 constitutis, ab omni Concilio statutum est et corroboratum ita. Quicumque
 Sacerdotum, Diaconorum et Subdiaconorum, post constitutum beatæ me-
 moriæ prædecessoris nostri sanctissimi Leonis Papæ de castitate Clericorum,
 concubinam palam duxit, vel ductam non reliquit: ex parte Omnipotentis E
 Dei, autoritate Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, præcipimus et omninò
 contradicimus, ut Missam non cantent, neque Evangelium pronuntient,
 neque Epistolam ad Missam legant, neque in Presbyterio ad Divina Officia
 cum his, qui præfatæ institutioni obedientes fuerunt, maneant, neque par-
 tem ab Ecclesia recipiant; quousque à nobis sententia super hujusmodi, Deo
 concedente, procedat. Et præcipientes statuimus, ut hi prædictorum Ordini-
 um, qui ejusdem prædecessoris nostri decreto obedientes, hæc servaverint,
 uxtà Ecclesias, quibus ordinati sunt, sicut oportet religiosos Clericos, simul
 manducent et dormiant. Et rogantes monemus, ut ad Apostolicam, communem
 scilicet vitam summoperè pervenire studeant: quatenus perfectionem consecuti,
 cum his qui centesimo fructu ditantur in cœlesti patria mereantur adscribi.

A De his autem Clericis qui tonsuram projiciunt, et à Clericatu recedunt, quos apostatas julianistas jure vocitamus: statuimus ut, nisi ad professionem Clericatus redierint, omni Christiana Communionem priventur.

De Monachis verò propositum non servantibus, decrevimus, ut quousque ad propositum redeant, et in Monasterio regulariter consistant, Communionem privati permaneant.

Illi etiam qui peregrinos, vel Oratores cujuscumque sancti, sive Clericos, sive Monachos, vel feminas, seu inermes pauperes deprædati fuerint, vel bona eorum rapuerint; vel in malum eis obviaverint, anathematis vinculo feriantur, nisi dignè emendaverint.

B De confiniis Cœmeteriorum, sicut antiquitus à sanctis Patribus statutum est, statuimus ita: ut major Ecclesia per circuitum sexaginta passus habeat, Capellæ verò, sive minores Ecclesiæ, triginta. Qui autem confinium eorum infringere tentaverit, vel personam hominis aut bona ejus inde abstraxerit, nisi publicus latro fuerit, quousque emendet, et quod rapuerit reddat, excommunicetur.

Hæc igitur et cætera hujusmodi, quæcumque in sacris Canonibus habentur, authenticum sancta Synodus præfata fore censuit observandum.

EPISTOLA (a) NICOLAI II. PAPÆ AD REGINAM GALLIÆ (b).

Circa an.
1059.

C Laudat ejus pietatem, et in pauperes beneficentiam. Hortatur tam laudabile vitæ institutum, quod semel arripuerat, usque ad extremum constanter retineat. Suadet ut virum suum Regem ad Rempublicam justè administrandam, Ecclesiam tuendam, et pietatis opera edenda, inflammet: filios quoque suos eisdem, quibus ipsa imbuta est moribus instituat

NICOLAUS *Episcopus servus servorum Dei, gloriosæ Reginæ salutem et Apostolicam Benedictionem.* Bonæ voluntatis auctori omnipotenti Deo dignas gratias agamus, quia in fœmineo pectore virile vivere virtutum robur audimus. Pervenit quippe ad aures nostras, præcellentissima filia, serenitatem tuam indigentibus munificentia piæ liberalitatis affluere, devotissimæ orationis studiis insudare, pro violenter oppressis vim districtiōnis exercere, cæterisque bonis operibus, in quantum tibi competit, officium regiæ dignitatis implere. Hortamur igitur ut eum, quem Deo inspirante semel ingressa es, tramitem teneas: invictissimumque virum tuum, filium nostrum Regem ad pietatis æquitatisque gubernacula moderanda, statumque Ecclesiæ retinendum provocare contendas. Si enim eloquentia Abigail * stultum Nabal ab irascentis David gladio servavit illæsum, quantò magis sancta devotio tua prudentissimum virum tuum divinis reddet obtutibus gratiosum? Sic denique eum verè diligis, si servare quæ Dei sunt, piis exhortationibus facis. Alioquin quo pacto viros suos illæ conjuges amare credantur, quæ in eis capsas, ut ita loquar, corporum diligunt; sed animarum aurum, quod in eis reconditur, non attendunt? Habemus enim juxta Apostolum * thesaurum istum in vasis fictilibus. Quæ nimirum hoc dumtaxat amplectuntur, quod vermes devorant in sepulchris; illud vesanè despiciunt, cui immarcescibilis gloria servatur in cœlis. In carne quippe amorem suum illa constituerat, quæ David se despicienti ironica insultatione dicebat: * *Quam gloriosus fuit hodie Rex Israel,* * 2 Reg. v. 6. *discooperiens se ante * oculos servorum suorum, et nudatus est quasi * nudetur unus v. 20. ex scurris!* Quæ profecto quia desiderium suum in sola carne posuerat, carnis * ancillas fructu debitâ est animadversione privata. Unde paulò post Scriptura subjungit: * *adde si* Igitur * Michol filiæ Saül, non est natus filius usque ad diem mortis suæ. Tu * *ibid. v. 23.* autem, gloriosa filia, quia fœcunditatis donum divinitus meruisti, sic clarissimam instrue sobolem, ut inter ipsa lactantis infantia rudimenta ad Creatoris sui nutriatur amorem. Per te igitur discant cui potissimum debeant, et quod in regalis aulae solio sunt nobiles geniti, et quod in Ecclesiæ gremio longè nobilius per sancti Spiritus gratiam sunt renati. Noli aliquandò pecuniam præferre justitiæ, sed thesaurum veræ sapientiæ inbianter acquire. Regina

(a) Reperitur inter B. Petri Damiani Epistolas, Lib. VII, Epist. IX.

(b) Annam Henrici Regis uxorem, Philippi item Regis matrem.

quippe Saba venit non videre divitias, sed audire sapientiam Salomonis. A
 Quas tamen ipsa non petiit, copiosius reportavit. Tu etiam, filia, divinis
 obediendo mandatis, sapientiam posside; ut merearis ad salutem animæ tuæ
 et terrenis competenter affluere, et de transitorii regni culmine ad cœleste
 transire.

NICOLAI PAPÆ II EPISTOLA AD R... (a)

COMITEM RUTENENSEM

An. 1060.

*Ex Conc. Labb. Tom. IX, pag. 1097. Et ex Chron. Vir dun. apud
 Labb. Biblioth. Nov. Mss. p. 193.*

B

Comitem hortatur ut Ecclesiarum et pauperum sit defensor, et Monasterio Vir dunensi possessiones
 aliquas, quas injustè detinet, restituat (b).

NICOLAUS Episcopus, servus servorum Dei, R... Rutensi Comiti di-
 lecto filio salutem, et Apostolicam benedictionem. Cognoscentes tui animi
 propositum, et quod propter regnum Dei et justitiam ejus volueris renuntiare
 temporali fastigio sæcularium occupationum: confidenter tibi denuntiamus,
 ut secundum quod tibi injunximus cum ore ad os loqueremur, Ecclesiis Dei
 et pauperibus defensorem te opponas, justitiamque eis acquirendo, in cons-
 pectu Dei excusatus existas, quod non sine causa gladium portas. Et quia
 nostrum est te admonere, si qua non negligenda cognoverimus te negligere: C
 orando simul et præcipiendo autoritate Apostolica monemus, ut Monasterio
 S. Petri sito Vir duni, quod venerabilis vir consanguineus tuus Waleranus
 Abbas regit, curtes, quas in terra possessionis tuæ habere dinoscitur, resti-
 tuas: ne, quod absit, ad perditionem animæ tuæ diutius eas retinendo, ex-
 communicationem ab antecessoribus nostris comprecatam in vasa eorum
 incurras. Nec volumus dicas, à parentibus tuis, vel uxoris tuæ, eas servis
 Dei subtractas: quia justus Dominus reddit iniquitatem patrum in filios in
 tertiam et quartam generationem. Sicut enim conscia veritatis testatus antiquitas,
 S. Amantius peculiaris vester patronus eas contradidit servitorum S. Petri
 usibus.

(a) Legendum forte *Raimundum*, qui anno
 1065 Gordiniacensem Abbatiam, in pago Uzeti-
 co sitam, Hugoni Abbati et Cluniacensi Monas-
 terio subjecit.

(b) Nicolaum Papam adiens Walerannus
 Abbas S. Vitoni, querimoniã factã super Comite
 Ruthenensi pro fundis Ecclesiæ Vir dunensis sitis
 in Comitatu Ruthenensi, quos S. Vitono aufere-

bat, id est Maderniacum, Puliniacum, et alios, D
 obtinuit litteras ab eo missas præfato Comiti...
 His acceptis litteris, cum reverteretur, apud
 Aremari Monasterium, veneno periit (Waler.)
 et Grimoldus successit... Et quia eo defuncto,
 non fuit qui litteras missas Comiti Ruthenensi per-
 ferret, adhuc Abbatia cum fundis retenta est.
Chron. Vir dun. ibid.

DIPLOMA HENRICI III, COGNOMENTO NIGRI, IMPERATORIS,

PRO MONASTERIO DE LEBRAHA IN PAGO ALSATIENSI SITO,

Quo possessiones ejusdem Monasterii confirmat.

Ex Autogra-
 pho in Archi-
 vis S. Diony-
 sii in Fran-
 ciã asservato.
 An. 1036.

IN nomine Sanctæ et individuae Trinitatis. Henricus divinã favente cle-
 mentiã Romanorum Imperator Augustus. Quoniam Ecclesias Dei pro spe
 vitæ æternæ non solum nostris ut possumus donis cupimus ditare, sed etiam
 ea bona unde ditantur, nostrã Imperiali autoritate tueri, eisque confirmare;
 idcirco noverint omnes Christi nostrique fideles tam futuri quàm præsentis
 qualiter nos pro remedio animæ nostræ, atque interventu Regni thorieque
 nostri consortis Agnetis Imperatricis nec non dilectissimi filii nostri Henrici
 Regis quarti, Monasterio in honorem Sanctorum Martyrum, Dionisii, Rus-
 tici et Eleutherii atque Alexandri constructo in loco Lebraha dicto, in pago
 Alsiacensi, ea bona quæ nunc in præsentiarum jure ac legaliter possidet,

E

A vel in antea jure ac legaliter adquisierit, nostrâ Imperiali autoritate condonamus ac confirmamus: hoc est, utriusque sexûs mancipiis, areis, ædificiis, agris, pratis, pascuis, terris cultis et incultis, vineis, aquis aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, sylvis, venationibus, exitibus et redditibus, quesitis et inquirendis, cum omni utilitate quæ ullo modo poterit inde provenire; eâ videlicet ratione ut neque Episcopus neque Archiepiscopus, sive Comes, sive Marchio aut Dux, sive magna sive parva persona, supradictum Monasterium molestare, divestire aut ullo modo inquietare, sine legali judicio, præsumat. Et ut hæc nostræ Imperialis donationis vel confirmationis auctoritas stabilis et inconvulsa omni ævo permaneat, hanc Cartam inde conscriptam manu propriâ, ut infra videtur, corroborantes, Sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

B Signum Domni Heinrici tertii Regis invictissimi, secundi Romanorum Imperatoris Augusti.

Winitherius Cancellarius in vicem Luitbroldi Archicancellarii recognovit.

Data autem VII. Kal. Feb. anno Dominicæ Incarnat. MLVI, Indict. VIII; anno autem Domni Heinrici III Regis, Imperatoris II, Ordinationis ejus XXVIII, Regni XVIII, Imperii vero X.

Actum Argentinæ in Dei nomine feliciter. Amen.

(a) Varias Heinrici regni Epocha supra assignavimus, pag. 559.

C

DIPLOMA

S. EDUARDI REGIS ANGL.

Quo S. Dionysio dat Villam, quæ Teintuna vocatur, sitam in Comitatu Oxoniensi, cum immunitate ab omni negotio, etc. An. 1059.

Ex Autographo, quod asservatur in Archivis Regalis Abbatie

S. Dionysii in Francia. Et ex Dupleto, Hist. Abbat.

D *S. Dionysii in Fr. Lib. III, pp. 831 et seqq.*

IN nomine summi Dei viventis et videntis: Trinitatis essentia, verè * quæ * apud *Dubl.*
verequè
Deus est, nichil mutabile, nec in æternitate, nec in veritate, nec in voluntate habet; quæ verè initium initio carens, finisque fine carens, ambiguitate cunctimodâ penitus abjectâ, veraciter credenda est. In qua siquidem personarum Trinitate Patris videlicet, et Filii et Spiritûs sancti, substantiæ unitatis, ineffabilis, incomprehensibilis, incircumscriptibilis, omnique sensui * humano, etiam et Angelico inscrutabilis, et investigabilis, impenetrabilisque, semper prædicanda, laudanda, præconiisque * infatigabiliter attollenda est immensis. Quam ob causam ego EDWARDUS Rex Anglorum, cum essem in pace, in gloria regni mei, pro salute animæ meæ, Patrumque meorum, qui ante me regnaverunt, cum consulta et decreto Primatum, fideliumque meorum, dedi SANCTO DYONISIO, qui celebris memoriæ apud nos quidem nominatur, apud Francos autem et colitur et habetur, Villam quandam nominatam TEINTUNA, in territorio et Comitatu urbis quæ Oxenaforda dicitur, cum omnibus appendiciis ejus, id est terris, silvis, pascuis, aquis, pratis, cultis, et incultis. Sit autem terra hæc immunis et libera ab omni negotio, excepta expeditione, et pontis, vel arcis instauratione. Quod si qui violaverint, sit pars eorum decreto Dei, et meo, omniumque Episcoporum quorum nomina hîc habentur, cum Juda traditore, cum Dathan et Abiron, in ignem æternum, ubi vermis eorum non moritur, et ignis non extinguitur, nisi reatum suum coram Deo et sancto Dyonysio emendaverint.

* *Dubl.* sens-
* *id.* præconisque

þis syndan þa land gemære into tængune. þ is ærest of þam neadan
 clife on ælfredes denn. 7 of þam denne. on þone haran stan. 7 of
 þam stane on mægnhilde beoph. 7 of þam beorge on rise pille. 7
 of þære pylle. on þa rugadýrna. 7 of þara dýrne on þon holan br-
 och. 7 of þam bröche on hæselfond. 7 of þam forde andlang peges
 on þone stapel. 7 of þam stapele on dryge pytt. 7 of þam pytte. on
 fulla pille. 7 of þære pylle. on cobbanhyll. 7 of þære hylle. on cobbanbröc
 7 of þam bröche andlang strea mes inne penric. 7 spa to þam neadan
 clife þis is þ gemære to þam more þe þider inn toligð. þis of díc lace
 apilstede. 7 of pilstede on rydenasford. 7 of þam forde on pyreneges
 þorn. 7 of þam þorne. andlang penric on beafolces eap. 7 of beafolces
 eapfe andlang tæmese be healfan streame est inne díc lace. þis is þ gemære
 to þam puda þider inn. þ is ærest of srudeles stane on þone staman peizg.
 7 of þam pege on sæste gnaf. 7 of þam gnafe andlang peges on pidlea.
 7 of þære lea spa est on þone stan.

Anno Dominicæ incarnationis millesimo quinquagesimo nono scripta est
 hæc cartula, his testibus consentientibus, quorum nomina inferius car-
 raxari videntur. † Ego Edwardus Rex totius Britthanniæ telluris hanc
 meam donationem sancto Dyonisio concessi, et signo agiæ crucis munitam
 condonavi. † Ego Eadgyth conlaterana * ejusdem Regis hoc * mihi placere
 cum benivolentia professa sum. † Ego Stigandus Metropolitanus Christi
 Ecclesiæ Archiepiscopus, necne * Wintoniensis Ecclesiæ, donum Regis cum
 tropheo sanctæ crucis libentissimo animo confirmavi. † Ego Kynsinus Ebo-
 racensis Ecclesiæ Archiepiscopus præfatum munus consolidavi. † Ego Wlf-
 winus * Dorcastrensium * Ecclesiæ Episcopus prædictum hoc Regis donum
 benignissima manu conscripsi. † Ego Dodico Episcopus conclusi. † Ego
 Herimannus Episcopus consignavi. † Ego Aldredus Episcopus consensum
 præbui. † Ego Willelmus Episcopus consensi. † Ego Ægelmoerus * Episcopus
 corroboraui. † Ego Haroldus Dux. † Ego Ælfgar * Dux. † Ego Tostig * Dux.
 † Ego Leofwine * Dux. † Ego Gyrth Dux. † Ego Spegen * Minister.
 † Ego Eadric Min. † Ego Godric M. † Ego Ator M. † Ego Esgar M. † Ego
 Ravlf M. † Ego Rotbert. M. † Ego Brihtric * M. † Ego Vlf. Minister.
 † Et ego Balduinus sancti Dyonisii Monachus, sub regimine Abbatis mei
 Hugonis constitutus, tunc temporis Anglorum Regis Edwardy Medicus,
 omnibus quorum hic adnotata sunt nomina, sine cujuslibet calumpnia scrip-
 tum hujus donationis confirmantibus, de manu ejusdem Regis et scriptum et
 donum imperpetuum sancto Dyonisio habendum suscepi.

ƿadpand einze gnetpulfpriz biscop. 7 paulf eopl. 7 ealle mine þegenas on oxna
 fordesere. freondlice. 7 ic cyðe eop þ ic hæbbe ge unnan. episc. 7 scē dionisie
 utcohif halgan mynstre be geondan sæ. þæt land æt tængtune. 7 ælc þæra þinga
 þæt þe þær inn midrihte toge býraþ. on rude. 7 on fælde. midface. 7 mid soene. spa full
 7 spa forð. 7 spa hita me sylfan on hande stod. on dæge. 7 æfter. for minre saple
 hæle. 7 rice he wið god. sefe hita of þære halgan stope geuige. 7 ic pille þ se biscop
 dicit bōc þæt to. be minan fullan geleafan.

Versio Latina D. Morton. Excerpt. I. Saxonici.

HÆ SUNT ipsæ terrarum metæ in Tængtune; id est primum ab illo rubro
 clivo in (vel ad) Alfredi vallem: et ab illa valle, in Leporis Lapidem: et
 ab illo lapide, in Mægnhilde collem: et ab illo colle, in Rise Puteum: et ab
 illo puteo, in Tharuga Lacum: et ab illo lacu, in illum Holan rivum; et ab
 illo rivo, in Corylorum vadum: et ab illo vado, in longum viæ, in illum
 Stapel*: et ab illo Stapele, in siccam lacunam: et ab illa lacuna, in ple-
 num puteum: et ab illo puteo, in Cobham collem: et ab illo colle, in
 Cobham rivum: et ab illo rivo, in longum alvei, in Wenric, et ita in illum
 rubrum clivum. Hæ sunt ipsæ metæ in illum ericetum: illuc in Toligth, id
 est à Dielac*, in Wilsted: et à Wilstede, in Rithera vadum: et ab illo
 vado, in Wireneges spinam: et ab illa spina, in longum Wenric, in Bea-
 folces podicem; et à Beafolces podice, in longum Tamisii per dimidium
 alvei,

* consignari

* *Dubl.* Ead-
 gyd Conla-
 terans

* *apud* *Dubl.*
 deest hoc

* *Dubl.* Pin-
 toniensis

* *idem* Wis-
 pinus

* *id.* aliàs.
 Dorcaces-

trensis

* *id.* Azelmæ-
 rus

* *id.* Alfzan.
 * Tostiz.

* *id.* Leof-
 pine

* Gystd.
 * *id.* Spezen.

* *id.* Brih-
 tric.

* obeliscum

* fossa lacus

A alvei, rursus in Diclace. Hæ sunt illæ metæ in ipsas sylvas: illuc in id est primùm à Fritheles Saxo, in ipsam Saxosam viam: et ab illa via, in Feste Lucum: et ab illo Luco, in longum viæ, in Salicetum: et ab illo loco (*seu campo*), ita rursus in ipsum Saxum.

Ejusdem Excerpti interpretatio tradita à Guill. Camdeno, et apud Dubletum edita, pag. 832.

HÆ SUNT metæ terrarum quæ spectant ad Tengetum. Primum à rubro clivo ad Alfredi vallem: ab illa valle ad Leporis lapidem: ab illo lapide ad Megnhild collem: ab illo colle ad fontem Rise: ab illo fonte ad Tharinga lacunam: ab illa lacuna ad Hollam rivulum (*a*): ab illo rivulo ad Corylorum vadum: ab illo vado per viam ad Stapele: à Stapele ad puteos siccos: ab illis puteis ad Fullonum fontem: ab illo fonte ad Cobbam collem (*b*): ab illo colle ad Cobbam rivulum: à rivulo per decursum rivuli, et ita ad Rubrum Clivum. Hæ sunt metæ terræ incultæ quæ adjacet; primùm à Diclac, 1. fossa lacus, ad Apilsted, 1. pomorum locum; ab Apilsted ad Rider vadum (*c*): ab illo vado, ad Werenegs (*d*) Spinetum: à spineto illo, ad Beafolces finem sive podicem: et indè per medium Tamisis alveum, rursus ad Diclac. Hæ sunt metæ silvæ quæ adjacet: primùm à Friteles Saxo ad viam Saxosam: ab illa via, ad Fest: inde juxta viam ad Withilea, et ita ab illo loco rursus ad Saxum.

Excerpti II versio latina à D. Morton.

C EDWARDUS Rex salutat Wulfwin Episcopum et Radulfum Comitem, et omnes meos Equites in Oxfordice Comitatu, amicè; et ego dico vobis quod ego donavi Christum et sanctum Dionysium, in ejus sacrum Monasterium trans mare, ipsas terras apud Tengetum, et omnibus illis rebus iis quæ ad easdem cum jure adpertinent, in sylva et in agro, cum saca et cum soca, ita plenè et ita firmè, ^{ita}_{quod} id mihi ipsi in manu stetit, in eo die et postea, propter meæ animæ salutem. Et.... (*e*) ex ipso sacro loco exclusi. Et ego volo quod Episcopus paret librum ad hoc, per meam plenam voluntatem.

Latina versio Guillelmi Camdeni, à D. Dubleto edita pag. 833, cum notis D. Tate.

D EDWARDUS Rex Wlfinum (*f*) Episcopum, et Radulphum Comitem, et omnes meos Ministros in Comitatu Oxoniensi, saluto amicè: et notum vobis facio me dedisse Christo et sancto Dionysio, et sacro ejus Monasterio trans mare, terras de Tengetum (*g*), et singula quæ ad easdem jure pertinent in sylvis et agris, cum saca (*h*), et cum soca (*i*), tam plenè et plenariè, quàm fuerit in mea ipsius manu illo die, et jam indè sit Dei et sacri illius loci. Et volo Episcopum ut hoc in librum referat (*k*).

(*a*) Hollan-broc. Hollyn, genus arboris, agri-folium, vel aquifolium. *Morton.*

(*b*) Montem acutum (*), per decursum rivuli. *Camden.* (*) Verùm ex D. Morton, malè pro Cobbam acutum scribit Camden. Cobham enim nomen proprium ipsi videtur. Ham propriè vilhula, Gallicè *Hameau*. Cobham nomen loci frequens in Anglia.

(*c*) Rider vadum, Horsemans ford, Riders ford, Anglicè. *Morton.*

(*d*) Werenegs, nomen est proprium viri: Spinetum, Spinam: ad Beafolces per Penric. *Camden.*

(*e*) Crediderim scribam in penultima linea ex-

scribenda omninò errasse. Sententia videtur hujusmodi: *Et quicumque obstiterint huic dono, sint illi ex ipso sacro loco exclusi.* Ita annotat Dom. Morton.

(*f*) Wulfinus fuit Episcopus Dorcestrensis electus anno 1053.

(*g*) Tengetum: hodie *Teinton* in Comitatu Oxoniensi.

(*h*) Saca, est cognitio cansarum in suo territorio; et, ut in vetusto habetur libro, Encheison; Francorum linguâ dicitur *Assise*.

(*i*) Soca est libertas ut incolæ sint immunes à vectigalibus de rebus venditis et emptis.

(*k*) *Id est* volo Episcopum inde librum conficere plenâ licentiâ meâ. *Ita D. Tate.*

 HUGONIS REGIS PROMISSIO IN DIE CORONATIONIS SUÆ.

3. Jul. 987.

Ex Archivo S. Martini Turonensis.

* mihi

HUGO Deo propitiante mox futurus Rex Francorum, in die Ordinationis meæ promitto coram Deo et Sanctis ejus quòd unicuique de vobis* commissis canonicum privilegium et debitam legem atque justitiam conservabo, et defensionem, quantum potuero, adjuvante Domino exhibebo, sicut Rex in regno suo unicuique Episcopo et Ecclesiæ sibi commissæ per rectum exhibere debet, populoque nobis credito me dispensationem legum in suo jure consistentem nostrâ auctoritate concessurum. Hugo Rex.

B

 EJUSDEM HUGONIS REGIS, S. MARTINI ABBATIS SACRAMENTUM.
Ex eodem Archivo.

EGO Hugo, annuente Domino, Francorum Rex, Abbas et Canonicus hujus Ecclesiæ Beati Martini Turonensis, juro Deo et Beato Martino me de cætero protectorem et defensorem fore hujus Ecclesiæ in omnibus necessitatibus et utilitatibus suis, custodiendo et servando possessiones, honores, jura, privilegia, libertates, franchisias et immunitates ejusdem Ecclesiæ, C quantum divino fultus adjutorio secundum posse meum recta et pura fiet. Sic me Deus adjuvet et hæc sancta verba.

FINIS TOMI UNDECIMI.



INDEX GEOGRAPHICUS.

Litteræ, quæ numeros sequuntur, denotant litteras positas in margine: littera n Notas indicat.

A

- A**BALLO, urbs in Burg. *Avalon*. 162. c.
 Abbatia. *Uniuscujusque Abbatice nomen quere juxta seriem alphabetice loci in quo sita est.*
 Abbatis villa, urbs in Comit. Pontiv. *Abbeville*.
 Abbatis villæ castrum. 54. b. 130. a. 434. a.
 Abendonia, oppidum Angl. in Comit. Bercheriæ. 636. d.
 Abennithi, in Scotia. 156. d.
 Abrincæ, Abrincatina et Abrincatarum urbs, *Avranche*. 52. c. 70. b. n. 340. b.
 Abrincatenses. 324. c. d. 333. d. 340. e.
 Abrincatensis, seu Abrincensis Ecclesia, sedes. 90. d. 239. a. 246. a. 379. c.
 Abrincatensis Comitatus. 35. a.
 Abrincatin. Abbatia Sanctimonial. 340. b.
 Abrincatuorum fines, pagus. *Pays d'Avranche*. Abrincense territorium. 88. n. 137. a. 324. c. d. 333. d. 340. e.
 S. Abundi Eccles. in loco de Merpuis, Dioc. Xanton. *S. Ahon*. 199. c.
 Adana, Ciliciæ civitas in Patriarchatu Antiocheno. 460. n.
 Adoysi fluvius. 200. b.
 Adriacus, villa cujus tertia pars Mon. S. Salvii Monterol. concessa est. 575. d.
 Adriaci villæ Eccl. 575. d.
 Adriacus, in pago Belcinensi. 601. b.
 Adriaticum mare. 619. a.
 Adula, mons Belgiæ terminus. 83. n.
 Adura, *Ayre*. 431. d.
 Adurecius, fluv. in pago Ansciensi, *l'Adour*. 486. b. n.
 Edua, Augustidun. et Augustodunum, *Autun*. 418. b. *Vide* Augustod.
 S. Egidius, villa in Occitan. 510. n. 513. b. *Vide* S. Egidius.
 Ægyptus. 89. e.
 Ægyptii. 357. a. b.
 Afri, seu Sarraceni. 227. c. 495. a.
 Africa, 102. e. 286. a. Africa tellus. 435. b.
 Agareni. 49. b. 290. c.
 Agaunum, *S. Mauritz en Valais*. 546. c. n.
 Agauncensis Abbatia, Monast. Eccl. S. Mauricii Agaun. 542. a. b. c. n. 545. b. 546. b. c. e.
 Agaun. Burgus. 546. b.
 Agennense solum, seu Aginn. *l'Aginois*. 395. a.
 Agennensis Episcopatus. 395. a. c.
 Agennensis Eccl. 395. b.
 Aginna, *Agen*. 431. d.
 Aginnensis Dioc. 486. n.
 Agniona, fl. in Fland. 381. d.
 Agomelinda, seu Agemelinda, mons prope Ardeam. 300. d.
 Agoniacum castrum, in pago Petragor. 287. d.
 Agrippina civit. Agrippina Colonia. *Cologne*. 458. b. 462. b.
 Aissingebem, villa pertinens ad Monast. Watinense. 105. n.
 Alba, fl. 356. a. 358. b.
 Albanensis pagus. *L'Albanois*. 548. c. d. n. 555. c. n.
 S. Albani Capella, in Dioc. Vienn. 554. a.
 Alba-rocha, in pago Petragor. 287. d.
 Alba terra, ubi Eccl. B. M. Stamp. Alodum possidet. *Aubterre*. 579. d.
 Albemarla, *Aunale*. 358. c.
 Albenienses. 391. a.
 Alberti-villare, prope Paris. 605. d.
 Albiensis civitas. *Albi*. 422. n.
 Albienses. 420. b.
 Albigens. Pagus. 420. b. Episcopatus. 422. c. n.
 Albinicus, villa et Eccles. S. Marcelli, pertinens ad Monast. S. Benigni Divion. 558. d.
 Albinicus, pertinens ad Mon. S. Salvii Monst. et Eccl. ibidem. 575. c.
 S. Albinus, locus et Eccl. prope Archas. 40. a. 246. d. 330. d.
 Albonensium Comitatus, dependens ab Eccl. Vienn. 549. n.
 Albona, villa cum Eccl. S. Gorgonii, in Dioc. Vesont. 550. e.
 Albriniacus cum Eccl. S. Joannis, in Dioc. Gratianopol. 556. a. b.
 Albula seu Aubetta, fl. in Norm. 244. d.
 Albus-mons, possessio Mon. S. Salvatoris in Vosago. 368. d.
 Alchonay, villa concessa Mon. S. Salvii Monst. 576. a.
 Aldenarda, Adelnarda, Aldenardum oppidum, Audenarda, Audonarde, *Oudenarde*, urbs Fland. 254. c. 365. e. 383. a. 384. a. 389. a. n. 392. n.
 Aldenardenses. 391. a.
 Aldenburc, altare pert. Eccl. Tornac. 255. n.
 Aldenburgenses. 391. c. n.
 Alemania, Alamania, Alemannia, Allemania, Alman. 2. d. 26. d. 28. b. 155. a. 156. d. 191. d. 276. b. 367. e. Alemanicus Ducatus. 615. e. 616. b. 617. a. 618. b. 619. b. c.
 Alemanni, Alamanni, Alemannorum gens. 21. n. 159. a. 160. b. 194. d. 196. d. 399. b. 450. d. n. 616. b. d.
 Alencio, Alentio, Alentium, Alencium castrum, Alentium castr. Allentii castrum, Alanco, Alenconium, oppidum Norm. *Alençon*. 40. a. 44. a. 79. a-e. n. 80. a. 178. d. n. 226. n. 229. n. 244. d. 323. a. b. 326. a. b. c. n. 339. c.
 Alenconiensis seu Alention. pagus, in Comit. Oximense, *l'Alençonnois*. 84. n. 178. n.
 Alentini, Alentii cives, *ceux d'Alençon*. 179. a. 336. b. d.
 Aleshusan, prædium Hermanni Contracti celeb. Script. 22. a.
 Alesum et ejus Eccl. in Episcop. Valentini. 545. c.
 Aletensium seu Macloviensium fines. 88. n.
 Alexandria. 54. b.
 Alfagius, Altafagus, vel Altifagus, burgus in Calotis ad sedam, *Aufay*. 246. c. n.
 Alfag. Eccl. S. Albini. 246. d.
 Alfagenses Heroes. 246. c.
 Alingavia. *Vide* Lengiacum.
 Allobroges. 453. c. 500. n.
 Allobrogum fines. 439. a.
 Almanachia, locus in Norm. ubi fundata est Eccl. Sanctimonial. 45. d.
 Alostensis seu Alostanus Comitatus. 381. c. n. 417. n.
 Alpes. 208. d. 260. a. 261. d. 353. n. 420. e. 457. b. 640. e.
 Alpes Penninæ. 83. n. Apenninæ. 260. b.
 Alpes S. Mauricii. 546. b. c.
- Robertus, Rotbertus, Richardi II Normann. Duc. fil. ex Judithâ, frater Richardi III, parte sibi à Patre assignatâ paràm contentus, Falesiam dolo occupat. 321. c. Richardo fratri suo succedit 322. a. 476. c. Nicolaum suum ex fratre nepotem, adhuc puerum, Monasticam apud Fiscannum vitam amplecti cogit. 330. n. Ministrorum suorum stipendia auget ad duplum: Cerisiaci fundat Abbatiam. Militi egeno cui non erat quod inter Missarum solemniam offerret, centum Florenos distribuî jubet. 322. a. b. Ludenti cum alio Milite, Nobilis quidam in signum Hominii pro feodo, justum aureum offert, quod statim donat Robertus Clerico ludentibus adstanti: Clericus præ gaudio subitanè moritur. 322. b. c. Bellovacensi cultellorum artificei, qui ipsi eleganter fabricatum cultellum obtulerat, viginti libras, equos duos et vas aureum confert; quidquid per diem acceperat solitus erat donare ei qui primum ipsi donarium obtulerat. 322. c. d. 323. a. Sororem Cnuth Angl. Regis ducit, cum eâ divortium facit. 265. b. c. Cujusdam civis oppidi Falesii filia, nomine Arleita, pulcherrimæ quidem et venustissimæ virginis amore irretitus, eam loco conjugis habet, et ex eâ suscipit filium nomine Willelmum postea Normanniæ Ducem et Angliæ Conquestorem quem Falesii enutritum, pari sollicitudine ac diligentia educandum curat ac si ex legitimâ uxore procreatus esset. 177. b. 265. b. c. 316. b. 325. c. d. 326. a. 382. c. 401. c. n. 646. b. Sororem suam matrimonio jungit Nigelli Constantinens. Comit. filio, eique in dotem Ballonum et ejus pertinentias assignat. 323. c. Henricum Franciæ Regem tanquam Dominum suum apud Fiscannum recipit: ei promptum auxilium pollicetur: Gisortium usque eum comitatur, Parisios repetenti Comites adjungit fratrem suum Willelmum Talogii Comitem et Nigellum cum quingentis Militibus. Junctis cum Rege Franciæ copiis, simul capiunt Sylvanectum, Bellovacum, Ambianum, Compendium, Remos, Laudunum, Noviodunum, Atrebatum, totumque pagum Vermanduensem et Senonensem. Aurelianos incendit. Multum adjuvat Henricum ad recuperandum Regnum, quod ad Robertum ejus fratrem devolvi cupiebat Regina Constantia. 221. d. 247. e. 248. a. 324. a. b. Alano Britannia Comite fidem et Hominium Comitatus denegante, Pontis Orsonis Castrum extrahit super fluv. *Coësson*, quod custodiendum committit Nigello Domino S. Salvatoris et Alvredo *de Guingant*. Britanniam ingreditur, dolo expugnato et deleto, Normanniam repetit. 324. c. Canuto Regnum Angliæ Roberti nepotibus Alvredo et Eduardo restituere nolente, classem parat, tempestatibus actus, ad Insulam Gerseiium appellit. 325. a. 400. a. b. nn. Classem ad Montem S. Michaelis mittit, partemque Navium Militi cuidam nomine Rabello committit ut in Angliam transfretet eamque devastet. 400. b. n. Cum audisset Canutum paratum esse ad restituendum Eduardo et Alvredo Regnum, classem revocat. 400. b. c. n. Vires convertit adversus Alanum, Canello Longæ-Villæ Comiti navibus commissis, Montem S. Michaelis adit Robertus, terraque Britanniam ingreditur. Alano in deditioem accepto, inter duos Principes pacem firmant utriusque patri Rotomagensis et Bajocensis Episcopi. Alanus hominum Duci præstat, ab eo in gratiam recipitur. Robertus verò Normanniam repetit. 325. a. b. n. Robertus in obsessione Castri Tauleriarum, Serlonem, unum ex filiis Tancredi de Altâ-Villâ, propter præclarum facinus ab exsilio revocat, bonis cumulatur, inter sibi familiares retinet. 140. c. 141. a. Postquam annis VII gloriôsè Ducatum Normanniæ tenuit, Jerosolymam pergere meditatur. 177. b. Coactis apud Fiscannum Prælatibus, Proceribus et Baronibus, puerum Willelmum in Ducatu successorem proponit; Alanum Britannia Comitem consanguineum suum Normanniæ Governatorem et Senescallum constituit, Gislebertum pueri tutorem designat, ipsius Gisleberti tutelâ Henrico Franciæ Regi commissâ. Sacramento Proceres obstringit ut Willelmum Ducem eligant, eumque Ducatu investitum ad Regem Franciæ deducit Hominium se præsentem præstiturum. Filio Regi commendato, peregrinationem aggreditur. 245. b. 248. b. 265. b. c. 316. b. 326. b-d. 351. a. 400. c. nn. 411. a. Anno Ducatus sui septimo Jerosolymitanum iter nudipes suscipit cum Comite Drogone Walterii Pontensiensis Comit. patre. 632. d. 646. b. Ex urbe quâdam ultra Vesontionem sitâ egrediens, fulte percutitur. ab uno ex custodibus, cui nocere suis prohibet. 326. d. 327. a. Romæ æneam Imperatoris Constantini statuam pretiosissimo pallio induit, Romanos joco irridens quòd semel in anno Imperatori suo pallium donare non possent. 327. b. Constantinopolim ingressus, vetat suis ne mulæ suæ ferra ex auro purissimo confecta, colligerent in eo casu quòd à mulæ pedibus disjungerentur: iisdem prohibet ne pallia coram Imperatore dimittenda resumerent; quod ipsius exemplo omnes exequantur. 327. b. c. Roberto Constantinopoli egresso, edicit Imperator ne quis ab eo aut suis aliquid pecuniæ pro dispendiis accipiat. Robertus omnia solvit et summam duplò majorem largitur iis qui calculum inire recusant. 327. c. Cum Fulcone Comite Andegav. jussu Imperatoris per terram Sarracenorum à viris Antiochenis deducitur. 646. b. c. Longo itinere fessus, cum neque pedes, nec eques iter conficere posset, lecticâ vehitur quam gestabant Sarraceni. Peregrino Normanniam repetenti fortè obviam facto: *Amicis et meis nuntiabis inquit, me è te visum fuisse in hac regione ubi à Diabolis in Paradisum vehor.* 327. d. e. Jerusalem pervenit, multas eleemosynas largitus in itinere. Nummos aureos ab eo pro uno quoque peregrino in urbem Hierosolymitanam ingresso solutos aliaque dona ei restituit civitatis Præses Sarracenus

- Sarracenus, quæ omnia in pauperes effundit Robertus. 328. a. b. Sancti Sepulchri locum lachrymans veneratur. 400. d. n. Jerosolyinâ egressus, Nicæam venit, ubi Kal. Junii defungitur, et sepelitur. 221. d. 316. c. 328. c. 347. a. Antequam Jerosolymitanam peregrinationem auspicaretur, Abbatiam Cerasiaci fundavit. 223. b. n. Eodem ferri jussit Reliquias secum ab urbe Jerosolym. asportatas. 328. c. Herluinum, postea Abbatem Becci, ab adolescentiâ acceptum habuit. 637. a. Gratia et moribus conspicuus, victoriis et misericordiæ operibus clarus. 399. d.
- Robertus, Curta-Heusa, Dux Norm. filius Willelmi Nothi, à patre Normanniæ Ducatum accipit. 629. d. Patre adhuc vivente, Normanniam sibi negari ægrè ferens, in Italiam abit, ut sumptâ filiâ Bonifacii Marchionis, patri adversaretur : petitione non obtentâ, Philip. Reg. Franc. contra patrem excitat. 189. a. Philippo Regi contra patrem assistit. 187. b. Apud Gibboracum in quodam assultu, filius vulnerato patre, equum ipsius confodit. *Ibid.* Ante mortem patris sui è Normannia discesserat, quòd pater ei non permetteret regimen Normanniæ et Cenomanniæ. 34. a. 634. a-b. Dum in Pontivo apud Abbatis-Villam moraretur, Ducatum Normanniæ exensionibus et rapinis vastans, morte patris auditâ. Rotomagum venit, civitatem totamque Ducatum suscipit. 54. b. Genitoris hereditate frustratus, post mortem ejus Angliâ caret, vix retento Comitatu Normanniæ. 189. b. Ipsum inter et Willel. fratrem ejus magna oritur discordia pro regno Angliæ. 54. c. Robertus et Will. fratrem suum Henricum de tota terra patris expellere conantur, Henricus oppidum Danfrontem suscipit; et usque ad mortem servat. 53. a. Robertus partem Normann. vendit Henrico fratri suo; sed thesauro accepto, ei terram aufert. 211. d. Roberti elogium. 630. e.
- Robertus Comes Aucensis Monast. S. Michaelis Ulterioris-Portûs ædificat. 45. d. 340. b.
- Robertus Comes Moritolii, Monasterium Gresteni fundat. 46. a.
- Robertus Guiscardus, seu Drobertus Biscardus, ex mediocri, ignotâ et pauperculâ parentelâ in Constantiniensi Normanniæ regione ortus, paucis ante adventum Willelmi in Angliam annis, cum quindecim militibus et fratribus suis Guillelmo cognom. *fera Brach.* Unfrido, Drogone et Rogerio, abit Apuliam; intrâ paucos annos totam terram in potestatem accipit; se Ducem Apuliæ et Calabriæ, fratrem Richardum Capuæ Principem, alterum fratrem Rogerum Comitem Siciliæ facit. 49. n. 140. n. 213. n. 286. a. b. 352. a. 451. b. c. 644. d. Capitur à fratre suo Unfredo. Ejus versutiæ specimen. 451. c. Post mortem Unfredi, tutelam habet ejus filii et Ducatus. 451. n. A Nicolao Papâ II Calabriæ et Apuliæ Dux instituitur. 451. e. n. Fit Vassallus Papæ cui fidelem se jurejurando obligat. 452. a. Abderadâ uxore propter consanguinitatem dimissâ, secundas init nuptias cum Sichelgatâ seu Sengregaita sorore Gisulphi natu majore. 452. a. b. nn. Filium
- habet Boamundum. 213. n. Guiscardus dictus est patriâ linguâ, id est oberrator et Gyrator. 262. n.
- Robertus, Comes Bellism. et Alençon. filius Guillelmi Bellism. cum patre suo pugnat adversus Herbertum Evigil-Canem Comitem Cenoman. 632. a. Ballonum Castrum capit: captus ipse per biennium in carcere asservatur, ibique necatur. 323. c. 632. b.-c.
- Robertus de Belismo, filius Rogerii de Monte-Gomerici, homo ferrox, multa mala vicinis infert. 53. a.
- Robertus, Rodbertus, filius Rogerii de Bellomonte, post Hugonem avunculum suum, Comes Mellentis ultra XXVII annos viget. 38. c. Adest pugne Heraldum inter et Willel. Nothum: prælium illo die primùm experiens, cum legione quam in dextro cornu ducebat, irruit ac sternit magna cum audacia. 96. e. 97. a. Turrim Ivrei custodiens, in oppido Vicecomitis officio fungitur: agit ut Castellum Willelmo de Britolio reddatur; eâ tamen conditione, ut pro iis que in oppido habebat, Brionium à Roberto Duce perpetuo obtineret. 56. d. Agit apud Ducem Robertum, ut Municipium quoddam Humetum nomine, situm in Constantiniensi Comitatu, detur Rogerio filio Richardi. 56. e.
- Robertus filius Balduini Insulani Fland. Comit. dictus Friso vel Frisus, ob mansionem in Frisia. 383. a. Juvenis factus, accipit à patre naves, aurum, argentum et ceteras longinquæ protectionis impensas, ut propriâ virtute sibi regnum et divitias comparet. Quisnam fuerit illius protectionis exitus. 63. b.-d. n. 64. a. Apud Aldenardam super SS. Reliquias, jurat se, vivente patre, nunquam absque ejus jussu in Flandriam intraturum, et post mortem ejus nihil reclamaturum. 254. c. 365. e. 366. a. 383. a. In Frisiam secedit apud Comitem Florentium, quo defuncto, Gertrudem viduam ejus in conjugium accipit. 56. a. 363. a. 366. a. 383. a. In Frisiâ degens, auditâ morte fratris sui Balduini, Flandriam repetit; contra Arnulphum fratris sui defuncti filium natu majorem, jam Comitem Flandriæ, cujus tutor designatus fuerat, bellum parat. 254. c. 390. c. 482. a. n. Henrici Imperatoris auxilium per legatos poscit. 243. c. 254. d. Imperatoris exercitu sibi sociato, contra Richildem et Arnulphum cum Philippo Rege Franc. conjunctos progreditur: Dominicâ Septuagesimæ X. Cal. Martii, ex improvise super hostes irruens, Philippum Regem cum Francis fugat, Arnulphum per manus Gerbaldonis occidit, Richildem capit: capitur ipse victor, fugientes insequens, et pro Richilde commutatur. Victoriâ potitus apud Cassellum seu Casletum, Flandriæ Comitatum obtinet. 56. a. b. 64. c. 111. n. 186. d. 243. c. d. e. 254. d. 363. a. 366. a. b. 375. c. n. 384. a. b. c. 391. b. c. d. 480. n. 482. a. n. Audomarapoli à Rege Philippo occupatâ et vastatâ, cum Eustachio Bononiæ Comite et ejus fratre Goffrido Parisiensi Episcopo Franciæ Cancellario paciscitur ut Regi suadeant ab Audomarensi villâ recedere. Audomarenses consolatur et eos Privilegiis et pascnis amplificat. 384.
- a. c. 392. a. Philippo Franciæ Regi in matrimonium datâ filiâ uxoris suæ Gertrudis, quam illa ex priore marito Florentio genuerat, pacem et ejus amicitiam promeretur. 56. a. 186. d. 243. c. 357. e. 363. a. Flandriam in magnâ pace tenet. 255. a. Sepè Willelmum Regem Normanniis prædis irritat. 186. d. Iratus quòd Philippus Rex Franciæ sibi Corbeiam eripuerit, Corbeiensis Ecclesiæ villas in Flandriâ sitas invadit. 480. c. d. In honorem B. M. V. Watiniensem construit Ecclesiam, ubi Canonicos regulariter viventes instituit. 298. e. 299. a. Apud Casletum seu Cassellum Ecclesiam Canonicorum Sæcularium fundat S. Petri titulo insignitam, 299. a. Tribus ante mortem annis Jerosolymam tendit. 187. a. 366. c. Regressus, finem vitæ quietus à negotiis, Christianâ sollicitudine opperitur. 187. a. Ducatum moriens relinquit filiis suis Roberto Jerosolymitano et Philippo. 243. c. d. n. Filia ejus Cnutoni Regi Danorum nubit, de quâ genitus est Carolus, qui principatur in Flandriâ. 186. d.
- Robertus de Bello Fago, factus est Monachus Becci, ubi filii ejus Richardus et Willel. religiosè conversati sunt. 53. a.
- Robertus Baviel succedit Roberto de Bello-Fago, cujus erat ex filia nepos. 53. a.
- Robertus Bigot, tiro panperrimus, per Richardum Abrincatensem cognatum suum, Ducis Willelmi familiaritatem consequitur, Willelmi Comitis Moritolii verbum seditiosum Domino suo refert. 44. c.-d.
- Robertus, Dominus Castris S. Briceii, Castellionensibus auxilium præbet contra Gauterium filium Hugonis Domini Castri Iluben: terga vertit, hastâ super humerum rejectâ; in cujus fugientis hastam ruit et seipsum jugulat Gauterius, nimio ardore Robertum insequens. 483. d.-e. 489. a.
- Robertus filius Gerouii diù tenet Castrum S. Serenici cum circumjacente provincia. 226. b. Will. Dux dat ei in conjugem Adelaidem consobrinam suam, ex qua filium Robertum genuit. 226. b. Ortis simultatibus inter Normannos et Andegavenses, Robertus contra Will. Ducem Castrum S. Serenici tenet, ibi obsessus, pomo venenato, quod conjugis suæ vi rapuerat, comesto, post quinque dies moritur. 226. b. 228. d.-e. n.
- Robertus seu Rodbertus de Grentemaisnilio, maritus Haduisæ, cum Rogerio de Toënio dimicat contra Rogerium de Bellomonte; lethale vulnus in intestinis suscipit; post tres septimanas defungitur, et secus Ecclesiam S. Mar. apud Nucetum sepelitur. 38. b. 226. d.-e. 402. a.
- Robertus, Landrici Comitis filius, S. Germano Autissiod. dat Ecclesiam S. Cecilie in oppido Castellion. aliæque bona. 648. b.-c.
- Robertus, Rodbertus, dictus *Meslebrun*, satelles regius, Ossa S. Judoci cuidam Canonico eripit, et Radulfo de Caldreia, cujus cliens erat, tradit. 475. c.
- Robertus de Perona in auxilium Pontificis Lietberti contra Hugonem veniens, dolo Pontifici obsistit. 127. d.

- Robertus Sorengus circa Senceum prædam rapiens, à persequentibus villanis vulneratus, interit. 42. b.
- Robertus, Isembardi Vernaculus, ad Monast. Floriacense fugit; Airicum Isembardi Militem vincit, S. Benedicti patrocinio adjutus. pp. 484. 485.
- Rodanensis Comes. Berardus.
- Rodensis Abbas, Petrus.
- Rodericus seu Heribertus Abb. Sithiens. cum corpore S. Bertini, in Insulam urbem progreditur ad Dedicationem Eccles. S. Petri. Obiit. 380. d.
- Rodomensium libræ LX dantur Haduisæ à filio suo Rodberto de Grenthaisnilio, pro dote sua, quam tradit Uticensi Ecclesiæ. 226. e.
- Rodulfus, Rodolphus Archiep. Bituric. in suo fundo S. Petri Belliloc. Monast. tempore Caroli Calvi Reg. ædificat. 503. e. n. Ejus parentes. n.
- Rodulfus Rothom. Archiep. subscribit fundationi Eccl. S. Leonardi Bellisim. 631. e.
- Rodulfus, Abbas Latiniacens. adest detectioni corpor. SS. Dionys. et Soc. 474. a.
- Rodulfus, Abbas Viridun. post Richardum tertius. 146. b.
- Rodulfus, Rodolphus, Rudolfus, Alemann. Dux à quibusdam Rex German. creatus, in bello publico occiditur. 263. b. Non jure creatus, terrâ raditur: perstat in Regno Henriens ut alter David. 195. n.
- Rodulfus Burgundio. filius Ricardi Ducis, factus Rex Franciæ. 170. c.
- Rodulfus, Rodolphus, Rex Burgundiæ immunitatem concedit Monast. S. Andreae Vienn. 541. e, 543. c. Cum uxore Ermengardi Thallueriarum Monast. à se ædificatum Itherio Abbati Saviniac. donat. 199. e. 548. c. d. Diplomate confirmat donationem à Ragenaldo Comite Basilicæ SS. Symphoriani et Anatolii apud Salinas factam. 460. n. Hugonis Vesontion. Archiepisc. litteras confirmat, quibus S. Benigni Divion. Cœnobio Eccl. B. M. in villâ Salinarum concesserat. 554. e-e.
- Conrado Imperatori Burgundiæ regnum tradit. 637. b. Dans ei lanceam S. Mauritii, quod erat insignie Regni Burgundiæ. 143. e.
- Rogerius I, Catalaun. Episc. Suburbanam S. Petri Ecclesiam in Monasterium convertit; labore et industria Richardi Viridun. Abbatis ad id operis utitur. 576. n.
- Rogerius, Rotgerius II, Catalaun. Episc. in Rasbatiam ab Henrico Rege directus ad petendam in uxorem Annam, Regis illius regionis filiam. 481. n. Filius Hermannii Comit. Namurci et Richildis Comit. Hann. Comitatum Hannoniæ filii vitrici sui Balduini et Richildis relinquit. 375. b. n. 389. d.
- Rogerius Siciliae Comes, inter spolia Sarracenorum sportulas cum avibus reperit; cum chartulis sanguine infectis aves dimittit, quæ tristes fortunæ eventum Panormitanis ostendunt. 228. n.
- Rogerius seu Rogerus Comes Herefordensis, in necem Regis Guillelmi conjurat. Vinculis irretitus à Rege, totâ vitâ carcerem frequentat. 186. a-b.
- Rogerius Com. de Castro S. Pauli, Monasterio S. Trin. Fisean. concedit Abbatiam S. Bertæ. 422. n.
- Rogerius, Moritolii Comes, Grestani Abbatiam fundat. 340. b.
- Rogerius, filius Richardi, Ivreii Casttrum repetit, quia avus suus Comes Gislebertus idipsum possederat. 56. c. d.
- Rogerius et Raymundus Batallia fratres, Rengardi et ejus filio Rogerio Comiti Carcasson. donant medieta-tem Castri Proliani, et duas partes Castri Mirapixi (*de Mirepoix*). 432. a.
- Rogerius de Bellomonte, filius Humfridi de Vetulis, insignem victoriam de Rogerio Toënite refert; in gratiarum actionem vitam ducit rectè moratam. Pratellis in suo fundo duas Abbatias, unam virorum, alteram virginum ædificat. Guillelmo Duci semper fidelis, avis sublimior efficitur. 38. e. 45. d. 340. a. 402. a. Adelinam Waleranni Comitissæ Melenti filiam in uxorem ducit, ex quâ Robertum et Henricum Comites procreat. 38. c.
- Rogerius de Monte Gomerici, filius Hugonis ex Jocellinâ filiâ Wevivæ, unâ neptium Gunnoris Comitissæ. 57. c. n. Accipit in matrimonio Mabiliam fil. Will. Talavat. cum tota patris ejus hæreditate sive in Bellismensi pago, sive Sennensi ultrâ Fluv. Sartam. 57. c. Ante bellum transmarinum, cum uxore Ducis, tutor Normanniæ constituitur. In secundâ transfretatione à Rege ducitur in Angliam: bello Anglicano interest; à Rege Cestriam, Heiam, et Comitatus Arundelli, Salopesberie et Scrobesbur. accipit. 57. c. 227. n. 240. b. Ipse et uxor ejus Mabilia Ducem Normanniæ contra vicinos suos ad iram concitant. 229. d. Pro perfidiâ suâ exul apud Parisios. 37. e. Tres Abbatias fundat, unam in Sagiensis urbis Suburbio, alteram in vico suo Troardo, utramque virorum, tertiam Sanctimonialium apud Almanachias. 45. d. 224. d. e. 227. a. 340. b. Apud Abrincat. 340. b. Ex Mabiliâ quinque filios et quatuor filias genuit. 37. e. 57. c. 227. n.
- Rogerius Pictavinus filius Rog. de Monte-Gomerici, Comitatum Lancastriæ tenet. 227. n.
- Rogerius Toënites, de stirpe malâ Huleii, qui Rollonis Ducis patruus fuerat, Hispanias petit, ibique præclara adversus Sarracenos edit facinora. Ad sua reversus, indignatur Guillelmum Nothum Normanniæ dominari: contra eum rebellat; vicinorum agros populatur. In pugna contra Rogerium de Bellomonte filium Humfridi de Vetulis, occiditur cum duobus filiis (juxta alios fratibus) Helberto et Elinantio. 38. a. b. 329. a. 401. e. nn. 402. a. Cœnobium Castellionis seu de Conchis construit. 223. c. 340. b.
- Rogerius de Mortuo-mari, filius aut frater primi Willelmi de Varennâ, Monasterium S. Victoris in proprio solo fundat. 45. e. n. 340. d.
- Robo, Episcopus Engolism. osculatur brachium Guillelmi Comit. Aquit. in signum hominii pro feodo. 534. b.
- Rollandi Cantilena in usu apud Normannos, ad excitandum ardorem militum ad pugnam se se accingentium. 184. b.
- Rollo eligitur à Danis Dominus et Princeps Militiæ. Franciam usque Stampas devastat. 627. b. Regis pedem osculari dedignante Rollone, Danus Miles cui injunctum fuerat istud officium, stans pedem Regis ad os suum admovet, resupinatoque Carolo, risum circumstantium excitat. 324. n. Rollo manibus intrâ Regis manus insertis ab eo in libero Alod accipit Normanniam et minorem Britanniam. 324. n. Britannos domat et subjicit. 325. n. Rollonis Baptismus memoratur. 246. b. Fictitiam Rollonis Genealogiam et alia historice fidei adversantia respuit Will. Gemmet. Scriptor Histor. 621. e.
- Roma: de Româ clandestinâ irruptione capiendâ deliberant Dani seu Normanni. Lunam Etruriæ urbem pro Româ habentes, eamque vi expugnare difficilius putantes, Hastingsi dolis capiunt. Errore cognito, à Romæ oppugnandâ consilio abstant et de regressu cogitant. 625. d. 626. a. Romam ad Apostolorum limina se confert Agnes vidua Imperatoris Henrici III; ibique ad vitæ finem omnibus bonis miraculo fit et exemplo. 638. b.
- Romana Ecclesia se se opponit C. P. Antistiti, titulum *Universalis* Ecclesiæ suæ vindicanti. 459. n.
- Romana Ecclesia in electione Canonicâ Pontificum infirmata, libertatem recuperat sub Leone Papâ IX et sub Alexandro. 261. d. e.
- S. Romana Ecclesia, principalis et communis mater in personâ summi Pontificis reverenda. 492. a. d. Pro fidelitate S. Romanæ Ecclesiæ et pro SS. Canonum defensione adversarios patienter ferre debent Episcopi. 492. a.
- Romanæ Ecclesiæ et Beato Petro in Patrimonio et alodium devovent SS. Trinitatis Viudocinensis Monasterium Gaufridus Martellus et ejus uxor. 506. b. Deo, S. Petro sedique Romanæ Ecclesiæ S. Petri Condomensis sub regulâ S. Benedicti, et ejus appendices dat Ugo Basatensis Episcopus. 395. e. 396. a.
- Romana Concilia: Synodus Romana sub Leone Papa IX, in quâ S. Gerardus Episc. Tull. unanimi voce Sanctus acclamatur et canonisatur. 474. n. Altera Synodus sub eodem Papâ post Pascha celebratur contra hæresim Berengarianam. 426. c. 527. d. e. 652. a. e. Concilium Romanum sub Nicolao Papâ II in quo adsunt CXIII Episc. ad illud evocatur Albericus Cassinens. Diaconus, Berengarii convincendi causâ. Berengarius errorem abjurat et libros propriæ hæreseos publicè cremat. 430. n. 431. a. 529. c. Romanum Concilium ab Alexandro II habitum. 388. b. Romanum Concilium sub Gregorio VII contra Berengarianam hæresim in festo Omnium SS. celebratur: in eo Berengarius fidei formulam proponit. et inducias obtinet usque ad proximè futuram Synodum anno insequenti in Quadragesimâ habendam. 530. c. 531. a. Romanum alterum Concilium sub Gregorio VII: in eo fidei professionem edit Berengarius à quâ non amplius recessit. 530. c. 531. b. d.
- Romanæ Sedis Vicariatus in aliquo Regno soli personæ, non successoribus, neque Sedi concessus. 518. c. Non officiebat aliorum Metropolitanorum juribus. *Ibid.* Non Primatis aut Patriarchæ nomen vel prærogativam importabat. *Ibid.* Vicariatus Romanæ Sedis in universâ

- Francorum ditioe S. Remigio non ab Hormisdâ, sed à Symmacho concessus, penes ipsum solum resedit. 519. a.
- Romani, defuncto Papâ Damaso, per Legatos ab Henrico III Imp. petunt ut alium Papam subroget. 463. d. Imperatoriæ dignitatis erat Romanum Pontificem constituere. 463. d. 464. a. Romani jurant se Papam nunquam sine consensu Imperatoris electuros. 333. c.
- Romani Reges vel Imperatores: nullus ex eis ante Henricum IV à Romano Pontifice excommunicatus vel Regno privatus legitur. 263. b. n.
- Romanum Imperium: Omnes ferè illius provinciæ, et præcipuè Saxonia tellus, cædibus, rapinis, incendiis, sacrilegiis sub Henrico IV fœdata. 429. d.
- Romanum S. Pauli Monast. Hildebrandus sit hujus Monast. Abbas. 524. n.
- Romanus Pontifex à nemine judicatur. 42. c. n. Adversus Romanum Pontificem nullius nec Episcopi nec Archiepiscopi cujusquam recipienda acensatio. 65. n. Bituricensis Archiep. ab exemptione Podiensis Episcopi ad divinum iudicium appellat. 357. c. Romanus Pontifex Episcoporum Episcopi titulo donatur à Gervasio Remensi Archiepiscopo. 498. c. Idem Gervasius Romano Pont. obedientiam et fidelitatem promittit. 491. e. Romano Pont. Chartas confirmandas deferri jubet Henricus I Rex Franc. 571. d. 587. c. Romani Pontifices Ecclesiarum quarundam Gallicanarum privilegia et possessiones confirmant. 203. d. 371. e. n. 586. b. n. Gallicanos Episcopos ad Synodum Romanam convocant. 90. e. 492. b. 493. b-c. Dominium temporale angere intendunt. 21. a. n. 451. e. n. 452. a. Eorum ratio agendi erga seculares Principes. 32. e. 33. a. 492. d-e. 526. d. Romanorum Pontificum electio ad Cardinales delata, vnda verò electi approbatio ad Clerum et populum, salvo debito honore et reverentia Imperat. 146. c. n. *Vide* Imper. Roman. jura. Clerus et populus à jure approbationis exclusus seculo sequenti. 146. n.
- Rorico Laudun. Episc. S. Vincentii Monast. à Normannis destructum instaurat et Monachis restituit. 565. n.
- Rotlandus Abbas Hasnon. decedit: succedit Lotbertus. 111. a.
- Rotomagense Concilium adversus Berengarium ab Archiep. Maurilio celebratur: in eo formula fidei conditur circâ Eucharistiam. 529. a. b. Ad quem annum revocandum sit. c. Alterum Rotomagense Concilium. 379. d. 387. a. n.
- Rotomagense S. Petri, nunc S. Audoëni Cœnobium: ibi S. Audoëni corpus quiescit. 244. b. S. Audoëni Monachi, Fontanellensibus tempore pestis S. Wulframni Rotomagum deferentibus, processionaliter occurrunt cum corpore S. Nicasii. 476. d.
- Rotomag. S. Audoëni Abbas, Nicolaus.
- Rotomagenses Archiepiscopi. S. Audoënus, Guillelmus seu Will. Joannes, Malgerius seu Malginus, Maurilius, S. Nicasius, Robertus, Rodolphus, S. Romanus.
- Rotomagenses SS. Trinitatis seu S. Catharinæ in monte, Abbates, Hugo, Isembertus, Rainerius.
- Rotomagenses seu Rodomenses Libræ. 226. e.
- Rotomagensis Vicecomes, Richardus.
- Rotomagus, Rothomagus, Rodomus, sex Episcopales Civitates sub se continet, Bajocatarum scilicet, Abrincatarum, Evatinorum seu Evanticorum, Salanum seu Salarium, Lexoviorum, Constantinorum. 70. b. n. Rotomagi Urbis constructio, situs et commoda. 244. d. 245. a. Una ex vetustissimis Galliarum urbibus. 244. n. A Normannis incenditur. 624. d. Peste grassante, eò defertur corpus S. Wulframni à Monachis Fontanell. Miracula tunc temporis edita. 476. d. e.
- Rotonenses Abbates, Benedictus, Cadvalonus I, Cadvalonus II, Perensius.
- De Rupe Comes, Henricus.
- Rupertus, ad S. Sabinam Cardinalis Presbyter, Legatus mittitur ad Hispanos litem soluturus Ferdinandum inter et Henricum Imperatorem de titulo Imperat. Hispaniæ, quem sibi arrogaverat Ferdinandus Rex Castellæ ac Legionis. 525. d.
- Russinonensis seu Russilion. Comes, Gauzfredus.
- Rutenensis Episcopus, Geraldus.
- Ruthenensis Comes, Raymundus.

S

- SABAUDIÆ Comites, Bertoldus, seu Bertholdus, Humbertus.
- S. Sabine Ecclesia, Canonicis S. Petri de Curia Cenomanensi vindicatur. 633. a.
- Sacerdotes et Monachi in exercitu Normannorum. 361. n.
- Sacramentum seu promissio ab Hugone Franc. Rege facta in die suæ coronationis. 638. a. Ejusdem aliud Sacramentum Beato Martino dictum tanquam Abb. ipsius Ecclesiæ. 658. b. Sacramentum Philippi I Franc. Reg. 32. b.
- Sacramentum seu jusjurandum: cum Theobaldus Gaufrido Martello civitatem Turonensem cedere coactus fuit, quindecim Sacramenta ipsi propriâ manu juravit, et viginti Barones Castellenses cum eo, et quadraginta Milites Vavassores eisdem verbis quibus et ipse. 267. c.
- Sagiensis Ecclesia expugnata, flammis consumpta, 42. a. Cooperta et iterum dedicata, eodem anno corrui. 42. c.
- Sagiensis Episcopi, Azo, Girardus, Ivo, Ratbodus, Richardus, Robertus, Sarlo seu Serlo.
- Sagiensis S. Martini Abbas, Richardus.
- Sagiensis Comes, Amalricus.
- Salernia arte Medicinæ celebris. 251. n.
- SS. Salici, Lupantii, Lachizæ et Cozemari corpora honorificè levantur. 280. a.
- Salinæ. *Salins en Franche-Comté*. Vallis itineri Romano pervia, salis fodinis famosa, describitur. 460. a. n. Ibi è vivis excessit S. Anatolius, Salinensium tutelaris. n. De Salinis Com. Gislebertus.
- Salinensis SS. Simphoriani et Anatolii Basilica Canonialis exstructa ab Hugone Canon et postea Archiep. Vesunt. ibi repositum corpus S. Anatolii. 460. nn. Quibusdam rebus donatur à Ragenaldo Comite. n. Hanc donationem Diplomate con-

- firmat Rodolphus Rex Burgundiæ. n.
- De Salmis Comites succedunt Arnulfo Comiti. 356. e. n.
- Salmur. Monast. S. Florentii, regnante Carolo filio Ludovici, destructum à Nomenoio Britone. 349. c. Cum parte Caltelli comburitur. 278. a.
- Salmurienses S. Florentii Abbates, Everardus seu Evardus, Giraldus, Guillelmus seu Will. Robertus, Sigo.
- Salop. Comes in Angliâ, Rogerus.
- Saltzburgensis seu Juvavensis Archiep. Guntherus.
- Salvamentum: jus Burgundiæ Ducis in tres villas Abbatie S. Benigni Divionensis. 610. c.
- S. Salvatoris Monast. in Vosago, in quo Abbas modo Advocatiæ Conservatorem instituit. 368. d.
- Salvator, Alethensis Episc. ex Armorica Reliquias S. Maglorii Paris. transfert. 568. n.
- S. Salvii Monasterol. (*Montrueil sur Mer*) Monasterii fundatores et Benefactores. 574. a-d. nn.
- S. Salvii Monstrol. Abbates, Anselmus, Gualterus-Grimutio.
- S. Salvius Monast. exiguum in pago Pontivo extruit; fit Episc. post mortem in eod. Monast. sepelitur. 574. n.
- Sancii, totius Gasconia consulis, longe lateque fama discurret. 115. c.
- Sancius Garsia, post mortem Garcia patris sui, Vasconia Principatum obtinet. Ejus filii. 394. c.
- Sancius-Guillelmi, fratribus defunctis, in Vasconia regit Consulatum; Dedicatoni Monast. Condon, adest; primus omnium de libertate Monast. jusjurandum profert; Monachos ibi constituit, quibus Petrum præficit Abbatem. 395. c.
- Sancius, Com Astarac. non alius forte ab illo Sancio Vasconum Duce, quo jubente et cogente, Miles quidam Seniore suum decollavit. 504. e. n.
- Sancius, filius Garsani, ab Hispania veniens, cepit primus militaris habitator Madirani existere, permittente sibi Raimundo Bigorr. Com. 415. b. Se suumque locum tradit sub nomina Monast. Professionis. 115. c. Marciliaco ab Abbate Steph. Monachus benedicatur. *Ibid.* Madiranum tradit Marciliacensi Monast. 115. c-e. n. Repetit Madiranum, ubi Templum primo insignius fundat. 115. d. Obtinet ab Episc. Com. et Vicec. ut liberum Madiranum constituant. 145. e. 416. a-b.
- Sanco, Comes Placitum habet Blavia cum Guillelmo Aquitan. Com. 536. c.
- Sanctimoniales Rothomag. publicis intersunt Processionibus. 476. d.
- Sanctius, Rex Galicia, se nominat Imperatorem Hispaniæ. 359. a.
- Sanctius III, Major dictus, celeberrimus inter Navarra Reges, victorias multas de Sarracenis reportat: in tota Vasconia regnare dicitur. 395. n.
- Sanctorum Canonisandorum ritus adhibitus in Canonisatione S. Gerardi Tull. Ep. per Leonem Papam IX. 474. d. n. In honore ejusdem Sancti Festivitas instituitur et altare consecratur. *Ibid.*
- Sandradas I Abbas Monast. Gladbac. ad Imperatricem Adelheidam, cui conjunctus erat confessionis familiaritate, secedit. 204. n.

- Sanguis pluit in pago Paris. 348. d.
 Santonæ seu Sanctonæ, Sanctonum,
 Santonica urbs Aquitaniae, à Danis
 seu Normannis vastata. 625. c. Huc
 dolo accessitum Herbertum Com.
 Cenomann. Fulco Com. Andegav.
 conjicit in carcerem. 633. b-d. Gof-
 ridus Mart. ad hanc capiendam ten-
 dit cum Radulfo Viceconsule de Thoar-
 cio. 269. a. Post victoriam de Picta-
 vis reportatam, Santonis devenit Mar-
 tellus. 270. b.
 Santonenses Episcopi, Arnulfus, Gode-
 rannus, Islus.
 Santonensis Comes, Gaufridus seu Gau-
 fridus.
 Santonici sæpe foedus cum Gofr. Mart.
 tentant. 268. e. 269. a. Urbis suæ
 deditionem ipsi promittunt. 269.
 a.
 Santonicum Consulatam acquirendi spes
 Andegavos incitat. 269. d. Hunc esse
 suum vult Will Com. Pictav. em-
 dem Gofridus Mart. reclamatur. 268. d.
 Martellus post victoriam recipit, quem
 totâ vitâ retinet. 270. b. De ipso Con-
 sultatu, non Regi Franc. sed Aquita-
 niæ Duci hominum et fidem promit-
 tit. 270. n.
 Sarraceni in Hispania dominantur. 394.
 n. Urbes Episcopales Vasconiae des-
 truant. 395. n.
 Sarracenorum usus, quo peregrè pro-
 fecti, domi citius notificant quidquid
 novi fortuna eis administraverit. 228.
 n.
 Sarracenus in Apulia à Roberto Wis-
 cardo Duce Norm. captus, the-
 saurum effossa humo reperit, quem
 pro sua redemptione Duci offert. 422.
 a.
 Satisfactionis universalis loco, propo-
 nitur feriae sextæ jejunium et Sab-
 bati abstinencia à Carnibus et pin-
 guedine: adversus hanc novita-
 tem reclamatur Gerardus Camera-
 encensis Episcopus. 122. c. d. 142. d.
 163. a. 350. a. 508. e. 509. a.
 S. Saturnini in pago Carcass. Abbas,
 Olibanus.
 Savariensis Comes, invadit terram quam
 Hugo de Liziniaco, de Guillelmo
 Aquit. Comite tenebat. 534. b.
 Savern. Princeps, Guaymarius.
 Saviacensis Abbatia in Dioc. Santon.
 ipsi datur Ecclesia S. Abundi in loco
 de *Merpuis*. 499. e.
 S. Savini Monast. in valle Levitana, cu-
 jus fratres duo conveniunt ad Con-
 ventum à Magnatibus Bigorræ Madirani
 habitum. 416. a-b. n.
 Saviniacense S. Martini Monast. si-
 tum est in agro Lugdunensi, ad
 Brevillam fluviolum, tribus à Lug-
 duno leucis. 200. n. Fundatores ejus
 ac Benefactores. 199. d-e. 200. a-e.
 201. a.
 Saviniacensi Cœnobio in pago Lug-
 dun. facta donatio Ecclesie S. Pauli
 in territorio Santon. à Gaufrido Sau-
 ton. Com. et ejus uxore Petronilla.
 548. n.
 Saviniaci Abbates, Dalmatinus, Duran-
 dus I, Durandus II, Iterius, Leutho
 seu Lentho.
 Saxones, post obitum Henrici II Imper.
 ad electionem Regis Germaniæ conve-
 niunt. 616. b. Rebellionem machi-
 nantur contra Henricum IV Impera-
 torem. 262. d.
 Saxonia pacificata et legibus instructa
 per Conradum Salicum Imperatorem.
 649. d. Saxonie Ducatus. 616. b.
 Saxonie Principes. 434. c.
 Saxonie Duces, Benno seu Bernhardus,
 Herimannus seu Hermannus, Her-
 mannus alter,
 Saxonica manus apud Anglos in Chiro-
 graphis usitata ab omnibus Saxonibus
 et Mercis usque ad tempora Regis
 Alfredi. 157. a. Gallicis omnibus et
 Normannis inusitata penitus et invisâ.
 157. b.
 Scabini, judices. 595. n. Scabini An-
 domarenses. 305. b. Scabini Ardeæ
 oppidi. 305. b. *Vide* pp. 106. b-c.
 636. a.
 Scaldis Fl. à fonte suo usque ad mare
 dividit regnum Lothar. à Comitatu
 Fland. qui est de regno Franc. 389.
 a.
 Scanza Insula, ex qua duo robustissimi
 Gothorum populi egrediuntur. 623.
 a. Dicitur quasi officina gentium.
 623. c.
 Scanza, locus ad quem appellant Got-
 thi Danorum parentes, ab Insula
 Scanza cum Rege suo Berig profecti.
 623. c.
 Schisma maximum inter Regnum et Sa-
 cerdotium. 199. b.
 Scholæ celebres: Aurelianensis. 438.
 d. Bavemberg. 502. a. Beccensis.
 242. b. n. Burgundie regni. 439. a.
 Camerac. 424. b. Carnot. 438. b.
 Cenoman. 137. a. Centul sive S.
 Richarii. 131. n. Colon. 439. a. Leo-
 diensis. 9. c. 164. a. 439. a-b. n.
 Leod. S. Laurentii. 439. b. 500. a.
 Lobiensis. 149. c. Metensis. 439. b.
 Met. S. Vincentii. 424. n. Mosom.
 149. c. Paris. 438. d. 502. a. Pictav.
 438. c. Remensis. 502. a. Salmur.
 S. Florentii. 438. c. Senonensis S.
 Petri vivi. 197. b. Spirensis. 502.
 a. Stabulensis. 149. c. 201. d. S.
 Trudonis. 149. b. Turonensis. 349.
 a. 438. d. Valciodor. 252. d. Vir-
 dunensis. 438. d. Viridun. S. Vitoni.
 149. c. Uticensis S. Ebrulfi. 231.
 n.
 Scholastici, seu Scholarum Magistri
 celebres. Adelardus in Abbatia S.
 Trudonis. 149. b. Adelmanus,
 apud Leod. 438. a. Angelrannus,
 apud S. Richarium. 131. n. Arnal-
 dus, in Ecclesia Cenoman. 137. a.
 Berengar. apud Turones. 349. a.
 Drogo, Paris. 502. a. Engelbertus,
 Aurelian. 438. d. Franco, Leod.
 164. a. Fulbertus, Carnoti. 438. b.
 Fulcinius, in Abb. Stabul. 201. d.
 Girardus-Gilbertus, Viriduni. 438.
 d. Gozechinus, Leodii. 500. a.
 Herimannus seu Hermannus, Rem.
 502. a. Hildierus seu Hildegarius,
 Pictav. 438. c. Huoremannus, Spir.
 502. a. Lambertus, Parisiis. 438. d.
 Lanfrancus, in Abb. Beccensi. 242.
 b. n. Lietbertus, Cameraci. 424. b.
 Meinardus Bavenbergensis. 502. a.
 Osbernus, Abbas Uticensis. 231. n.
 Ragimbaldus, Coloniae. 439. a. Rai-
 naldus, apud Turon. 438. d. Ro-
 bertus, Cenoman. 137. a. Rodul-
 fus, in Abbat. Valciodor. 252. d.
 Sigebertus, apud S. Vincent. Me-
 tens. 424. n. Sigo in Abbatia S. Flo-
 rent. Salmur. 438. c. Theodericus,
 in Abbatia Lobb. Stabul. S. Vitoni
 Viridun. et Mosom. 149. c. Walterius,
 in Regno Burgundiæ. 439. a. Wari-
 nus apud Metas. 439. b. Wazo, Leo-
 dii. 9. c. 439. b.
 Scilavi, Saxonibus adjacentes, con-
 veniunt ad electionem Regis Germa-
 niæ post obitum Henrici II Imp. 616.
 b.
 Scollandus in Normannia natus, in
 Monte-Michaëlis educatus, Cantuariis
 Abb. S. Petri à Normannis constitui-
 tur. 242. b.
 Scotica gens in prælio aspera, otium
 tamen diligit et quietem. Religiosis
 plusquam armorum intenta studiis.
 240. d.
 Scriptoria ad usum puerorum fabri-
 cat Osbernus Abbas Uticensis. 231.
 n.
 Scriptura Gallica præponitur Characteri
 Saxonico in Diplomatis Anglicis,
